

1
25-40



1
34
175

1 400 40

Operum de Jesu Segreana

1582

IO. FERNELLII


AMBIANI MEDICI
ET PHILOSOPHI

B-11.580


PRÆCLARISSIMI OPERA
MEDICINALIA;
NEMPE

Physiologia, Pathologia, & Therapeutica, seu me-
dendi ratio: quibus adiecimus de abditis
rerum causis: nunc denuò re-
cognita & impressa.


Cum duobus plenissimis Indicibus, tam librorum capitum, quam omnium
rerum notabilium, quæ in his operibus Io. Fernellij leguntur.



VENETIIS A PVD RUTILIVM
BORGOMINERIVM A D SIGNVM
DIVI GEORGII, M D LXV.



IOAN. FERNELII AMBIANI
IN MEDICINAM PRAEFATIO.



ERVVM omnium quæ naturæ lege imperioque continentur princeps homo, etsi diuinorum caducorumque particeps, amborum societate gaudet, excellentiorum tamen ardenti desiderio inflammatus, parcè ea sequi debet; quæ fordida, vilia, atque abiecta persequitur impetus beluarum. Id execrandum profectò & detestabile videatur, si quam sui partem suscepit homo cœlestem atque diuinam, sic eam aut turpitudine viciorum contaminari, aut blanditiis voluptatum irretiri, aut mortalium rerum cura atque solitudine obrui sinat: vt oppressa ac perdita nequeat aliquando recreare sese & altius extollere. Qui enim eum vitæ cursum tenent, vt solis sensuum blâdimentis illaqueati ferantur, nihilo minus animantibus videntur præstantiores: quoniam & bestię necessaria vitę præsidia inquirunt & parant, summaque tû sui, tum propriis cura ipsis inest, vt & voluptatem. Generosissimi verò sapientissimiq; hominis est, mentem corporis inquinamentis oblitam, ad rerum præstabiliū contemplationem erigere: vt quantum vnus inter hæc omnia excellit, perspiciat, & corporis hæc compagibus licet implicatus, mentis agitatione tamen fiat originis suæ memor, & cõsors diuinitatis. Hæc summa humanæ vitæ perfectio, hæc optima maximeque diuina ratio viuēdi, qua qui insignes olim fuerunt, Dij ritè sunt habiti, & amplissimis honoribus affecti, tum quòd alta sapientia essent admirabiles, tum quòd magna fructuosaque beneficia in homines contulissent. Inde accenso cæteris animo inflammatoque ad gloriam, vt multiplex erat mentis impetus & intentio, vtque varia erant ea quorum studio capiebantur, complura disciplinarum genera perpo-

Mentis agitatione comparatas fuisse disciplinas.

Duabus ex causis disciplinarum summi differentias.

Tria philosophiae genera a mente contemplata. Naturalis philosophia Theologia, & quae eius subiecta materia. Mathematica.

Contemplationis praestantia.

Mens agens artium effectrix.

lita sunt, quae partim necessitate, partim studio cognoscendi fuerant inchoata, Alij operum naturae concentum eximiamque formam & pulchritudinem admirati, & earum rerum suauitate pellecti, quae corporibus innixae, mutabiles, mortalesque sub sensum cadunt: ortus earum causasque magnis sudoribus sedulaeque vigilantia scrutati, naturalem philosophiam condiderunt. Alij animi sublimioris impulsu in res diuinas acerrime intenti, illas quidem sempiternas, immutabiles, separatas, nulloque sensu comprehensas, quoad fert humana fragilitas theologiae cognitionemque Deorum prodiderunt. Interuenerunt alij medio contemplationis genere ducti, qui mathematicas disciplinas erexerunt: illustres quidem illas, & demonstrandi subtilitate certissimas. Has Plato diuinarum naturaliumque rerum confines & intermedias statuit, quod sempiternae sunt & immutabiles, sed in corpore posita atque subiectae sensibus. Sunt haec tria iam multis seculis celebrata sapientiae studia, ex rerum quas versant varietate nata, mentis vnus sublimioris contemplatione formata. Non enim vitae commodis, non voluptatem illecebris, non vllis denique fortunae corporisque bonis aptantur, neque in res tanta contemplatione despiciatas se demittunt: sed propriis coercita finibus in se tota tantquam in orbem vertuntur, propter se non ob aliud quicquam mortale expetenda, utque potissimum incertam erroremque turbulentos ab animis depellamus. Caeterum qui animo minus excelso, nec satis ad philosophandum nato comparatoque fuerunt, ij item ne otiosam aetatem & sine contentione inertem traducerent, hominum aut commodis aut voluptatibus destinati, mentis illius quam *νοῦς* id est agentem dixerunt concitatione, inferiores pepererunt disciplinas, prudentia omnes & arte comprehensas. Horum enim quicumque in hominum moribus conformandis, & recte viuendo instituto omne studium collocassent, ij ad moralem facultatem aditum fecerunt, & ad ciuilem & economicam, quae moderatrice prudentia administrantur. Accedit his historia, rerum gestarum memoria antiquitatis commemoratio: uti & Geographia, locorum gentiumque descriptio, sine qua ne illa quidem illustratur atque splendet. Omneis porro artes excitarunt quicumque non actus hominumque mores, sed effectus & opera sunt persecuti. Primum, ut animi sensa locutione (haec enim effectus est, quod linguae organo fiat, actus vero nullus corpori instrumenti ope indiget) exprimerent, Grammaticam conuinciarunt, quae emendate loquendi ars est, & poesim numeris

astriam

astriam, & Rhetoricam quae ornatè copioseque dicendi doctrina, & Dialecticam, quae rectè differendi est ratio. Ad humani corporis sanitatem vel tuendam vel recuperandam Medicina, ad alimenterum vitae necessitatem Agricultura, ad aedificiorum extructionem Architectura inuenta excultaque est. Sic textores, fabri, aurifices, futores, zonarij, pistores, lanij, fictores, pictores, librarij, aliique innumeri suas artes hominum commodis aptauerunt. Sic musici, cantores, tibinices, histriones, gladiatores, saltatores, venatores, piscatores, aucupes, coci, factores, lenones, scurræ, aleatores, quaedam artes celebrarunt ad hominum delicias atque voluptatem, quae aut prorsus sordidae, aut parum ingenuae sunt. Sed quum omnis philosophia rei in quam incumbit materiam excutiat & ponderet, artis id erit cuiusque proprium, ut in materiam quae sponte sua apteque natura prodiit in lucem affectionem quandam & facultatem inferat, quae sine hominum aut mente aut manu per se ipsa non accederet. Non enim ars materiam, sed artificium in materiam extrinsecus confert, quod aut stabile est ac firmum, velut in extructis aedibus: aut fluxum atque praecipuum, ut in tibicinum harmonia. Haec igitur sunt philosophiae (quae mater omnium bonarum est artium) studia, haec prudentiae, haec artium discrimina, summaque disciplinarum genera, quae tum diuersa mentis agitatio, tum rerum quas tractant varietas, quam maxime diuisiuit. Iam vero id inde scrutemur, quam sit ars vnaqueque, vel disciplina praestans & ingenua, quantoque dignitatis splendore aliae alijs praeuiceant. Deorum caelestiumque animorum actio praestantissima sententiis omnium iudicatur, quod in rerum optimarum contemplationem penitus incumbat: beluarum vero (quae vitae necessitati seruiunt, & ad voluptatem omni impetu feruntur) humilis, vilis & obscena. Haec si ad humanas transferimus actiones, nobilissima summeque liberalis & ingenua videbitur omnis contemplatio, omneque genus philosophiae praclarum, illiberalis autem & sordida omnis opificum industria, quorum labor & opera non ardua vis animi censetur. Inter haec autem ars confedit, quae suo genere tanto digniore quaeque loco ponetur, quanto praeter caeteras animum sublimiore contemplatione excolit, per quam intelligentiores sumus, & meremur sapientes appellari: idque maxime si non illa odium offensionemque hominum in se struat sed haud mediocriter frugifera sit & fructuosa, cum alijs omnibus tum ipsi quoque artificij. Quenam igitur videri debet inter artes principatum obtinere, cuius adminiculo his corporis inclusi

Vnde philosophiae & artium dignitas spectetur.

Artium utilitas spectanda.

com-

Medicina
artium di-
gnissima
& vtilissi-
ma.
Vtilitas
eius.

Præfatio.

Quæ &
quã multa
debet medi-
cus no-
uisse.

compagibus vitam transigere possimus beatam atque tranqui-
lam? Marco Tullio sola naturæ cognitio contemplatioque rerum
haud quaquam placet, sed ignava ac iners prorsusque manca, &
duntaxat inchoata habetur, si nulla comitetur administratio re-
rum, nec sit ad hominum commoda societatemque tuendam compa-
rata. Si omnes omnium artium comoditates, facultates, atque co-
pias dispicias, nihil est medicina melius, nihil optabilius, nihil ho-
minum generi datum præstabilius. Nam si est vita cunctis morta-
libus charissima, si lux ea cum primis expetenda in qua vivimus,
spiramus, & iucunda cõsuetudine inter nos coniungimur. si ea pri-
mum est & præstantissimũ munus animantibus attributũ: ars que
illam seruat, continet, ac tuetur, quo pacto non sit omnium præstan-
tissima? quid ea potest homini magis in votis esse, quæ infestissi-
mos humani generis hostes, morbos inquã & aduersam valetudi-
nem propulsa? quæ vitam incolumem ab omni ærumna & lægure
liberam quã diutissime tutatur? Vt corporis firma constituti-
one nullę opes, nullæ fortunę ampliores: sic imbecilla & labante
illa nihil laboriosius, nihil calamitosius. Qui ergo in hoc periculũ
discrimenque adductis subuenire & opitulari queat, tantum abest
vt in illorum offensionem incurrat, vt etiam illos summa cõsuetu-
dine & amicitia sibi coniungat, atque quasi pro numine, inquit
Hippocrates, colatur, qui tantas opes restituerit, per quas externę
quoque fortunę obtineri, possint, illarumque vsus iucundus atque
dulcis habeatur. Cæterum ad ea quæ medicina ratione perlustrat
conuersus, quã præclara & nobili contemplatione rerum pluri-
marum naturas persequatur atque peruestiget, intelliges. Vt enim
admirabilem hominis fabricã naturamque explicat & euoluit, ita
rerum cunctarũ ortus & occasus, ipsamque omnium ex elementis
compositionem, animalium, stirpiumque proprias vires (tametsi nõ
absolutę, quatenus tamen homini salutare sunt aut pestiferæ) in-
quirat atque parat. Quin & altius subiens quæcumque ex patefactis
terræ faucibus eruntur scrutatur, indeque sublata cælorum & sy-
derum conuersiones, & que inde fluunt dimanantque virtutes or-
bis inferioris moderatrices obseruat. Hęc autem quia non aliter
quã certa demonstrandi ratiocinandique via obtineri possunt,
quis eat inficias mathematicas artes, & dialecticam aditum ad
hęc patefacere? ac multo etiam magis rhetoricen, atque gramma-
ticen desiderari: sine quibus nõ modò copiosę ornateque dicere,
sed ne emendatę loqui quidem liceat? Quod si ex vel necessariæ
sunt, vel opis quiddam & auxiliij cõferunt, & ceu gradus quidã &
aditus

aditus ad medicinam iaciuntur atque patent, medico quidẽ om-
nes erunt perdiscendę: quæ vt inquit Aristoteles, eiusdem sit finẽ ip-
sum & ea que finis gratia sunt cognoscere. Quis enim eum picto-
rem non in magna gloria & laude ponat, qui præter operis linea-
menta & pigmentorum asperionem, nouit tabulam perpolire, co-
lores iusta temperatione permiscere, penicillum in omne varietatis
genus conformare? contra verò eum nõ vituperet, & tanquam
rudem ignarumque damnet, qui nullam istorum cognitionẽ habet,
sine quibus maiora percipi non possint? Idem quoque de medici-
na statuo, vt nenio hanc tentet vel a limine salutare, qui non an-
tea illis disciplinis meritam & iustam operam impenderit, sitque
illarum institutis liberaliter informatus. Tanta igitur rerũ cogni-
tione præcellit medicina, vt omnium que mundus complexu suo
coercet, naturam atque vires solerter consequatur, quas demũ ad
vniũs hominis (cuius præcipua illi cura est) commoda salutemque
referat, vt illorum vsu & appulsu integram corporis valetudinem
conseruet, aduersam depellat: quãquam non semper hunc ipsum
finem attingit. Hinc nos sic illi definitionem adhibebimus, Medi-
cina est ars ad humani corporis sanitatẽ tuendam, profligãdosque
morbos comparata. Quoniam enim quæcumque medicina ratio-
ne perlustrat, ad hominum vtilitatem refert & accõmodat, artis
nomine vniuersum contineri par est. Non enim vt quispiam exi-
stimaerit, partim scientia, partim ars dicenda, tametsi ex multis
constet theorematibus, que ipsa quidem sola per se scientia continẽ-
tur. Verũ quoniã omnium medicinę partium inter se quã aptissimi-
mẽ coherentium & concordantium ea est conspiratio, is consen-
sus, vt homo saluus & incolumis seruari possit, æger autem in inte-
grum restitui, ex ipso fine vniuersa artis nomẽ accipiet. Porro au-
tem vt cuiusque artificis interest, subiectam quam tractat mate-
riam omnino perspectam habere, quò expeditius in omnem arti-
ficij speciem & decorẽ flectere illam possit & torquere: ita & me-
dico humani corporis natura primũ cognoscenda est omnibus
suis partibus absoluta, quod sanẽ totius medicinę subiectam ma-
teriam esse confirmamus, non autem morbos ac vulnera. Vt enim
dum fictor in rudi adhuc & informi grę Herculis effigiem impri-
mit, hæc artificium est & summum artis opus, æs verò materia
quam variẽ tractat: ita & dum medicus ex ægro corpore sanum
facit, vnum idemque corpus manet, quod subiectum est & mate-
ria. Quę depulsa ægrotatione comparatur sanitas, species est &
forma: huius autẽ efficiens causa, medicus: aut potius ars mededi.

Dum

Quæcum-
que medi-
cina tra-
ctat homi-
nũ cõmo-
dis aptari.

Medicina
quid.


Medicinã
totam ar-
tem esse.

Prima ar-
tis cuiusque
cognitio
ex mate-
ria subie-
cta.

Dum enim hæc præceptiones tradit unde procuratio est valetudinis, dicitur sanitatem efficere. Sic enim Aristoteles artem nimirum id esse statuit, à quo demum omnis motio proficiscitur. Medicus est artis perinde atque naturæ minister: cuius est officium curare appositè ad sanandum. Finis autem cuius gratia sanitas procuratur, est vitæ functionum integritas. Itaque totus in hæc duo incumbit, ut sanitatè in corpore conferuet, & ut morbum depellat. Atqui neutrum planè cõferre potest, nisi eorum quot differentiarum sunt & genera, quæ causæ, & quibus signis noscitur, iam antè perspectum habeat & cognitum. Quocirca totius medicinæ partes quinque si ordine collocabuntur, omnium prima existet φυσιολογική, quæ hominis integrè sani naturam, omnes illius vires functionesq; persequitur. Altera παθολογική morbos & affectus indagans, qui præter naturam homini possunt impendere, & quæ illos causæ efficiant, quæ signa demonstrent. Tertia προγνωστική signa explicans, quibus medici futura præsentunt, & quis morborum decursus, quis exitus sit futurus. Quarta υγιεινή quæ firmam corporis constitutionem bona viuendi lege conseruat, & imminetia mala arcet, simul ægrotis propriam & commodatam victus rationem decernit. Omnium postrema παρθεραπευτική ægram corporis affectionem salutarium vsu & admotione propulsat, sanitatemque restituit: quæ vt summa totius medicinæ artem via & ratione condit, variaq; præsidia suggerit, quibus tum toti tum corpori cuiq; laboranti particulæ opportunè succurrit. Ex his igitur quinque partibus medicina constituitur: quarum tres priores in contemplationem & simplicem rerum cognitionem feruntur, duæ posteriores omnino in actione consistunt, omne studium in tuenda sanitate, aut abigendis morbis collocantes. Unde à quibusdam quinque partes in duas reductæ sunt, theoreticam & practicam, quarum hæc opus omne perficit, aut lege viuendi, aut medicamentorum viribus, aut manus opera & administratione, quæ imponit, secatur, incidit, vritq; ferramentis. Unde iam practicæ non partes, sed species tres statuentur διαιτητική, φαρμακευτική χειρουργική. Etenim affectionum varietas, tot curandi genera peperisse creditur. His ita in genere primo aditu strictim breuiterq; constitutis, singula deinceps accuratius persequi par est, primumq; totius hominis natura qualis sit explicanda.

Medicinæ partes duæ cõtèplatio & actio.

Actionis medicæ tria genera.



INDEX OMNIUM CAPITVM CONTENTORVM IN LIBRIS

IOANNIS FERNELII.



CAPITA PRIMI LIBRI.

De partium corporis humani descriptione.



communes cap. 2.	14
De ossibus cap. 3.	16
De cartilaginibus, articulis, & uinculis cap. 4.	21
De musculis & tendonibus cap. 5.	23
Qui usus partium interiorum, quarum beneficio uiuimus & nutrimur, quæ illarum necessitas cap. 6.	29
De partibus interioribus infero uentre conclusis cap. 7.	30
De partibus uitalibus cap. 8.	37
De capite cap. 9.	42
De nervis cap. 10.	47
De uenis cap. 11.	49
De arterijs cap. 12.	55
De carne, mollibusq; partibus cap. 14.	59
De adipe, medulla, pilis, & unguibus cap. 15.	61
Confectionis ratio cap. 16.	62

CAPITA SECUNDI LIBRI. De elementis.

HUMANI corporis in partes tum cõpostas, tum simplices dissolutio cap. 1.	69
Quid pars corporis, & quot simplices ac similes propriè dinumerentur cap. 2.	71
Quid elementum, quæ medicis in corpore partes elementa, & quæ principia dici debeant cap. 3.	73
Quibus rationibus terra, aqua, aer, & ignis rerum omnium elementa dicantur cap. 4.	74
Corpus hominis, ut cæterorum omnium, ex quatuor elementorum concretionem nec si & contineri cap. 5.	75
Contra iuniores, qui elementorum solas uires non item substantias in nobis putant inesse cap. 6.	76
De elementorum permissione diligentios inquisitio cap. 7.	78
Utrum elementorum substantiæ, an qualitates solæ totis totæ perfundantur cap. 8.	79

†† CAPITA

INDEX

I N D E X

CAPITA TERTII LIBRI.	tum spiritus subiecta est materia demonstratio cap.4. 101
De temperamentis.	De triplici similis partis substantia & de cæteris humorum differentijs cap.5. 102
Quid temperamentum, utq; id perperam definiat Auicennas cap. 1. 81	Quid innatum calidum, quæ eius substantia cap.6. 103
Contraria in idem cõfluere, & unde singulorum uires æstimentur cap. 2. 82	Quid natura medicis & quæ eius substantia cap.7. 105
Temperamentorum differentiarum quot, qualesq; sint cap.3. 84	Vt innatum calidum ætatum inclinatione, status mutationem subbeat ca. 8. 106
Quid iustitia, quid pondere temperatum, utrumque in rerum natura uerè subsistere cap.4. 85	Vt innatum calidum per anni tempora, & per regiones mutetur, & multiplex illius appellatio cap.9. 108
Homini tactum, discernendi temperamentum legem esse & iudicem ca. 5. 86	Natiui tum caloris tum spiritus differentie: hosq; partibus singulis in fitos, aliunde influentibus gubernari cap.10. 110
De singularum partium corporis humani temperatura cap.6. 87	Naturalem spiritum fieri materiam uitalis atq; animalis, utque spiritus & aliæ substantiarum partibus ingentæ alantur cap.11. 111
De uniuersi hominis temperamento, neque uiuens omne calidum esse cap.7. 89	
Vt tactus non simpliciter partium interiorum temperamenta discernas cap.8. 90	
Multis ex causis in genitum temperamentum mutari, quaq; id ratione accidat cap.9. 91	CAPITA QVINTI LIBRI.
Quid ætas, quod ætatum differentiarum, utque illarum progressu cuiusque temperamentum uertatur cap.10. 92	De animæ facultatibus.
Temperamentum nullum biliosum, sanguineum, pituitosum, aut melancholicum dici oportere cap.11. 94	Quid anima cap.1. 113
	Animæ genera, partes & facultates, quot & quæ sint cap.2. 114
	Quot primæ partis animæ sint facultates, quæ naturales appellantur cap.3. 116
	Quatuor facultatum subsidio altricè indigere cap.4. 119
	Præter eas quatuor, non aliam quandam esse naturalem appetendi facultatem, aliam internoscendi aliam discernendi cap.5. 120
CAPITA QVARTI LIBRI.	Alijs partibus alias facultates naturales esse ualentiores, iisq; propria quædam functionum instrumenta destinata esse & attributa cap.6. 122
De spiritibus & innato calido.	Externæ sentiendi facultates capit.7. 123
Calorem quandam nobis, cunctisq; uiuentibus inesse, eumque diuinum cap.1. 96	Interiores sentiendi animæ facultates cap.8. 125
Spiritum quandam cunctis datum uiuentibus, qui uitæ calore continetur cap.2. 97	De appetitu & mouendi facultate ca. 9. 127
Corporum quæ incenduntur exemplo, materiam tum caloris, tum spiritus in nobis cognosci cap.3. 99	
Humidi primigenij quod tum caloris,	

Quam

I N D E X

Quam unaquæq; sentientis animæ facultas sedem habeat quod agendi instrumentum: neq; omnes omni inesse animanti cap.10. 130	De animalibus functionibus cap.10. 171
De intelligentie facultatibus c.11.132.	Sensus interioris functiones c.11. 174
De vitali facultate, quam Aristoteles eandem atq; naturalem existimauit cap.12. 134	Vt fiant appetitio atque morales actiones cap.12. 176
Medicos Platonem sequutos, uitalem facultatem a reliquis diiungere cap. 13. 136	De progressionem & factionem ca.13. 178
Tres animæ facultates sedibus atq; locis discludi cap.14. 137	De mentis functionibus cap.14. 181
Rationum, quas aduersarij proponunt confutatio cap.15. 139	Principes animæ facultates non esse sedibus distinctas cap.15. 184
Quid uitalis facultas ceteris præstet & impertiat in quibus inest, quo accedat ordine, quid uita cap.16. 141	Calorem nostrum perpetuo refrigeratione, pabulo, & expurgatione indigeret, alioqui extingui ipsam & extabescere cap.16. 185
De facultatum concentu, & principatus ordine cap.17. 143	Pulsus & respirationis usus: utq; inter se dissentit cap.17. 187
Simplicem esse animam, quæ his partibus continetur, hincq; Aristotelicorum rationes dissolui cap.18. 144	Qua ratione fiant respirationis atq; pulsus cap.18. 188
De moralibus facultatibus ca.19. 146	
CAPITA SEXTI LIBRI.	CAPITA SEPTIMI LIBRI.
De functionibus & humoribus.	De hominis procreatione, atque de Semine.
ALIMENTI in uentriculo confectio cap.1. 148	SEXYVM distinctio unde fit, & quid de semine sit ab Aristotele proauri cap.1. 191
Vt e uentriculo per intestina & uenas mesaraicas in recur fiat alimenti distributio cap.2. 151	Seminis materiam in solidis partibus progigni, utq; ab illis testium uiscernatur cap.2. 193
Sanguinis & humorum in iecore procreatio cap.3. 154	De testiculis & eorum præstantia cap.3. 195
Oës humores simul gigni, & ab uno eodemq; calore cap.4. 156	Quæ nam est seminis cõpositio, quid testes ad eius confectioem conferat cap.4. 197
Vt sanguis a iecore delapsus per uenam cauam in omnes corporis partes diffundatur cap.5. 158	De feminis natura, præstantia, & uiribus, idq; omnium tum spirituum, tum facultatum causam esse cap.5. 199
Quot concoctionum genera, quis cuiusq; proprius sit honor, quod incrementum cap.6. 161	De foeminarum semine cap.6. 201
De sanguine, utq; is consistat in uenis cap.7. 163	De menstruo sanguine cap.7. 204
Sanguinem in uenis, nõ trium, sed quatuor humorum permissione contineri, quotq; eius sint differentiarum cap.8. 165	De feminis conceptione, & prima hominis constitutione cap.8. 205
Pituitæ & utriusque bilis differentiarum cap.9. 167	Prima animalis conformatio c.9. 207
	Vt de partium corporis principatu, ita & de conformationis ordine magna quidem contentione certatur capit. 10. 209
	De foetus perfectione & complemento cap.11. 211
	Quibus ex causis fit, ut nati parietibus similes, dissimilesue sint cap.12. 214
	Vnde & quonam ordine animæ facultates conceptui tãquam genitæ accedant

†† 2 dant

dant: nec esse præterea dubitandū an semen pars fiat conceptus ca. 13. 216

P A T H O L O G I A E.

CAPITA LIBRI PRIMI,
De morbis eorumq; causis.

MORBI definitio, quid affectus, quid affectio cap. 1. 219
Quid contra naturam, quid præter naturam cap. 2. 220
Morbum omnem in corporis partibus substantia consistere cap. 3. 221
De affectu per consensum cap. 4. 222
Tum sanitatis, tum morbi amplam esse latitudinem, & inter hæc neutram constitutionem interuenire ca. 5. 223
Prima summaque morbi genera cap. 6. 224
Similaris morbi differentiæ ca. 7. 224
Instrumentarij morbi differentiæ cap. 8. 225
De morbo communi, qui est continui solutio cap. 9. 227
De compositis & implicitis morbis cap. 10. 228

DE CAUSIS MORBORVM.

CAVSARVM genera & differentiæ cap. 11. 230
Evidentium causarum genera cap. 12. 233
Qua ratione ambiens aer corpora mutet, & causas interiores, morbosq; excitet cap. 13. 233
Qua ratione, quotq; modis esculenta & potulenta nos afficiant ca. 14. 235
Quæ excernuntur, ac subsistunt morborum causas fieri cap. 15. 238
Motus & quies immoderatio, morborum est causa cap. 16. 239
Somnum & uigilium plerunq; morborum causas esse cap. 17. 240
Animi perturbationes morborum causas fieri cap. 18. 241
De causis evidentibus non necessariis cap. 19. 242
Interiores morborum causæ: quot qua

lesq; sint: utq; ab evidentibus desuât cap. 20. 243
Quæ sit unius cuiusque morbi causa cap. 21. 245
Implicitorum compositorumq; morborum causæ cap. 22. 246

CAPITA LIB. SECVNDI,
De Symptomatis atq; signis.

Quid Symptoma, & qua id ratione a morbo & a causa distet cap. 1. 248
Tria symptomatum summa genera cap. 2. 249
Symptomatum, quæ tū in affectu simplici consistunt, tum in excrementis differentiæ cap. 3. 250
Læsarum functionum causæ cap. 4. 251
Simplicium symptomatum interiores causæ cap. 5. 252
Dolorem symptoma tactus esse, & quæ illius causa cap. 6. 253
De signis, quotq; sint illorum differentiæ cap. 7. 253
Signorum insalubrium quæ morbos eorumque causas indicant summa genera cap. 8. 254
Qua ratione sit affecta sedes ex signis inuestiganda cap. 9. 256
Qua ratione morbus eiusq; continens causa peruestigetur cap. 10. 258
Signa uniuersalia causæ antecedentis, & quis humor dominetur in corpore cap. 11. 259
Quæ signa sint & causa cap. 12. 261
Signa plenitudinis cap. 13. 262
Signa boni sanguinis & signa ueræ plethoræ cap. 14. 263
Signa bilis flaua exuperantis ca. 15. 264
Melancholiæ dominantis iudiciâ cap. 16. 265
Signa pituitæ dominantis ca. 17. 266
Signa aquosi humoris abundantis cap. 18. 266
Signa flatus cap. 19. 267

CAPITA TERTII LIBRI,
De signis & urinis.

Quid pulsus, quoque eius differentiæ cap.

cap. 1. 268
Qua ratione pulsus obseruandi inter noscendiq; sint cap. 2. 270
Generales pulsuum causæ cap. 3. 270
Quam uarij sint pulsus naturales, & quibus ex causis per sanitatem, & contra morborum immitentur cap. 4. 271
Quæ sunt pulsuum præter naturam causæ cap. 5. 272
Morborum ex pulsu cognitio cap. 6. 274
Virium obseruatio ex pulsu cap. 7. 275

D E V R I N I S.

QVI D urina, utque humorum partiumque affectus demonstrat cap. 8. 277
Quæ obseruanda antequam certa de urinis sententia feratur cap. 9. 278
Quæ urina sit optima, utque sexu, temperamento, & ætate mutetur cap. 10. 279
Urinæ copia & paucitas quid indicet cap. 11. 280
Odor urinæ quid denunciet cap. 12. 281
Quid significant singuli urinæ colores cap. 13. 281
Quid urinæ substantia in morbis ostendat cap. 14. 282
Urina perspicua & turbulenta quod signet cap. 15. 283
De his quæ urinæ permiscetur cap. 16. 284
De hypostasi & urinæ contentis cap. 17. 287
Exercitatio iudicandi ex urinis cap. 18. 289

CAPITA LIBRI QVARTI
De febribus.

Quid febris, quæ illius essentia, quæ signa cap. 1. 292
Febrim differentiæ cap. 2. 293
De ephemera febre cap. 3. 294
De syncho febre cap. 4. 295

De Syncho putrida cap. 5. 297
Qua ratione in uenis maioribus putrescant humores, ex quibus febris accenditur, continua cap. 6. 298
De febre continua, quæ conclusa nuncupatur, deque eius differentiis cap. 7. 300
De febre symptomatica cap. 8. 302
Intermittentium febrium continentem proximamque causam non esse in habitu corporis cap. 9. 303
Quæ sit intermittentium febrium materia, & quæ illis sedes in corpore cap. 10. 305
Quæ circuitum causa sit, & quid eorum ordinem formamque mutet ca. 11. 307
De quotidiana febre cap. 12. 308
Tertianæ febris causæ signa cap. 13. 310
Quartanæ intermittentis causæ signa cap. 14. 310
De compositis febribus cap. 15. 312
Hecticæ febris gradus, causæ signa cap. 16. 313
De maligna, pestilentiæque febre, quæ rotius substantiæ morbus est cap. 17. 315
De carbunculo buboneque pestilenti cap. 18. 316
De febrium symptomaticis cap. 19. 317

CAPITA LIBRI QVINTI,
De partium morbis & symptomatis.

DE CAPITIS dolore eiusque causis cap. 1. 322
Principis facultatis symptomata cap. 2. 322
Morus sensusque symptomata cap. 3. 326
Excrementorum cerebri symptomata cap. 4. 330
Oculorum morbi symptomata, horumque causæ cap. 5. 332
Aurium morbi & symptomata, horumque causæ & signa cap. 6. 335
Narium

I N D E X

Narium morbi, symptomata, causæ & signa cap. 7.	cap. 17.	38
Facies, orisque uitia, & horum causæ cap. 8.	cap. 18.	393
Lingue faciuntque morbi, symptomata, & causæ cap. 9.	338	395
Pulmonum morbi, symptomata, causæ, signa cap. 10.	De lue uenerea cap. 20.	397
Thoracis morbi & symptomata cap. 11.	CAPITA SEPTIMI LIBRI.	
Cordis affectus cap. 12.	De externis corporis afflictibus.	
CAPITA SEXTI LIBRI		
De partium, quæ subdiaphragmate sunt morbis.	Tuniorum præter naturam differentiarum cap. 1.	399
OESOPHAGI & oris uentriculi affectus, causæ & signa cap. 1.	Tumores tubercula, & pustulæ e sanguine cap. 2.	400
Ventriculi morbi, causæ, & signa cap. 2.	Tumores, tubercula, atque pustulæ ex pituita cap. 3.	401
Ventriculi symptomata, horumque causæ cap. 3.	Externi affectus, & pustulæ a bile cap. 4.	404
Iecoris morbi, causæ & signa cap. 4.	De pustulis cap. 5.	406
Qui morbi in cysti fellis cap. 5.	Maculæ cap. 6.	407
Lienis morbi, causæ, & signa cap. 6.	De gangræ & abscessu cap. 7.	408
Mesenterii & eius quod pancreas appellatur morbi, causæ & signa cap. 7.	De uulnere cap. 8.	409
Iecoris, lienisque symptomata, & horum causæ cap. 8.	De ulceribus cap. 9.	411
Intestinorum morbi causæ & signa cap. 9.	De ossibus fractis, luxatis, aut aliter uitiatas cap. 10.	413
Intestinorum symptomata, horum causæ & signa cap. 10.	THERAPEVTICE SEV MEDICINÆ DENDERATIO.	
An affectus atque symptomata cap. 11.	CAPITA LIBRI PRIMI.	
Renum morbi, causæ, atque signa cap. 12.	Naturæ legibus esse medicinæ leges consentaneas, præfatio	417
Vesicæ morbi, causæ, signa, atque symptomata cap. 13.	Medici officium, & quæ artis præstantia cap. 1.	418
Scrotii morbi, causæ, & signa cap. 14.	De remedii inuentione cap. 2.	419
Vteri affectus, causæ, & signa cap. 15.	Simplicis affectus simplex curatio cap. 3.	420
Vteri symptomata, horumque causæ cap. 16.	De methodica & legitima curatione cap. 4.	421
Sterilitatis causæ. Pregrantium signa symptomata, horumque causæ	Quum nulli morbi insunt, quænam curandi methodus cap. 5.	423
	De curatione extraordinaria legitime opposita cap. 6.	424
	Vt remedii quantitas definienda sit cap. 7.	425
	Partium indicationes, quibus limitatius definitur remedii quantitas cap. 8.	428
	Vtendi ratio cap. 9.	429

Medi-

I N D E X

Medicamenta qua forma, quo tempore conueniant cap. 10.	430	CAPITA TERTII LIBRI.	
De purgandi ratione.			
CAPITA SECVNDI LIB.			
De uene sectione.			
Quid purgatio, quotque eius differentiarum cap. 1.	469	Quid purgatio, quotque eius differentiarum cap. 1.	
De clystere cap. 2.	469	De uomitione cap. 3.	
De uomitione cap. 3.	470	De purgantium medicamentorum uiribus, ac primum ut unum quodque familiarem humorem totius substantiæ similitudine deducatur ca. 4.	
De purgantium medicamentorum uiribus, ac primum ut unum quodque familiarem humorem totius substantiæ similitudine deducatur ca. 4.	472	Purgans medicamentum nonnunquam alium, quam proprium & sibi familiarem humorem extrahere e corpore cap. 5.	
Quæ humorum uitia phlebotomia uacuet euenis cap. 4.	437	Purgantis medicamenti facultatem a nostro calore excitari, substantiam uero ad expurgandum humorum corpus non permeare cap. 6.	
Reuulsio atque deriuatio ut per uenæ sectionem cap. 5.	439	Per quos ductus medicamentum humorem detrahat cap. 8.	
Singulorum morborum, quibus uel presentibus uel futuris uena secta succurrit, enumeratio cap. 6.	440	Quibus humorum uitias, & quibus morbis adhibenda purgatio ca. 8.	
Quæ uena in quouis affectu secanda cap. 7.	442	Per quas uias instituenda sit purgatio, quo medicamenti genere, & quam ualido cap. 9.	
Quid spontanea sanguinis eruptio conferat in morbis cap. 8.	444	Vt medicamenti quantitas definienda sit cap. 10.	
Quibus signis morbi magnitudo & uirium robur comprehendatur, pro quorum indicatione mittere aut non mittere sanguinem oporteat cap. 9.	445	Quantum & quousque uacuandum, ueruerse an partite cap. 11.	
Vt uocandi quantitas ex morbi magnitudine & uirium robore estimari debeat cap. 10.	448	Quo morbi tempore, quo die, quaque hora purgandum cap. 12.	
Præsentium, præteritorumque obseruationes, ex quibus certior uacuandi quantitas indicatur cap. 11.	450	Quæ preparatio purgationi præmittenda cap. 13.	
Futurorum obseruatio aut uerius pro uiso præfinitæ quantitati necessaria cap. 12.	453	An ieiunio & qua forma, & quibus obseruationibus dandum medicamentum cap. 14.	
Quo morbi tempore, qua die, quaque hora sanguis emittendus cap. 13.	455	Vtilis ne & perfecta fuerit purgatio, an contra cap. 15.	
Quæ ante uenæ sectionem præparatio afferenda cap. 14.	457	De purgatione particulari ca. 16.	
Quid ipso sectionis tempore faciendum cap. 15.	459	CAPITA LIBRI PRIMI.	
Vt a uenæ sectione regendus sit æger cap. 16.	461	MVNDI ELEMENTA Solam materiam Generis quibusque rebus impertiri cap. 1.	
Emissi sanguinis obseruatio ca. 17.	463	Rei naturalis formam substantiam esse, non accidens cap. 2.	
De arteriarum sectione cap. 18.	464	Naturalis cuiusque corporis simplicem esse	
De particularis sanguinis uacuatione cap. 19.	465		
Vniuersalis quæ per habitum fit corporis euacuatio cap. 20.	466		


I N D E X

esse forme substantiam, neque hanc esse ex subiecti formis ortam contra Alexandrum cap. 3. 500
 Partium quæ in composito sunt singularum formas, esse ueluti quasdam præparationes inducendæ totius forme, & eas esse multiplices cap. 4. 509
 Rei naturalis potentiam nõ posse suo-pte impetu ad formam progredi, sed hæud secus atq; actum de habitu, formã elici de potentia materiæ c. 5. 518
 Gignendæ formæ, ne minimum quidẽ ante in materia fuisse, neq; potentia quicquam esse forme, neq; ad substantiam genus referri cap. 6. 523
 Non posuisse geniti formam a parentibus fluere: Qualis & unde sit uera formæ origo cap. 7. 538
 Rerum omnium formas, primaq; substantias de cælo duci, ex Aristotele cap. 8. 546
 Aristoteles supra naturam philosopharus statuit formarum diuinam originem; Deum maximum cælos astraq; condidisse, hisq; gignendarum rerum uires indidisse quæ etiam Platonicæ sunt sacris literis cõsentanea c. 9. 550
 Res omnes caducas & mortales diuinitus olim conditas fuisse, eas nunc cœlesti uirtute gigni & gubernari, quæ eadem planè est diuina cap. 10. 556
 De spiritibus, quorum gubernaculis mundũ administrari cõdunt c. 11. 562
DE ABDITIS RERVM CAUSIS
CAPITA SECVNDI LIB.
 Rei cuiq; genite, aliã a materia, aliã a qualitatũ temperamẽto, aliã a forma uires inesse cap. 1. 570
 Vires eas, quas forma profert, uti & ipsum formam plane diuinas esse atq;

dici, ut quarum nulla sit certa manifestaq; ratio cap. 2. 574
 Corporis humani, & cuiusq; animantis diuinam esse fabricam cap. 3. 576
 Animam nostram non ab elementis ortam, Galeni decreto cap. 4. 581.
 Quid animæ facultas, Galeno c. 5. 584
 Trium partium animæ diuinam esse substantiam ex Galeni sententia cap. 6. 588
 Humani corporis, ut omnium uiuentium spiritus esse diuinos, ingenitiq; illis calorem diuinum cap. 7. 591
 Plurimas functiones & opera in nobis occultis ex causis esse cap. 8. 596
 Parti simili nõ unicum, sed tria morborum genera inuadere, & qui sint materiæ morbi cap. 9. 601
 De morbis totius substantiæ, & quantũ in arte momenti cap. 10. 606
 Oculorum morborum differentia cap. 11. 611
 De pestilentibus morbis, quod illorũ occultis sit causa cap. 12. 615
 Epidemias morbis occultum quiddam inesse cap. 13. 623
 De contagiosis morbis cap. 14. 628
 De uenenatis morbis cap. 15. 633
 Et morbos & remedia quedam tans naturam esse cap. 16. 637
 Occultas quasdam esse forme, seu totius substantiæ proprietates, & quot sint illarum differentia cap. 17. 643
 Vnde nata totius substantiæ proprietates, utq; a substantia distet, & ubi sita sit cap. 18. 649
 Occultis morbis tacita medicamento rum proprietate succurrendum, non empiricorum ritu, sed ante & methodo cap. 19. 655
F I N I S T A B V L A E
O M N I V M C A P I T V M.

I N D E X R E R V M M E M O R A B I L I V M
 O M N I V M O P E R V M I O A N N I S

F E R N E L L I I



ma quid. 408.
 Adstrictio intestinorum morbus. 368.
 Animæ tres partes. 259.
 Adolescenti plurimum inest latitudo. 260.
 Affectio triplex. 270.
 Affectus in laborante quis cõsistat. 258.
 eius partes
 Affectus præter naturam. 274.
 Alui deiectio circa quibus ex causis sit. 371.
 Angeli non solum gentibus & prouincijs, sed & singulis nobis etiam sunt custodes adducti. 563.
 Animi intectio est necessaria ad motũ. 180.
 Artus corporis uarij dolores occupantur. 393.
 Animi cupiditates, quomodo fiant. 177.
 Aristoteles plenissimè expositus de rerum & formarum origine. 545.
 Adolescentia & pueritia quem sanguinem habeant. 264.
 Ascarides lumbrici. 374.
 Alui deiectio tarda, & eius causa. 370.
 Ars in plerisque natura præstantior. 418.
 Aquosi tumores. 402.
 Amentia quid. 324.
 Aequale & inaequale in urinis. 289.
 Animantia ex putri materia unde semen acceperunt. 228.
 Animus per somnum laesitur. 60.
 Anima nostra ex Galeno non est ab elementis orta. 581.
 Trium partium animæ diuinam esse substantiam. 583.
 Aethma quando sit in pulmone. 342.
 Appetentia quando imminuitur, seu prostermitur. 253.
 Animæ principis facultatis deprauata functio. 322.

B D O M I N I S mufculi. 27.
 Ab ortus quibus ex causis sit. 392.
 Abscessus intestinorum morbus. 369.
 Abscessus ani uitium. 374.
 Abscessus seu apostema quid. 408.
 Adstrictio intestinorum morbus. 368.
 Animæ tres partes. 259.
 Adolescenti plurimum inest latitudo. 260.
 Affectio triplex. 270.
 Affectus in laborante quis cõsistat. 258.
 eius partes
 Affectus præter naturam. 274.
 Alui deiectio circa quibus ex causis sit. 371.
 Angeli non solum gentibus & prouincijs, sed & singulis nobis etiam sunt custodes adducti. 563.
 Animi intectio est necessaria ad motũ. 180.
 Artus corporis uarij dolores occupantur. 393.
 Animi cupiditates, quomodo fiant. 177.
 Aristoteles plenissimè expositus de rerum & formarum origine. 545.
 Adolescentia & pueritia quem sanguinem habeant. 264.
 Ascarides lumbrici. 374.
 Alui deiectio tarda, & eius causa. 370.
 Ars in plerisque natura præstantior. 418.
 Aquosi tumores. 402.
 Amentia quid. 324.
 Aequale & inaequale in urinis. 289.
 Animantia ex putri materia unde semen acceperunt. 228.
 Animus per somnum laesitur. 60.
 Anima nostra ex Galeno non est ab elementis orta. 581.
 Trium partium animæ diuinam esse substantiam. 583.
 Aethma quando sit in pulmone. 342.
 Appetentia quando imminuitur, seu prostermitur. 253.
 Animæ principis facultatis deprauata functio. 322.
 Animi sgritudines. 178.
 Aemorrhagia sanguinis e naribus eruptio. 338.
 Aures magnæ & parue quid denotent. 260.
 Aphthæ ulcera quæ. 339.
 Auerrhois opinio de elementorum formis. 497.
 Aneurisma tumor. 404.
 Autumnus cur habetur perniciosus. 547.
 Atrophia quid sit. 365.
 Auditio deprauata quando accidit. 336.
 Arteriæ amplæ & cõxiles. 271.
 Ascites hydrops. 366.
 Azimus panis, & eius facultas. 236.
 Actatum observatio in sanguine mittendõ. 451.
 Animi perturbaciones sex. 241.
 Anima non potest ociosa in femine delitescere. 532.
 Anasarca hydrops. 366.
 Aegilops quid. 335.
 Animalia & stirpes, quæ sine semine proueniunt, a cælo generantur. 548.
 Animalia etiam profectiora gigni a cælo, sed feminis interuentu. 30.
 Animam prægnantem esse quomodo Plato intellexerit. 534.
 Anima omnium antiquissima. 525.
 Actus in corpore. 526.
 Alexandri, aliorumq; philosophorum falsa opinio de formarum essentia. 469.
 miltio quæ falsa. 497.
 Arthriticis differentia, signa, & causa. 393.
 Arthriticarum scõto. 464.
 Aqua & terra patiuntur ut materia. 571.
 Angelorum multitudo infinita. 563.
 Arte quæ suam rationem sint adepta. 492.
 Aeger quomodo regendus sit a uena scõto. 461.
 Aeris mutaciones nõ solum esse a cælo. 548.
 Anima mundi ex Platone a quo deliuit. 560.
 17. quæ sit. 561.
 Abstinentia tempestiua salubris. 467.
 Aristoteles quid statuerit de animantium & stirpium procreatione. 535.
 Aetheris & aeris interuallum totius mundi non est pars millesima. 547.
 Affectus simplices contra naturam. 420.
 Ani affectus atq; symptomata. 374.
 Angina faucium affectus. 41.
 Appetitus

I N D E X

Appetitus cur mouetur. 177.	4	Arteria venosa 55.	27
Affectus bifarius periculofus est. 424.	10	Arteria ramus fuperior ibid.	39
Aurium morbi & fymptomata, horumque caufa & figna. 335.	46	Arteria ad brachia ibidem 42. ad alia 56.	4.
Animi pathemata. 447.	46	Arteria quae ad inferiores partes 56. 28.	28.
Acetates quinque. 93.	36	& inde	
Anima quid. II. 47. eiusdem genera tria. II. 22. partes quae. II. 43. facultates. II. 115.	12	Astrorum ortus obferuandi 611.	15
Actas conftans. 93.	47	Animalia quae habent menftrua & quae non, quae multum & quae parum 204. 18.	22
Auctrix facultas quae. II. 8.	22	Appetitus animalis 128. 116. rationalis. ibid.	25
Accretio differt a procreatione. II. 8.	33	triplex. ibidem.	31
Adeps quo temperamento. 88.	44	Appetitus poftrema est facultatum interiorum 127.	46
Adolefcentia & eius partes. 93.	38	Adeps non est corporis pars 72.	45
Animam effe primariam caufam, facultates effe adiuuantes caufas. II. 6.	34	Animus triplici corpore tenetur 98.	13
Aetrix facultas quae. II. 8.	1	Appetuum differentia 128.	1
Aer quid flammam conferat. 99. 30. pabulum effe flammam. ibid. 34.	46	Auerthudis cauillus 136.	33
Attrahendi uis unde nata. II. 9.	39	Animalium facultatem laedi aliis illaefis 136.	46
Aeratum temperamenta. 93.	21	Actio 133.	43
Aetas quid, & unde fpectetur aetatum mutatio. 92.	37	Ars 134.	1
Actio omnis fit ex contrarijs, quae fub uno genere comprehenduntur. 609.	48	Anima sine aere teneri non potest 234.	1
Acetabula quae dicuntur. 208.	24	Anima fole operibus cognofci 113.	27
Anima partes tres locis difcludi. 137.	35	Animantium procreatio 192.	17
Alimentum quae materia fit. 148. 30. eius praeparatio ibid. 34. in uentrem depulfio. ibidem.	40	Aquilo purgat aeris inquinamenta 235.	29
Affectus quid 220.	4	Aetate acrior in nobis est calor, quam hinc 108.	44
Alui excrementum 151.	40	Actio laefa quae uere dicatur 221.	9
Appetitus mortales duo 147.	19	Anguftia quomodo fit 246.	2
Appetitus omnes a reliquis facultatibus diftingui. 147.	26	Arteriarum ufus 55.	11
Aer ut fiat fpiritus pabulum 189.	5	Anima fentientis in corde 135.	16
Aeris, fpiritus, & fanguinis diftributio per pulmones 189.	11	Antecedens caufa morbi 231.	33
Auditio ut fiat 172.	8	Aristotelis expofitio 83.	14
Alimenta coctione non putrefcere 150.	2	Auricula 39.	20
Affectus contra naturam 221. I. duplex 222.	28	Arena rubrae in urinis quid indicant 255.	41
Alimenti per inteftina depulfio 151. 29. diftributio ad iecur.	34	Anatomes modus 62.	48
Alimenta multa cur in uenas permeant. 153.	14	Anima fentientis facultates interiores tres 125.	5
Anima naturalis & fentientis ex femine prodierunt. 200.	13	Amnios quae dicatur 208.	25
Agonia est omnibus aduerfa 241. 49. noxia. 242.	33	Aftrologiam fuperftitiofa reru uanitate multum contaminarunt 652.	1
Anima fentientis uis & materia 171. 3. uaria instrumenta ibid.	29.	Auerthudis figmentum 79. 46. 82.	33
Animam nofttram effe immortalem 145.	39	Anima in toto re uera tota est, & in qualibet parte tota est potestate 135.	38
Animalis facultas omnium poftrema 142.	46	Anima una difsimillimas actiones edit 135.	44
Appetitus triplex 146.	21	Actiones propriae & communes 122.	7
Auricem uim in animantibus perfectiorem effe, quam in ftripibus 142.	9	Apoplexia ex quo gignitur 636.	26
Aeris fubftantia fimplex 615.	13	Affectiones quae fiunt in aere 615.	30
Arteria cuius uenis pauciores 55.	13	Aquaticilia fatis refrigerari citra aeris appulfum 186.	39
		Alimentum quod est 236.	12
		Anatomica administratio 63.	10
		Adipis procreatio 61. 6. differentia. ibid.	9
		Attrahentis facultatis neceffitas 119.	27
		Aer quomodo aqua humidior 74.	46
		Alexiteriorum natura duplex 609.	20
		Analysif fummam inueftigandi facultas. 13.	13
		Auris 45.	49

Arteria

I N D E X

Arteria & uena 67.	26	160.	39
Aer tractus conferuando calori est aptus 166.	36	Caro quid, & eius partes 59.	24
Audiendi facultates 123.	46	Calor triplex 593.	17
Autenna male definiuit temperamentum 82.	10	Calor nofter cur non abigne trahat originem 593.	22
Arteria afpera 50.	25	Calori noftro non opponitur frigus 97.	21
Aeris intemperies quot morborum genera faciat 234.	26	Caro triplex 102.	39
Asperitatis caufa 246.	9	Carnem omnem non effe calidam 60.	36
Articuli 14.	1	Carbunculus atque bubo quid denotant 619.	26
Anatomes neceffitas & praefantia 68.	27	Capitis praecpta 67.	34
		Capitis & maxilla uincula 22.	20
		Catarus quid 330.	27
		Calorem nofttrum non effe prorfus elementarem 97.	3
		Calidum innatum quid 105.	4
		Caloris uim omnia contineri & regi 36.	31
		Cartilago uertebrarum 17.	5
		Caufa. quarum uim, aut priftinum ftatum retinemus, aut in morbum incidimus 233.	14
		Carmina nihil proficiunt in morbos 641.	26
		Caloris & humoris innati amicitia 108.	10
		Calor naturalis duplex 292.	34
		Caloris interitus & extinctio unde 185.	38
		Calua 42.	17
		Caufarum genera & differentiae 230.	15
		Capitis totius offa quot 19.	8
		Carnis partium differentia 60.	45
		Calidum aut frigidum non uno femper modo cognofcuntur 88.	30
		Calor nofter inftitit fenij & interitus caufa interior 92.	26
		Calor non excellit in omni uiuente 89.	31
		Cacodaeones qui 567.	8
		Calculus in cyfti fellis 350.	47
		Cancer qui tumor est 403.	9
		Carbunculus ex fanguine originem habet 400.	49
		Carbunculus fignum est februm peftilentium 316.	19
		Cacoethe ulcera 422.	24
		Canis rabidus 628.	26
		Calor a media aetate minuitur. 107. 23. feipfum destruit ibidem.	30
		Catoche feu catalepfis quid 225.	35
		Caligo quid fit 333.	47
		Capitis affectiones 220.	24
		Caloris in uita decurf. mutatio 93.	7
		Calidi innati ex regione uarietas 107.	47
		Capitis offa 17.	12
		Cartilago 15.	
		Caluaria fi frangitur, aut finditur periculofiffimum est 413.	43
		Caufa morbi 258.	30
		Cartilagine in offium extremis 21. 27. foiae per fe ibidem.	17

C A R O citius alitur, quam alia partes

††† 2 Cacod-

INDEX

gacochy mia quid. 434. 21. 438.	20	Coccyx seu cauda.	16
Cachectia quid sit. 365.	25	Coctiones communes dua. 162.	7
Capitis dolor & eius causa. 322.	4	Conceptio quid. 207. 9. ad bonam conceptio-	7
Causa efficientes posita ab Aristotele. 570. 46		nem. quae necessaria sint. ibid. 27.	
Cæci morbi qui recte appellati. 610.	34	Concoctionis prima, & aliarum quis humor	
Cæcum quid. 32.	3	& excrementum. 162.	20. & inde
Cæliaca affectio & eius causa. 371.	20	Continui solutio ex quo fiat. 246.	29
Cælum regit omnia quæ mundus continet.		Cor primum ex Aristotele conformatur.	
546.	20	209.	18
Cæli inquinamenta. 615.	34	Cordis & arteriarum pulsationes distat. 189. 42	
Cæcitas ex quo oritur. 332.	26	Corporis constitutio in tres diuiditur ordi-	
Cælorum uirtus quæ. 555.	26	nes. 223.	42
Cerebro læso omnis animæ vis perturbatur.		Corporis elementa & principia quæ. 73.	43
584.	9	Contagiosi morbi. 628.	1
Cerebri et spinæ medullæ esse diuersa. 61.	42	Corpus quibus de causis liquefit. 242.	24
Cerebri, cordis, & iecoris, tum vires, tum spi-		Corpori tria insidet præter naturam. 254. 40	
ritus, specie & differentia differre. 140. 48	48	Cor animæ sedes. 135.	35
Cerebri uitium intemperies duplex. 332. 28.	28	Conuocatio perfecta non fit ubique, ibi. 16.	
Cerebrum quo temperamento. 88.	46	triplex. ibid.	27
Cerebrum & eius partes. 67.	42	Cordis præstantia. 135.	2
Cælum omnium formarum seminibus con-		Colliquatio intestinos. 372.	32
sperum. 650.	17	Cordis necessitas. 29.	19
Cerebri neruorum cõiugationes. 44. 13. & inde.		Côr. 66.	6
Cerebrum tenet summam corporis partem.		Concoctio uentriculi. 149.	18
42.	13	Concoctio quid. 149.	48
Cerebrum motus & sensus principium. 131. 19	19	Coctionis ratio. 149.	28
Cerebrum mouetur. 130. 43. dat uim mouen-		Contagiosi morbi qui. 614.	3
di. 131.	4	Corpora, quæ permiscerit possunt. 78.	14
Cerebri basis. 17.	46	Comitialis morbus. 225.	16
Cerebri excrementorum symptomata. 330. 25	25	Contraria quomodo eide non insunt. 83.	19
Cerebellum. 43. 17.	68	Corporis partes simplices. 73.	18
Cephalica omnium tutissima. 460.	4	Corporis constitutio aut naturalis, aut non	
Ceruicis musculi. 24.	31	naturalis. 220.	39
Ceruix.	16	Concauitatis & meatus uitia. 245.	46
Characteres in morbos nihil proficiunt.		Corruptio simplex quid. 607	38
641.	26	Corporis totius temperamentum unde fit. 89. 4	
Chiragra manuum infestat. 393.	26	Corporis partes quæ sunt, tot spiritus & na-	
Cholera quid. 355.	34	turæ. 210.	9
Chori superiores nou em quomodo disijuncti		Conformatio & spiritus unde originem du-	
ex Dionisio. 563.	14	cunt. 516.	23
Choroides contextus. 42.	45	Cocostio quomodo fit. 487.	17
Chyli ad iecur transuectio per uenas mesen-		Corporis habitus quid palam facit. 259.	22
terij. 152.	10	Columella. 41.	48
Chylosi cur efficiantur. 149.	38	Cerebrum principis animæ sedes. 138.	1
Cibi, quàm ueneris grauiora sunt pericula.		Cor. quo temperamento. 88.	35
243.	25	Contemplatio. 133.	40
Cibi potusq; uita. 235.	38	Compendij facultas. 133.	32
Cibi ad iecur distributio, ratione potius, quàm		Corpus operatur per animam de mente	
sensu cognoscitur. 152.	20	Alexandri. 604.	44
Cibi fastidium, quando adest. 353.	8	Cor quid conferat cerebro. 142.	40
Cibus cur ocyus tardiusue alat. 572.	26	Colicus dolor. 257.	7
Cibus indigestus quam famem sedet. 150.	48	Corporis humani dissolutio. usq; ad simpli-	
Cibus, quando morbum facit. 237.	13	cia. 70.	5
Cilia. 46.	27	Cordis pulsatio. 187.	5
Circinuum quæ causa sit. 307.	40	Corpus factum est anima posterius. 525.	43
Chysteris usus & utilitas. 469.	40	Corpora quare inflamantur. 100.	9
Continui solutio, morbus est. 227.	13	Commutatio, seu alteratio duplex. 609.	18
Cor nullam tolerat solutionem. 227.	22	Coloris habitusq; in diuina. 259.	31
Corporis humani fabrica diuina est. 576.	18	Conceptus in uisceribus. 385.	1
Connexi, uel consequentes morbi. 228.	44	Composita febris. 294.	36

Corpo-

INDEX

Corporis artus uarij dolores occupat. 393. 19	19	Cupiditatis exuperantiæ aut defectiones.	4
Corporis qualitates aduentitiæ non continen-		146.	39
tur in ratione temperamentij. 91.	10	Curatio lenta bifariam fit. 427.	7
Coste unde originem ducant. 19.	26	Curatio quid. 418.	47
Cor quid conferat iecori & cerebro in perfe-		Curatio extraordinaria legitima opposita.	
ctis animalibus. 142.	22	424.	8
Cententorum genus triplex. 281.	14	Curandi methodus multos morbos. 423.	3
Continens causa morbi. 231.	30	Cutis expurganda remedium. 465.	40
Conarium. 43.	25	Cutis compositio. 58. 38. foramina. 59. 2. ubi	
Contraria multifariam dicuntur. 419.	17	hæreat. 59.	9
Constitudo ex quo constat. 425.	47	Cuticula. 58.	48
Composita febris. 312. 2. carum consideratio. ibi.		Cutis lex & regula temperamentorum. 87. 29	
Continua febris in uenis arterijsq; maioribus		Cuti temperata est. 88.	2
accenditur. 298.	11	Cutis eodem est temperamento, atque totum	
Corporis actiones, nec a se nec a corpore		corpus. 89.	16
proficiuntur. 113. 30. eiusdem actionum		Cynicus in facie quid. 339.	4
causam esse animam.		Cystis fellis. 33.	41
ibid. 42.		Cystimali sanguine. 155.	34
Colon est præcipua flatuum sedes. 267.	20		
Contemplatio quæ & philosophia. 182.	2		
Cognitio morborum ex pulsus. 274.	2		
Corpus humanum tribus in rebus distat a cæ-			
teris.	14		
Corpora nostra interitu dissoluantur in ele-			
menta. 76.	18		
Colores urine quid significet. 281. 20. 289. 21	21		
Colicus dolor flatulentus instabilis est. 369. 41	41		
Cordis carnales. 38.	48		
Continuarum omnium febrium duplex ge-			
nus. 300.	33		
Continentium uitia. 434.	31		
Corpore quæ contineantur. 221.	23		
Corporis instrumenta. 171.	25		
Corporis partes similiares unde. 75.	35		
Corporis pars quid. 71.	21		
Continua febris subiecta materia. 300.	9		
Conuulsio quid. 329. 9. eius causa. ibid. 24.	24		
Concipiendi rationes. 206.	49		
Concoctio quomodo inuatur. 598.	5		
Compositus morbus qui. 228.	26		
Corpus humanum a quibus lacesitur. 230. 33.	33		
Corruptela tortus substantiæ duplex. 607. 36	36		
Colunella palati uitium. 340.	45		
Condiloma ani tuberculum. 374.	45		
Cordis palpitatio. 350.	17		
Colum intestinum uarias excipit materias.			
369.	27		
Cordis affectus in.	30		
Corpus uniuersum in tres publicas regiones			
diuiditur. 434.	36		
Confusa febris. 294.	36		
Continua febris duplex. 294.	14		
Constitutio bona & mala quarum rerum cau-			
sa. 222.	5		
Constitutio. 133.	45		
Coxæ musculi qui femur mouent. 27.	42		
Coxarum ossa varijs nominibus prædita. 20. 41	41		
Cruis ossa duo. 21.	4		
Cubiti musculi. 26.	30		
Cupiditas. 146. 24. eius partes dua. ibid. 34	34		
Cupiditas est futuri boni. 178.	9		

D

DÆMON mendacij parens. 567.	18
Dæmones quosdam esse, & mundo uagari te-	
statur Plato. 564.	21
Dæmonis illius in curandis morbis. 641. 10.	10
Dæmonij natij & qualitas ex Platone. 564. 42	42
Deus quomodo insperit diuinitatis suæ semi-	
na in stirpes & animantia. 556. 20. est au-	
thor ortus, uita, & conseruationis. ibid. 28.	28
eius uis & cælis, per omnia diffundit. 558. 23	23
Decrepita atas sanguinis uisionem non fert	
451.	24
Deus quid dicatur in sacris. 555.	30
Dentes uarij affici solent. 339.	13
Deus quis est, & quanta rerum cognitione u-	
leat. 552. 9. 15. 553.	10
Defectus qui morbus. 226.	35
Delirium & phrenitis. 323.	6
Defatigatio multa, quæ damna faciat. 240. 22	22
Dentium radices ubi figuntur. 18.	12
Deo natura proximam conditionem quæ ac-	
ceperunt. 552.	26
Dentes, & eorum diuisio. 19.	15
Deriuatio quid. 440.	19
Desipientia quid. 322. 45. eius partes. 323.	323
Desipientij ordines tres. 322.	48
Diabetes quid appelletur. 280.	20
Diaphragma. 37.	39
Diaphragmatis uitia. 347.	40
Diarrhæa alui profluuium. 372.	7
Diastole quid. 268.	23
Dies purgationis. 485	33
Goxarum ossa varijs nominibus prædita. 20. 41	41
Dij Patrij, seu penates qui. 564.	39
Dilatatio morbus. 226.	3
Dionis remedia. 426.	7
Dilatatio pupillæ uitium. 333.	33

Difer-

INDEX

Maxilla musculi quatuor. 24.	3	Mens instrumento non indiget. 131	9
Maxilla inferioris ossa. 19.	2	Mens ex Platonic vnde procedit. 560	15
Medicamenta quomodo ducantur de potentia in actum. 522	31	Mensium suppressio. 386. 2. purgatio. ibi.	39
Medicamentum quibus observationibusandum. 487.	33	Mentruum quo tempore erumpat. 204.	27
Medicamenti purgantis facultas a nostro calore excitatur. 475	21	Quomodo sistitur. ibid.	38
Medicamentum per quos ductus detrahat humorem. 476	39	Quid sit. 205	5
Medicamentorum purgantium vires. 472. 14	17	Menstrui veri pernicietas. 213	45
Medici officium. 418	17	Menstrui necessitas & productio. 204. 8. natura. 205. 1. pernicietas & malignitas. ibid.	7
Medici sapientis quid est. 453	13	Mesenterium. 64. 11. 32.	46
Medulla tunica. 47	46	Merhodus curandi multos morbos. 423	3
Medicamentis quomodo sit definienda quantitas. 480	6	Merus est futuri mali. 178	11
Medicamentis a quo insunt vires. 602	19	Mictio cruenta. quæ. 382. 5. purulenta. ibid. 26. subnigra ac turbida. ibid.	31
Medicamentorum vires. 606	13	Mistio quid. 78	28
Membra corpore succescunt. 106	37	Mistio vera. & eius ratio vera. & opinio falsa. 497. 20. 24	39
Membrana. 57	29	Mistionis ratio. 80	9
Membrana costas succingens. 38	3	Mistum quod est. idem & simplex. 80.	18
Medicæ artis pars maxima quomodo illustratur. 254	44	Morbus quid. 219. 48. 221.	49
Memoria duplex. 126	24	Morbus unus aut simplex. aut compositus. 228	15
Memoria propria quid. 126	34	Morbus verè similis qui. 610	8
Melancholici humoris differentia. 169	18	Morbida excretio quid. 611	5
Memoria mentis. 182	48	Morbus & eius causa distat a symptomate. 248	27
Quomodo fiat. 183	7	Mola quando contingat. 215	32
Melancholia quid. 323	26	Morbus qui verè debet censeri. 222	23
Triplex. 324	4	Morbus manifestus. 608	21
Meditatio & cogitatio confirmant memoriã. 126	20	Morbus multiplex. 219	48
Medicinæ scopus. 418	43	Morbus comitialis. 225.	16
Melancholia duplex. 310	47	Instrumentarius & eius differentia. 225.	27. & 43
Medicamentorum formæ multiplices. 430. 45	47	Morbus similis & eius differentia. 224.	10. & 20
Medicamentorum purgantium ordines. 473	34	Morbi trans naturam. 637	38
Melancholiam quid efficiat. 324	1	Morbi occulti & manifesti. qui. 224.	43.
Melancholiæ cumulanda qui sunt apti. 265	18	Contagiosi. 225. II. venenati. ibid.	15
Eius signa quæ. ibid.	34	Morbi hæreditarij. 231	5
Membrana differentia. 57	46	Morbi grauisimi qui. 612	19
Ortus. 58	23	Morbi plurimi. quibus ex causis excitantur. 234.	26
Merendi symptomata quæ. 380	34	Morbi genera. 224	10
Medicamentum quid. confert. 472	41	Morbi similis intemperies octo. 224	34
Memoria conferuans. 175	11	Morbi quales solis intelliguntur signis. 253	44
Efficacis. ibid.	40	Morbi triplices. 228	40
Meningens immobiles per se sunt. 130. 44.	44	Morbi cæci qui rectè appellati. 610	34
Dant vim sentiendi. 131	4	Morbi causa quæ. 221	28
Meninges. 58. 8.	67	Morbi totius substantiæ. 606	40
Meninges duo. 42	27	Morbi magnitudo quibus signis dignoscantur. 445	16
Mesenterij & pancreas morbi. causa. & signa. 362	9	Morbi ex Hippocrate vnde fiant. 609	30
Mens & intelligentia. 216	39	Mola quid sit. 384	42
Mens quomodo consistit ex duabus intelligentiis. 133	21	Morborum causa implicita. connexa. & distincta. 246	45
Mens diuinitis accedit. 200	18	Morborum opifex. 234	25
Mens formarum est præstantissima.	14		

Morborum

INDEX

Morborum differentia. 212	13	Naturalis facultas. 216	29
Morborum similarium genera tria. 603. 604.	6. 46	Naturalium facultatum demonstratio. 120.	3
Morborum singulorum enumeratio. quibus vena secta succurrit. 4	40	Naturalem facultatem lædi alijs illæsis. 137	1
Morborum ex pulsu cognitio. 274	7	Nausea quid. 354	37
Morborum compositio multiplex. 229.	20	Necessitatis ordo. 144	22
Morborum causa. 230. 10. & 24. 231. 27	27	Neoteriorum error. 232	1
Morborum occultorum differentia. 611. 361. 2. causa. 612	33. 1	Nephritis febris causa. 258	9
Morborum communi in aere genera tria. 618	14	Nephriticus dolor renum. 377	4
Morbus cõis. qui est continui solutio. 227.	1	Nephritici dolores colicorum specie eliduntur. 370	3
Morbos multos curandi methodus. 423	3	Nervi. 15	15
Mores & impetus animi humorum & affectuum corporis indices. 259	46	Nervi ex dorso. ex lumbis. ex ossæ sacro. 49.	4. & inde
Mores hominum distimiles quare. 260	28	Nervi omnes. quot. 49	14
Mortis signa ex pulsu. 275	20	Nervi alij sunt tactus. alij motus. 130.	24
Motus tripliciter fit. 180	34	Nervi. 66	21
Motus sensusq; symptomata. 326	6	Recurrentes. ibid.	42
Motus. alius naturalis. alius voluntarius. 239	38	Nervi a corde. 135	38
Mortuum liberorum genera duo. 188	2	Nervi non a corde. sed a cerebro nascuntur. 139	21
Motus & imaginatio in corde. 135	27	Nervorum e spina coniugationes. 48. 7.	7.
Mouendi instrumentum proprium. 131	25	& inde.	
Muccum narium. aut ventriculi pituitam nõ esse. 163	11	Nervorum coniugationes. 67	46
Muliebris fluor. 387	6	Nervorum cerebri coniugationes. 44.	13.
Mulier grauidã. incisa vena abortit. 454.	29	& inde.	
Mulier ad concipiendum idonea. quæ. 390. 47	47	Nervorum duriorum origo. 47	30
Mundus duplex. 55. 1. 40. an genitus sit. 552.	29	Nervorum in crura distributio. 49	21
Musculi	15	Notæ communes febrium. 293	26
Musculi compositio. 23	20	Notiones generales. 181	31
Musculi capitis. est oculorum. 23	38. & 45	Nubecula quid sit. 334	1
Musculum. membrana septit. 58.	5	Nutrici quæ ministrant facultates quatuor. 119	25
Mutatio quando crit morbus. 609	27	Nutriendi vis in corde. 135	5
Musculi. 46	29	Nutritio quid. 118. 6. differt a procreatione. ibidem	10
		Nux vmbra lædit. 618	7

N

N A R I V M obstructio a quo fit. 251	33
Narium morbi. symptomata. causa. & signa. 337	25
Nasus. 46	4
Natura cuncta quam potest optime administrat. 418	23
Natura an sit posterius quiddam semine. 590	38
Nasus quot gestet ossa. 18	23
Natura quid. 492. 37. duplex. 493	3
Naturalis spiritus procreatio. III	30
Insitum nutrit. 112	7
Naturalis partis animæ facultates tres. 116. 41	41
Natura est temperamentum. 106	7
Naturæ humanæ definitio. 105. 15. multiplex appellatio. ibid.	30
Naturæ substantia. & ex quibus constat elementis. 105	33. & 44

O

O B A V D I T I O quando accidit. 336	39
Oblitio quid. 324	36
Obstænarum partium symptomata. 379.	31
Observatio virium expulsi. 275	17
Observatio morum detegit morbos. 260.	32
Observationes præsentium & præteritorum. ex quibus certior vacuandi quantitas indicatur. 450	42.
Observationes antequã de vrinis feratur sententia. 278	26
Observantis & laborantis manus. 270	12
Obstructio quomodo fit. 245.	49
Obstructio in pulmone. 342	8
Obstructio iecoris. 357	20
Obstructio intestinorum morbus. 367	49
Oculi. 46	14
Oculi vtriusque ossa. 18	25
Oculi fistula. 335	16

A 2 Oculi

I N D E X

Oculi confusio. 334.	I4	Partium calidarum, frigidarum, siccarum, & humidarum ordo. 88.	8. & inde.
Oculorum dolores. 335.	I	Partium non omnes indigent animali spiritu, ut aliis. III.	I8
Oculorum morbi symptomata, horumque causa. 332.	6	Pariendi modus. 213.	2
Oculorum morborum differentia. 611, 33, 613, 2.	1	Partium formarum preparationes quaedam sunt ad totius formam simplicem. 51.	11
Ocultus morbus qui. 608.	25	Pabuli inopia. 186.	18
Odorandi facultas. 124.	4	Pandemij morbi. 613.	15
Odorandi instrumentum. 44.	5	Parenchyma. 60. II. eius differentia. ibid.	I9
Oderatus symptomata. 337.	48	Palpebrae. 46.	25
Odor urinæ quid denunciet. 281.	I	Partium interiorum exemptio. 67.	2
Odorum effusio. 172.	I6	Partes quæ conferant ad motum.	I5
Oesophagi & oris uentriculi affectus, causa, & signa. 351.	I7	Partium corruptio & affectio. 610.	7
Officialis pars, seu organica. 70.	25	Parentes bene sani liberis operam dare debent. 231.	21
Oleum duplex. 653.	43	Partes interiores plurimæ aduentio calore incalescunt. 90.	39
Opera in nobis sunt occultis ex causis. 596.	30	Partium nutrientium necessitas. 29. 27. usus earundem. 29.	41
Ophthalmia quid. 334.	35	Partium omnium consensus. 30.	3
Opportunitas in morbi magni est momenti. 431.	10	Partium spiritualium observatio. 65.	47
Organica, seu officialis pars 70.	25	Partem e sua sede, quæ dimoveant. 246.	23
Organicus morbus. 224.	I2	Parti similari tria insident morborum generis. 601.	27
Omentum quid. 30.	40	Palatum. 41. 49. & 42.	5
Origo rerum & formarum in Aristotele plenissime exposita. 545.	39	Pars quæ in corpore dicitur. 221.	20
Oris partes. 66.	45	Patella, quod os sit. 21.	11
Oris & faciei vitia, & horum causa. 338.	36	Peritonæum quid. 30.	22
Orthopia pulmonis vitium. 343.	5	Pericranium. 42.	22
Ortus nostri principia. 192.	37	Pedis musculi. 28.	48
Ortus nostri primordia calorem habent & humorem. 106.	23	Pestilentes morbi, & eorum occulta causa. 615.	1
Os quando luxatur. 414.	24	peripneumonia pulmonis vitium. 343.	49
Ossa faciei. 18.	7	Penis ulcus. 380.	27
Ossa tenuissima. 21.	18	Peritonæum duplex. 383.	8
Ossa fracta, luxata, aut aliter usitata. 415.	I3	Perturbationes morbos præcedunt. 177.	34
Ossium usus. 14.	I6	Pestilentium febrium alia comitatæ, a liæ incomitate. 316.	I9
Ossium sacrum.	I6	Penates, seu Dij Patrij qui. 564.	39
Ossium connexio multiplex. 21.	43	Pedis ossa. 21.	I6
Ossium medullam partem non esse. 72.	28	Pestilens febris. 293. 39. 294.	43
Ozæna narium ulcus. 337.	34	pericranium quæ appellatur. 58.	2
		Pectoris musculi. 25.	I6
		Perfectionem non esse rei formam. 519.	44
		Peritonæum uniuersum duplex. 36.	I3
		Pestilentia quo tempore grauius affligit. 616.	10
		Pestilentium morborum species propria. 618.	10
		Peluis. 42.	37
		Pestilentia maxima. 616. 29. quæ unius generis animantia interfecerunt. 617. 5. uniuersa defluant. ibid. 22.	22
			22

P

Palpebra inuersio quomodo oritur. 335.	33
Pancreas & mesenterij morbi, causa, & signa. 362.	9
Papula quid. 404.	45
Panus qui & Phlycthon dicitur. 400.	40
Pariendi difficultas unde est. 392.	46
Paralyss quid sit. 328.	17
Parasitæ. 36.	I
Parotis quid. 337.	I8
Pancreas ubi resideat. 33.	24

I N D E X

Pestilentia pura & simplicis causa. 618.	10	est a concoctione. 487	16
philosophicus lapis. 654	33	Procreationis ordo. 144.	13
Phlegmon gingiuarum vitium. 339	33	Procreatio quid. 117.	25
Phlycthon qui & Panus dicitur. 400	40	Priapismus quid sit. 379	23
Phyma qui tumor sit. 400	46	Principia quæ sint. 73	38
Phlyctæna & Phlyctides. 404	43	Præmaria febris. 294	15
Phagadæna qui tumor est. 403	32	Principum qualitatum in missione comparatio. 81	20
Phrenitis & delirium. 323	6	Procreandi necessitas. 191. 44. vis stirpium.	11
Phlebotomia quæ humorum vitia vacuet e nis. 437	20	Procreatrix facultatis partes duæ. 117.	31
phthisis in pulmone. 345	26	Prudentia. 133.	47
phlyctæna pustula quales. 334	16	Psorophthalmia quid. 335.	29
Pharmacum substantia non permittat ad humorem, qui vacuandus est. 475	40	Pulmonis usus, substantia & cap. 39.	42
phalangij aculeus. 628	36	& inde.	
phlebotomia quæ, & duplex est. 262	42	Pullus ex eo virium observatio. 275.	17
pica, seu malacia. 353	21	Pustula a bile. 404.	14
piricardium. 38	16	Pulsus qua ratione obseruatur. 270.	12
pilorum procreatio. 62	17	Putridorum occurfus. 299.	41
pili non sunt corporis partes, vt neque ungues. 71	37	Purgatio quibus humorum vitis, & quibus morbis adhibenda. 477. 23. per quas vias instituenta, quo medicamentis genere & quam valido. 479	I
Pituita nutriens, acida, & salia. 170.	I3.	Purgantis medicamenti facultas a nostro calore excitatur. 475.	21
20.	33	Purgatio quæ preparatio prætermittenda. 486.	I
pili duplices. 62	30	Puro & seni quæ medicamenta sunt adhibenda. 482.	31
Pituitæ excrementa quatuor genera. 170.	36	Purgatio quid, & quot eius differentia. 469.	12
36	36	Pulmonum morbi, symptomata, causa signa. 341.	42
pituita & eius qualitates. 401	11	Putredinis ratio duplex. 298.	17
pituitam qui solet coacruare. 266	11	Putrida febris. 293. 39. 294. 24. triplex. ibidem.	33
pituitæ procreatio & locus. 156	11	Pustula & earum consideratio. 406.	4
Plato quomodo intellexit prænantem esse animam. 534	20	Pustulæ tumores, & tubercula e sanguine. 400. 16. ex pituita. 401.	34
Plato statuit circa regem omnium tria coæterna. 560	12	Putredinis efficiens causa duplex. 299.	19
plenitudo ubi confedit. 434	33	Pupillæ vitia quæ. 333	32
plenitudo duplex. 262	36	Purgationes quo tempore, quo die, & qua hora faciendæ. 483	13
Pleuritidis index. 256	35	Puerorum ætas sanguinis missionem turbat non fert. 451	28
Podagra quos occupat artus. 393	29	Pulsus varii naturales. 271	30
Potentia nunquam sic perfici potest, vt in for mam degeneret. 520	4	Pret er naturam & eorum causa. 272.	36
Potentia an sit inchoata, & imperfecta quædam forma. 523	7	274.	8
Potentia forme quid. 518	20	pulmones quando obstrudi. 257	35
Potentia nomen multiplex. 518	33	Pueritia & adolescentiam quem sanguinem habent. 264	I
Potus est cunctis animantibus apprimè conueniens & necessarius. 277	38	purgationem vitalem quæ faciunt. 473	5
Potus, vbi quæ vitia. 235	38	Purgatio vitilis ne & perfecta sit, an contra. 489. I. alia vitilis, alia vitiosa ibidem.	46
Preparatio ante uenæ sectionem. 457.	44	Preparationes tres a semine conferri. 517	21
Prædictiones fallaces. 299	17	Purgatio particularis. 490.	21
Prænantium signa, symptomata, horumque causa. 389	44	Purgatio mensium post partum. 213	39
Preparationes tres ad totius formam necessariæ. 516	I		
Præstantia & dignitatis ordo. 144	16	Purgatio mensium post partum. 213	39
Prægnans quibus purganda medicamenta. 482	33		
Preparationes tres a semine conferri. 517	21		
Preparatio duplex in purgatione. 486. 5. alia			

I N D E X

Spirituum multitudo bifariam discreta fuit.	195.	5.	13	26
563	12			49
Semen gignendis rebus materiam instruit.				
557	34			
Sol aduersus corporibus lumen impartit.				
559.	8			
Symptomata febris. 294.	16	302.	18	
Scnus vt fiat. 171	48			
Sanguinis spontanea erupio quid conferat				
in morbis. 444	18			
Substantia corruptela. 356	33			
Singultus quid. 354	16			
Syncope est mortis imago. 450	15			
Sanguinis cursus quando sistendus. 460	45			
Scapularum musculi. 25	41			
Sebastianus veneticus Lugduni discretus.				
23	11			
Spiritus humani corporis sunt diuini.				
591	28			
Spiritus & vires influentes. 110	32			
Substantia vrinae in morbis quid ostendat.				
282	30			
Sanguinis particularis vacuatio. 465.	14			
Sibilus aurium ex quo oritur. 336	31			
Spiritus maligni innumerabiles. 564	2			
Semi & interitus causa. 83	27			
Spiritus qui in semine est praestantia.				
216	18			
Sarcocoles quid. 383	20			
Surditas quomodo fiat. 336	49			
Systole quid. 268	25			
Somnus quid. 240. 47. mortis simulachrum.	241			
Serum vnde oritur. 277	46			
Strumae tumores. 402	1			
Strangulatus ab vtero. 388	4			
Seni & melancholico inest tristitia. 260	34			
Simplicis febris differentiae tres. 294	22			
Spinae vincula. 22	29			
Spiritus in semine opifex, qualis & vnde.				
208	29			
Scmen genitale, & sanguis maternus non sunt elementa nostri corporis. 73	45			
Scmen in testibus & vasis quomodo conficitur. 197	4			
Vim summam continet cum calore, & spiritu. ibidem	20			
Eius vis & facultas alia est ab eius materia. ibidem.	39			
Eius materia lapsa ex corpore quam vim habeat. 198.	13			
Album crassumque. 199	15			
Vnde albefcat & densetur. ibidem	13			
Scmen quid. 192. 45. in testibus aliquandiu morari & confici. 194	41			
Seminis natura. 193	18			
Seminis materiae in testes secretio. 194.	27			
Semen non ab omnibus partibus fecerni.				

I N D E X

Sensus communis. 125. 10. praestantia.				
ibidem	20			
Sitis quid. 353	30			
Scirrhus iecoris vitium. 357	35			
Scirrhus qui medio non indigent. 173. 21. vt alii dicantur. 174	13			
Sanguinis boni signa. 263	43			
Somnus & vigilia ad intimum sensum pertinent. 127	7			
Semen animatum dici non posse. 532	39			
Simplex morbus. 228	16			
Sanguinis vomitio. 355	20			
Sensus. 68	15			
Symptoma quid. 248. 22. distat a morbo, & a causa eius. ibid.	27			
Sensus externi vnde nomen habeant. 124. 7	7			
Spinae medullam corporis partem esse. 72. 24	43			
Senum vrinae. 279	43			
Subiectum corpus, aut simplex, aut compositum. 493	29			
Sterilitatis causa. 389	44			
Similares partes. 70	15			
Scabies quid sit. 406	20			
Scirrhus qui tumor est. 402	13			
T				
TACTVS qualitates omnium prima & valentissima. 74	30			
Tactio vt fiat. 173	37			
Talpa & testudo capitis tumores. 408	46			
Taxus praesentis est veneni. 628	9			
Tabes pulmonis vitium. 345	1			
Testes quomodo corpus mutant. 196. 13. vitales corpori. ibid. 23. quid praesentent semini. 198. 32. in eis nullum esse generandi spiritum. ibid.	46			
Testudo & talpa capitis tumores. 408. ibid.	4			
Temperies quid. 84	4			
Terra per grauitate deorsum fertur. 504. 45	16			
Temperatum ad pondus, ad instittiam. 85. 16	33			
Testes inter prima gignendi instrumenta numerati. 35. 28. 36. 43	16			
Tertiana materia bilis. 305. 16	399.			
Temperamentum commune est omnibus partibus. 600	18			
Temperamentum innatum quomodo permuteur ab externis causis. 91. 20. semper in nobis quodammodo seruari, neque prorsus mutari potest. 91	44			
Thoracis ossa. 19	23			
Temporum anni & etatum comparatio. 109. 5	3			
Tertiana febris causa signa. 310	15			
Talus est velut basis. 21	15			
Tangendi facultas. 124				14
Tactus solus nequit iudicare temperamenta partium interiorum. 91				1
Temperamentum quid. 81. 35. quo differat a mixtione ibid. 44. non est ex solis qualitatibus. 82. 3. ex quo sit. 83				35
Temperamenta simplicia & coniugata. 84. 11				43
Temperamentorum differentiae particulares innumerae. 84				25
Temperamenti modus inesplicabilis est. 516				28
Temperamentum inest in materia. 570				39
Tempus purgandi opportunum. 483.				45
Temperamentum totius constat ex multis. 89. 35. quomodo aestimandum. 90				10
Tenasmus intestinorum vitium. 372				43
Tendones.				15
Tonsillae. 41				46
Theonis remedia. 426				6
Tumori, tubercula, atque pustulae ex pituita. 401.				34
Tumores causa principalis quae. 249.				27
Thoracis morbi & symptomata. 346. 4				26
Themistius fluctuat. 527				15
Torpedo piscis in stuporem inducit. 628				15
Totius species vnicuique, vel minimae partícula communis est. 80				34
Tunica. 46				31
Thoracis partes, & apertio. 65. 30				40
Tremor motus est deprauatus. 330				5
Tristitia nemini frugifera. 241				47
Temporis conditio quid. 610				27
Terra siccior igne. 75.				4
Tumores, tubercula, & pustulae e sanguine. 400.				16
Testium robur. 195				44
Timor, quibus vitilis. 24. 43. 9. noxius. 242. 15				38
Temperantia salubris est moderatrix totius vitae. 237				28
Tunicae. 57				32
Tibiae musculi qui pedem mouent. 28				31
Tunicarum differentiae. 57				34
Tonsillae quae & quare. 340				30
Tumorum praeter naturam differentiae. 399.				5
Tussis quid. 349				16
Tubercula, tumores, & pustulae sanguine. 400.				33
Typanias hydrops. 367				
V				
Vacuandi quantitas vt debeat aestimari ex morbi magnitudine. 448				41
Vacuatio & eius differentiae. 433				40
Vacuationum genera. 449				19
Vacuaciones corporis necessariae. 238				43
Vacuatio quanta & quousque, vniuersae an partit. 481				18

I N D E X

Venæ ad scapulas & humeros, & ad alia, 52.	20.	Vitalis facultas non modo alias perficit, sed etiam conseruat. 143	I
Ventris confectio. 63	22	Vomitones mouentia. 252	41
Venæ mesenterij præparant iccori chylum. 152.	16	Venarum amplitudo cui inest. 261	47
Vena caua, & eius diuisio, 50. 33. arteriosa, 51. II. basilica, 51. 29. eius distributio ab axilla. 51. 45. cephalica, 53. 29. media, 53. 41	16	Vnguium ortus. 62	13
Verrebrarum tenuia foramina. 17	2	Venenati morbi. 614	16
Venæ & arteriæ nascuntur excoptione. 135.	10	Venæ quomodo possint supra modum imple-ri. 153	7
Verba, characteres, & figuræ in morbos nihil proficiunt. 641	26	Vicrus. 36	30
Ventriculi expulso. 151	10	Vteri sinus. 37	14
Venarum brachij diuisio, 53	19	Virium robur in morbo quibus signis com-prehendatur. 445	16
Venarum coniugationes decem, 54	22	Vires a duobus affirmantur. 83, 37. effectu co-gnoscentur. ibid.	46
Venæ caua, 66	14	Vinculum quid. 22	10
Ver omnium temporum saluberrimum. 547.	18	Viuentium calor non nascitur ab elemento-rum mixtione. 89	45
Ventriculus in omni curatione magni est mo-menti. 487	40	Viuentium, quæ calida, & quæ frigida. 0.	16
Vertebrae. 16. eorum partes tres. ibid.	2	Videndi facultas. 123.	35
Venæ mesaraicae. 50	2	Vitalem facultatem lacti posse aliis illasis. 137.	19
Ventriculi coctio prima. 161	31	Virium obseruatio in purgatione. 482.	26
Ventriculus quomodo benignitate chyli frua- tur. 150. 8. sanguine verè nutritur. ibid.	17	Vitium pertinens ad structuram vniuscuiusq; particulae, morbus est totius instrumenti. 229	36
Ventriculi intemperies. 228	6	Vitalis necessitas demonstratur. 136	13
Vena quæ in quouis affectu secanda. 442.	6	Venæ a iccore nascuntur. 138	32
Vis, quæ semen generat, dici non debet pro-creatrix. 117	44	Vena secta quid & vnde vacuet. 436. 20.	5
Vfus tres notauit purgantium medicamento- rum ordines. 473	34	Ventriculus. 31	6
Vomitio quid & eius consideratio. 470	43	Venenatae causæ tres. 612	41
Ventriculi attractio, retentio, & concoctio. 149. 3. b	18	Vires a forma prolatae, planè diuinæ sunt. 574	15
Venæ sectio remedium aptum humoribus, qui peccant in venis. 437	22	Vitalis spiritus creatio. III	35
Venæ sectio quid consistit. 445.	1	Vitalis roboris obseruatio. 271	18
Varus in facie quid. 338	46	Vigiliae quid. 241. 24. immoderate vigilie damna. ibid.	28
Venarum compositio. 49	47	Visu effascinantibus qui. 638	32
Vasa feminaria. 35	33	Venarum vfus in corpore. 159	23
Venerea lues. 629. 20. causa, vis, & natura il- lius ibid. 27. medicamenta. 631.	28	Vergiliarum occasus mala decernit. 611.	15
Valuulae. 39	24	Vermis. 43	30
Verecundia quibus utilis. 241. 49. noxia. 242.	30	Viffo vt fiat. 172. 48. quo distet ab alijs sensi- bus. 173	3
Ventriculi narratio anatomica. 64	15	Vincula.	14
Venæ & arteriæ quo temperamento. 88	37	Virium obseruatio ex pulsu. 275	17
Venæ & arteriæ quomodo nutriantur. 160. 46	33	Vesica vnde alatur. 159	19
Venenati morbi. 633	33	Viuentium differentia & ordines. 114	16
Ventriculus medius. 43. II. postremus ibid. 21	21	Vesica & renes. 34	24
Venæ sanguinem conseruant, ne concreseat. 165.	1	Vasa spermatica. 65	14
Vertigo quid. 326.	6	Vnguis nervosa pupillæ vitium. 334	21
Vena qualibet mesenterij sanguinem conti- net, atque chylum. 52	30	Verrucarum genera. 406	40
Venæ emulgentes. 54	7	Venerea lues. 397. II. eius differentia. ibi.	41
Venæ caua in lumborum diremptus. 54.	19	Varix tumor. 403	47
Venæ in crura distributa. 54	38	Ventriculi inflammatio. 352	17
		Ventriculi symptomata, horumque causa. ibid.	47
		Vita animantium quid. 143	20
		Venarum sanguis non est simplex. 433	42
		Ventriculi dolor innanis. 355	44
		Villosorum	

I N D E X

Villosorum genus cuiq; feruit facultati. 122. 26	profusio. 159. 7. mictio. ibid.	10
Vrina odor quid denunciet. 281. I. colores quid significant. ibid. 20. substantia in mor- bis quid ostendat. 282	Vrina vnde proveniat. 278. I. quomodo ob- seruanda. ibid.	26
Vteri gestationum sit habenda inter obserua- tiones. 454	Vrina quid, & quomodo demonstrat affectus humorum & partium. 277	26
Vrina incontinentia. 381	Voluntas. 134	2
Vomica pulmonis vitium. 344	Vteri affectus, causa, signa. 383. 30. sympto- mata & horum causa. 385	40
Vrina quæ sit optima, vtque è sexu, temperamē- to, & ætate mutetur. 279	Vrinae ductus. 35	2
Vrina copia & paucitas quid indicet. 280. 13	Vrina perspicua & turbulenta quid signet. 283	10
Vinculorum genus commune. 22. 30. & 47	Vnctio & frictio quid conferant. 468	27
Venus quomodo salubris. 243	Venarum putredo. 298	13
Vrinae inspectio quo in loco debet fieri. 278.	Vicrus vt semen comprehendat. 206	33
38. quæ in ea sint considerata. ibid.	Vesicæ morbi, causa, signa, atque symptoma- ta. 377	45
Vlcus & vulnus. 409. 19. 411.	Vis naturalis & vitalis vna & eadem sunt Ari- stoteli. 134. 21. in corde est. ibid.	41
Vicrus. 65	Voluntas prima est causa motus efficiens. 180	13
Venena quomodo sumuntur. 633	Vulnus & vlcus. 409. 19. 411.	29
Verriligo & eius species. 407	Vlceris differentia. 412	9
Ventriculi duo priores. 42	Victus tenuis damnatus. 238	23
Vulnera cordi inflicta, quæ non protinus in- terimunt. 349		
Vrina pura ac, prorsus laudabiles quæ. 298.		
Vnctiones & emplastra. 243		
Vmbilici vasa. 212		
Vlcus auris quibus ex causis excitatur. 336. 13		
Vrina quæ permiscetur. 284. 39. de hypo- postasi & eius contentis. 287		
Vlcus intestinorum morbus. 369		
Vmblicus. 63		
Vrina a sanguine secretio. 158. 38. in vesicâ		

FINIS TABVLAE RERVM
memorabilium.




IOAN. FERNELII AMBIANI

PHYSIOLOGIAE

LIBRI SEPTIMI.

De Partium corporis humani descriptione.

LIBER PRIMVS.



20 Quod doctrinae atque demonstrationis ordine ars medica constituenda sit. Cap. I.



V M Liber solutusq; est animus, nudas & apertas rerum substantias perspicue cernens, clarissima omnium cognitio ne fruitur: in hoc vero corporis velut ergastulum coniectus, obliuione tanquam densa caligine obrutus, in summa versatur ignoratione rerum. At nihilominus semina quaedam etiamnum retinens diuinitatis suae rerumq; maximarum dulci recordatione quasi igniculis accensus, perpetuo sciendi noscendiq; desiderio flagrat. Hinc magno cum labore & studiose multa recuperat perscrutaturq; sensuum ope, atque in ea primum incumbens, quae sensibus sunt obuia, occultiora tandem ratione colligit sola mente comprehensa. Ita quidem a sensibus tanquam a certis rerum internuncijs stabilita olim fuerunt disciplinarum principia, e quibus deum perfecta omnis humana cognitio ducta deriuataq; est. Haec summa est inuestigandi facultas, quam probatissimi quique Philosophi *A'ναλυσις*, id est dissolutionem appellarunt: nimirum vel a toto & vniuerso ad partes singulas, vel a composito ad simplicia, vel ab effectu ad causam, vel a posterioribus ad priora serie deducens, & abditiores illas causas inuestigans, ex quibus singula ortu processerunt. Huic aduersa est altera componendi ratio, quam maxime natura nonnunquam & ars ipsa sequitur, ex partibus ea totum, ex simplicibus compositum, ex causis effectus, ex prioribus posteriora necit, atque id omnium primum statuit, quod dissoluendo postremum fuit peruestigatum. Doctrinae suae initium ab analysi dixerunt, quibus cura fuit omnia dilucidare atque certo demonstrationis nexu confirmare. Sic Geometriam & Arithmetice Euclides, sic Astronomiam Ptolemeus, sic & Philosophiam Aristoteles posteris tradidit, eaq; solida doctrinae suae fundamenta iecit, e quibus multa tandem produceretur in credibilia vulgo & moesti vel portenti simillima. Nos igitur quasi vestigijs odorati tradendae medicinae initium ab humano corpore ducemus, quod & artis subiectum existit, & omnium primum sensibus occurrit notissimum: a quo deinceps minima quaeque

quæque deducti ad ea denique mentis impulsu feremur, quæ cogitatione sola comprehendi possunt.

Quid hominis corpus a cæteris distat animantibus, quasque partes habet illis communes. Cap. II.

VT vniuersiufque animantis, ita maxime hominis corpus animæ gratia conditum est, non modo vt diuersorium, verum etiam vt organum accommodatum illius insitis viribus expromendis. Atque vt mens, dicente Aristotele, formarum est præstantissima, & ratio artium omnium ars vel officina, quod vna omnes omnium animantium vires potestate contineat: ita & illius organum instructissimum est, & conformationem pulcherrimam consequutum. Itaque homini corpus datum est, tum figura tum partium commoditate princeps: quod ut diuinæ mentis munere fungeretur, tria obtinuit, quæ cæteris animantibus negauit rerum natura. Primum quidem figuram celsam & rectam, quæ in cælum suumque conditorem se attolens, cælestes igniculos & semina diuinitatis suæ testatur. Deinde summo corpore cerebrum amplissimum, animi eiusque partium sedem: vt enim animus per multis facultatibus præditus est, ita homini quam cæteris animantibus domicilium capacius dari par erat, idque pluribus instrumentis contineri. Præterea manus exporrectas, beluis denegatus, quibus facile persequatur quæcumque mens iusserit. Licet quidem & clauis soli homini datas, & alia multa multo aliter atque cæteris animantibus informata numerare, sed quæ tamen sint illorum trium vsibus accomodata: vt sit partium omnium summa symmetria, ex cuius præstantia signum quoddam & specimen sapientis conditoris ostenditur. Hæc igitur homini quod rationis esset particeps, sunt attributa. Cætera obtinet aliis quoque animantibus perfectis communia. Nam quum summa omnium actio in sensu ac motu consistat, omnia peræque partes in hæc accommodatas acceperunt, ossa, cartilagine, vincula, neruos, musculos, tendones, & alias quibus hæc aluntur maximeque: venas, & arterias. Sensus atque motus primæ partes effectrices sunt, cerebrum, spinæ medulla, atque nerui. A cerebro omnis motus atque sensus, a quo medulla in omnem spinam fusa porrigitur: ab hac demum nervorum frequens propago, per quos vniuersum corpus mouendi sentiendique vires accipit. Cum uero minimè tutum esset nec decorum, vermiculorum serpentiumque more repere hominem tot rerum principem, firmis ossibus illi natura corpus erexit atque stabiliiuit: vt tanquam propugnacula essent aduersus omnes impetus, & stabilimen atque robur corpori sustinendo, haud secus atque basis & columna ædibus subiecta. Cæterum non in animate (nec enim commodum atque vtile fuerat) os vnicum idque solidum positum est, sed quod in omnem partem flecti motuerique posset, ex variis discretisque compactum. Vt elegantiore artificio nature hoc opus constaret, idcirco articulis ita iuncta & continuata sunt ossa, ut cuiusque extremitas alterius finem & capacitatem subeat. Et structura Græcis est ἀρθρωσις ossium extrema sic aptè composita, articulis appellamus. Quoniam uero periculum erat ne motu uiolento ossa seingata distraheretur, neve dum artus animal quocumque vult inflectit, contorquer, porrigit, aut contrahit, ex sedibus exciderent, natura omnem ossium copulationem & structuram arctissimis firmissimisque vinculis extrinsecus rotundo ambitu colligauit, quæ articulos non sinit motus

Tria sunt quibus humanum corpus distat a cæteris.

Ossium vsus.

Articuli.

Vincula.

tus agitatione diuelli. Validum quidem est vinculum, durum atque firmum, sensu vacans & impatibile, sed quod tamen in an gustum adduci possit & relaxari. Addidit & articulis munitionem, dum ossium finis & summas partes, quæ supercilia a quibusdam vocantur, omnia denique extrema cartilaginibus obduxit obliniuitque lubrica lenique materia, quo sint in motibus ab attritu & quassu tutiores. Iisdem quoque aurículas, nares, extremasque costas muniiuit, vt duriorum corporum occursum cederent, & infracta permanerent. Quemadmodum autem articuli & quæ dicuntur cartilagine, sic & vincula expertia sunt sensus, quæ nil mutuuntur a cerebro, qua de causa ne se ipsa quidem mouere possunt. At uero neruis quorum è cerebro aut è spinæ medulla est origo, prima sentiendi mouendique facultas data, qui tamen quoniam molles sunt, soli transferre nequeunt ossa, tam magna pondera. Vt hæc igitur mouerentur, necesse fuit motus instrumentum quoddam creari ex ambobus temperatum, neruo solidius & durius, vinculo mollius, quod in sensu & robore mediam inter illa naturam obtineret. Id quidem est τένων qui coepit a nostris tendo appellari, ex tenuibus nerui & vinculi fibris intextis concretus. Tenuia quasi fila tutum non erat sine firmamento in omne corpus distribui, ossaque prægrandia mouere: quocirca natura medias inter illa regiones molliore substantia inferciens, quasi rimas expleuit. Ea est caro simplex fibris ad robur circumiecta, ac veluti molle stragulum data cadenti aut recumbenti animali, vtque præsidium quoddam omnibus particulis principibus obtenta, ne aut vulnerentur, aut frigore rigeant, aut aestu contabescant. Quod igitur ex nerui & vinculi fibris duntaxat contextitur, tendonem dicimus, qui uero præterea carnem habent fibris inductam & impositam, muscoli appellantur & lacerti, hi plerumque in tendonem desinunt. Nunc autem si omnia conferre volumus, quæ ad motionem vim quandam & locum obtinent, ossa primum & maxime impelluntur cienturque: quæ illis motum afferunt instrumenta, sunt tendones, lacerti, nerui duriores præsertim: mouendi principium, cerebrum & spinæ medulla: partes quarum beneficio mouetur animal, articuli, cartilagine, vincula: hac igitur partium commoditate motum fieri congruebat. At in sensu longè impar & dissimilis est ratio. Cum enim motio actio quædam sit, sensus uero perceptio uerius quam actio: haudquaquam sensus eum apparatus ornatumque partium, quem motus desiderabat. Nam tactionis sensus quem omnes ex equo animantes participant, neruis neruorumve fibris in omne corpus diffusis indigebat: quibus susceptæ tractabiles qualitates cum spinæ medulla & cerebro, quæ (vt aliquando demonstrabimus) sensus & motus principia sunt, continuatione communicantur. Cæteri autem sensus quibus animantes perfectiores sunt prædite, neruis item constant, per quos sensum capiant. Partes in singulis instrumentis circumiectæ neruis, horum duntaxat gratia consistunt. Ex quibus perspicuum fit, homini qua animal est, cerebrum, spinæ medullam, neruos, & cæteras quas connumeravi partes ad motum aut sensum concurrere: de quibus rursus sigillatim dicemus, ab iis exoriri quæ cæteris quasi fundamenta iaciuntur. Etenim hominem arte descripturi, σκληρόν, id est aridum & osseum primum extruemus, quem deinde vinculis, neruis, lacertis, venis, arteriis, cute, reliquis denique partibus interioribus adornatum, propolitumque reddemus. Sic ex simplicibus hominis partibus vniuersi compositionem perspiciet qui uolet, & luculentius quam si confectionis ordine compositorum partes

cartilago.

Nerui.

Tendones

Musculi.

Que partes ad motum conferant.

Sensuum partes.

Ordo sequentium.

DE PART. CORP. HVM.

16

partes seorsim scrutetur. Harum siquidē inspectione, nihil certum sciri, nihil planē cognosci ac percipi potest earum, quæ simplices in oē corpus feruntur.

De Ossibus.

Cap. 3.

Spina dorsif. **Os sacrum.** **Coccyx.** **Lumbus.** **Cervix.** **Vertebrae.** **Tres vertebrarū processus.**

OMNIVM ossium sedes & origo spina est, quā veteres carinæ in nauigio primam iactę compararunt: cui ceu fundamento latera, prora, puppis innixa coherent. Atque vt hac elitellarij muli perferunt grauissima pondera, ita in omne corporis moles cuius ope stat & erigitur. Ad necessitatem actionum cum hominem flecti curuariq; oporteret, pluribus coagmentata & compacta est ossibus tanquā nodis, quæ vertebrae nobis dicuntur, omnes ossē sacro suffultæ. Vniuersa siquidem spina quatuor in partes fusa exporrectaq; est, os sacrum, lumbos, dorsum, & collum. Os sacrum quod & latum appellant, primo aspectu vnum atque continuum videtur, at aqua vel oleo feruenti diu multumq; demersum, sex quasi vertebrae constare. Cuius ab ima parte os aliud appensum demittitur, quod Græcis κόκκυξ nostris cauda dici possit: hoc quoque compactum quatuor ossibus teretibus, gracilibus, & magna ex parte cartilaginosis. Supra os sacrum lumbus quinq; ossibus confedit, cui dorsum in fides vertebrae structum duodecim, proximē cervix septem. Itaque triginta sunt omnes in spina vertebrae. Omnium os sacrum est amplissimum, cui tum magnitudine tum crassitudine succedunt lumborum vertebrae, arcto cauo medix perfossæ. Reliquę superiores quantum situ ab infima, tantundem & mole distant: vt sit illarum ad occipitis radices continuata quędam attenuatio. Cæterum quæ in summis inest interior capacitas, medullæ labenti peruia, omnium est amplissima, inde verò tantum coarctatur, quantum dilapsa processit. Vt semel dicam, superiores vertebrae interceptis inanitatibus ample sunt, mole graciles, contra inferiores, omnes mira compage ad *δυσσπασίαν* contextæ: atque vt his structura foret tutior, figuram variam acceperunt. Quæ quidem intrò ad intestina vergunt, rotundæ sunt & in orbem conuolutæ, leues, nullis tuberibus exasperatę, sed vt nodi (hinc *σποδύροι* nomen inueniunt) alijs alii superpositi columnam exprimunt: quibus est substantia tenera magis & rara, ac spacijs inanibus intercepta. Extra multiplices efferuntur productiones (*ἀποφύσεις* appellantur à Græcis) densiore illæ & compactiore substantia, à quibus externa facies spinæ speciem refert. Alii, n. sunt è medio prominentes, alii transversif vtrinque additi, alii sursum deorsumq; ducti, per quos vertebrae texuntur & coherent. Supremis duabus exceptis, habet cæterarum una quęq; inferiore ex parte medioeres vtrinque ramos deorsum spectantes: ex superiore verò alios maiores extumescentes sursum exigit. Talis autem est vertebrarum contextus, vt processus sursum euecti modicos sinus habeant, qui alios quoque processus à superiore vertebra delapsos excipiant: sex inferioribus vertebrae maximē conspicuum est vnamquamque superiorem insinuari in aliam subiectam sibi. At verò summas duas nullus processus, sed ambiens membrana copulat. Sola autem suprema medium eminentem quasi ramum & extimum non nouit: hunc reliquæ omnes ad decimam vsque dorsif, quæ est omnium decima septima, deorsum porrigunt: in rectum verò, quęcumque illi subiectæ sunt. Tertium ramorum atque processuum genus qui transversif dicuntur, è vertebrarum omnium atque ipsius sacri ossis lateribus vtrinque procedunt: parte externa. Insunt hi longiores in lumbis, sed graciles quasi pro costis diducti.

diducti. Breuiores in superioribus, qui toto dorso in tuberculum desinunt, vbi costæ neantur. Sex in ceruice summis, transversif ramusculi in longum perforantur, septimæ rarę, cæteris nunquā, tametsi singulæ quę ad libos tendunt parte interna pluribus patent foraminibus, & quasi angustijs in quas venulæ commeāt, quorum nihil in reliquis magnopere videas. Vertebrarum processuumq; omnium extrema cinguntur & circumfunduntur cartilagine permulta, in hanc vincula crassa, dura, & valida inferunt, quorum beneficio interiores vertebrae nodi coherent, vt pote quæ inter nodos fusa nexu illos firmissimo colligant. Externæ vertebrarum partes processibus implicantur sursum deorsumq; spectantibus, vt alijs aliæ nexæ, & omnes inter se aptæ colligatęq; videantur. Præter hæc tamen vinculum membranis validis intextum vniuersam spinam extrinsecus obuoluit. Hæc de spina satis, iam de capite. Huius verticem calua integit summa parte globosa rotunda, introitus cõcaua. In hac futuræ sunt tres: vna in priore parte quam *σφραγισίαν*, id est, coronariam vocant, quia è temporibus vtrinque in summum verticem per transversif viam capeffit: alteram *λαμβδοειδῆ* dixere, quæ in occipite posita, à capitis imo & posterioribus vtrinque partibus sursum contendens, in angulum coit ad Λ. literæ figuram. Tertia *οβελιαία* in capitis longitudinem porrigitur *ἀπὸ τῆς λαμβδοειδῆς* angulo in mediam coronam excurrrens. Hunc in syncipite concursum *βρέγμα* Græci nunciant. Atque in ijs sunt dentatæ more serræ rimarum connexiones, nec vinculis nec cartilagine vinctæ, sed suis quasi dentibus pectinatim intextæ. Supra aures verò duæ sunt illis dissimiles commissuræ ab obelæa interuallo pari disiunctæ, à squammæ specie *λεπιδειδῆς* dictæ, per ossa quæ petrosa vocant subditis ossibus squamarum modo, & (vt nonnulli dicunt) imbricatim agglutinantur. Ea autem sic enumeres. Parte postrema os occipitis id quod cerebellum nominant concludit, quod triquetra sutura circumseptum, ad posteriora deorsum vergit. Omnium quæ in capite sunt illud maximo foramine perterebratum, quo medulla è cerebro in spinæ fistulam delabitur. Huic vtrinque sinus adiuncti, in quos prima vertebra additamentis quibusdam & appendiculis inseritur. Inde factum os multò angustius ad cerebri radices contendit, vbi per transversif commissuram vix pollicem longam ei ossi arctè connectitur, quod Græcis à cunei specie *σφρωειδῆς* est appellatum. Occipitio latera capitis innituntur, quæ syncipitis, nonnunquam & *τὸ βρέγματος* ossa dici solent: hæc ad summum verticem acta vtrinque ei commissuræ assident, quæ recta in capitis longitudinem fertur. Subter hæc, duo sunt ad suam quodq; auriculam: quæ à lapidis specie & durtitia *λιθιδειδῆ* dixerunt. In horum cauo ossa duo videntur malleo aut incudi similia. Ab vtroque processus quasi surculus intrò subit *σηλοειδῆς*, in quo foramen quo soni admittantur intrò fertur ad cerebrum. Extra promittuntur duæ particulae, altera mammæ similis parte postrema sub auris via, altera teres & procera sub temporibus eminent, quæ ossi iugato committitur. Os sextum frontis est, quod in superciliorum sede vbi eminent duplex est, concluditq; gemina facie inanem capacitatem in nares deriuatam. Pars superior coronaria sutura cingitur, inferior in oculorum caua reflexa, summum in his parietem facit. Finitimum hoc ossibus faciei, à quibus tenui commissura determinatur, vtrinque à temporibus & faxeis ossibus prognata, quæ oculorum caua dirimit, inde ad summum nasum se applicans vbi supercilij interiecta vallis est. Iam his totiq; cerebro ceu basis quædam substernitur os *σφρωειδῆς*, quod qua parte occipitis ossi iungitur, angustum est & rarum, attamen profundum. Parte priore frontis ossi occurrit & annectitur, in ea via quę in nares proclius fertur. Va

Vertebra-
rum tenuia
foramina.
Cartilago
vertebra-
rum.

Capitis of-
sa.
Sutura.

Quod ossa
caluae.

Faciei com-
missura.
Basis cere-
bri.

C ria

ria in hoc cernuntur vtrinque foramina, per quæ sentientium neruorum propages dimanant in sensus. Sub interiore eius facie capacitates duæ latent, in quibus est illud rete plenum admirationis, aliq; cerebri arcana. Processus concavos emittit ab alarum similitudine *Μεσηγοειδεις* vocatos, alterum sursum ad caua temporum, frontis ossi & ei quod à lapide nomen habet commissum, alterum canalis & tubi instar deorsum ad postremos dentes versum, qui reflexo extremo palatum terminat, eiq; committitur. Nunc de facie. Faciem totam geminam discernit ea commissura, quæ ab intervallo superciliorum per medias nares inter primores dentes producta, palatum in longitudinem secat. Maximè in ea est os malæ, in quo dentium superiorum radices figuntur: excurrit id intrò ad palatum, pars vero eminentior sursum effertur ad nasi latus & maiorem oculi angulum. Supra radices dentium maxillarium capacitas ingens concluditur, ad oculi sedem sursum lata, quam alba ac similis glandis substantia communit. Superiore maxilla (quam propriè malam Celsus appellavit) ad radices primorum qui secant dentium, ossa duo sita sunt, intus duntaxat lineis distincta: rursumq; duo perexigua quo loci interstitium est narium, & vnde superius labrum enascitur. Quæ quatuor tenuissima cum essent & obscuris lineis separata maxillæ superioris partes effecimus, ne quenquam fortè multitudo tanta obrueret. Inter oculum & aurem apparet os editum, iugale vocant, durum quidem & temporum maseulo tanquam præsidium & propugnaculum, cuius pars posterior ossi cui à lapide nomen est, in eo exortu copulatur, qui oblongus ab aure aduer sum spectat: pars infera ossi maxillæ, supera ad oculi paruum angulum frontis ossi cohæret. Nasus ossa duo gestat, quadrangula, procera, à iugo nasi deorsum per illius longitudinem ducta, in quorum extrema cartilagine inferuntur alæ vocatæ. Vtrinque oculi fossæ tria substituuntur ossa. præter ea quæ veluti parietes sunt aut frontis, aut nialæ, aut zygomaticis, aut productionum quæ à cuneo manant. Horum siquidem omnium extrema in oculorum sedes concurrunt, lineis discreta conspicuis. Trium quæ dixi maximum, ad minorem oculi angulū collocatur, quod à zygomate & frontis interiore pariete, obscuræ vix dirimunt commissuræ. Alterum conspiciendum magis fossæ parte infima, ferè ab eo malæ foramine quo neruus in labra superiora deducitur, intrò recurrens, auricularis digiti latitudine. Tertium oblongum tetragonum ad oculi angulum maiorem positum, malæ superioris extremo à latere annexum. Inter palatum & cerebri basim vsque ad nares vtrinque diuersa dissecta sunt ossa, tenera quidem atque tenuia, sed quæ tertij huius propages videri possint. Ea variè contexta spongiæ formam referunt, vt dubitare non liceat tertium illud hoc esse, quod Græcis *σπογγοειδεις* appellatur. Præter id ad summam nasi radicem, intus fixum hæret aliud tenue & latum, magno illi obtrusum foramini, quo è cerebro in nares cursus est: hoc variè pertusum more cribri Græcis ethmoides dicitur, ab eo diuersum quod est spongoides. Illius è medio mittitur eminentq; ad cerebrum quasi verruca prædura: deorsum autè per medios narium sinus ducitur *ἔκδοσις* laminæ specie, quæ nares æquè discriminat, geminasq; reddit, hanc nobis liceat Macrobij verbo narium interstitium appellare, cui cartilago innascitur nasi pars infima. Parte interiore alterum existit palati interstitium, quod malæ pro pago quædam est, vt ipsa quoque mala geminum. Id à supera palati parte natū cuneo innectitur pede firmissimo, sursumq; sese erigens dum narium interstitio occurrant & committatur, interiorem palati cauernam dirimit facitq; geminam. Hæc veteres anatomici, tanquam nulla essent, silentio præterierunt, quæ (quoniam tenella) minimè in ijs capitibus cernas quæ pudita sunt atque confecta,

fecta, verùm singula monstrabit purgatio diligens, moxque ex feruente oleo facta dissolutio. Maxillam inferiorem duo conficiunt ossa mento extremo strictis simè agglutinata. Vtrinque summis ab extremis duo veluti cornua prominent: alterum prius quod tendones ex temporum lacertis asciscit, alterum posterius in exiguum sinum *τῆ λιθοειδεις*, quod subaudiendi via se inserit, non quidem cartilaginosa aut serrata compage firmatum, sed vinculis quæ motum liberum & expeditum cardinis modo maxillæ permittant, vt sit mobilis vna ex omnibus capitis ossibus. Hac enumeratione quæ integra & absoluta censetur, totius capitis ossa duo sunt & viginti: sex caluæ, deinde cuneus, duo zygomata, faciei vndecim, maxillæ duo. In facie enim numerantur malæ ossa duo, nasi totidem, in oculorum antris sex, ethmoides seu cribrum vnum, cuius narium interstitiū portio quædam est: palati autem interstitium apophysis est malarum. In horum numerum si quæ ad primorum dentium radices sunt, rursumq; duo ad narium ingressum posita referes, erunt omnia sex & viginti. In linguæ radice à cæteris discretum os existit, quod à v specie *σοειδεις* appellarunt. Vtraq; porò maxilla crebrò perfossa quibus am quasi alueolis, vt in singulas fossas singuli dentes infigantur. Hi autem ferè sexdecim sunt, rarò plures, paucioribus nonnunquam: ex ijs quaterni primores dicuntur à nostris, à Græcis (quia secant) *τοιμεις*. Post hos canini sunt vtrinque duo, vltra quos maxillares vtrinque quaterni, quorum duo vel plerunque tres vltimi & intimi, qui alijs nunquam, alijs ferè gigni solent, genuini vocantur. Primores & canini vnica radice nituntur, maxillares binis aut ternis aut quaternis, atque inferiores vna minus quàm superiores. Is est ossium capitis numerus eaq; structura. Thorax totus dorso innititur, cuius duo decim articulos numerauimus, vnde & costæ vtrinque duodecim. Proditum est à Galeno nonnunquam vnam deesse, vnam rarò accedere, quod inter portento sa connumerem. Itaque vnicuique vertebræ ad radicem transuersi processus, finis inest leuiter concavus, qui costæ principium extanti tuberculo, quod illius est caput, excipit. Illinc costæ originem ducit, quæ non ita longè transuerso processu arcè deuincitur: deinde in priora thoracis inclinans curuatur, cumq; ita multum prodiit, protinus in os pectoris curuata resilit. Septem superiores integræ atque perfectæ cum pectoris osse committuntur extremis cartilaginosis, & in leues sinus illius ossi conduntur. Nectuntur autem tenuibus membranarum vinculis, quæ sunt tam multa vt omnia velent & obducant, atque vix à sensu no scantur. Os ipsum pectoris quod *σέρνον* appellant, ex septem ossibus constat in transversum coherentibus, vt singulis integris costis singula pectoris ossa respò deant. Ab ossis huius extremo dependet cartilago oblonga, quæ à Græcis *ἐπιροειδεις*, id est ensis effigie ducta nuncupatur, à iunioribus malum punicum. Reliquæ inferiores quinque costæ neutiquam ad os pectoris perueniunt, sed inchoatæ & quasi mutilæ in cartilagine finiuntur, quæ sursum retortæ inter se quasi conglutinatæ coherent, inde nothas & adulterinas appellantur. De humero & brachio, quæ his uelut affixa innituntur, dicendum. Regionem totam quæ pone pectus sita est, scapulas appellant, in quibus ossa duo sunt lata, figura triquetra, externa facie tumescète, interiore reducta. Hæc sunt *ἀμοπλάται* Græcis, Latinis scoptula aperta, nonnunquam & scapulæ. Quæ in dorso in spinam deuexa sunt, lata videntur & prætenuta, hinc paulatim crassiora facta coarctantur, tandem eminent ad extremum acutiora. Id genus ossi alteri nulli commissum, costis posterioribus velut innatæ, parte ima non mediocriter cartilagine obducunt, vbi validis musculis neruisq; constringitur. Extremum autem angustius (ceruicem quidam appellant) quasi in acetabulum desinit, quod humeri caput excipit.

Dentes.

Thoracis ossa.

Costæ.

Scapularum ossa.

Iugulum.

Brachii
vni ossa.

excipit. Interiore ex parte exiguus acutusq; ductus exit, qui a conuini rostri similitudine *κοραλοειδής* vocatur à Græcis. Alterum quasi ramum externum, magnum quidem & à suprema ossis parte natum *ἀκρορῆμιον* dicunt: folius is est hominis sub finem leuiter sinuatus, quæ iugulum clauesq; admittit. Os enim in pectore summum iugulum est, quod suprema costæ incubans dextra læuaq; ad scapularum ossa promanat, acromijs, vt dixi affixum. Duo sunt iuguli ossa pectoris ossi in transuersum commissa, aque & figura & crassitudine sunt inæquali, plurimumq; more fistulæ perforata. Nunc de toto brachio. Sunt omnes eius partes numero tres, humerus, dubitus seu brachiū, & manus. Humeri os est vnicum, teres, durum, medulla inundans, partibus extremis tumidis & cartilagine obdactis. Summum eius caput grandiusculum est, globosum, in scapulæ sinu (*κοτύλλω* Græci appellant) collocatum, cui validis vinculis tum intus, tum foris ambientibus astringitur. In huius parte externa patula rima inest, ceu via qua ingens tendo cum neruis in brachium tutò commeat. At imum humeri ad cubitum spectans non globosum, sed vno & altero tumore turgidum est, altero extrinsecus minore, interiore altero atque maiore. Inter hæc sinus duo sunt, in quibus summa pars trochlearum modo conuoluitur: duoq; quasi vertices extant in orbem flexi, caua item duo, quorum posterius multo maius est aduerso. Brachium duobus struitur ossibus, quorum maius cubitus appellatur, minus vero illi insidens radius est, Græce *κερκίς*. Illud summo suo capite medium quasi verticem habet, qui in medium quoque humeri sinum se inserit. Extant & processus duo peracuti vtrinque medium verticem finientes, posterior qui maior est, dum cubitus tenditur, in posterius humeri cauum se recondit: prior vero cum is flexitur, in aduersum. Radius superiori suo capite rotundo & leuiter sinuato exiguum humeri tumorem excipit, illicq; robustis vinculis cubito illigatur.

10

20

Manus
ossa.

Quod in articulo extra prominēt *ἀγκύλη* appellatur, cui aduersus est flexus, quæ admodum genu poples. Cubiti radiq; media hiantia sunt & disiuncta. quæ tamen rursus inferiore parte ad primam palmæ partem coeunt, occurrūtq; cubitus minimo digito, radius pollicis: à cubito processus exit *συλοειδής*, cui palmæ pars summa insidit. Brachiale nonnulli vocant primam summamq; palmæ partem, quam & *καρπὸν* nominant, ossiculis octo constructam, vno quidem ordine tribus, è quibus vnum geminum est, altero quatuor, quæ omnia sunt exigua, dura tamen nec medulla perfusa, neruosis cartilaginosisq; nexibus *ῥομφαίωσι* constricta. Totius figura à summo leuiter tumens intus sinuata. Succedit illi *μετακάρπιον*, id est ima palma, ossibus quatuor contextum, quibus est carpo per *συνάρθρωσιν* adhæsiō. A singulis singuli digiti directè porrigitur vno pollice dempto qui oblique *μετεκαρπίω* videtur additus. Externis ossibus digiti consistant singuli, priorisq; nodus consequentis sinum perpetuo subit. Breuiter, ossibus quindecim continentur aptanturq; digiti, duodècim palma, duobus cubitus vnico humerus, præter ea per exigua, quæ *σπασμοειδή* vocantur, in iuncturis constituta. Hæc de superiorum partium ossibus, nunc de inferioribus. Os sacrum magnos reftosq; stipites & processus vtrinque emittit, quibus astricta sunt ossa coxarum longe valentissima. Horum autem partes, quanquam discretæ nō sunt ob amplitudinem, varia tamen nomina inuenerunt: nam summæ, ilium ossa dicuntur, quæ intestina sustinent ac tumentur: imæ coxendicæ, quæ à lateribus sinus rotundos habent: hinc in priora ductæ partes, ossa sunt pectinis, quæ amplius patent foraminibus & mediâ commissura arctissime conglutinantur. Vtraque coxendix grandi cauatutur veluti acetabulo, in quod coniectum femoris caput conuoluitur. Femoris enim vt humeri os est singulare, cuius pars summa ceruicem

40

Ossa coxarum
parijs
prædita
no
minibus.

Femoris os.

excipit. Interiore ex parte exiguus acutusq; ductus exit, qui a conuini rostri similitudine *κοραλοειδής* vocatur à Græcis. Alterum quasi ramum externum, magnum quidem & à suprema ossis parte natum *ἀκρορῆμιον* dicunt: folius is est hominis sub finem leuiter sinuatus, quæ iugulum clauesq; admittit. Os enim in pectore summum iugulum est, quod suprema costæ incubans dextra læuaq; ad scapularum ossa promanat, acromijs, vt dixi affixum. Duo sunt iuguli ossa pectoris ossi in transuersum commissa, aque & figura & crassitudine sunt inæquali, plurimumq; more fistulæ perforata. Nunc de toto brachio. Sunt omnes eius partes numero tres, humerus, dubitus seu brachiū, & manus. Humeri os est vnicum, teres, durum, medulla inundans, partibus extremis tumidis & cartilagine obdactis. Summum eius caput grandiusculum est, globosum, in scapulæ sinu (*κοτύλλω* Græci appellant) collocatum, cui validis vinculis tum intus, tum foris ambientibus astringitur. In huius parte externa patula rima inest, ceu via qua ingens tendo cum neruis in brachium tutò commeat. At imum humeri ad cubitum spectans non globosum, sed vno & altero tumore turgidum est, altero extrinsecus minore, interiore altero atque maiore. Inter hæc sinus duo sunt, in quibus summa pars trochlearum modo conuoluitur: duoq; quasi vertices extant in orbem flexi, caua item duo, quorum posterius multo maius est aduerso. Brachium duobus struitur ossibus, quorum maius cubitus appellatur, minus vero illi insidens radius est, Græce *κερκίς*. Illud summo suo capite medium quasi verticem habet, qui in medium quoque humeri sinum se inserit. Extant & processus duo peracuti vtrinque medium verticem finientes, posterior qui maior est, dum cubitus tenditur, in posterius humeri cauum se recondit: prior vero cum is flexitur, in aduersum. Radius superiori suo capite rotundo & leuiter sinuato exiguum humeri tumorem excipit, illicq; robustis vinculis cubito illigatur.

cem habet exertam, quæ tamen intro conuerfa in coxendicis acetabulum reconditur. Ab ea ceruice exigui duo manant processus, maiorem qui foras exiit alij *γλετὸν*, id est natem, alij *προχαντῆρα* magnum dixerunt, minorem vero, *προχαντῆρα* paruum. Extremum inferius tuberculis est discretum duobus, quibus cruri cohæret. Est quidem crus omnis eius partis, quæ inter genu & talū interiecta est, tibia vero gradioris in ea ossis nomen, hoc summo capite gemino sinu excavatur, vt duplex quoque femoris tuberculum exciperet. Alterum in crure os minus extra parte constitutum cubiti radio confimile, ad genu non ascendit: at tamen duo hæc ossa supra infraq; coniunguntur, medijs partibus dissociantur atque dehiscunt. Femoris & tibiæ in genu compagem tegit firmatq; extrinsecus patella, os quidem paruum, rotundum & cartilaginofum, nulli ossi confertum, sed alijs quasi incubans nexumq; ui tendonum atq; membranarum, cui poples est à tergo. Tibiæ radiq; partes infimæ malleoli sunt, non modice prominentes, & carne nudæ. Hæc talo vt firmæ basi innituntur, quem intro demersū attingere vix possis. Talo calx seu basis altera maior subicitur, crassior, figura tetragona. Montipedis nuncupato ossa quatuor impacta sunt, inæqualia: imæ plantæ quinque, figura tereti & oblonga: digitos omnes explent ossa quatuordecim, singulos quidem præter pollicem terna, vt sit totius pedis structura ossium trium & viginti. Inter digitorum tum manus tum pedis articulos, ossa sita sunt *σπασμοειδή*, rotunda quidem & plerunque adeo exigua vt sensum omnem effugiant, quemadmodum quæ in corde, in gutture, in linguæ radice, in alijsq; nonnullis partibus haberi traduntur. In his iam omnem videor ossium descriptionem & numerum impleuisse.

Cruris ossa
duo.

Patella.

Malleoli.

Talus.

Pedis ossa.

Ossa tenuif
sima.

De cartilaginibus, articulis, & vinculis. Cap. IIII.

MVLT A sunt à nobis de cartilaginibus in ossium explicatione quadam consecutione proposita, adeo vt nunc cum neque illarum vsui, neque propriæ substantiæ rationi tradendæ incumbimus, pauca de illis dicenda restant. Plurima ossium extrema cartilago cingit, nullus articulus non læuitate illa oblinitur, nullus expedite obuolui circunduciq; potest, neque neruis, aut vinculis coniungi, nisi quædam materia intercedat. Præter eas autem aliæ quædam extant in costarum præsertim (quæ adulterinæ vocantur) extremis, vbi ossium, ex quibus prodierunt figuram retinent, dum inferiores mutuò colligatæ concurrant, superiores vero in suam quæque sedem ad os pectoris applicentur. Aliæ os ipsium ambiunt atqueprehendunt, aliæ extrema nasi communiunt molliuntq; vt i & malum punicum è sterno pendulum. Aliud cartilaginum genus solitarium per se consistens vixq; vlli ossi impactum: in quo eæ numerantur, quæ in ciliis sunt oculorum *ταρσοειδής* appellant, quæ in auriculis, in faucibus, in epiglottide, in larynge, in aspera pulmonum arteria, in cordis basi: omnes quidem non ossium, non motus, sed firmitudinis & solidi roboris gratia conditæ. In quod genus ea fortasse referri possit, quæ crassa densaq; & per ossa medium genu articulum implet, de quibus rursus sigillatim suo loco verba faciemus. Iam vero ossium congressus & adhæsiō duobus modis sit, altera per articulum, altera per coitum, illam *ἄρθρωσιν*, hanc *σύνarthρωσιν* Græci vocāt. Per hanc quidem ossa quorum non est motus diuersus, quasi vnum atque idem sint inter se nexu indissolubili cohærent, idq; vel inter se strictim conferta nullius corporis interpositu, vt cum mollia & rara sunt, veluti in sterno atque mento, vel medio quodam corpore cen uisco agglutinata, quod aut cartilaginofum est ut in pectine, aut neruo aut carne

Cartilagine
nes in os
suum extre
mis.

Cartilagine
nes solæ
per se.

Ossium co
necio multi
plex.

carne plenum. Per articulum vinciuntur ossa mobiliter: quod si obscurior se-
gniorq; motus est ut in costis, in spina dorsi, & metacarpio, Græcis dicitur *συνδεδεμένος*,
συνδεδεμένος, seu firmior quidam articuli nexus. Huius generis futuram esse voluit
Galenus & ferratam compagem, qualis est in calua, frequens, similiter dentium
infitionem, & comissuram, quæ nihilominus videri possunt aptius in *συνουστός*
genus conferri. Sin vero cōspicuus est & facilis ossium motus, velut in cruribus,
in brachiis, in manibus atque pedibus, *διασπαστός* est. quasi laxior articuli co-
pulatione, licet non omnium par sit & eadem laxitas. Ex his promptum facileq;
sit ossium, quæ numerauimus adhæssiones, ad suum quamque genus redigere.

Vinculum
quid.

Nunc de vinculis. Non quicquid ossa colligat hoc statim nomine dignamur,
sed id duntaxat neruofum prædurumq; corpus, sensu expers (nisi forte obtusi)
solidum & exangue, quod à summa ossis cartilagine in aduersi caput inseritur.
Id nequaquam una est vbique figura vel magnitudine, sed à loci conformatione
& vsus necessitate varium, raro neruofum, at fere membranofum est id quod
extrinsecus articulum cingit. Quæ in calua sunt commissuræ compage dentata
cohærent, non vinculis, vt neque reliqua tum faciei, tum capitis ossa. Verum in-
feriorem maxillam ad aurium radices vincula connectunt vtrinque præualida.

Capitis &
maxillæ vin-
cula.

Caput & ceruicem firmant duo, ab imo ossis cui à lapide nomen est, ad primam
dorsi vertebra, rursumq; duo ex eodem propè loco ad clauium extrema ster-
nii; summa protensa: & quod à tergo ex occipite ad mediam inter *ἀμωπλάτης*

Spina vin-
cula.

Vniuersam autem spinam extrinsecus ambit vinculum vnicum, amplum, cras-
sum, validum atque neruofum, è secunda colli vertebra in ossis sacri inum &
coccygem desinens, omni fibrarum genere contextum, & quasi in progressu com-
plicatum, in medias illarum sedes se coniicit, quo cartilagini immittum con-
stantiori illas adæssione nectat. At summam vertebra minora quædam eaq;
tenuia & laxa imo capiti illigant. Insunt & sua costarum capitibus, astricta illa
quidem parumq; laxa: qualia propemodum & illarum extrema cartilaginosa
deuinciunt. Lata scapularum ossa vertebris subditisq; costis copulant membra-
næ firmissimæ, & qui illis sunt interiecti muscoli. In illorum sinum qui summa

Commune
vinculorum
genus.

est ceruice, humeri caput illigatur vinculo, quod instar solidæ membranæ è si-
nus supercilio ad humeri verticem pertinens, tum caput ipsum tum ceruicem
in circuitu ambit atque firmat. Præter id tria numerantur quæ illi insident ro-
tunda, duo tanquam nerui, tertium paulo his amplius. Humeri vero pars ima
cubito adhæret eo vinculi genere, quod est omnium articularum commune,
nempe quod ab ossium extremis ortum, illa extrinsecus circumligat, deuin-
cit, & continet: membranofum id & validum, laxum tamen & flexibile quocun-
que velis, aliud illi opem confert minus larum, brachium continens ne circum-
actum exiliat. Apud carpum ex communi illo genere unum est: quod tum imū
radium imo cubito, tum vero vtrinque carpo nectit, omnia tamen laxè circum-

Aliud vin-
culorum ge-
nus.

sepit. Id mox longius porrectum, omnia insuper quæ in carpo & metacarpio os-
sa recensuimus copulat tegitq;. Cæterum singuli digitorum articuli propriis
ambiuntur colliganturq; vinculis, quorum quæ extrema sunt, vnguium radices
mittunt tanquam fruticentur. Iam vero coxendicum ossa coeunt in pube per
cartilagineum, similiq; copulatione ossi sacro ponè cōnectuntur. Amplo sinu &
quasi acetabulo coxendicis caput femoris excipitur, illiq; adhærescit, tum com-
muni illo vinculi genere, tum alio nouo intus recondito, quod è summo femo-
ris capite in medium sinum figitur, rigidum id, rotundum ac breue, vt neruus
cartilaginosis censeretur possit. His similia sunt in genu duo, alterum circumfusum
alterum

alterum intus ab ea parte natum qua summi in tibia sinus inter se committun-
tur, per cartilagineam perforatam traiectionem, inter imi femoris nodos medium
se coniicit. Aliis quoque duobus latera stipantur, quæ ut nerui quidam sunt car-
tilaginosi. Quatuor ad istorum proportionem tibiæ partem imam pedi conne-
ctunt: præter quæ alia astant tria iisdem propè sedibus circumiecta. Pedis di-
gitorumq; articuli perinde ut in manu vinculis cohærescunt: unde omnis abso-
luta iam videtur vinculorum explicatio. Vnicum superest, quod à pectinis os-
se natum in penem contendit: rotundum id & unum ex omnibus concatum,
quodq; à publico cæterorum munere deficere videtur. Talis quidem est omnis
vinculorum insertio, quæ quanto nexus robore vinciant & illigent, tum artus,
tum ossa quæque corporis, dum hæc conderemus, patefecit comes ille Sebastia-
nus Francisci Galliarum Delphini instructum exercitum in Carolum Impera-
torem ducentis veneticis: quem Lugduni præpotentium quatuor equorum in
contrarias partes horam propè distrahentium misit discerpere dilacerareq; nõ
potuit, nedum sua compage dissoluere, nisi cum distracti gladii in articularum
nodos infixi adactiq; sunt. Nunc autem aliò nobis properandum.

Genitalis
vinculum.

De musculis & tendonibus. Cap. V.

LACERTORVM substantia quanquam non ut ossium simplex videtur, hic
tamen statuo de illis facere verba, quod in partibus externis primas obtinent.
Conditus est enim qui dicitur musculus neruorum fibris ad motum accommo-
datis, his caro circumcreuit tanquam fulcres illarum robur atque confirmans:
uena & arteria conspersæ, illæ quidem ad alimenti distributionem, hæ ad nati-
ui caloris custodiam: omnia demum circumscriptè tenuis membrana comple-
ctitur, musculumque definit. Tres sunt illius in longitudine partes, origo, me-
dium, & exitus: quas solent quidam caput, uentrem & caudam appellare. Pla-
ne neruofum est caput, uenter omnibus quæ numerauimus constat, extremus ten-
do contextis confusisque neruorum & uinculorum fibris concreuit, ut natura
media donatus, durior & robustior ad motum fieret quam neruus, at uinculo
mollior & infirmior: hoc rursus sensus acumine superaret, ab illo uero pluri-
mum deficeret. Non omnis musculus tendonem habet, sed is duntaxat qui os
moturus in summam illius cartilagineam, aut in uinculum se inserit. Figura qui-
dem hic, uti & musculus uaria præditus, prout loci ad quem pertinet conforma-
tio ferebat. Quocirca non unus idemque esse potest tum musculorum tum ten-
donum numerus: sed cum aliàs unius musculi plura sint capita pluresque ten-
dones, aliàs plurium una sit origo unicusue tendo, singula seorsum ex propria
cuiusque circumscriptione æstimare dinumerareque liceat, hoc modo. Fron-
tem unus musculus tegit latus & tenuis, à summo uertice ad supercilia & ocu-
lorum radices diffusus, à quo non ut à cæteris eximas cutem, sed sic illi est in-
nexus, ut sit amborum motus unus, qui supercilia sursum adducit euehitque.
Palpebræ superioris (inferior enim perstat immutabilis) duo sunt lacerti: unus
ex maiore angulo qui propter nasum est, ad tarsi medium eiectus, cuius contra-
ctione palpebra attollitur: alter ex minori angulo eodem attingens, qui oculū
claudit: utriusque enim ob tarsi firmitudinem palpebra tota cedit. In orbe oculi
septem continentur, quatuor recti, quorum uis est mouere sursum, deorsum, ad
maiolem minoremque angulum: duo præterea obliquè positi illum circumfe-
runt, septimus opticum ex cerebro neruum obuoluit & quasi circummunit &
obuallat, ne qui tener & mollis est, uehementer concussus laxetur aut obtra-
tur

Musculi cō-
positio.

Tendonis
substantia.

Musculi
capitis.

Musculi o-
culorum.

Maxillæ
musculi qua-
tuor.

tur, oculusque demum excidat: quod in illius quoque paralyfi solet accidere. Ex fibrarum quas emittit uarietate, alij hunc duplicem, triplicem alij esse dixerunt, cum tamen sit fibrarum quæ in eo sunt omnium idem usus. Ad inferiorem maxillam excurrit latus musculus, qui supra os petrosus & tempora ambit, deinde contractus factus, sub os iugale se recondit, prolapsusque longius non à sine instar cæterorum, sed à medio tendonem emittit magnum & prævalidum, in summum maxillæ adactum: quo sursum illa adducitur & os clauditur animalis: In tanta motus ui & impetu illi uenit adiutor alius in ore delitefcens, qui post maxillares dentes sursum in os capitis erigitur. Os autem aperit maxillamque diducit musculus ex tuberculo ponè radicem auriculæ natus, deinde applicatus imæ parti maxillæ adusque metum: huius extrema carnosafunt, pars media quæ amygdalas integit membranosa, ueram tendonis specie ostentat, huiusmodi figura & compositio cæterorum nulli concessa. Musculus circumducens maxillam *μασθητήρ*, id est molitor dictus, quod mandendo plurimum ualeat, trianguli speciem refert, cuius summum ad tempus figuratus unum ad iugalis ossis imum, alterum ad inferiorem maxillam protenditur, tertium uelut basis illa copulans per maxillæ longitudinem excurrit. Ut autem necesse fuerat motum eius multiplicem in mandendo & uarium fieri, ita neruorum fibris diuersis omnisque generis hunc implicari cõtexique par erat. Ex maxillæ igitur lacertis maximus is est qui ad tempora peruenit, secundo loco masseter appellatus, tertio qui illam aperit, minimus adiutor. Ad labra utrinque pertinent musculi duo, capitibus quidem conspicui, obscuro uero dũ in cutem sparfi oblitterantur: prodeunt quidem à malis & oblique feruntur, alter in superum, alter in inferum labrum. Quatuor hi officio concordantes, labrorum motus octo possunt efficere, quatuor quidem rectos, sursum, deorsum, ad dextram, ad læuam: alios quatuor cum uel plurimum separantur disingunturque labra, uel coeant & alliduntur, uel inuertuntur, uel intro adiguntur. Eandem quam illi originem sub temporibus habet exiguus musculus, illos aliquantum comitatus, mox deinde oblique in alas nasi deflectens, utrinque unus, his ergo musculis facies tota comprehenditur. In collo & ceruice complures sunt, qui caput vniuersum mouent. A tuberculo, cui nomen est à mamma, vtrinque ad clauiculam & sterni summum profertur unus, tendonem illic magnum comitatus: hic caput & ceruicem deflectit non omnino recte, sed aliquantulum oblique, quem alij simplicem, alij triplicem statuerent solent ex fibrarum uarietate. Duo alij sub œsophago siti, ab ossè capitis in primam & secundam colli uertebam inferuntur, quorum est solum caput in priora flectere immota ceruice. Retro autem octo sunt exigui, qui in ambitu ab ossè capitis in primam & secundam uertebam se figunt: ipsumque articulum multo robore confirmant, uti & duo qui sub œsophago iam sunt descripti. Quatuor ex his recti sunt & in rectum motus agunt, duo obliqui, reliqui item duo obliqui, ad situ aduerso. His alij insident octo ab occipitis ossè per totam ceruicem eiekti, quorum duo summi ampliores sunt ut reliquos possint contegere. Varijs præditi sunt neruorum fibris, quæ omnes è septem colli uertebis dimanant: unde alijs plures, alijs pauciores octo creduntur. Hi caput retrorsum flectunt, cum hoc autem ceruicis alias duas, alias tres, alias omnes uertebas. Lateribus colli vtrinque duo insunt magni atque ualidi, alter ex secunda uertebra in priora, alter ex prima retrorsum contendit, caput & ceruicem ad dextram læuamque conuersione modica flectunt. Horum est igitur caput & ceruicem mouere quos vna quidem ratio quatuor & uiginti, alia octo & uiginti dinumerat. Tres porro cartilagines quæ

Labrorum
musc.

Ceruicis
musc.

Laryngis
musc.

quæ in struatura sunt laryngis musculi complures continent: quatuor enim primam secundam nectunt, & huic illam adiungentes laryngis partem imam occludunt. Alij quatuor secundam tertiam copulant: quorum contractu summa pars laryngis aperitur. Duobus alijs prima tertiam cohæret, quorum interest summam partem laryngis intercludere. Sunt & alij duo ad torius basin & radicem, qui istis ueniunt adiutores. Præter istos laryngem alij octo circumstant, qui illum uicinis corporibus copulant, cumque necessitas est, distendunt uel contrahunt. Quatuor hærent in faucibus, duo è pectore sursum ducti, fauces & gulam ad alimentum deducendum deorsum uellunt. duo reliqui sursum, quorum finis est aduersus. Os in radice linguæ, *σφαιδὲς* dictum, nectunt atque stabiliunt octo musculi, duo ex inferiore maxilla nati, duo sub mento, reliqui ex tuberculo, quod est ad aurium radices. Ad linguam illinc quoque duo protendunt per latera, duo ex ossis parte suprema per linguæ medium: inter utrosque alij duo in longitudine porrigitur ab ossis lateribus prognati. Simile propemodum productionem habent alij duo, quos edit inferior maxilla. Octo his lingua quoque uersum flectitur, omnesque naturales obit conuersiones. Præter quos nonus est coniugij expertus, ab ossè quod *σφαιδὲς* Græci uocant ductus, qui linguam intro contrahit atque reducit. Idem hic laxatus atque porrectus linguam exerit & foras expellit: quod cæterorum musculorum nulli datum est, ut motuum sit opifex contrariorum. Est enim simplex sua cuiusque actio, qua ad capitis sui & ad nerui originem adducitur. At cum nullus neruus in linguæ extremum extrinsecus inferatur, qui foras illam rapiat, probabilius est hanc educationem illi musculo attribuerè, quam cum quibusdam lateri motum quemdam uoluntarium in nobis esse, cuius nullus musculus aut neruus sit author. Hactenus qui superant clauiculas musculos coniuncte recensuimus: nunc reliquos separatim persequamur, qui alterutra parte corporis continentur. Pectori foris sparfi sunt musculi, qui ipsum attollentes ad animam ducendam sunt vsui, e quibus à summis scapulis vnus ad primam costam pertinet: alter ad sextam, tres præter hos à collo in uarias pectoris priores sedes profecti, id latius explicant. Est & alius parte posteriore ab imis partibus scapularum ortus, qui in tres ueluti digitos discretus iniectusque medijs costarum quæ maximè curuantur, pectus vniuersum reuellit atque distendit. Subter os autem iacent musculi inter costas positi vtrinque duo & uiginti: in singulis nempe illarum intervallis duo, quorum interior attollens animæ inducendo, exterior deprimens ac stringens remittendæ author est. Quidam ex fibrarum uarietate quatuor hos esse prodiderunt, ut sint inter costas omnes octo & octoginta. Aliorum quorundam musculorum vis est pectus deprimere & coarctare, quorum vnus per dorsum excurrens septem superiorum costarum radices fibris attingit, quæ eo nomine pro septem plerique connumerant. Alius per clauiculas ad cartilaginum extrema penetrat, quoad musculum rectum abdominis contingat ac subbeat. Horum contractio costarum extrema depellit atque stringit. Eorum autem qui scapulam duntaxat mouent, magnus vnus est & amplius ex capitis ossè secundum dorsum productus, alterque tenuis illum semper comitatus scapulam sursum attrahit. Duo alij hanc retro abducunt, quorum vnus ex colli, alter ex dorsi uertebis proficiscitur. Alius ex dorsi principio in ossis lati caput de finens, id ad colli latera conuellit. Ad priora autem conuertit gracilis eodem insertus, sed ex occipitis ossè natus. Sursum scapulam euehit, is quem mox didicimus humerum quoque subleuare. Deorsum uero trahit, qui ab inferiore pectore emergens, in partes scapulæ imas diffeminatur, isque simul brachium deprimit.

Lingua
musculi.

Quis
musculus
linguam
exerit.

Pectoris
musc.

Scapula-
rum
musc.



*Humeri mus-
scu.*

mit. Hos musculos alij maiores integunt, quorum tendones in humerum per-
lati, multiplicium eius motuum sunt auctores. Vnus mediocris ex mamma-
rum sede in humeri caput se confert, brachiumque ad pectus adducit. Alius ex
summis partibus eodem porrectus, quo brachium ad thoracis superiora trahi-
tur. Alius magnus ex toto pectore ortus mammae figuram conformat, & ad
interiorem mediamque humeri partem definit. Geminus is est, cuius pars
dūtaxat inferior incitata brachium infra depellit, superior altius id erigit: am-
bæ intēta æqualiter ad pectus adducit. Sub istius parte inferna alius enasci-
tur, quo brachium quoque desectitur. Omnibus his imminet biceps musculus
cuius alterum caput ex interiore clauicula prorumpit, brachiumque tendit, & in-
clinat moderate: alterum ex osse lato scapularum deriuatum, brachium simi-
liter extendit, simul ad exteriora reflectit: ambobus autem æque intentis bra-
chium porrigitur in rectum, neque quoquam flectitur. Huic affidet alius è ver-
tice lateris ossis tractus, cuius est brachium attollere, sed quo alius inferior, id ad
dorsi media æqualiter reflectit. Sequuntur alij duo musculi ex infimo lato osse
profecti: alius deinde illis inferior, qui ad posteriora simul & inferiora de-
ducit. Est demum exiguus quidam sub ala, cuius ope brachium citra ullam in-
uersionem costis illiditur. Sunt itaque omnes ad humeri articulum decem &
tres, qui in humeri os infixi id ipsam uarie contorquent. Brachium (hoc & mul-
ti Latini ulnam uocant, uti Græci ἀνώβλυ) quicumque mouent, humeri os undiq;
obuallant, quorum duo interiores illud inflectunt, unus quidem maior ab inte-
riore humeri sede in priorem radij regionem diffusus, alter minor à summo hu-
mero intro conuersus ad ulnam, alteri oblique insidet ad. X. literæ similitudi-
nem. Hi pariter intenti cubitum omnino flectunt, at sursum aut deorsum con-
uertent, si alter altero magis intendatur. Duo externi sunt illis oppositi obli-
quam positionem nati, quorum attractu cubitus prorsum extenditur. Qua-
tuor autem ulnam circumferunt, qui ex humeri ima sede nati parte plurima in
radij inferuntur, & illum oblique positi omnes retorquent. Ex his duo quæ
radij in pronum conuertunt, in profundum demersi, qui uero illum ad supi-
num ducunt, extra quidem positi sunt. In cubito musculi sunt duplices, alij car-
pum, alij digitos mouent. Ex his qui carpo mouendo sunt, duo hunc quidem
intro agunt in interiore cubiti regione siti: alter hinc ad paruum digitum, al-
ter ad magnum porrectus. Duo alij eundem extendunt, & ab externa cubiti par-
te tendones mittunt: hic quidem supra paruum digitum, hic uero supra polli-
cem. Eidem quoque musculorum tendones, carpum tum pronum, tum supi-
num ferunt: ueruntamen in pronum motum, natura insuper quintum muscu-
lum illis administrum dedit, qui ab exteriori cubito duplicem tendonem in
medium carpum funderet, alterum indici, alterum infami digito incubantem.
Eorum aut in cubito musculorum, qui digitis mouendis sunt, tres parte interiore
sibi iucumbunt, atque mediam regionem tenent. Omnium maximus & inti-
mus est alij substratus, qui ad quatuor digitos, tendones tanquã habenas emit-
tit, quorum ope & beneficio primus & tertius uniuscuiusque articulus inflecti-
tur. Alter illi innexus in secundos articulos fibras explicat. Tertius summus
& cuti proximus, tendonem tenuem latumque sub omnem cutem interiorem
manus diffundit, ut promptior ea sit in omne opus, & sensu alacrior polleat.
Qui digitos erigant, quatuor sunt in externa ulna, regione media: unus qua-
tuor digitos extendit, suum cuique tendonem impertitus. Sub hoc alter ad in-
feriorem cubiti regionem declinans, digiti minimi & medii lateribus tendo-
nes iniicit. Supra uero alij duo, quorum hic in pollicem, ille in indicem & me-
dium

*Musc. in hu-
mero qui
brachium
mouent.*

*Musc. in cu-
bito.*

dium digitorum fibris tendonum expanditur. Trium postremorum uis est, quin-
que digitos in transversum atque pronum deducere. Manum summam muscu-
li integunt septem, omnes interiore facie conspicui: ex his duo maximi, al-
ter sub pollice, alter sub minimo digito, ubi palma altior est & editior. Hi quos
diximus tendones iuuant, quorum est digitos ab alijs plurimum deducere: Ter-
tius medius inter pollicem & indicem constitutus, ad indicem illum adducit.
Quatuor reliqui funiculis & tendonibus flectentibus ad digitorum radices co-
hærescunt, tenuesque fibras in digitos effundunt, per quas illos in supinum con-
uertant. Præter hos alij numerantur undecim exigui sub palma lato tenui-
tendone, è quibus duo ad primum cuiusque digiti articulum pertinent: trium re-
liquorum unus ad primum pollicis, duo ad secundum. Per hos nexus firman-
tur & expeditiores sunt ij motus, quos explicauimus. Dorsum ut non osse uni-
co conditum est, ita neque id unicus utrinque musculus à capite ad os sacrum
excurrere mouere possit: sed cum singulas seorsum uertebras flecti oporteret,
à singulis earum interuallis (primum si demis) singuli utrinque musculi exie-
runt. Illorum fibræ oblique ducuntur, ut pariter intentæ dorsum eiusque uer-
tebras erigerent, alias ad posteriora, alias ad latera quoquo uersum inflecte-
rent. Quocirca exteriores à tergo utrinque numerantur tres & uiginti. Interio-
res uero qui spinam in pronum & priora incuruant, utrinque duo, unus à capite
ductus per colli perque thoracis quinque superiores uertebras productus, ceso-
phago comes affidet, alter lumbis infernitur, ab ultima thoracis uertebra per
gens in os sacrum. Ventris inferioris abdomen musculi constituunt octo, duo
quidem recti in longum proiecti, duo transversi, quatuor obliqui. Sunt autem
eo ordine contexti, ut à cute & adipe proxime duo sequantur ex obliquis, qui
utrinque à quarta & quinta costa nati, horumque musculis pectinatim implexi
per uentrem oblique feruntur membranosa tenuitate, ac denique arctiori ex-
tremo ossi pectinis applicantur. Recti hos sequuntur à quinta aut sexta costa
supra malum punicum directo tractu permeantes in pubem. His proxime sub-
sunt reliqui duo obliqui, ex coxarum ossibus in aduersi lateris costas aduerti-
nas euecti. Omnium infimi transversi, utrinque ab ilibus iuxta lumborum mu-
sculos externos orti, membranæ specie uentrem integunt, dum in oppositam re-
gionem desinant. Viro testiculus uterque binis fulcitur ab imo uentre pro-
deuntibus: feminae uero, quia testes intus gerit, unico. Vesicæ ceruicem mu-
sculus unus ambit in orbem, cuius uis est exitum & quasi ostium occludere, &
urinam continere: cum autem fluere desierit, uehementer expellere, ne quid
insideat reliquiarum. In pene quatuor sunt, duo ad latera, qui intenti porum
amplificant atque dilatant ad feminis effusionem: duo supra ex pectinis osse
nati, penem arrigunt impetumque naturalem iuuant. Podicem quatuor om-
nino musculi complent, unus rotundus in orbem ductus, cuius est podicem coan-
gustare, hunc igitur σφρυγκτῆρα dixerunt Græci. Alius podicem in transversum
finit, illumque sed quam superior laxius constringit: duo oblique supra rotun-
dum utrinque euadunt, per quos laxatus podex sursum reuellit. Iam uero
qui femur mouent à coxendicis osse profecti, ossi femoris impinguntur, quorum
alij crus extendunt, alij sursum adducunt, alij circumducunt. Ex his qui exten-
dunt, unus totum coxendicis articulum tegit parte posteriore, qui triplici ca-
pite enascitur, definit autem in duos tendones affixos post femoris capiti. Al-
ter post illum ab externis partibus ossis ilium, in summam partem magni
χωνῆος immittitur, qui extendit, introque trahit caput femoris. Tertius post
hunc ex eodem osse in trochanterâ magnum pertinet abditis partibus, qui mo-
dicè

*Manus mu-
scu.*

*Dorsi exter-
ni musc.*

Interiores.

*Abdominis
musc.*

*Genitalium
musc.*

*Musc. in co-
xa femur
mouentes.*

dice femur porrigit & conuoluit. Idem præstat & quartus, & ab osse sacro in trochanteris posteriora demissus. Quintus omnium qui in toto corpore sunt maximus, os femoris uniuersum ambit, & ad genu usque cingit: cuius complures extant fibræ, aliæ posteriores, à coxendice, aliæ ab osse pectinis deriuatæ: utræque dum articulum intendunt, crus stabilunt atque firmant. Aliæ his altiores femur intro adducunt: omnium altissimæ, aliæ id ipsum ad priora superioraque conuellunt. Qui uerò femur inflectere solent, minores sunt illis: unus superior & rectus duobus capitibus exortus, ad parui trochanteris summa unico tendone pertinens, alter illi proximè semper affidens, sed humilior. Tertius ex osse pectinis parte priore excidens, obliquè femori circumtenfus, qui sursum ducit intro simul declinans. Quartus ex tuberculo ossis ilium neruosa tenuitate in genu contendit, illius patellam conscendens: cuius est non solum femur inflectere, sed & crus omne sursum afferre. Aliud est præterea eorum musculorum genus, qui femur intro mouent, in quo genere præter alios duos, quos enumerans iam dixi à pectine deriuari, unicus est ab huius parte priore femori circumtenfus desinensque in genu caput interius. Circumducit autem id duo maximè, unus ortus ab occultis, alter à summis partibus pectinis, qui coeunt ad coxendicem, illamque circumplectant, in femoris demum posteriora apud magnum trochantera pertinet. Eundem motum, licet infirmius, efficere ualent quidam ex his, quos paulò antè recensebam. Femur integunt & obuallant ij, quorum tendones ad crus profecti mouent illud: sunt autem numero decem, tres maximi parte priore positi recta ad genu progressi, unus quidem ad patellam duntaxat, duo reliqui in unum tendonem amplum desinentes qui patellam continet illigatque subditis ossibus, hinc autem in crus deuolutus totum extendit trahitque sursum. Illis utrinque affat unus, hic quidem interior ex ossium pectinis commissura pergens in cruris latus: hic uerò exterior ab extremis partibus coxendicis in alterum cruris latus concedit: horum obliqua est motio. Medium inter hos spacium à tergo implent alij tres ordine positi, quorum ad tibiam ductæ propagines, illam subducunt in suam quisque regionem. Nonus angustus & procerus ex ilium osse prodit, in poplitis eminentiorem partem ductus insertusque tibie capiti, quam prorsum explicat. Decimus omnium minimus, qui in poplite situs genu inflectit. In crure musculi oriuntur, qui pedis tarsum pediumque mouent. Tres prior pars continet, unum tibie ossi impositum, ex quo tendo bipartitus exit ad pedis pollicem utrinque ductus. Alterum radio seu fibulæ circumuolutum, cuius tendo in minimi digiti radicem abit. Hi sunt qui æquè intenti pedem sursum mouent: altero uero actionem obeunte, motus in obliquum torquetur. Inter illos medius insistit alius minor, qui per mediam tibiam recta ad quatuor fertur digitos, hincque contractus extendit. Huic utrinque unus affidet trifariam diuisus. Quocirca tametsi præcipui tres sunt, collatis tamen omnium propaginibus atque usus, sex aut septem rectius numerari possunt. Parte autem posteriore tres in magnum tendonem desinunt eum, qui ad calcem primùm pertinet, sed hinc demum excedens in omnem plantæ cuticulam disseminatur, perinde ut qui in manus palma dicebatur. Quartus, per profundum deductus, in eam regionem se profert, quæ ante pollicem est. Quintus, sub illis demersus ad calcem effunditur, qui deinde toti inferæ pedis regioni communicatur, maximè uerò medio digito, & ei qui pollici est proximus. Sextus, inter cruris ossa confertus, duplici tendone, tanquam loro ad duos qui superant digitos profertur. Hi duo posteriores pedis articulos inflectunt. Præter hos tamen in eundem usum alij

Muscul. qui in femore positi tibiam mouent.

Musc. qui in tibia positi pedem mouent.

Pedis musculi.

alij sunt in pede siti, quibus tria motus genera data sunt. In pedio enim quod metacarpio manus proportionem respondet, decem numerantur, è quibus singulis digitis bini per latera affident, qui pariter & æquè teni illos æqualiter flectant, in æqualiter uerò contracti illos intro per obliquum ducant. In tarso qui ad carpi proportionem est, consistunt alij quatuor, quorum tendones in medios digitorum (præter pollicem) articulos desinunt. illic & alij duo uisuntur ad pollicem minimumque inflectendum profecti. Pedis pars superior decem gerit ad radices digitorum positos, qui bini per cuiusque digiti latera affixi, illum possunt uel sursum æqualiter erigere, uel in alterutrum latus retorquere, prout uaria fuerit illorum contentio.

Quis usus partium interiorum, quarum beneficio uiuimus & nutrimur, quæ illarum necessitas. Cap. VI.

Quas supra recensuimus corporis partes, satis esse uiderentur ad omnes tum humanas, tum animales functiones obeundas, si in eis considerare posset, & contineri illa uis animi omnia ciens agitans motibus suis; pulchrumque foret si ex illis duntaxat & cerebro constans homo, sentiret, moueretur, ac intel ligeret, citra ullam uiscerum & intestinorum opem. At uerò quoniam sentien di illa & mouendi facultas nequit sine uitali consistere, quæ ut corpus omne transans temperatione caloris omnia conseruat, ita principi alteri in cerebro posita tum sustinendæ, tum functiones suas obituræ, spiritum suum uelut materiã confert & impartit: idcirco cor uelut principium gignendi spiritus induci com modum erat, ab eoque arterias produci, per quas spiritus in omne corpus diffunderetur: pulmonesque illi affidere; quorum esset mollitudo ad hauriendũ spiritum aeremque aptissima: ipsum denique diaphragma & musculos thoraci circumijci, per quos dilatari contrahique possent. Porrò autem quoniam eorum & uniuersi corporis substantia, tum ab insito nobis, tum à circumfluo aere alijque causis assidue dissipatur ac diffluit, neque diutius potest consistere, nisi idoneis alimentis refarciatur detrimenti dissolutionisque; tactura: maxima fuit alentium partium commoditas, earumque corpori iniecta necessitas. Itaque interiorum corporis tres omnino factæ sunt regiones, proprijs quasi sepimentis obuallatæ: suprema in cerebro sensus rationisque sedes media pectore com prehensa spiritus ac uitæ domicilium: infima subter diaphragma & abdomen, naturæ altricumque partium officina. Ita enim immortalis Dei prouidentia hæc partes sordibus inquinatas atque foedas; in locum imum uelut in sentinam corporis relegauit, proculque amandauit, ne tetrus nidoribus cor & cerebrum principum facultatum sedes atque sensus ipsos contaminarent conturba rentque. Hic enim locus habetur ueluti regiarum culina, in qua partes quædam tanquam coci alimenta instruunt, cæterisque præparant, quarum sunt ministerio destinatæ. Inter illas princeps est iecur, cui uentriculus subministrat cibum ex parte coctum: alij ministri complures illorum eluuiem culina excludunt, uix tandem multiplices, per quas tum fiateductio, tum purioris alimentidistributio. Oesophagus enim à linguæ radicibus in uentriculum illapsus, quæcunque accepta sunt illi suppeditat: concoquit autem hic paratque iecori, intestina genitas concoctione cibi reliquias deijciunt, quicquid purius est iecori suggerunt uenæ quæ dicuntur mesaraicæ, ut hoc rursum altera coctione in sanguinem iecur conuertat. Hinc orta genitaque superuacanea in diuersa rapiuntur. Lienis siquidem id deducit sibi que iungit, quod in sanguine uelut fex & limus

Cordis necessitas.

Partium nutritium necessitas.

Partium nutritium usus.

& limus subsidebat, fellis folliculus secretam bilem, renes dilutum humorem, quem demum in uescam profundunt. In hæc autem opera uias ductas habent & directas, quæ in se ex icore pertinent, sibiq; adherent. Tot igitur talesq; partes, uti & eas quæ generis propagationi dicatæ sunt & nuncupatæ, par erat imo uentre comprehensas teneri, quæ tametsi peculiarem sibi actionem singulæ obtinent, hanc tamen ad communem referunt icoris cõmoditatem & usum. Iecur autem ad cordis, ambo ad cerebri necessitatem, omnia denique ad sensum mobiliũq; partium gestiones & opportunitates, ut uideri possit eximius partium omnium concentus, & in unam summamq; animalem actionem concors omnium conspiratio. Quinetiam partes illæ cum minimè simplices sint, sed aliarum certo numero constant, propriaq; substantia, magnitudine, conformatione, situ, nexu atque consensu, his singulis quandam adhibent commoditatem toti, cuius gratia aut redditur illius actio concinnior, aut illæsa in tegraq; conseruatur. Horum enim nihil temere conditum est, sed cuiusque instrumenti propria functione perspecta, nullo negotio quid illa conferant deprehendi poterit. Quoniam igitur non functiones ususq; partium hoc loco, sed meram corporis historiam persequimur, hæc ad pleniorẽ partium dinumerationem præfati, sigillatim explanemus quam quæque corporis pars interior substantiam, quantam particularum suarum compositionem, quam figuram & conformationem, quam magnitudinem, quem situm atque consensum ad actiones aptum obtinuerit.

De partibus interioribus infero uentre conclusis.

Cap. VII.

VENTREM externa circumscriptio comprehendit & metitur, quæ ab ima mali punici parte, utrinque per cartilaginosa costarum extrema (hypochondria Græci uocant, nos præcordia) ad ilia & inguina tandemq; ad pubem porrigitur. Quod extrinsecus illum integrit atque abdit, id uniuersum abdomen perhibemus, Græci *επιγαστριον*, cute, adipe, musculis octo & peritonæo compactum. Omnes enim musculos quales suo loco diximus, succingit interior membrana peritonæos inde dicta, quod à spina utrinque emergens umbilico prioribusq; uentris partibus, ipsi denique diaphragmati & pubi connexa, quæcumque uenter inferior continet, tensa illa prensat atque circumsepit. Quanquam enim tenuis, firmissima tamen multum roboris & uirium habet, ne intestinorũ pondus sustinens atque coercens, diuulsa facile dirumpatur, mollis simul illa ut quodammodo laxari possit, dum uenter quauis de causa turgescit. Duabus membranis continetur, quæ ad posteriora cernuntur iuxta spinam conspicuo se paratæ, parte autem uentris prioris usque adeo coherentes & implicatæ, ut una eademq; censeatur. In uentris autem detecta capacitate primum conspicitur omentum, quod Græci *επιπλον* dixere, quod ueluti innatet, summumq; intestinis insideat. Duabus id clauditur ex peritonæo natis membranulis firmo adipe conspersis, quem uenæ & arteriæ exiles passim penetrant. Prima illi origo iuxta spinam est sub diaphragmate, unde surgens altero quasi extremo in uentriculi fundum defigitur, à quo mox delabatur uentrem inum contegens, hincq; reflexum colo intestino committitur, quæ id uentriculum contegit, ut sic duplicatum ueram marsupij speciem exhibeat. Obtensum autem imo uentriculo & priori intestinorum regioni, tanquam tegumentum quoddam, insitum in illis calorem tuetur ac fouet. Omento detracto defectoq; in apertum proferuntur intestina, multis inuolutis uentriculo, huiusq; continuata stomacho

cho. Singularis enim in uentrem inferiorem communis patet per os ingressus, exitusq; communis per podicem, quæ quasi portæ duæ continuatione communis uia consentiunt. Quandoquidem ab ore in uentriculum stomachus prolabitur, quem aliter Græci *οισόγαγον*, nos gulam appellamus; is uelut intestini quoddam procerus figura, per ceruicis interiora deuolutus, moxq; sub pulmones demersus in quinta dorsi uertebra confidit. Hinc paulũ exurgens mox, ut se erexit diaphragma penetrat, atque demum summo uentriculo à leua committitur. Unde uideri possit œsophagus ceu uia quædam esculentis potulentisq; deuorandis ad uentriculum directæ: hic autem uelut commune receptaculum & prima concoctionis officina. In eum quippe usum ampla huius intus est capacitas, simulq; figuræ species rotunda & globosa, ut in se plurima concluderet & amplexaretur, at nihilominus ob ductum & canalium insertionem in modicum longitudinem se diffundit. Positus est sub septo transuerso, & à malo punico initium ducit medio corporis spacio, nisi quod leuiter in sinistra deflectit, huc enim maximè superior eius pars contorquetur, inferior autè magis in dextram. Posterior pars uniuersa spinæ insidet, cum qua ad primam liborum uertebam cohærescit: os uerò quod ueteres cor appellare consueverunt, non illi, sed diaphragmati ueluti pendens & sublatum affigitur. Neque uerò illis duntaxat, sed omnibus denique circumsedentibus partibus nexu atque consensu iunctus est iocinori, lienĩ, intestinis, cordi & cerebro, idq; membranarum, uenarum, arteriarum, aut neruorum communione & interiectu. Ab ima eius parte quæ ad dextram sub iocinoris fibras in profundum se abstrusit & abdidit, exitus est ad intestina, *πυλωρος* dictus, quod prolapsa è uentriculo alimenta tanquam ianitor cohibeat. Hunc autem parte superiore arctiorem natura condidit, quod dura nec planè contrita famelici plerunq; demittimus. at è uentriculo nihil excidit, nihil elabatur quod non exquisitè (si quidem id potuit) perfractum sit & comminutum. Duo intus glandulosa tubercula *πυλωρῶν* assistunt, quæ dum applicant, sese propiusq; admoent, uiam exitumq; claudunt, referant uerò dum relaxata se abducunt atque diuellunt, non nutu quidè & arbitrio nostro, sed naturali duntaxat impulsione. Hinc exordium capiunt intestina flexuosis gyris circumiectisq; longissima, extremo continuata podici. Exportandis purgandisque fecibus condita quidem sunt: at tantani totque gyris implicitam circumductionem natura ad absolutæ distributionis munus accommodauit, ne alimentum confestim elabens, gulæ insaturabiliq; abdomini nos subiugaret, & ne sordido deijciendi crebrius ministerio indignæ hominis dignitate seruituti nos manciparet. Itaque in tanta uia longitudine uix ulla potest alimentĩ portio foras elabi, quæ non antè cuipiam suggestionem uenarum ori se applicuerit, ut inde quicquid utile est & alendo corpori idoneum, rapiatur in iecur. Omnium porro intestinorum unus est continuusq; ductus, unus & idem usus, ut proinde unum uideri possint, nisi figura, magnitudo, substantia sitisq; ea disungeret, quamobrem senario sunt numero ueteribus comprehensa. Quod protinus ab ima uentriculi parte enascitur omnium arctissimum, *ελεος* id est exortus dicitur, duodecim digitos longum, nullis intortum anfractibus, recta sub iecur & uenam portam se recondit. Proximum illi ieiunium, inde nomen habes quod inane perpetuo uidetur, nulla enim cunctatione extrudit quæcumque accepit, affluentis in se bilis acrimonia laceffitum. Id modicè inuolutum ad spinam ex dextris retorquetur, longius quàm duodenum & laxius. Tertium *ελεος*, quod ilibus nomen dedit, uenæ quidem & exile, sed tamen maximum ex omnibus & longissimum, in orbes plurimos atq; anfractus

Gula.

Ventriculus.

Figura.

Situs.

Consensus.

Compositio.

Intestina.

Vsus.

Numerus.

Pylorus.

Ieiunium.

Ileon.

Cæcum.

anfractus actum, quod subter umbilicum ad ilia & coxas utrinque positum emat
 nentiores totius uentris regiones occupat, è quo plurima fit alimenti in iecur-
 distributio. Quartum est cæcum, à quo alui fæces speciem primum & nomen
 habent, ab alimentis siquidem dum per tenuia intestina ferebantur, sucta est &
 allecta purior utiliorq; substantia, reliquæ verò superuacuae sunt fæces, quod
 nomen tum primum his inditur, cum ad hoc intestinum peruenerint. Cæcum
 idcirco dixerit, quod egressui introitum aduersum non acceperit, sed hos vicini-
 nos adeò vt plerunq; in vnum coire videantur, figura enim paruum aliquem
 oblongumq; ventrem representans, reni dextro secundum coxam insidet.

Hinc sequitur *κόλον*, quod per iecoris caua primum obrepit, vbi folliculum bi-
 10 lis attingens illiq; nonnunquam annexum, amarorem coloremq; luteum con-
 traxit: inde paulum exurgens ventriculi fundo infernitur: hinc ad sinistrum
 hypochondrium contendens, lienem accumbit: mox in posteriora demergitur co-
 hæretq; reni sinistro, à quo demum laxius apud coxam sinistram eminet. Sex-
 tum inde postremumq; in os sacrum deuoluitur, restaq; pergit in podicem, vn-
 de rectum appellatur intestinum, pleriq; aliud. Vnum colon præter cætera
 plurimis quasi cellulis discretum extumescit, nisi qua parte sinistro reni assi-
 det: hic enim læue conspicitur, & multo angustius se ipso factum: quod vt in
 coxam sinistram sese extulit, à recto intestino angustia quadam velut strictim
 premente vinculo facta, perspicue diiungitur. In *κόλο* fæces diutius commora-
 20 tæ, vel potius ex viæ anfractibus hærentes, effigie sua conformantur: deinde ve-
 rò elapsæ, in aluo capaciore, quemadmodum vrina in vesica, tantisper retinen-
 tur dum laxato musculo qui podicem ambit atque intercludit, illas iubemur
 extrudere. His paucis liceat ventriculi, gulae, & intestinorum vsum, figuram,
 magnitudinem, atq; situm deprehendere: compositionem verò seu partium nu-
 merum & substantiam, ita in singulis inuestigemus. Gulam ventriculum intes-
 30 naq; omnia duplex tunica cingit atq; componit, quarum interior nerui & mem-
 branae, externa carnis potius est æmula. Illius fibræ è ventriculo in rectum &
 longitudinem porrectæ, ad ipsam quoque gulam pertinent: vt ventriculo gulae,
 totiq; ori interior tunica communis censei possit. Externa tum ventriculi tu-
 gula in transversum fila producit, sed ea in ventriculo, corporea magis atq; car-
 40 nosa, in gula membranosa & nervosa. Medio inter eas tunicas spacio vnus ven-
 triculus inpersa verit variè intexta fila, quæ in obliquum effusa ipsi gulae om-
 nino desunt. Cæterum vtraq; in intestinis villos suos profert transversos & in
 orbem actos, reliquorum autem illic prorsum nullus inest. Si qua insuper vide-
 tur extrema tunica has extrinsecus obducere & ambire quæ subditos eosq; tras-
 uersos villos simul committat, ea sanè non propriae harum substantiæ, sed peri-
 tonæo accepta referri debet, è quo reliqua quoq; viscera ambientes tunicas cõ-
 muniter acceperunt. Hinc colligendum videtur, gulam in ventriculi partibus
 numerandam esse, intestina verò minimè: sed hæc ventriculo connecti: nequa-
 40 quam ab eo nasci & exoriri. Superiora intestina quæ tria esse prodidimus, pro-
 fus sunt membranosa, inferiorum tunica interior multa carne prædita est, quã
 insuper adeps intus oblinet copiosus, vt eius beneficio ocyus in procliuè quasi
 per lubricum præcipitentur alui reiectanea. Hic autem omnium intestinorum
 cum sit communis, in crassis tamen quàm tenuibus inest multò densior atq; cu-
 mulatior. Intestinorum oïum communis est per *μῆσεντέριον*, quod & *μῆσάριον*
 dicitur copulatio, quo velut proprio vinculo lumborum illa vertebris annecti-
 tur. Ex his enim mesenterium primam originem duxisse videri potest, eisq;ue
 per lumborum & ossis sacri longitudinem adusq; podicis extremum cohærere:
 ibi enim

Compositio.

Mesente-
rium.

ibi enim acceptis à peritonæo membranarum productionibus sese mox latius
 explicat, vt demum crebris flexuosisq; marginibus quasi implicata intestina
 adhærescant. Semper autem geminæ excurrunt membranarum productiones,
 dumq; ad deuincienda intestina progressæ mesenterium componunt, tutò in-
 ter eas confertæ sunt venæ frequentes, ab intestinis tanquam viæ in portas iocin-
 neris directæ, quas proinde mesarças & mesaraicas appellant. Intextuntur his
 & arteriæ complures ab aortæ trunco, qui lumbis accubat, ad intestina diffusæ.
 Sparguntur illuc quoque multi neruorum quasi furculi, quos sexta cerebri con-
 iugatio promittit. Media inter vasa neruosiq; spacia adeps occupat atque im-
 10 plet: in hunc ad vasorum diremptus & diductiones, adenes, id est glandulæ in-
 sistunt, quæ tum fissiones illas diuelli non sinant, tñ intestina suo madore pro-
 luant. Itaque si à mesenterio vasa, neruos, & membranas demes, adipe glandu-
 lisque reliquum omne refertum conspicaberis. Supra mesarçæon primis lumbo-
 rum vertebris insidet caro *παγκρέας* appellata: plurimis scæton ea glandulis,
 quibus & sua mole venarum, arteriarum, neruorumq; tenues illic ramos suste-
 20 ret ac fulciat. Diffunditur enim à septo transverso deorsum ad renes: vtrinque
 autem ad iocineris lienisque sedes. Duodenum intestinum atque ei per trans-
 uersum innixam venam portæ, huiusq; riuulos in ventriculum & lienem traie-
 ctos, tum denique arteriarum ductus & tubos neruosiq; tenuitates, quotquot
 30 illic sunt, amplexu illa firmo comprehendit. De his hætenus, nunc de iocine-
 re cæterisque visceribus. Viæ ab intestinis ad iecur ductæ ac directæ, venæ
 illæ quidem sunt mesaraicæ, quæ illuc è ventre alimentum deuehunt. Id enim
 primam & principem statuumus nutriendi officinam, quòd ingenta sibi facultate
 sanguinem efficiat proferatq; . est enim ipsa illius actio Græcis *αιμάτωσις*.
 Magnum id datum hominibus, præsertim helluonibus abdomini suo nati,
 subter quidem concauum. supra & extrinsecus prominens, ferè in fibras quin-
 que (Græci *λοβός* appellant) dissectum: quamuis conspectum a nobis est (nec
 raro) solidum nullisque fibris diuulsum. Dextram corporis regionem sub se-
 40 pto transverso obsidet, ab eo digiti latitudinè disinctum, ne fortè obesset illi
 quasi flabello præcordia ventilanti. Insidet autem leniter ventriculo, omnèq;
 illius æditioem partem non modo dextram, verum etiam priorem fibris suis
 amplexatur. Ex septo transverso ex dextris præcordijs atque ex spina id pen-
 det ac nititur, quibus atque ventriculo per medias membranas & venam cauã
 adhærescit. Vix denique pars vlla corporis habetur, qua cum illi per venas aut
 arterias non intercedat communio. Membrana integitur tenuissima, in qua
 exilis neruus sensu præditus è sexta cerebri coniugatione excidens absumitur
 multis arterijs, sed quamplurimis venis, vt quarum initium est & origo, con-
 50 spergitur, quas illius caro (*παρέγχυμα* Græci vocant) stabilis atq; firmat, pro-
 pria quidem visceris substantia atque moles, primusq; *αιμώσεως* effector &
 author. Similitudinem autem gerit speciemq; sanguinis ardore tosti, exhau-
 stoque vapore aridi atque concreti. Ex iocineris porro maiore sæpius fibra bili-
 lis folliculus parte caua resimaq; propendet, vesicula quidem ex simplici tuni-
 ca constans, omni staminum genere intexta, expurgatè è iecore bilis flauæ re-
 ceptaculum. Duo enim bili ferendæ ductus in illam pertinent, alter ex eo lo-
 co vbi vena portæ iecur subit, quo bilem in se allicit: alter ad duodeni termi-
 num ieiuniquè initium, alias autem in ventriculi fundum proiectus, quo bilis
 exuperantia exigitur atque expellitur. Hac enim solent intestina ad fæcũ de-
 iectionem quasi adhibito stimulo acui & irritari, ipsæ autem fæces subflauo
 colore insci. Hanc vesiculam nonnunquam deprehendimus subnigris calculis

Πανκρέας.

Iecur.

Cystis fel-
lis.

E ijsq;

Splen.

ijsq; duris ac solidis confertam. Lienis parte sinistra sub præcordijs ex aduerso iocinoris positus est, viamq; veluti porum quendam ex illius cauo suscipit, quâ crassam lutulentamque succorum eluuiem, & humores melâcholicos prolechet & in se recondat. Figura is oblonga & propemodum tetragona, alias rotunda linguæ bubulæ speciem offert: quâ ventriculorum cingit concauus, extrinsecus intumescens. Non vna omnibus magnitudo, vt neque color vnus, sed facillè commutabilis ex naturarum varietate. Turgescit enim hoc viscus humorum appulsu quos laxa raritate combibit. Perexiguum simiæ ac propè nullum, visum est aliquando mole sua & magnitudine iecur superare, quod adhibitorum medicorum sententia existimatum est iecori ad sanguinis cõfectio-
nem opitulari. Conditus est sub costas adulterinas, in longum ventriculo in-
cumbit, cui sicut & omento eonnexus adhærescit, appensus autem est eonnexa
parte non è septo vt iecur, sed è peritonæo gracilibus membranis, a quo tunica
etiam hunc extrinsecus integens & obuclans emergit, quam exilis neruus per-
meat tractabilem qualitatium iudex & æstimator. Venæ intrò se inferunt, per
quas ex iecoris cauo succus ater quasi haustus allicitur, arteriæ insuper pluri-
mæ & eæ amplæ, ab aorta mox vt è septo tranuerso excidit acceptæ, quarum
spiritu & calore raptam melancholiam attenuat, & in vtile accommodatumq;
sibi alimentum conuertit, eo enim enutritur tenui, nigro tamen & squalido.
Quod à nutritione reliquum fecit, crassum quidem, & vinacæ facis emulsum,
in os ventriculi per venæ suæ extremum eodem pertinens definensq; profun-
dit. His vasis diffusum circumiicitur lienis corpus, nõ id quidem caro simplex
sed *παρέγχυμα*, rarum, molle, fungosum & solutum, excipiendis facibus desti-
uatum: Ad renes & vesicam ipsa nos rerum series iam accersit. In lumbo-
rum vertebris ingens illa vena caua confidit, quæ à iocineris conuexo illuc
prolapsa, mox deinde in femora & in omnes quæ subiectæ sunt partes velut
in ramos sparsa diffunditur. Huic vtrinque accumbunt renes alliciendo è san-
guinifero sero (*σπρον* Græci vocant, nos vrinam) accommodati. Positi sunt enim pau-
lò infra iecur, è quo id maximè deducunt, ac dexter læuo ferè altior est, quã-
quam aliquando is depressior comperitur. Incubant ambo musculis dorsi inte-
rioribus, quos *σπας* Græci dicunt, inanibus iis subiecti partibus, quæ inter co-
starum extrema & os coxæ interiectæ sunt. Inhærent autem illis vincti tunica
è peritonæo ducta, quæ eos ipsos velat & contegit, sensum simul illis quẽdam
obtusum impartita. Geminos quidem illos natura condidit, ne vno præpedito
aut obturato, eius humoris cessaret profusio qui longè copiosissimus est in no-
bis. Visus est cui secundum naturam vnicus esset, sed qui quod numero dimi-
nutum fuerat, mira magnitudinis mole exæquaret compensaretque: gemini
autem cum habentur, minores eos esse optima ratio est. Quæ venam cauâ spe-
ctant sinuati sunt: extrinsecus ad ilia gibberi oblongi, & quasi in retusæ lineæ
speciem curuati. Nè autem immodica laxitate exceptam vrinam sinerent su-
sius elabi, compacta densaque substantia firmati sunt, quam multus circumcir-
ca concretus adeps inuoluit. Sua vtrique vena (emulgentem recentiores dixe-
re) è proximis venæ cauæ sedibus deriuatur, in resimam partem inserta. Simi-
lis est arteriarum ex maiore, quæ lumbis est annexa propagatio: & vtrorūque
vasorum tenuiores rami, in renim, substantiam dispersi oblitescunt. In medio
concauus est sinus propria membrana succintus, quæ proprie incerniculum est
percolandæ vrinæ: non enim cum multis existimandum est id in rene sinũ me-
dium dirimere, sed quem renes dilutiorem sanguinem per venas emulgentes
quasi luxerunt, in suam deinde substantiã recondunt vice alimenti: hinc quod
planè

Renes.

planè aquam aut serum refert, in intimam capacitatem per incerniculi mem-
branam colatum excidit, moxque per *δουρητήρας* profunditur in vesicam. Sic. n.
appellant Græci ductus & vias vrinæ, qui ex reducta parte emergunt, & deor-
sum ad vesicam contendunt. Proceri ij quidem & valentes, qui tamen si simpli-
ci tunica vt venæ præditi sunt (hinc plerisque venæ albæ nuncupantur) nihil
tamen his cum emulgentibus communionis intercedit, nec vlla societate co-
pulantur: sed vesicæ prorsus sunt assimilés cuius propriam substantiam planè
referunt. Protenduntur autem à renibus in coxarum regiones, vnde mox inue-
sicæ, latera retorquentur, eaque subeunt, non quidem directo sed oblique: me-
branam enim findunt, in quam (quasi ea duplex esset) sese medios insinuant, ne
si directus pateret ingressus, qui in vesicæ capacitatem inciderat humor, retro
compelli regerique facile posset. Itaque vrinæ receptaculum est vesica, vbi tã-
quam in laguncula quadam ea asseruatur, dum ratio & arbitrium iubeat extru-
dere. Globosa illa quidem, quo fieret humoris capacior, sub os pectinis in coxa-
rum antrum deiecta reconditur, recto intestino innixa affixaq;. Hæret autem il-
li ipsiq; coxarum ossi membranarum interiectu, quas peritonæum expromit:
ex eoque genere tunica illam extra circumscepit, quam supra nominimus omniũ
esse viscerum communem. Propria enim vesicæ substantia simplex est membra-
na, sed quæ triplici staminum genere contextitur. In hanc venæ complures ten-
dunt, per quas alimentum capessit: similiter & arteriæ tenues quæ illuc vitæ
spiritus effundant. Conspicius est canalis victus iam totus & emeritus è fundi
tumentioque parte in vmbilicum surrectus: hoc olim dum vtero gestaretur in-
fans, necdum pendendo meieret, vrina è vesicæ capacitatem in vmbilicum confer-
tim redundabat. Ceruix qua vrinam reddimus particeps est carnis, vtpote mu-
sculo cincta quæ supra *σφιγτηρα* diximus appellari, cuius est exitum interclu-
dere, ne nolentibus nobis effluat vrina. Fœminæ breuis est ceruix, mari produ-
ctior, vt quæ in extremum vsque penem porrigitur. Sequuntur nunc testes
διδυμοι Græcis dicti, quos inter prima gignendi instrumenta commemorant:
quia in eis facultas inest *σπερματικη* id est seminalis. Substantia ij quidè molles
& quam apte glandulæ assimilaueris, & in qua vis illa potissimum confidet.
Albi sunt ij, figura oblongi, rotundi, & cauernosi: maribus extant atq; eminet
propriò inuolucro conclusi pendente ab inguinibus, huic scroto nomen est, Græ-
cis *σχρον* appellatur. Ductus tanquam tubi in hos pertinent (quidam vasa semi-
naria dixerunt) quorum planè dissimilis est exortus: dexter enim ex vena
caua emergit paulum sub rene, læuus autem è vena sinistra emulgente. Ab or-
tu lento longoque anfractu concedunt in ilia, geminis fulti tunicis: neque vt
vrinæ ductus lumbis innituntur & adhærent, quippe qui extra peritonæum su-
pra os pectinis sint emerfuri. Sua vtrique comes est arteria, quæ simili atq; vas
ipsum tum ortu, tum productione fertur, vt dextra ab arteria maiore statim
erumpat, sinistra ab emulgente arteria. Assistent illis & exiles neruorum pro-
pagines è sexta ea cerebri coniugatione, quæ per septum transfersum infra
procurrit. Hæc itaque vasa mox ab origine sensum ad latera deflectunt, tum
dein sustolluntur ad ilia & supra pectinem, in scrotum denique elabuntur per
inguina, gemina peritonæi tunica nusquam non obuallata. Hæc plerunq; vi-
deas ad media vsque productionem puro synceroq; conferta sanguine rubere,
adeo vt venas esse iudices: vbi vero longius fuerunt progressa, albescit quicqd.
in eis concluditur, quasi rudimētum futuri seminis. Tertium illa corpus intro
non subeunt, sed tenero id circūiectu amplectuntur super epididymida. Est au-
tem *επιδιδυμις*, inuolucrum mollius, quod testiculo propter caput incumbens,
E 2 — mediam

Vrinæ du-
ctus.

Testes.

Vasa semi-
naria.

Parafata. mediam inter illum & vas seminarium sedem occupat. Ab eo quem dixi circumuectu, mox vasa ad os pectinis resiliunt atque reflectuntur, hincque quasi precipitata in decliue coxarum spacium aguntur, dum ceruici vesicæ vtrinque astet. Hanc demum comitantur adusque penis radicem, vbi in vnum eundemque canalem conflunt, qui ab vrinæ ductu diuersus est: sed & hi quoque ambo dū pudendi medium attingerint eodem concurrunt, vt tandem extremo pene vnicus cernatur. Vasa hæc per quæ semen è testibus foras iaculamur, quâquam ap pellatis seminariis continuata sunt, nomen tamen commutarunt, dicunturque Græcis *πυρσάτραι*, nobis quasi astites. Duplices itaq; ductus testibus, vni lato res, iaculatores alteri. Sed quo sit omnis horū progressio maioribus quasi thea 10 tris ante omnium oculos proposita & aperta, de eis & peritonæo non alienum fuerit pauca rursus admonere, quæ à veteribus prætermissa sæpe dissectionibus indicaui. Peritonæum vniuersum duplex est, cuius vna tunica venæ cauæ, arte riæ maiori, renibusque subternitur: altera superior hæc contegit omnia, vt vndique cincta suas quoque productiones omnes, geminas inter tunicas tutissime mittant profundantque. Itaque exterior peritonæi tunica quam dixi renibus subterni, cum ad os pubis iam propius accessit, in sese quasi reducta coactaque, vel vt canalem quendam efficit laxiorem, quo permeant ductus latores seminarij, remeantque iaculatores parastatæ. Hinc deuoluitur in scrotum, vbi laxius se explicans, omnia illius interiora sublimit succingitque. Alteram 20 peritonæi tunicam huic continuatam dices parte vètris priore, adeo ei firme adheret. Diuellitur autem atq; distrahitur iuxta os pectinis, hoc enim ipsum ea non conscendit, sed ventris coercita finibus, illius duntaxat interiora complectitur & ambit. Ex quo intelligi potest nusquam perforari peritonæum, vt quodam veluti foramine ductus seminarij in scrotum illabantur, quæ tamen Galeni reliquorumque omnium est assertio: sed in omni enterocæle atq; epiploocæle, tunica interiori necessario dirumpi, externam vero duntaxat laxari. Sed iam ad orationis contextum me refero, gignendi partes quales in femina sint, enarraturus. Alterum instrumentum & tanquam nostræ procreationis hortus est vterus, qui propria legitimaque actione semen excipit, concipit, & fouet, eoque dū fœtus absolutus consummatusque sit. Virginibus quidem admodum exiguus: mulieribus etsi vterum gestauerunt, nisi vbi grauidæ sunt, non multo maior quàm vt manu comprehendatur. Simplici tunica is continetur: sed ea crassa densaque & carnosâ, quæ omni valentium staminum genere intexta, late cum necessitas est possit explicari. Figura illi rotunda, nisi quod ad ceruicem paulo sit longior, pyro maiusculo similis. Positus est in coxarum capacitate, quæ mulieribus quàm viris est amplior, quippe quæ infimo loco & quàm proxime os sacrum, claudere completique debuit rectum intestinum: super hoc vero vterum huicque insidentem vesicam, quæ os pectinis iam attingit. Astringitur itaque neciturque vterus vesicæ, atque recto intestino 40 tenuibus ex peritonæo ductis appendiculis: similiterque coxarum ossibus validis, sed tamen laxis vinculis, quæ ad illius cornua pertingunt. Sic enim appellarunt ingentes processus, qui curuatis inflexisque cornibus affimiles, vtrinque ab vteri introitu sursum ad ilia coxarumque ossa incuruati retorquentur. Horum in extremis fixi hærent mulieris testiculi, compressiores, minores, molliores & humidiores quàm maribus: vasis seminariis circumfunduntur, ab eisque cinguntur, quorum eadem atque in maribus est origo. Confidunt tamen in lûborum musculis, nec extra peritonæi capacitatem excedunt, cum nec ipsi testes extra sint. Quocirca breuis illis est via, ad non directâ, sed pluribus gyris anfractibusque;

fractibusque flexuosa quàm maribus, vt viæ breuitas flexuum multitudinem compensaretur. A testibus per cornua iter est in vteri interiori sinum per quod acriter contendit Galenus semeu eodem intrudi & inferri. At qui nostra memoria viri celebres habiti sunt, alij vetustissimum Herophilum sequuti, è testium inuolucro iter esse censuerunt in neruofam vteri ceruicem, iuxta illius os interius; alij è testibus tum in ceruicem, tum in capacitatem vteri vias duci volunt, quorum ego sententiæ subscribo. Venæ arteriæque plurimæ sparsæ diffunduntur in vteri corpus, quarum ortus ab iis tum venæ, tum maioris arteriæ ramis trahitur, qui vtrinque ad coxas & crura contendunt. Ab eis itaq; alij 10 riuli in corpus vteri ad nutritionem obliterantur, alij patente ostio exituque in vteri sinus desinunt. Hæc acetabula dicimus, Græci *κοτυληδόνας*, per quæ tū menstruus sanguis statim temporibus emanat, tum in prægnantibus alimētum fœtui confertur: reliquo tempore conuiuent: maxime autem in angustū deducuntur iis, quæ è vita excefferunt, vt nequaquam illa sensus internoscat. Quidam ex memoratis illis riulis in extremam proferuntur vteri ceruicem, per quos menstruum virginibus aliquantulum erumpit. Diffectus in longū vterus duos sinus promit dextrum ac sinistrum, nullo septo discretos, inanes & admodum leues, angustos adeo vt fabam maiusculam vix capiant. Communis est ab iis via in os vteri, quod est arctissimum, eique glandi simile, quæ in extremo est 20 masculi genitalis. Ceruix id sequitur partim lacertis, partim membranæ & neruis condita, ea longitudine vt foras in obscænas mulieris partes desinat. Subternitur hæc ceruici vesicæ, eique per communem muscolum penitus implicatur. Itaque seminis tria extant foramina, supremum vesicæ per angustū, medium vuluæ, podicis infimum. Vteri ceruicem medio circiter progressu plerique tradunt in virginibus exili membrana dirimi venulis conuersa, quæ primo concubitu profuso sanguine dirumpi solet, vnde *ύμην* & *ύμηνειον* Græcis appellatur: at potius conueno ceruicis latera nondum venerem expertis, duntaxat quasi conglutinata coniuere, quæ primus concubitus magna ex parte diuellit. Extra in obscænis vuluæ est ostium cartilaginofum, rugosis cuticulis implicatum, quæ arcent ne aura frigidior intro subeat, *ύμνη* Græcis & *κλητορίς* appella 30 tur. Quæcunque circa fœtum solent in vtero nasci, cum illius conformationem scrutabimur, cumulate sumus tradituri. Quocirca satis videor omnem vètris inferioris descriptionem impleuisse.

De partibus vitalibus.

Cap. VIII.

M E D I V S in corpore venter cordi ac vitæ destinatus est, vtpote cuius domicilium & sedes habetur: nam cordis gratia pulmones tãquam stragula creati sunt, qui illius feruorem frigidiorē hausto spiritu temperent. Circūscribitur hic venter supra iugulis seu clauibus, infra diaphragmate, circūcirca dorso, costis atque pectore. Etenim *δ'αρράγμα*, quod nos cingulum & septum transfuersum appellamus, præterquam quod inspirationis primum est instrumentum, aluique fœcibus exturbandis opitulatur, cordis quoque regionem ab infimo ventre & intestinis tanquam paries interiectus dirimit. Id vere simplex est musculus, isque rotundus, cuius summum caput in costarum extremis statuitur vbi multæ carnis est particeps: definit autem in medium quod membranofum est & tendoni finitimum. Annexum i malo punico, circumductumque per breuium costarum (*υόσαι* Græcis appellatur) extrema, retrorsum simulque deorsum oblique contorquetur ad duodecimam dorfi vertebam. Tres insignes canales

Vterifinus.

Diaphragma.

nales id traiciunt, gula arteria maior, & vena caua. Alitur viuítque venis & arteriis è proximo susceptis, parteque media exiles nervos admittit, de quibus posthac plenius verba fient. Id vtrinq; valens tegit membrana, subter quidem peritonæum, supra ea quæ costas succingit. Hæc enim est quæ omnem thoracis capacitatem intus oblinat obducitque, inter quã & costas congestus humor pleuritidem committit. Ea igitur primum è dorso spinæ per costas vtrique subtesa, diaphragma quoque uniuersum integit, sublataque in os pectoris medium, laterum concursu duplex facta, mox in dorso spinam (pulmones medios diducens) recta dilabitur. Itaque omnem pectoris capacitatem dirimit duplex hæc membrana, quam interseptum possis appellare, aut si Festi verbum placet, dissepimétum: cuius beneficio si alter sinus incommodum acceperit, alter saluus & incolumis seruari possit. Hæc ipsa venas maiores, arterias & nervos, rursus indidem gulam, pulmones, denique cor ipsum firmo nexu fulcit, ac è pectoris osse sustinet, ne pondere suo propendens in sese & in dorso spinam concidat. Si accurata fiet hærentium membranarum distractio, cernetur inter eas additum *περικαρδιον*. Est autem id membrana cordi circumiecta, quam illius inuolucrum & capsam appellamus. Substantia neruolum, constans & durum, vnum ex omnibus è cordis capite natum: cæteris enim in thorace membranis omnibus vna succingens tanquam parens ortum præbet. Cordis figuram id æmularitur, eo quidem aliquanto maius, non enim proxime adhærescit, sed inani interuallo disunctum est, quantum cordis pulsatio desiderat. Ne quid tamè frustra conditum videretur, natura in hoc spacij tenuem humorem aquæ persimilem coniecit, quo semper cor maderet, ne forte ardore assiduo torreretur. Pericardij è medio cor erectum figitur viuentibus, nulla illius parte circum oppressum. Caput quod & basin recte nuncupes (est enim figura pyramidis) sub osse pectoris ad quintam costam confedit, turbinatio autem mucrone infra leguam papillam in priora thoracis eminet, vbi insignis & conspicua pulsatio tangentibus nobis deprehenditur. Summis pulmonum fibris ita circumplicatur, ut his uniuersum quasi sepulchrum conditum; mergatur. Quæcumq; timida atque ignaua sunt animalia grandius iis cordatum est, cæteris autem pusillu aut mediocri. Cordis autem caro densa est roboris nacta plurimū: vixq; patibilis: ita enim exigebat vis illa feruens innati caloris, & perpetua necessarij motus agitatio. Non enim motionis huius potestas in nobis sita est, neque huic imperandi ius habemus, quæ naturæ legibus, non (vt quæ musculorum est) nostro arbitrio perficitur. Ex quo perspicuum euadit, cor neque musculum esse, neque ex musculis compluribus coagmentatum. Villis id contextitur. quoquo versum ex porrectis, quo motus omne gentis impleat atque præster, in quibus tamen roboris multo plus inest quàm in masculis, ut quos ex femine non ex neruorum aut xinculorum tenuitatibus ei datos esse, posthac enidens erit. Cordis talem substantiam cõueniebat crasso necdum attenuato sanguine nutriri, quem iccirco infert rãus, ex vena caua nondum dextrum cordis sinum subeunte, in exteriori ambitum productus. Quibuscumque porrò animantibus pulmo datus est, ijs in corde geminus est sinus, dexter ac sinister: in piscibus vt mutis ita pulmone destitutis, vnicus apparet, & in conspectum se dat. Dexter modicè concavus est, pariete cinctus tenuiore: sinister altior in extremum cordis verticem pertingit, pariete crassiore obuallatus. In hoc siquidem plurimus isq; attenuatus spiritus contineri debebat, cuius cor principium est atque origo: in illo autem sanguis densior concretiorq; spiritu, atque is paucus qui alendis pulmonibus satis esset. Vtroque cauo carnosa neruorum stamina intercurrunt, atque vtriusq;

vtriusque bini sunt canales. In dextrum enim vena caua è iocinere per septum sublata, de sinistro suo pariete amplius, sed breuem ramum inserit. Ex eodem cordis sinu alia rursus vena surgit irrepitq; in pulmones, quã iam attenuatus sanguis idoneum pulmonibus alimentum prouehitur. Duplici autem tunica hanc natura munivit ne simplex præ sanguinis tenuitate hac atq; illac perflueret: hinc arteriosa vanæ nomen illi impositum. Nihil huic quidem commercij intercedit cum vana caua; quandoquidem duplex simplici non continuatur neque cohærescit: totam igitur hanc ex corde nasci oportebat. Ex duplici enim tunica constant quicunque exeunt canales ex corde, simplici vero quã illuc inseruntur. In læuam cordis sinum ex pulmonibus canalis incurrit, quo ductus de aere frigidior spiritus, è pulmonibus in cor transilit. Quatenus hic aerem spiritum ve transehit, arteria dictus est: veruntamen quòd nondum crassior hic aer in vitalem spiritum conuersus sit, vna duntaxat tunica ei satis erat, iccirco arteria venosa nuncupatur. Ex hoc ipso sinu emergit arteria maior *αορτη*, in corpus omne diffusa, quæ cum ad tenuissimi spiritus custodiam tunica duplici condita sit, nihil cum arteria venosa communicat. In maioris autem arteriæ exortu quædam animantes, vt cerui, vt damæ. os tanquam radicem aut basin gerunt, quod scribit Galenus reliquis quoque omnibus inuenit, minoribus quidè velut membranam, mediocribus velut cartilaginem, maioribus, vt elephantis, bobus, & hominibus os cartilagosum. Cor auritum esse multi prædicant, huicq; vtrique è capite auriculas eminere. Sic enim placuit illis neruosas membranas appellare ob sinuum introitus positas, quarum est arteriam venosam venamq; arteriam sulcire, quæ tenues vix alioqui pulsationis impetum sustinerent. Cæterum mirificum hic naturæ arcanum contemplemur in appellatis valuis positum: quæ quidem membranae sunt in canalium atque vasorum extremis, quarum dilatio extremitates obturat, contractio recludit. Iis vasis, & canalibus qui in cor subeunt & materias inuehunt, membranae foris intro spectant, ne quòd introrsum fuerat, refluere possit: vena caua membranas tres pro valuis accepit, arteria venosa duas, quæ ambitum interiorem circundant. Duobus alijs è corde promptis ductibus, diuersa est valuarum constitutio, vt quæ foras spectent & aperta sint, ne quod aliquando è corde effusum fuerat, in idipsum remeet. eiusmodi sunt in maiore arteria & in vena arteriosa, in vtraque quidem ternæ. Sic igitur rerum natura tulit, vt dum cor contractis in se reclusis staminibus atque villis dilatatur (qui motus Græcis *διαστολη* vocatur) materias proleccet, in sinum quidem dextrum, sanguinem ex vena caua, in sinistram, aerem ex pulmonibus. Horum quidem tum valua depressæ conuiuent, vt hausta materiæ cedant, aliorum autem distante patent, ne tum pariter quicquam de se cor excludat. Mox verò contractis transuersis villis, coarctatur cor (*συστολη* dici solet) acceptasq; materias de se refundit, spiritum quippe ex cauo sinistro in arteriam maiorem, è dextro sanguinem attenuatum per venam arteriosam in pulmones, hocq; tempore istorum valua depressæ sunt, alijs itantibus atque sublati. Atque hæc de corde satis. Pulmo spirandi officina nullo vel minimo puncto temporis intermisso mouetur spiritum identidem recipiendo ducit redditq;. Haustum hunc conficit præparatq; cordi, vt iocineri alimenta ventriculus, cuius demum accessit innatus calor ventilatus refrigeretur, & vitalis spiritus alatur foneaturq; tanquam pabulo. Quo circa pulmonum caro mollis facta est, leuis, rara, spongix assimilis, ad hauriendum concipiendumq; spiritum aptissima. Figura quæ vngulam bubulam æmuletur. Eam præfert molis amplitudinem, vt in viuentibus pectoris uniuersum cauum impleat. at ei qui

Auricula.

Valuula.

Pulmonis
usus.Substantia.
Figura.
Magnitudo.

Conferens. ei qui ex hac vita migravit exilis collapsusq; flaccescit, nec si fistula infletur, rumorem tantum referre possit, quantus in vivente extabat. Confidit in dorsi vertebra, quibus & pectoris ossi intersepientis membranae vinculo committitur. Illum eadem genuinum facit, vna quidem parte in dextris costis, altera recumbente in sinistris: atque vtriusque binæ sunt insignes fibræ, præter quas minor quaedam aliarum velut soboles, in dextra parte tanquam stratum stratum subiicitur venæ cauæ contendenti ad claves & iugula. Tunica pulmo obducitur præternui, per quam pus aut sanies in pectoris capacitare per suppurationem aliive affectum congesta permeare possit, & quasi lucta peruadere, hincq; per exiguas arteriarum fistulas ad maiores, tandem vero ad asperam arteriam atque foras tussi propelli. Triplici vasorum genere retis modo implicatorum pulmonis caro sustinetur & cohæret, vena arteriosa, quæ è sinu cordis dextro nata in omnes pulmonis particulas sparsa diffunditur: arteria venosa, quæ ex omnibus eius particulis tenues riuos tanquam radices excipiens, trunco vnico in sinistrum cordis sinum intruditur: aspera denique arteria, quæ a faucibus ortum ducens in duas regiones primùm biuio distracta, mox deinde in minores tandemq; in minimas dissecta, in pulmonem vniuersum decurrit. Itaque trium vasorum extrema in eiusmodi tenuitates sectione discernuntur, vt in pulmonem profus absumptæ oblitescant, nec vsquam continuatæ cernantur. Quocirca aer in pulmones haustus inspiratione, primùm quidem asperas arterias duntaxat implet, neque continuo in leues illabitur, quas venosas appellauimus: verùm illinc in substantiam pulmonum diffusus conficitur, atque iam satis extenuatione præparatum, cor distentum leuium arteriarum ductibus prolestat & attrahit. Ergo vt ab ore via in ventriculum directa ferebatur, sic & altera ex eodem ducit in pulmones, vt iccirco rectè biuias fauces possis appellare. Proximè enim ceruicis vertebra intus gula reconditur, esculentorum potulentorumq; via: extra parte priore & obuia in longum huic adhærescit guttur, *τραχηλιαν ἀρτηρίαν* vocant, quia solus spiritus deducitur. Fistulam planè refert breuem edendæ voci aptissimam, cuius pars membranæ, pars cartilagine continetur. Hanc enim complèt in dimidiatos orbis ad C. literæ speciem actæ cartilagines, interiectis membranæ copulatæ. Quinetiam his intus alia densa subtenitur, cuius villi in rictum abeunt: alia extrinsecus velut tegumentum omnem cingens arteriam: his etiam suffultæ venulæ tenues alimentum fundunt atque subministrant. Eam profecto fieri decebat arteriæ compositionem, quæ tracto redditoq; spiritui assidè pateret, & vocem suauem ac splendidam suggereret laryngi: nã mollior absonam atque absurdam, sicior vero intentam, & clangori persimilem emississet. Ergo quantum huius arteriæ supra claves extat, perfectos orbis haud quamquam accipit: nam quicquid parte posteriore gulam attingit, sola membrana cingitur, vt crassioribus esculentis in ventriculum illapsuris locum daret cederetq;. At verò quantum arteriæ sub clauibus in pulmones confertur, gulæ non cohæret: quocirca cartilagosos orbis perfectos obtinuit. Summum arteriæ caput *ἀέρην* appellatur, proprium ædendæ voci instrumentum. Ex tribus hic magnis cartilaginibus absoluitur, quarum maxima veterum scuto similis, foras prominet, nobis tangentibus obuia: illic quidem firma atque dura, at parte posteriore membranosa. Interior huius capacitatis (longa enim est & ampla) reliquas minores duas includit cartilagines, partim posteriori obiectas, sic inter se vinculis nervosis obstrictas, vt tribus hisce compactus larynx, cartilagosus totus esse videatur, orbisq; figuram implere. Inferum extremum asperæ coniunctum arteriæ, quàm summum patet amplius, hoc enim præcipuè modulatur vocem.

cem. Quoniam igitur larynx simplex cartilago non est, dilatari certè potest vel coangustari, claudi vel recludi nostro nutu & arbitrio. Clauditur quidem in spiritus interclufione atque comprehensione, coarctatur angustiorq; sit, cum vox elidi debet, at profum laxatus patet, dū inspiratio respiratiove simplex inducitur. Motibus tam varijs atque distantibus natura multiformes musculos adhibuit, quos supra viginti commemorauimus, proprios quidem duodecim, communes octo. Sex inter hos ex imis nati partibus, laryngis cartilagines deorsum vellunt atque deducunt, habentq; idcirco neruorum tenuitates ex infernis partibus allatas. At cum omnium interiorum neruorum è cerebro communis sit origo, istos quoque è sexta coniugatione ad pectus, cum ijs qui ad os ventriculi contendunt, aliquantum deriuari compertum est, hincq; ad sex memoratos laryngis musculos reflecti, inde recurrentes nerui sunt appellati. In eo autem loco vnde regrediuntur, sinister maximam arteriã, qua partè ex corde in dorsum flectitur ac detorquetur, circumplicat, dexter verò eum arteriæ ramum circumuectus amplectitur, qui in alam dextram procedit, his tanquam radicibus innixi sursum replicati nerui atque conuersi motum ei persimilem obeunt, qui in architecturæ machinis trochlearum ope completur. Laryngis introitum summumq; ostium, ne quid mandendo deuorandove in id incidat & illabatur (alio qui n. sp. pateret) cõtegit occluditq; membrana cartilagososa oblonga, fistulari lingue affimilis, vnde ei nomen *ἐπιγλωττις*, magnitudine paulo amplior laryngis ostio, quo id firmius obseraret. Hæc dum inspiramus atque respiramus sursum erigitur, incubat autem laryngi dum cibus demittitur, ne quid huius abundantè & vniuersè irruat in arteriam. Pusillum siquidem præsertimq; potus in fluit, neque tamen incommodat, sed dum membranam irrigat madefactiq; pulmones, prodesse creditur, hoc argumento quòd vtrinque laryngi additæ sunt glandulæ, quæ humore suo subditas illas partes imbuerent. Non igitur inter vorandum artè obseratur, quemadmodum dum spiritus intercluditur, tum enim eatenus depressa epiglottide obturatur larynx, vt ne minimum quidem concludi si spiritus erumpere possit & excedere. Id autem quia præstat epiglottis, simul verò quia eadem ducti redditiq; spiritus modum accessu recessuq; suo temperat, hincq; omnes vocum varietates modulatur, primùm illa nimirum statuitur vocis instrumentum. Cæterum lingua ori indita explanatæ distinctæq; vocis fœderix atque moderatrix est, & mentis voluntatisq; nuntia. Eadem saporis diiudicat, eximio & voluptuario gustandi sensu prædita. Substantia illi rara atque laxa, vt humore saporum vectore facillè imbuatur, quocirca tunica cingitur præ tenui, quæ toti quoque ori communis est. Nouem struitur musculis vndique cõstitutis, quos media linea ad dextrâ læuamq; dirimit, vt hoc vti & reliqua sensuum instrumenta genuinum foret. Cumq; summè volubilis esset, & incitata, ne fortè indomita plus æquo in loquacitatem solueretur, subdito vinculo tanquam habentis cohibetur. Venis præterea duabus masculis totidemq; arterijs perfunditur, duobus item neruorum coniugijs: altero duriore, quòd in musculis distributum motus efficit, altero molli internoscendis saporibus destinato. Pertinet autem irreptiq; hoc genus magna ex parte in externam ambientemq; tunicam. Lingua ad radicem qua latior est & faucibus cohæret, ossè valido quasi basi nititur sustentaturq;, quod *σώειδης* Græcis dicitur, literæ Y. speciem habes. Huic vtrinque assistunt glandulæ, quas peculiari nomine nostri tonsillas, Græci *πάσιδια* dixerunt: perpetua quibus vis est eruendi saliuam, vt madescant lingua, larynx, arteria, ipsiq; pulmones. Inter eas ab extremo palato dependet caruncula rotunda, voci ad suauitatem atque moderationem velut plectrum conducibilis.

Epiglottis.

Lingua.

Tonsilla.

Colymella.

Palatum.

F. ducibilis.

Palatum.

ducibilis, Græcis γαστροσφαιδν, quibusdam ficto nomine gurgulio, at propriè columella dicta: quæ dum humoris influxione tumet & inflammatur, vna nomen accipit. Hinc palatum ad primores dentes extenditur, cui perinde atque linguæ per neruum vis data est sapores internoscendi: ad vocem id iuxta ac reliquæ oris partes necessarium, multis scabrum asperitatibus (Plinius crenas appellat) quibus cibum ad concoctionem præparet. Hæc sunt vniuersa quæ oris medijs ventris capacitate continentur, de quibus hoc loco dicere statueram: nam dentium vt ossium explicarionem proprio loco complexi sumus. Quocirca ad capitis interiora tempellium est sermonem transferre.

De capite. Cap. I X.

Calua.

CEREBRUM humanæ mentis arx & domicilium, cogitationum rationisq; sedes, motus omnisq; sensus, fons & origo, corporis summam partem tenet, sursum spectans, coelo proximum. Vt enim huius vniuersitatis parens mensq; illa reatrix in coelo excellissimo loco consedit, ita decebat cerebrum nostræ mentis arcem summo corpore collocari. Quoniam vero id viscerum præstantissimum, futurum erat irruentibus extrinsecus iniurijs obnoxium, naturæ prouidentia vndique circumseptum est osseo tegumento, quod supra caluam appellauimus. Hanc vtrinque obuelant membranæ quarum interior crassa meninx appellata,

Pericranium.

villis copulaturibus caluæ futuris adhærescit, qui inde foras elapsi fufius latiusq; circumiecti, alteram exteriorem membranam conficiunt (Græcis est περικρανιον) capitis musculosæ cuti proxime subiectam. Crassior dura illa meninx cum esset, cerebro vt ptopugnaculum aduersus caluæ occursum data est: altera autem subest tenuis atque mollis idoneum cerebri inuolucrum, eiq; quam proxime adiunctum, quod & locis compluribus altius demergitur, vt interiores cerebri capacitates oblinat. At vero geminata atque duplicata meninges altius impulsæ, primum cerebrum à cerebello, quod Græcis est παρεγκεφαλις, prorsus disternunt: rursumq; cerebrum ipsum parte priore situm, in dextram læuamq; per summa duntaxat dirimunt, vt partes cerebri tres sint omnes geminis membris seiunctæ, omnesq; ijdem supra subterq; ambientibus comprehensæ. Cerebrum sub his homini spectatur maximum, quod sit plurimarum virtutum sedes. Pars prior vt dixi gemina geminis quoque ventriculis intro reconditis excavata, amplis ijs quidem, sed magis viuentibus quam morte consumptis, quibus nimirum coangustantur omnia. Ex primis hi cerebri partibus initium ducentes, ad medias ferè regiones accedunt, inde paulum reflexi in imam sedem detorquentur, qua basis est cerebri, & os quod a cuneo nomen habet. Illuc ventriculorum riuus confluunt, vbi locus est qui χοδνν, id est infundibulum, aut τριαντος, id est peluis appellatur. Huic subter crassam meningem subdita est glandula rotunda aperte concaua; glandulam mox excipit sustinetq; tanquam basis os σφηνοειδές, à dextra læuamq; pertusum, cui mox subiunguntur ossa adusq; palatum spongiæ modo rara, vnde σπογγιοειδής vocantur. Quæcunq; igitur in ventriculis tempore congeritur superuacanea, sensim per riuorum ductus in peluim illabuntur, hinc in glandulam, cui tantisper inhærescunt, dum per cunei foramina in os spongoides, & in palatum pedetentim in stillent, forasq; deturbentur. In illa autem ventriculorum caua venarum arteriarumq; riuuli è summo cerebro pariter cum tenui meninge deuehuntur, quæ se colligatæ atque implicatæ, contextus eos conformant, qui χοροειδής appellatur, quiq; capacitates intus succingunt & implent. Ex inferis quoque partibus, atque ex ipso contextu

Meninges due.

Cerebrum. Ventriculi duo priores.

Peluis.

Glandula.

Chorooides contextus.

10

20

30

40

10

20

30

40

textu admirabili, per ea quæ modo commemoravi foramina, arteriæ tum in cerebri corpus, tum in eius ipsius ventriculos emergunt euaduntq; illis contextibus, vt dixi, innexæ. Nam ex colli arterijs rami sursum euecti, cum iam in cerebri basim permanant, easq; capacitates attigerint, quæ cuneo ossi subdita sunt, mox in tenuissimas arterias easq; plurimas dispersas multiformi varioq; nexu citra vilius membranæ copulationem, reti asmilile contextum conficiunt struuntq; (Græcis hic πλεγμα δικτυοειδής nuncupatur) quæ os cunei non prorsus excessit, sed medius inter id & crassam meningem collocatur. Huius tenues arteriæ omnes tandem in maiores duas confluit, quæ per cunei ossis & crassæ meningis foramina elapsæ, in cerebri corpus eiusq; ventriculos comitant, eo quæ fixi modo distributæ. Iam vero prioris cerebri secretio ac diremptus quem in longum fieri memorauimus, nequaquam adusque cerebellum perducitur sed circa medium insitit, vt sit priorum duarum partium in mediam quandam eamq; in diuiduam concursio. Sic propemodum qui prioribus illis partibus conduntur ventriculi, proprijs ductibus in tertium quendam confluunt seipsis longe minorem, quiq; nulla succingente membrana, sed sua duntaxat duritia consistat, tanquæ fornix aut camera, vnde καμάριον dictus est & λαλλοειδής. Cerebellum quod a cerebro duplicatæ meninges sciungunt discluduntq;, occipitis ossis tegitur: cerebro quidem durius atque siccius, cuius pars extrema per spinæ fistulam illapsa, in ossis sacri imum traicitur, a qua vt ex arboris caudice rami, sic duriores nerui proferuntur. In eo ventriculus inest atq; sinus prioribus minor, maior autem fornice: qui initio latius patet, at vero arctatur extremo suo in micro-nem compresso. A medio fornice canalis est proprio tegumento velatus, qui vnicus pertusis meningibus cerebrum committit cerebello. Ad eius introitum sita est glandula diuersæ atque cerebrum substantiæ, quæ venis & arterijs in cerebrum fufis pro firmamento esse creditur, κωνάριον hanc appellant. Partes quæ a dextra & a læua canali assunt, tumant extantq; adeo, vt plerunq; applicatæ sese contendant: atq; idcirco tanquam hominum clunes per illius longitudinem porrectæ, γλουτια dictæ sunt. His vtrinque copulata est tenuis & valida membrana, quæ canalis superiora contigit. Membranæ in longum incubat epiphyfis vermiformis, hinc σκοληκοειδής appellat, reliquo quidem cerebro durior, ex multis constans particulis, quas tenues membranæ vincunt copulantq;, vt produci contrahiq; vermiformis ritu possit. Huius dorsum glutinis & copulanti membranæ adhæret, quod sua crassitudine glutinorum distantiam propemodum implet. Itaque vermiformis hic dum longius extenditur porrigiturq; per canalis longitudinem, sitq; idcirco subtilior, inter glutia procumbit & obturato canale: contractus autem in sese ampliorq; factus, inter glutia delabi non potest, quinimmo reuolutus secum vna retrorsum vellit subleuatq; membranam, quæ glutia contingit: quocirca tantum is canalem patefacit quantum retrorsum abscedit. Ea est omnium partium cerebri historia, quarum actiones sic in commune conferrunt. Priores ventriculi omnium maximi, crassiores cerebri sordes (nam tenues per futuras euadunt & foras se dant) suscipiunt & congerunt, quæ quia cerebrum amplum, frigidum humidumq; habetur, quamplurimæ ex circumiectis partibus eo confluunt. Inde stillant alias per priora in os summum narium, quod vna cum adhærente membrana spongiæ modo pertusum est: alias per peluim subditaq; foramina dilabuntur in palatum, quandam ijs addita glans celsus celeritatem retardat. Alter porro vsus præstantior est, ad quem natura ventriculos accommodauit, dum vitales ex corde spiritus in retis contextum effusos illicq; præparatos, in priores ventriculos transmittit, vbi deinde vi innata cere-

Retem admirabile.

Medius ventriculus.

Cerebellum.

Postremus ventriculus.

Conarium.

Glutia.

Vermis.

Functiones.

Odorâdi in
serumētum.

Prima ner-
uorum cere-
bri coniuga-
tio.

Secunda.

Tertia mul-
tiplex.

Quarta.

Quinta.

bri in animales conuersi in omnes sensus & in medium ventrem, tandemq; in postremum diffluunt, vt ad sensus motusq; functiones suppetant satisq; sint. Similis est cogitationum ratio, quas rerum sensibus comprehensarum spectra atque imagines in ventres illos euectæ suscitauerunt. Has autem vias, quas ab externis sensibus intro natura produxit, deinceps exponemus. Cerebri partibus prioribus tubercula duo extant & eminent mammarum papillis simillima, quæ summo narium ossi spongiae amulo obiecta insident. Sub his exiles proceræq; productiones mollioribus neruis comparatæ sese expromunt, quas in neruorum numero veteres nunquam collocarunt. at his tamen odoratum atque vim eam quæ odorations æstimet, concesserunt, vt vna inter cæteras sentiendæ vires è calua non exiliret. Si quando priores cerebri ventriculi mucosa eluue affluunt & abundant, tubercula stillant in nares subditas, vt intelligi possit in hæc vias è ventriculis patere. Iam vero neruorum qui ex ventriculis in sensuum instrumenta contendunt, propagationes hæc sunt. Omnis prima in oculos traicitur atque infigitur, cuius nerui, quia insignes sunt, & inter cæteros maxime concaui, dicti sunt Græcis *ὀφθαλμοί*, molles ij & ampli, per quos videndi spiritus iuehi tur. Duo quidè sunt vt oculi diuersis enati locis, sed qui media cursus via quasi decussati coitionem faciant, moxq; diducti in suum quisq; è regione oculi fertur. Altera propagatio est neruorum oculos mouentium, qui quanquam opticis substrati post eos inferri videntur, exortu tamè in priores cerebri partes magis vergunt & accedunt, vnde nonnullis primi solent existimari. Exiles quidè duri atque validi, in eos musculos dispersi, qui oculos obsepiunt atque mouent. Tertia coniugatio ad gustatum pertinet. Ea quidem à prima statim radice per multis constat neruis ijsq; tenuibus, & quasi in vnum compressis, atque coarctatis, quorum complures in linguæ externam tunicam fusi gustandi sensu eam instruunt & illustrant, hiq; ab ima cerebri parte nascuntur secundum quæ linguæ situs est. Reliquorum vero pars in superiorem, pars in inferiorem maxillam abit, sed via multo diuersa. Vnicus ad inferiorem pergit, qui cum ramulis gustum linguæ præbentibus, per declinã patentem quidè osse atque crassa maninge primum deturbatur. at mox ab illis se subducens durior firmiorq; factus, vt qui motum præstiturus est, in temporis eum musculum qui molitor appellatur se se infert: inde recta in inferiorem maxillam multis villorum tenuitatibus diuaticatur, alijs in dentium radices, alijs in gingiuas & inferum labrum effusis. Qui superiorem maxillam adeunt statim ad oculorum sedes adducti, cum ijs durioribus neruis conueniant qui oculos mouent, perq; illorū foramina excidunt: transmissi deinde sub oculos ad os malæ quod plurimum eminet, id perforant, vt inde diffusi in gingiuas detesq; superiores, in cutem faciei prætesam, & in superum labrum dispergantur. Simul autem dum hi malæ foramen euadent, vnum de se prætenuem ramulum in id foramen oniecerunt, quod in osse nasi ad oculi angulum maiorem vergit: hic inde in narium capacitatem illapsum, in eam membranam spargitur, quæ naribus cum palato & ore communis est. Quarta societas & conuenientia, post tertiam proximè originem sumit, cuius nerui quam illius exiliores quidè, sed tamen duriores sunt. Quanquam vero vtrique primo exortu concursionibus inter se cohærescunt, vt confundi, & è calua eodem foramine excedere, & prodire uideantur, mox tamen ut aliquantulum sic processerunt, quarta coniugatio hinc se subtrahens, in palatum & in tunicã ori subtenfam decurrit. Quinta coniugatio binis neruis continetur finitimis, proximèque inter se coniunctis, vt plerisque singuli putentur; cum tamen iis planè diuersa sit origo. Horum

rum itaque qui utrinque duo sunt, prior audiendi neruus appellatur, quod auris corneolum introitum subeat, crassa meninge sic arcte inuolutus, ut à quibusdam existimetur ab ea proficisci & initium ducere. Posterior in id ossis lapido si angustum anfractibusque flexuosum foramen se deuoluit, quod cæcum nuncupant: forasq; ad aurem emergens & durior factus, in temporis musculum, in genas, atque in partem auri circūiectas explicatur, ei tertiæ coniugationis propagini opem laturus, quam dixi in tempus & maxillam inferiorem excurrere. Sexta (quæ interioribus corporis partibus tangendi sensum præbet) ponè hanc ex ima cerebri parte profertur, & per futuram cui λ. nomen posuit patens extremum, caluan exit, compluribusque statim ramulis exoritur, quos securitatis gratia natura eadem sepiente membrana, quasi in vnum coniectos obstrinxit. Quocirca ij quanuis negligenter spectantibus unicus uideantur, tot tamen uere sunt à prima statim origine, quot omnino particula in quas disparitari disseminarique debent. Omnes dum per ceruicem feruntur propemodum coniuncti apparent, utrinque cum arterijs sociati quæ inibi sunt. Longius autè progressi bipartito dirimuntur. Alteri intro per costarum radices abeunt membranis uincti, hincq; deorsum pergentes lumborum interioribus musculis incumbunt, sic eo cursu deducti dum ossis sacri extremum contingant. Hoc longo uia tractu oia propè intestina & uiscera quæ subdiaphragmate posita sunt, liem, renes, uesica, testes & uniuersum peritonæum, tenuitates quasdam ab illis acceperunt, per quas tactum participant: hunc enim sensum proximè è neruis cerebri asciscere decebat. Cæterum in prolapsione & transitu, spinæ medulla illis duriores neruis è uicinis sedibus dispergit, ut ex amborum permixtione simul cum tactu roboris constantiam & firmitatem attexerat. Alteri huius coniugij nerui ad œsophagum inclinant, cui utrinque connexi assistunt, pariterque demissi ori uentris se impingunt, in reliquum eius corpus adusq; fundum dissecti, in exilesque exhausti tenuitates. Syncera autem est hæc propago, nequaquam durioribus neruis uti superior implicata. Nihil ab hac ne minimū quidem septo transuerso impartitur: ad cæteras autem partes, œsophagū, asperam arteriam, pulmones, cor atque iecur, in transitu uilli quidam emergunt ac dimanant, adeo ut principes hæc partes quibus gubernamur, synceris istis è cerebro neruis præditæ sint & instructæ, continuataque cognatione sibi consentiant. Ab hac propagine ubi iam in thotacis spacium aliquantulum processit, rami quidam retorquentur a laryngis musculos: suntque ij nerui recurrentes, de quibus abunde supra dixi. Septima postremaque coniugatio ab extremo cerebri erumpit, qua iam spinæ medulla elabitur, inde cum sexta digreditur, maximaque parte in uillos, musculorum linguæ interiores soluitur quos ipsos multifariam intexit. Minima quædam huius coniugij portio in rectos laryngis musculos effertur: alia uero neque ea modica in primos amplosque lacertos, qui scapulas sursum adducunt: alia denique in eos qui tonsillas ac fauces inuoluunt, Quocirca rectè uidetur hæc neruorum linguam mouentium coniugatio dici quam reliquis ficioremque haberi ipsa planè origo cūmonstrat. Hæc sunt omnes è cerebro neruorum origines atque progressus. Iam uero ne quid eorum quæ ad caput pertinent, desideretur, de sensuum instrumentis tempestiue hic agendum duxi. Auris ad auditionem introitu semper patet duro, & multis anfractibus flexuoso, ne sonus derepente affatimque intro subiens sensum lædat. Nani imum anfractum crassior meninx succingit & obducit: audiendi autem neruus in eam ipsam membranam susus explicatur, quæ foramini per transuersum obiecta, inuictum sonum istumque aerem excipit, desertq; in cerebrum

Sexta multi-
plex.

Septima.

Auris.

Nasus.

rebrum commune sentiendi principium. Extra autem quæ appellantur auriculæ prominent cartilaginosa, multisq; flexibus externis iniuriis opposita, ne quid ex inopinato intro irrueret, neve appulsæ uoces laberentur atque erraret, pars superior eaq; durior pinna dicitur inferior quæ mollis, fibra. Nasus homini tantum altior eminentiorq; in facie, quo quasi in tegumento nares occultantur, tum odorum spiritusq; uia, tum mucosæ eluuii emungendæ riuus. Illac siquidem hausti ductiq; spiritus pars tracta irrepit in cerebrum, pars in asperam arteriam & pulmones raptâ delabitur. Nares aque determinat interseptum cartilaginofum, ab imo ad summas nasi angustias & palati superiora protensum. Nam tota hæc regio plurimis foraminibus peruia est, per quæ cerebri superuacua influunt, in nares quidem per os cui à spongia nomen est, in palatum uero per id quod speciem cribi gerit: tametsi è naribus in fauces communem uiam patere ostendunt, quæcunque illinc huc regeruntur imprudentibus nobis. Assistent utrinque oculi, pars corporis preciosissima, qui tanquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere, & eminus quæcunque nocitura sunt, aut profutura prospiciant. Horum gratia (si Galeno creditur) caput in altis editisq; partibus corporis collocatum est, quia cerebrum ob breues opticonum neruorum ductus oculis proximum esse debuit, illis sublimi loco positus. Si ut reliqui sensus gemini parte priore, in quam progredi solemus, in antra concana reconduntur & latent, uti-

Oculi.

Palpebra.

Cilia.

Musculi.

Tunica.

Humores.

Compositio.

liter excelsis undique partibus circumsepti. Primum enim à superiore parte supercilia, ab inferiore malæ leuiter eminent, & nasus in medio quasi murus oculis interiectus, à dextra & à læua temporum ossa. Palpebris integuntur mollissimis tactu ne læderent aciem, quarum inferiores fixæ & immutabiles coque-sciunt, ut & genæ inter has atque masas collocatæ. Superiores pupulas claudunt, ne quid obiter incidat, easque aperiunt cum celeritate maxima. Palpebrarum extrema cilia sunt, dura cartilagine firmata, quæ τὰ σπόδες appellantur: huic infixi pili eriguntur, quibus tanquam uallo quodam muniuntur oculi ad leuiorū occursum, hocce pilos Græci ἐλεφασίδας dixerunt. Lubrici facti sunt & mobiles, ut aspectum quocunque uellent facile conuerterent, ob idque utrinque septem his musculi circumiecti, è quibus unus sursum, alter deorsum, duo ad dextram læuamque trahunt, alij duo illos circumferunt, septimus sustinet & illigat. Ex tunicis quaternis atque externis humoribus conditi sunt. Prima tunica & extima ἐπιπεφυκίς, id est adnata & adhærens appellatur, cuius interuentu oculus tenetur & adhærescit. Altera cornu similis κερατοειδής. Tertia uis, ῥαγοειδής. Quarta araneorū telæ, ἀραγγοειδής. Humorū extimus est ὑδατώδης ab aqua dictus alter ὑαλοειδής uitro fuso similis, intimus κρυσταλλώδης: omnium autem compositio huiusmodi esse deprehenditur. Adhærens tunica oculi posteriora contegit excipitque musculos omnes, ex pericranio hæc quidem nata: proxime illi adhærescit cornea uniuersum oculum undique cingens, quæ tametsi à dura cerebri meninge proficiscitur, quam illa tamen durior firmiorq; externis rebus obiectis, pellucida quidem ut per eâ cerni possit. Hac concluditur humor ab aqua aut ab oui candido nomen habens, quem mox ῥαγοειδής uniuersum comprehendit. Quoniam uero hæc tunica à posterioribus partibus corneæ prope-modum adhærescit, a prioribus autem longissime distat, idcirco his conceptus humor totus penè in priora confluit. Ut granū uis sic ῥαγοειδής parte priore & media foramen habet, quod pupula uocatur, è quo acies est qua cernimus, hoc enim rerum spectra spiritusque profiliunt: nascitur autem hæc ex tenui meninge. Rhagoidem circumcirca proxime succingit arachnoides, colore nigra,

gæ, arteriis uenisque confersa more secundarum uteri, ex uidentis neruo tenuissime fuso dilatatoq; nata, qui ex cerebro nonnihil secum detulit eius contextus, qui χοροειδής appellatur. Itaque inter has tunicas palam est nihil profum intercedere. Quantum superest interioris capacitatis, id replet vitreus humor copiosissimus, is quidem & crassitie uitro fuso similis; in quo proinde crystallinus ueluti innatans stabilis & constans insistit, nulla tunica direptus. Postus autem is est non in uitrei medio, sed parte eius priore, pupulæ prorsum obiectus, ut ea sede medium totius oculi uelut punctum occuparet. Humorū hic durissimus glaciem concretam aut crystallum referens. Figura non planè globosa, sed qua pupulam spectat pressior ac planior. Alitur uitreo humore, uitreus autem per uenas è cerebro cum arachnoide deriuatas. Hæc de uidentis sensu.

10

20

30

40

Gustatus ore continetur undique septus ad usum & incolumitatis custodiã, quoddq; cibi & potionis index sit. Quocirca lingua & palatum eius instrumenta cum sint, satis uidentur ante suis locis explicata. Tactus toto corpore æqualiter fusus est, cuius idcirco propria instrumenta non prius definire possum, quam reliquorum omnium neruorum propagatio sit absoluta,

Gustus.

De neruis.

Cap. X.

PARTIVM dissimilium instrumentorumque corporis omnem iam uideor compositionem planam fecisse, ut omnis illarum descriptio facta explicataque putetur: nunc autem ad simularium partium expositionem reuersus, eas primū uerbis amplectar & expediam, quarum beneficio reliquæ omnes indigent, communiq; opera gubernantur. hæ sunt uena, arteria, & nerui. De his quidem supra, obiter duntaxat, & ut dicere solent persunctorie dictum: nunc uero plenam absolutamque illorum propagationem exponemus, qua legentis animus saturari possit. Ne autem de concepto uis cursu deflectam, quam de neruis paulo ante suscepi tractatione hic persequor. E cerebro tanquam è radice caudex, profunditur spinæ medulla, quæ cerebri substantiam accipiens, eius aut pars est, aut profecto uicaria, tanto durior quanto longius procefferit. Ut enim prior cerebri pars usquequaq; mollis est & tenera, posterior tantum dura quantum progreditur, ita sentientes neruus natura omnes è priore illa parte, mouentes uero utpote duriores & ad motionum imperus sustinendos roboris plurimum natos, à posteritate & ex spinæ medulla deriuauit. Conuenit enim ut è simili in unumquodque nascatur, uixq; à duro potest molle quicquam proficisci, quamquam durum quippiam ex molli prodit, non primo quidem statim exortu, sed dum progressus longitudine aut regionis per quam ducitur sicciore natura arefces, durior robustiusq; se ipso redditur. Sic enim supra proditum est, complures è tertia coningatione mouentes neruos emeruisse, & è sexta recurrètes, qui longo uis tractu, mouentium vim & naturam acceperunt. Attamen neq; hos inter exquisite duos collocare possis, quod ab illorum robore plurimum desci scant, ut idcirco ratum sit & constans omnium exquisite durorum, cerebellum & spinæ medullam principium esse & originem: de quibus iam pleniorē orationem instituo.

Spinæ medulla.

Neruorum duriorum origo.

Itaque medulla per spinæ fistulam in extremum sacri ossis progrediens, duobus inuolucris conuettitur, quæ à cerebri meningibus proferuntur, & quæ eundem ac meninges usum præstant. Supra hæc tertia quoque tunica fortis atque neruosa circumiicitur, ne dum spina inflectitur, flexa quoque medulla disrum-

Medullæ inuolucra.

patur.

patur. Sequuntur uertebrae nodi, uinculis suis inter se connexti atque coniugati: quos praeterea uniuersos alia tunica extrinsecos integit & firmissime colligat. Hic missum facio tenacem & glutinosum humorem, quo plurimo uertebrae ad motus procliuatatem circumfusae sunt. Medulla igitur tanquam caudex ramis plurimis fruticatur, in omnes artus, sensus, motusque gratis propagatis: à singulis quippe uertebrae bini eo quem nunc dicturum sum modo, expro-muntur atque proferuntur. Prima atque summa hinc surgens coniugatio, exili-
Primaner- lium est neruorum, qui ex medulla orti per obscura summæ uertebrae forami-
norum effi- na prodeunt, quod non ut reliquos omnes per articulos compagesque elabi tu-
na cōiuga- tum esset, ut qui tenues frequenti motu diuulsi frangerentur. Pusilli autē cum
tio. sint, non extra musculos huic uertebrae incubantes procurrunt. Altera *scylia*
Secunda. insigniores neruosi ab ea mittit regione, quæ inter primam secundamque; uerte-
Tertia. bram à lateribus posita est. Horum pars maxima circum aures, & in capitis po-
Quarta. steriora ad summum usque uerticem effunditur: pars reliqua in circumiectos
Quinta. omnes musculos irregit, primæ implicita cōiugationi. Ex his foraminibus quæ
Sexta. inter secundam & tertiam uertebrae utrinque hiant, alia proficiscitur coniu-
Septima. gatio, ad eos musculos sese applicans qui maxillas mouent, & ad eos qui caput
Octaua. retro deflectunt, atque hæc est tertia. Huic quarta cōfusa in musculos effertur
Nona. capiti cernicique; communes, quorum est caput retro detorquere: in eos præter-
Decima. ea qui maxillas mouent, in eas denique particulas quæ ponē aures sitæ sunt. 20;
 Erumpit autem ex eo foramine quod; inter tertiam & quartam uertebrae in-
 tercedit. Quinta coniugatio simul atque è proximo articulo prodierit, altera
 propagine quartæ permiscetur, similiter ac ea distributa: altera uero sextæ.
 Hæc autem post quintam uertebrae excidens, ad scapulas plurimum deriuat-
 ur: insuper uero proximis utrinque sese artexit, & tenues de se uillos in singu-
 las ceruicis uertebrae emittit. Eadem quoque diaphragmatis neruo implicita
 atque inserta, non modice eum adauget & amplificat. Qui enim diaphragma
 moturi sunt nerui, è ceruicis medulla omnes prodeunt, plurimi autem ut mul-
 tis uisum est ex quarta coniugatione. In partem diaphragmatis mediam quæ
 neruosa est & musculi principium censetur, hi se penitus inserunt: in ipsaq; via
 fulciuntur intersepiente membrana thoracis. Duo alii per initia his copulan-
 tur nerui, qui tamen mox inde intro sub os pectoris eucti, tãdem in diaphrag-
 matis summum & ad mali punice sedem contendunt: horum eadem origo quæ
 superiorum est. Septima coniugatio sub uertebra sexta emergens, maxima ex
 parte in brachium porrigitur: villi autem reliqui proximis implicantur an-
 ctunturque; in caput, in ceruicem & diaphragma diffusi. Similis propemodum &
 octauæ coniugationis distributio, cuius tamen in cubitum & unam multiplex
 processus, totus absumitur nec ultra pergit, attamen huius nihil quicquam in
 septimum transfusum promouetur. Nona post octauam uertebrae nata, in ma-
 nus extremas tota proferat, hoc dempto quod superior sibi adiciens quasi ar-
 ripuit: sed huius quoque non nihil abit in vicinum musculum, qui primus atq;
 summus in thorace, medium inter primam secundamque; costam spacium tenet.
 Itaque nona hæc productio cum ad cubiti flexum carne quidem nudum se appu-
 lerit, ne forte periclitaretur, inter ossium tumores atque nodos se abdedit, il-
 lincque tuto triplici propagine in manum disijcitur, una quidem intus ad mino-
 res digitos: altera in maiores fissis: tertia in summæ manus externam regionem
 inflexa. Cæterum non hæc modo, sed octaua quoque & septima dum per hume-
 rum fertur, intro uia tutissima pergit, multis integitibus musculis communi-
 ta. Sequitur decima coniugatio, quæ ipsa secunda quoque dorfi censeret debet,
 quemad-

quemadmodum quæ dicta proxime est, dorfi prima statuitur. Etenim uertebra
 quæ omnium est octaua, si eadem quoque dorfi prima ponitur, consequens est
 eam coniugationem quæ sub illa erumpit, dorfi quoque; & thoracis primam exi-
 stimari. Itaque ex singulis quæ in dorso sunt uertebrae compagibus, singula
 neruorum coniugia in proximis emergunt musculos, tum in eos qui inter co-
 stas positi sunt, tum in eos externos qui per spinæ longitudinem excurrunt, *scylas*
 hos Græci uocant. Quin & horum neruorum extrema sese latius demum
 explicant, dum qui ex uerarum costarum radicibus exierunt, in humeros, in sca-
 pulas, in circumiectos thoraci musculos, in reliquas demum omnes pectoris par-
 ticulas tenuissime fissi sparsique; diffunduntur: qui uero ex breuiorum costarum
 nati sunt uertebrae, in abdominis musculos aduunt. E lumbis quicunque nerui
 efferuntur, partim in externos posterioresque; musculos perreptat, partim in in-
 teriores, ijs neruis implicati quos diximus è sexta cerebri cōiugatione eodem
 deriuari. Ex osse sacro quatuor qui utrinque excidunt, ex suo quisque; foramine
 in crus uniuersum iter habet. Ex quibus colligi potest omnes è spinæ medulla
 tractas cōiugationes esse nouem & viginti: octo quidem è ceruice, à dorso duo-
 decim, quinque ex lumbis, ab osse sacro quatuor. Sunt qui ab hoc quinque caudæ
 extremo neruorum coniugij expertem deducit: at re uera hic inter uincula annu-
 merandus est, neque præter eas quæ hæctenus proditæ sunt a nobis, ylla seorsum
 & per se coniugatio deprehendatur. Sic autem deducuntur, ut qui nerui
 ex infimis duabus lumborum uertebrae atque ex ossis sacri quatuor foraminibus
 emerferunt, omnes ferè in unum quasi fasciculum coniecti parte posteriore
 qua coxa rimam amplam agit, in crura protrudantur pone articulum, amplo
 operti abditique; musculo. Simul autem musculus qui inibi sunt, prout fert digni-
 tas atque magnitudo, suum cuique ramum impartunt. Vnde mox alii in crura
 sparsi deorsum per interiora feruntur, qui ad pedis inferiora concedunt: alij ue-
 ro per exteriora, in pedis priora atque superiora pertinentes: alij media inter
 hos regione positi in musculos suræ dirempti absumuntur. Id unum solerter si
 quid aliud natura prospexit, ut illos ossium, cartilaginum, atque uinculorum quasi
 propugnaculis cinctos & obuallatos traducat. At uero non omnes qui ex lumbis
 & ex osse sacro prodierunt, sic continuo per posteriora deorsum comitant, sed
 ex his non pauci tenues rami per amplum pubis foramen exeunt, alij in exiguos
 musculos qui circa podicem, uescicam, penem, & testes habentur, alij in perito-
 næi uescicæ & uteri membranas, alij in cutem quæ foemur circumfundit adusque;
 genu dispersiti. Hæc est uniuersa & integra neruorum confectatio.

Nerui ex dorso.

Nerui ex lumbis.

Nerui ex osse sacro.

Nerui omnes quot.

Neruum in crura distribui.

De uenis.

Cap. XI.

IECVR uenarum esse originem hic pro hypothesi constituiam, cuius tamen
 ueritatem multis posthac rationibus illustrabo. Huius è parte concaua uenæ
 plurimæ in uentrem & intestina dispersæ finduntur, arboris cuiuspiam radices
 imitatae. At uero pars conuexa uenam crassiorem ædit atque profert, quæ ar-
 boris caudici comparata ramos admodum multos in omne corpus diffundit:
 quorum ea vis est & facultas, ut è iecore in omnes partes corporis alimentum
 distribuant, non modo tuborum ductuumque; similitudine, sed concoquendi quo-
 que uiribus insigniti. Præter reliquas autem attrahendi facultas in illis pluri-
 mum uiget, cuius causa in simplici tunica omnes villos in longum porrectos ac
 ceperunt: simplex autem tunica satis erat quæ sanguinem utpote crassiore coer-

Venarum compositio.

G cecret

ceret atque contineret, neque periculum erat hinc illum diffluere. Iam vero vena omnes hac quæ sequitur distributione dissectæ dispartitæq; sunt. A iecoris introitu refinaq; parte vena grandis excedit (portas appellatur à qua velut à communi quodam initio, riuuli complures in ventrem & intestina tanquam à trunco radices aguntur. Ac primum duo ab ipso statim egressu cernuntur, alter minor, isq; superior qui comitè arteria multis ductibus totus in ventriculum abit, alijs quidem in ephyfin, alijs in superiora dextraq; protensis. Alter riuus multo maior alias sub duodenum intestinum, alias sub ieiunum se demergens, idq; transfiliens in mesaræon contendit: quod priusquam attingat ei quod pancreas dicunt nititur ac sulcitur, cui sanè & duodenum, & ductus qui ad bilis vesiculam tendit & reliqua quæ inibi sunt vasa inhærescunt. Ex eo loco riuus in lienam emittitur, qui omnium secundus haberi debet: è quo in transitu venæ plurimæ capillorum modo tenues in ventriculi fundum permanant. Huius quàm tum reliquum est in lienis substantiam multis quasi radicibus discissum se inserit, quæ tamen dum ex liene efferuntur & emergunt, in duos rursus riuulos cōcurrunt: vnus in os ventriculi parte tumentiore se infert, alter in omenti partē sinistram retorquetur. Tertius è caudice riuus in pancreas primum immerfus, mox deinde per mesaræi radicem quæ spinæ adhærescit, longo tractu in illa sinistra procurrit: multisq; riuulis dissectus omnem cœli intestini productionem irrigat, vt proinde ad hoc totus hic tubus pertinere videatur: atque huic quidē illhac deductione comes affidet arteria. Post hunc alius in dextram contendit, per pancreum in duodenum sparsus intestinum, bilis sulculo ferè è contraria regione obiectus. Nihilò hic obscurior superioribus multos quasi furculos in omenti dextram regionem profert, atque è pancreo hi quidem distribuuntur. Reliquus itipes quæ iam mesenterium attingit, riuo quinto prædictis obscuriore omnem omenti partem sinistram perrepat. Vbi vero per mesenterium aliquantum iam processit, totus in duos finditur: horum rursus vterque in duos, omnes demum in quamplurimos tenues, quorum pars maxima in gracilia omnia intestina ipsūmq; cæcum multiplici sobole dispergitur: pars quædam minor in mesaræi glandulas immissa definit. Ea est venarum mesenterii propagatione, quæ in vnam ad iecoris portas constitutam, omnes tanquam in truncum radices confluunt. Hæc porro iecur mox vt subiit, alios in id ramos spargit, ferè quidem in singulas fibras singulos, sed qui denum sectione partitioneq; multiplici in omnem iecoris substantiam exhausti obliterentur. Quæ etenim ab eius conuexo emergit, ampla illa quidem ac proinde caua nuncupata, ex quam plurimis quoque riuulis & quasi radicibus per intimam iecoris partem diffusis, exurgit: at hæc nihilominus neque illis quas modo dicebam ex portis in singulas fibras distribui, continuatæ sunt, neque ad illas extremitatibus sese applicant, neque aliud quicquam præter iecoris substantiam illis commune intercedit. Cæterum vena κολλη, id est caua dicta ipso statim è conuexo egressu, bipartito finditur, quasi in duos prægrandes ramos dirempta: alter sursum per diaphragma in cor euadit, alter deorsum secundum lumborum vertebrae contorquetur. Ille quidem haudquaquam dorsi spinæ insidet, sed per medias thoracis regiones, diaphragmate, intersepiente membrana, corde & pulmonis fibra suffultus, per sublime ad clauas & iugula cōcedit, plurimosq; ramos eo tractu profert ac diffundit: primum in diaphragma duos, qui deinde multifariam fissi longe lateq; se pandunt. His proxime exeunt capillorum modo tenues venæ, in membranam thoracis intersepientem & in cordis inuolucrum, quarum extremitates haudquaquam pauca, in priores thoracis partes & in malum punicum irrepunt,

irrepunt. Altius autem vbi vena caua cordi iam affisit, eam tanquam ramum promit, quæ cordis externa ambire spectatur, & in eius molem sparsa exhauriri, vt per quam densior cordis substantia nutriri debeat, non autem eo sanguine quem suis ventriculis conceptum, caloris spiritusque beneficio tenuiorem fecit atque puriorem. Supra multo capacior alia in dextram aurem dextrumq; cordis ventriculum demersa illabitur: hanc multis nõ venam, sed aptius membranam dicere placet, ex sinistro venæ caux pariete profectam, quæ dextrum finum inuoluat & obtegat. In cordis corpus non altius hæc penetrat, neque iam ipso ingressu venæ speciem retinet, sed mox vt cor attingit, in illius substantiam degenerat prorsumq; oblitescit: quod sanè argumentum Aristotelicos eo adduxit: vt venas omnes è cordis substantia nasci putarent. Ex hoc cauo dextro venæ nouum genus emergit quæ in pulmones surrecta, arteriarum modo tunica duplici obuallatur, cuius ante propagationem expediuimus. Paulo supra cordis aurem dextrâ, caua vena aliam ramū specie edit, quæ solitaria omnisq; coniugij expers (hinc ἀξυλο Græcis appellatur) in quintam dorsi vertebrâ primum delapsa, mox deinde per spinæ longitudinem excurrit in imam partē diaphragmatis. Hanc eandem non pauca corporum dissectiones ostendunt à caua deriuari antequam ad cor accedat. Eadem per spinam incedens vtrinque in omnia interualla costarum ramos effundit, supremis duntaxat duobus aut ad summum tribus exceptis, quæ aliunde prodeuntibus venis ali posthac exponemus. Hi autem rami statim è radice & ortu, furculos de se foras emittunt in externos dorsi musculos: longius vero progressi per costarum longitudinem, tandem extra thoracem foras erumpunt & eminent. Reliqua vena caua contendens ad iugulum, intersepiente membranæ à dextra committitur, in quam complures venulas prætenues conspergit: moxq; in quinta & minima pulmonis fibra tanquam in substrato puluinari recumbit. At vero priusquam iugulum attingat, totus venæ caux truncus apud glandem, quæ inibi ingens conspicitur, in duos amplios ramos dirimitur, qui mox ad axillas festinant inclinati. Huc autem fleuntur per summa & interiora thoracis, cum nõdum supra clauas euecti sunt. Excedunt vero & emanant in axillas per id spacium, quod inter clauas & primam thoracis costam intercedit: hinc merito interiores venæ dici solent. Ab his nõdum foras elapsis, multæ in progressu surgunt vtrinque propagines: primūq; ex eo loco vbi vena caua in duos ramos distrahitur, exiles venæ in proximam adiectamq; glandem abscedunt ab ipso deinde ramorum exortu alij tenuiores protinus in os pectoris contendunt, eiq; subditi adusque malum punicū decurrunt, quo tractu in singula costarum interualla partis prioris ramulos explicant: quorum vnusquisque alteri cuiuspiam venæ sit obuius, quam ex illa cōiugij experte diximus extremum foras emittere. Iam itaque vitarumque venarum (tameñ interiores hæc sunt) extrema extra thoracem euadunt, cum in mamas, tum in externos musculos inpersa. Præterea vero ex eisdem amplis ramis insignes venæ in tria costarum supra interualla multifariam distinduntur: & ex iisdem ferè sedibus aliæ mox in scapulas & quosdam interiores ceruicis musculos se conferunt. Post quas aliæ emergunt, quæ in ceruicis spinam demersæ, per interiora foramina supremarum sex vertebrarum irrepit dum caput attingant. Has igitur propagines effundunt ramū ampli venæ caux, priusquã ex thoracis capacitatem excedant. At vero vterq; protinus vt de thorace emerit, alijs rursus quatuor quasi furculis fruticatur: quorum vnus in eos exteros musculos abit, qui ex humero in medium pectus & supra mamas procedunt, alter in exillarum glandes, atque hi ambo exiles sanæ sunt. Tertius in eos musculos se

Ad cordis substantiã.

Ad cordis finum dextrum.

Vena arteriosa.
Ad quintam vertebram dorsi.

Ad costarum interualla.

Iuxta ganglium diuiso.
Basilica.

Tenuis multa.

Basilicæ distributio ab axilla.

propripit, qui scapulis subiecti sunt, in eumq; musculus qui inibi spectatur maximus. Quartus omnium amplissimus externas thoracis partes irrigat & alit, hinc demum ad costarum extrema deriuatus. Occurrunt autem istius propagationis tenues riuus extremis earum venarum, quas ab imo & ex intimis thoracis emergere proditum est. Quas autem deriuationes in brachium atque deductio nes faciat hæc vena interior. posteaquam ex axilla euasit, paulo post edicetur. Iam vero vt quæ supra iugulum in ceruicem & caput inferitur venæ conspicuæ sunt, ad eum redeamus venæ cauæ diremptum, quem prope glande sub iugulis fieri commemorauimus. Ex ijs itaque venæ cauæ ramis, quos tanquam magnos duos stipites in axillas exporrige dixi, qua parte clauiculis assunt, vtrinque insignis vna surgit in ceruicem. Ante hanc autem alius ramus propior glandi atque citerior emittitur, qui per ceruicis intima deductus gulæ vtrinque vnus affidet. Quocirca quatuor ex ea quæ sub clauibus est regione venarum propagationes sursum contendit, quas tum primum iugulares mos est appellare, dum collo insertæ sunt & supra clauas emerferunt. Duæ ex his quæ pariter cum gula sursum in fauces & oris intima sparsæ feruntur, interiores iugularis dictæ sunt, quod altius conditæ perpetuo delitescant: alia autem quæ subter cutem existunt, externæ & eminentes sunt iugularis. Harum vero vtraque mox vt à primo exortu supra clauas euasit, in alijs quidæ corporibus simplex omnino persistit, in alijs finditur in duas, quarum altera priore colli regione recta ad caput ascendit: altera principio quidem deorsum veluti deflexa clauas circumplectitur. moxq; sursum reducit, alias soliuaga, alias interiori coniuncta. Multi ab ea riuus desiliunt, vnus quidem frequenti sobole in proximos musculos dissectus, alter maior atque obliquior, qui è clauibus sensim discedens, ad humerum per externa descedit: hanc idcirco venam humerariam & externam mos est appellare: tamen illi minime exhausta oblitescit, sed longius progressa cubiti flexum petere contendit. Vnde perspicuum est humerariam venam non minore, imo plerunque maiore societate atque commercio cum vena cauæ coire, quam cum ceruicis & capitis interioribus. Quin & illam nos plerunque obseruauimus tanquam ramum erumpere atque nasci ex inferiore vena, mox vt thoracem egressa ad axillam festinat, vt proinde secta nihil aliud quam interior illa conferret. Tertius ramus ab externa colli vena productus, & in scapularum musculos descedens absumitur. Quartus humilis eodem in musculum ingentem demittitur, ei plerunque occurrens venæ, quam à basilica in humerum ferri iam diximus. Quod porro externa istius iugularis reliquum est, qua iam ad aures sese applicat, varie distractum atque dissectum, alios ramos in faciem & tempora, alios circum aures, & capitis posteriora, alios intro in cerebrum diffundit. Sic autem longius quoquoersum progredi videntur, vt dextræ venæ sinistris, priores posterioribus extremis suis obuia, in summo vertice cōcurrant. At qui intro se inferunt, apud auris radicem quo loci inferior maxilla superiori committitur, viam habent & introitum, quæ maximus in cerebrum patet excessus. Interior autem iugularis sursum ascendens gulæ assitit vtrinque vna: cumq; iam ad maxillæ regionem sese extulerit, ijs qui effusi sunt ab externa ramulis alios complures immittit atq; conijcit: quique hac confusione implicati sunt, alij in fauces & gutur pertinent, alij in eos musculos qui penitus laryngi circumiecti sunt, alij insignes in linguam, alij in palatum, & circumductas ori partes. Hinc interiores iugulares supra palatum emergunt, ceruicis intima secutæ dum capitis basin attingat: quo ductu in eas partes quæ inter palatum & basin positæ sunt, ramulos effundunt: quorum tandè extrema desinunt

in

Iugulariū
venæ.Venæ ad
scapulas &
humeros.Ad capitis
externa.Ad fauces,
& oris inti
ma.Venæ ad
humeros.

in nares. Ex eisdem fere sedibus ramulus vnus æditur proferturque inter primam & secundam ceruicis vertebram: moxq; alter inter occiput, & primam summamque vertebram, qui tamen hinc elapsus in pericranium quibusdā dissipatur, alijs integer patente foramine in occipitis osse intro se recondit per meninges ad verticem diffusus: solet hæc à quibusdam vena puppis appellari. Reliquæ iugularium extremitates, per futuras quæ occiput & os cunei copulât euadunt in cerebrum, moxq; è basi media eo pergunt, ubi duplicata crassa meninx cerebrum à cerebello dirimit: sicque geminationis illius firmitate sustulæ, sursum irrepunt in cerebri summum quasi fastigium, in quo vacua regio inest quam supra torcular diximus appellari. Quinetiam venæ quas dixi apud aurium radicem intro inuehi & inferri, mox propaginibus multis dispersæ, à lateribus media inter calliam & crassam meningem via, in vnum quoque torcular omnes vtrinque commeant. Hic enim locus est in quem cerebri alimentum magna ex parte confertur: è quo demum id riuus tenuissimis, quos iam venas vix ausim dicere, in omnem cerebri substantiam profunditur. Quin & illi riuus iuxta cerebri glandè tenuissime dissecti, in priores ventriculos concedunt, ibique exilibus arteriis implicati contextum illum struunt atque conponunt, qui à Chorio, id est à secundis fœtum inuoluentibus nomē habet. Ea nimirum est omnis venarum in caput & cerebrum dispersio. nunc autem ad eas redimus dum quæ in brachium directe feruntur. Basilica vena statim vt ex ala excelsit, in amplum humeri musculum & in eos ferè omnes qui illi assunt, propagine mittit, inibi penitus exhaustam: reliqua tota alias, simplex alias gemina ad inferiora oblique descedit, atque subter cutem emergens ad cubiti nodum festinat. Quo tamen priusquam adueniat, in medium cubiti flexum venam trançit manifestam, ex qua solet ea quodammodo nasci, quam mediam mox appellabimus. Hinc longius procedit Basilicæ truncus, eoque interim viæ spacio ramos dispergens in interiores cubiti musculos, subter cutem ad carpum accedit, vbi in venas complures neque eas quidem obscuras diffunditur, quarum fit ad minores inferioresque digitos distributio: è quibus multis nominibus ea celebratur, quæ inter medicum & minimum digitum intericitur. Cephalica altera brachij vena, à clauibus per ceruicis musculum flexuosa declinat in humerum, à quo mox recto tramite deorsum contendit, simulque venas prætenues spargit in partes eas quas peragrat. Cum autem in nodum cubiti proxime appulerit, tripartito secta ramum vnum in brachij superiores musculos recedit. alterum in cubiti flexum oblique detorquet, qui manifeste conspicuus cū altero cōitionem facit, quem nunc diximus eo quoque è basilica traici. fitq; istarū congressu media quædam vena, omnium in cubito-extantium maxima. Tertium autem ramum efficit reliquus processus, qui per externam cubiti regionem in carpum excurrit, frequentique sobole in superiores manus digitos effunditur: in quibus ea numeratur, quam inter pollicem & indicem confertam, capitis venam dixere. Cæterum media vena è brachij flexu discedens radium ascēdit, euadensque in externa, ramis diffunditur duobus: è quibus alter deorsum descedens, riuulis basilicæ suos quoque permiscet: alter sursum euectus cephalicæ ramis se complicat & inferit. Hæc venarum esse solet in brachium & manus distributio, quæ tamen in non paucis variari cernitur, & nonnunquam eiusdè hominis in dextro ac sinistro dispar. Plerunque vena nulla existit media, est qui cephalicam est qui basilicam in apertum non proferat: deprehensum quādoq; eam quæ pollicis assitit à basilica, eam autem quæ minimo digito accumbit à cephalica deriuari tanta videlicet in iis ostenditur naturæ uarietas, ad quæ nulla

Ad interiora
capitis.Venarum
brachij diuisio.

Cephalica.

Media uena.
Distributio-
nem uariari.

nulla necessitatis lex cogit: atqui non in venis vt neque in stirpibus vna semper & similis est necessaria fruticantium ramorum proiectio. His omillis tempestiuum iam fuerit venarum inferiorum propagationem explicare. Vena caua simul ac è iocineris conuexo expromitur, ramum ingentem ad inferiora lùbosq; contorquet, quos antequam attingit, pendulus is etiam tum & veluti appèsus, pretenuis alios ramos in thecas & in volucra renum, atque in uidecta illis corpora vtrinque profert. Continuo autem vt ille lumbis inedit, in renum corpus eas venas infert, quas dixi iunioribus emulgentes appellari, à quibus plerunq; fibræ tenues in ipsa quoque inuolucra concedunt. Ab emulgente sinistra vas exit seminarium, quod multis flexibus in testem sinistrum abit, dextrum autè vas non item, sed ex ipsius caua truncum maiore duci solet. Iam vero cum sub renes truncus hic peruenerit, ad dextram læuamque exiles venas spargit in tràscursos abdominis musculos, & in omnes ventris partes inaneant, quæ inter costas adulterinas & suprema coxarum ossa mediæ interponuntur. Præter quas aliæ in singulas lumborum vertebrae vtrinque permeant, per ea vertebrarum foramina se inferentes, per quæ diximus nervos foras excidere: atque ex his aliæ tenui membrana cinctæ in spinæ medullam, aliæ maiores in eos musculos crûpunt, qui spinæ extrinsecus accubant, hinc simul in externa posterioraque corpore longe lateque diffusæ. At ipsa vena caua cum ad postremam vertebram omnisque sacri initiû appulsa est & adducta, in duos tota finditur ramos amplissimos, in crura oblique prolapsuros. Quo priusquã pertineant, plurimas in circumiecta loca coniugationes ædunt: primam quidem retrorsum in *loca* interiores lumborum musculos: secundam exilem in proximas peritonæi partes: tertiam in os sacrum & infratos illi musculos: quartam in podicem & rectum intestinum, in quibus hæc numerantur, quas hæmorrhoidas præ cæteris nuncuparunt, quanquam inter eas quæ fere septem sunt, vna ex loco medio distinctionis ramorum venæ caua prodire solet. Quinta coniugatio ad vesicâ eiusq; ceruicem flectitur: eademq; mulieribus ramos alios in vteri fundum, alios in eius partem imam atque ceruicem demittit, qui ipsos quoque testiculos quadam ex parte ambiunt. Sexta in musculos rectos effertur abdominis, per quos dein in thoracis cartilaginem & imani regionem mammarum euadit, extrematibus occurrens iis venis, quas paulo ante dixi ab axilla in thoracis externa demitti, vnde intelligitur venas quæ ad vterum & quæ ad mammas prouehuntur, ex eadem aut ex proximis inter se radicibus deriuari. Septima in os pectinis eiusque lacertos, octaua ex commissura osuui pectinis elapsa, in genitalium tum maris tum fœminæ pertinet. Nona in musculos crurum interiores figitur: decima subtercutem ab inguinibus per ilium regionem ascendens, iis venis fit obuia quæ extrinsecus per thoracis latera deorsum trahuuntur. Reliqui amplorum ramorum ductus, in suum quisque crus proficiscitur: atq; sub inguine productio quadam emittitur in priores femoris musculos, per quos sparsa omnis dissipatur: altera subter cutem per interiora fœmina deorat, ampla illa quidem & manifesta, à qua complures riuuli in subditas regiones penitus deducti sunt. Hæc eadem paulo supra genu tripartito finditur, ramumq; vnum per priorem & anteriorem tibie regionem recta deicit in subiectum malleolum, vbi clarus atque conspicuus, saphæa dici solet. Alterum maximum per poplitem recondit in abditos atque posteriores cruris musculos, vbi frequenti ramorum sobole disperditur. Tertium per cruris posteriora retorquet, quin dein sub cute per externam tibiam in subditum malleolum decurrit: longius autè progressus, supra infraque in minores digitos abit, quemadmodum primus extremis

Venæ emulgentes.

Ad lumborum regionem.

Venæ caua in lumborū diremptus. Decem venarum coniugationes.

Venæ in crura distributæ.

Saphæa.

mis riuulis maiores pedis digitos circūplicat. Medius is qui per poplitem abire in suram, ferè bifariam scinditur, & extrema ferè duo dificit, alterum ad inferiora, in superiora alterum, qui vtrinque assidentium venarum riuulis implicatur. Hæc vniuersa sunt quæ de venarum distributione atque numero dicenda videbantur: nam quæ ex umbilico in iocineris concaua irrumpunt, vieta iam atque emerita, in venis habendæ non sunt, vt neque in fœtum secundis quæcunq; innasci solent & fruticari, corporis partes censeri debent.

De arteriis. Cap. XII.

ARTERIARVM non longe impar nec dissimilis est atq; venarum descriptio. Spiritus enim vitalis in omne corpus effuit, cum hæc canales sint atq; ductus, debent vtiq; in omnes partes corporis deriuari. At nihilominus arteriarum quàm venarum minus frequens est propagatio, quòd sanguis crassior in exiguas proculque remotas partes vix nisi venarum ductibus possit commeari, spiritus autem sanguine multo tenuior ab extremis maiorum arteriarum elapsus, per cæcas occultasq; partium vias, in distantiora possit euadere, nullo in id arteriæ adminiculo indigens. Hinc fit vt arteriam semper vena comitetur, nisi cum ortus varietas eas coniungi non permittit, arteriam enim quæ ex corde secundum spinam delabatur vena nulla sectatur, vt neque eas quibus cõtextus ille struitur admirabilis. At non peræque vnaquæque vena comitem arteriam obtinuit, tum quòd diuersa origo id plerunq; non finit, tum quòd in complures partes exiguas maxime sub cutem diffusæ sunt venæ, quibus nulla erat arteriarum necessitas. Itaque insignioribus & magnitudine præcipuis venis, vbiq; natura potuit, comites dedit arterias: quod qua ratione in singulis effecerit, definiendum deinceps breuiterq; describendum. Ex læuo cordis ventriculo vas prodit amplum, quod omnium arteriarum tanquam truncus & stipites habetur: arteriæ autem ex eodem in pulmones eiectæ, simpliciq; tunica venarum modo conditæ, huic pro radicibus erunt: in iis nempe venis comparatæ, quæ ex mesenterio in iocineris portas ducunt vehuntque alimentum, sic enim & ipsæ ductum de celo haustumq; in pulmones spiritum cordi subministrant. Cæterum truncus is quem dixi, protinus vt è corde profiliit, duas arterias in illius ambitum reflectit, alteram in mediam eius regionem, alteram ad basin circaque dextrum ventriculum. Mox totus in duos eosq; dispariles ramos diffinditur: quorum qui amplior, in quintam dorsii vertebram non læuû torquetur, inferas corporis partes peragraturus, in partes autem superas quòd eæ minus multæ essent, minor alter effertur. Hic itaque pulmone sustentatus ad iugulum pergit, ipsaque via ramum profert in alam sinistram, ex quo interim propagines defluunt. Vna quidem in tria suprema costarum interualla, quæ extra thoracem elapsa ad spinæ musculos posteriores sese applicat. Altera in pectus & mammas ad extremas vsque costarum cartilagine effusa: tertia in foramina supremarum sex in ceruicæ vertebrarum, pariter cum vena comite ad medullæ membranas adducta. Reliquis hic ramus in scapulam & brachium sinistrum sparsus euadit basilicam venam plurimum sequutus. Stipitis autem pars maior ad iugulum contendens, à læua dextrorsum reflectitur: quæ cum ad ingentem glandem, cui ganglio nomen est, peruenerit, ramum vnum ad intimam iugularem sinistram, alterum ad dextram porrigit, externæ siquidem venæ iugulares, coniuges arteriæ non acceperunt, vtiq; neque cephalicæ, quas per humerum in brachium proferri diximus. Huius demum arteriæ quicquid reliquum est,

Arteriarum usus. Arteriae cur quæ venæ pauciores.

Arteriae nuse.

Ramus arteriæ superior.

Arteriae ad brachia.

est, necdum supra clauas, egressum in dextram axillam iter habet, pares obtineret nec dissimiles propages spargens atque ea quam diximus ad leuam deflectere. Ex quo perspicuum est, dextrum arteriarum longe æditiore fini.

Iugulares. Carotides porrò duæ arteriæ posteaquam supra clauas cum interioribus venis iugularibus in ceruicem emerferunt, sursum recta festinât, quo tractu in singularum vertebrarum foramina riuulos ædunt, qui medullæ membranæ impliciti pariter cum illis in caput efferuntur. At carotides ipsæ in maxillæ confinio bipartito scinduntur, ut utriusq; pars vna retrorsum & in posteriora, altera in priora & aduersum spectet atque flectatur. Quin & huius duo insuper fiunt rami, alter in linguam & interiores maxillæ lacertos, alter foras eminens propter auriculam in temporum musculos effunditur, qui demum in verticem summum ascendens, oppositæ arteriæ extremis implicatur. Pars vero quæ in posteriora flecti dicebam, duos æque ramos promit magnitudine præcipuos, quorum qui minor apparet per extremum suture à Λ . nomen assumptis, irripit in caluam ad cerebelli basin, hoc tamen transitu dispersis in partes circuliæ ramulis. Maior ramus partim per id foramen quod apud infimam est auriculam, permeat in caluam, eo quidem deductus ubi geminatio est crassiæ meningis: partim sursum ad cuneum & cerebri basin euehitur, in multas exilesq; arterias diductus quæ variæ vtrinque insertæ atque implicite nullius membranæ interpositu, contextum admirabilem constituunt, cerebri basi substratum, atque in osse cunei reconditum. Ex hoc demum arteriarum contextu tanquam ex radicibus insipientes concurrantibus, arteriæ duæ surgunt, quæ per crassiæ meningis foramina scandunt in cerebrum, mox subtilius disperditæ, aliæ in cerebri corpus euadunt id ipsumque ambiunt: aliæ in eius ventriculos producuntur, quæ assumptis pariter venarum & arteriarum fibris è summo torculari delapsis, contextum illum choroidem componunt. Hæc omnis est arteriæ in superiora distributio. Ramus alter totius arteriæ, à quinta dorsi vertebra in quam ex corde deflexerat, secundum spinam ad vos usque sacrum decurrit, semperq; ad leuam paulum declinat, vt œsophago in thorace, & venæ cavæ per lumbos incedenti, det locum. Primus in tanta productione ramulus editur in cam pulmonis regionem, quæ spacium inter quintam vertebram & cordis basin mediū implet, cuius extrema in asperam arteriam sursum adducuntur. Alij deinde rami in singulas vtrinque vertebrae exeunt, quorum propages aliæ in costarum intervalla proferuntur, in eosque musculos foras euadunt, qui priori thoraci extrinsecus inseruntur: aliæ ferè bifariam sectæ partem non modicam ad spinæ dorsiq; exteriores musculos, partem alteram in spinæ medullam vtrinque inferunt, per ea foramina quæ diximus venas emitti, neruos autem expromi. Cum iam septo transuerso assidet arteria, duos in id ramos, vnum ad dextram, ad sinistram alterum transmittit. Sub hæc autem ventriculo, icori & lieni suū cuique ramum impertit, ex eisdem propè sedibus alios in intestina per mesenterium disseminat: nec longe ab his duo prægrandes concedunt in renes, quos nonnullis placuit emulgentes arterias dicere, à quibus fibræ tenues in renum thecas desinunt. Succedunt his arteriarum rami, quarum est in testes transectio: solet autem quæ ad sinistram pertinet, aut tota ab emulgentè arteria nasci, aut profecto nonnihil ab ea mutuari: quæ vero ad dextrum spectat ex maiori trunco proficisci, quanquam est cum quippiam sumit ab emulgentè dextra: procurrunt autem & inuoluuntur testibus hæc pariter cum venis seminariis. Vt supra de venis attuli, ita & nunc illis comites arterias statuo è singulis lumborum vertebris ad ilia abdominisq; musculos efferri. Perspicuum satis esse potest

*Iugulares.**Ad caput.**Ad cerebrum.**Rese admirabile.**Arteriæ quæ ad inferiores partes.**Ad diaphragma.**Ad viscera.**Ad crura.*

rest arteriæ truncum, multis ramorum projectionibus maiore ex parte exhaustum, multum iam extenuari atque minui, cum os sacrum attingit: ubi iam totus in duos ramos finditur, quos subiecta crura excipiunt. Atque cum ad hunc usque locum vena caua utpote minor & leuior, arteriæ ampliori ac densiori incubaret, hic primum in crura diuaticatis illis, arteriarum rami tuitionis causa venis inuehuntur. Ex primis crurum ramis vtrinque arteria vna, adultis quidè æscens & emerita, per quam conceptui vita tenebatur, permeat in vmbilicū. Hinc quoque in os latum & illi adiecta corpora, quædam excurrūt propages venis similiter distributæ: omnium autem maxime insignes apparent, quæ in lumborum musculos interiores, in mulieris vterum, in vtriusque sexus genitale, in vesicam & podicem adeunt. Quæcunq; post has in crura deuehuntur, cum venis maioribus altius demersæ intima permeant, in ramos effusæ & absumptæ, qui neutiquam vt venæ subter cutem extant. Cum enim illarum quàm venarū maior nobis esset necessitas, penitus illas abstrudi atq; delitescere tutius erat, & minus crebra propagatione diffundi. Quid igitur dissimile inter se, quid diuersum acceperint venæ & arteriæ, ex his perspicuum euadit. Nunc quod integram absolutamq; reddat orationem, præstandum, atque de reliquis partibus similibus tractatio superioribus necanda.

20 *De membranæ & cute. Cap. XIII.*

TANTA inest in corpore membranarum commoditas, tanta necessitas, vt nullam natura partem prætermiserit, quam membrana non integat: cõprehendat & fulciat. Siue enim os est, siue cartilago & vinculum, siue musculus atq; tendo, adde neruos, venas, arterias, intestina, viscera denique omnia, proprius quibusdam membranæ conuestita & ijs veluti conclusa contineri cernuntur. Has quidem ex vsu atque officio, quod veluti tegumeta partes singulas ambiant atq; desiniant, tunicas proprie dixerunt. Præter quas tamen aliæ quædam partes determinat, aliæ sustinent, connectunt aliæ, quibus commune membranarum nomen est inditum. Ad hoc genus referri minime possunt tergora ea duo, ex quibus conditus est ventriculus, vt neque ea ex quibus intestina consistat atque vterus, vtraque vesica, venæ & arteriæ. quæ quanquam nominis inopia tunica dici solent; Græcis *υτρωες*, longissime tamen ab earum quas tradimus natura recesserunt. Illæ siquidem propriam ventriculi, vteri, & aliarum quas dixi partium substantiam complement. Hæc vero partes integre iam formatas cõuestiunt, determinant aut sustinent. Illæ ex proprijs sunt villorum productionibus, quorū ope naturales attractionis, retentionis, aut expulsionis motus obeuntur. Hæ nullū villorū genus nouerunt, sed sui vndiq; similes ois motus naturalis expartes sunt, solius sensus cõpotes. Discriminis hoc postremo argumentū efficiat, qd ventriculus, intestina, vterus, cæteraq; eius ordinis, cū ex proprijs tunicis tanquā ex substantijs cõposita sint, hoc tamen insuper membranæ genere teguntur, quo firme cohereant, teneantur, & sensu polleant certiore. Quas itaq; hoc loco proprie membranarum appellamus, sunt eæ quidè tenues & leues, ne quas obnullant partes pondere suo premant, densæ tamen ac robustæ, vt arcere possint externas iniurias, ipsamq; partium substantiã cõtinere ne fusa dissipetur. Latissima in his differentia spectatur, prout varia est partium quibus addictæ sunt natura. Aliæ enim simplices sunt tenues & pellucidæ, duplices aliæ crassiæ & valentes, figura singulis attributa ex loci & partis quibus accommodantur cõformatione. Ex his vero præstantissimæ quæque quibus partes principes obductæ

*Ad umbilicum.**Tunica Membrana.**Tunicarum differentia.**Membrarum differentia.*

H sunt

funt & obtēta; proprium nomen acceperunt: reliquarum vero perpaucæ. Pericranium appellatur quæ caluam extrinsecus ambit, duplex illa quidem & firmissima. At scapulas, costas singulas, humeros brachiorum, manuum, reliquarumq; partium ossa, quæcunque seorsum intēgunt promiscue atq; communiter *Periostium* dicitur sunt. Musculum vnumquemque sua quædam membrana sepit & obuallat, eaq; simplex multoq; tenuior quam periostrū, cuius vniuersum genus nullum adhuc nomē inuenit. Ex interioribus autem quæ cerebrum inuoluunt, meninges appellantur altera crassior, tenuior altera, quarum productiones omnem spinæ medullam, ex hacq; ductas neruorum propagines circumsepunt. Supra quas tertia quædam illis firmior, spinæ fistulam intus succingit: itemq; quarta extrinsecus vniuersam spinam tegit & illigat. Quæ quatuor in oculorū sunt structura, proprias appellationes eas sortitæ sunt, quas suo loco explicauimus. Asperam arteriam tum quæ intus, tum quæ foris continet illiusq; cartilagineas connectit, proprio est nomine desinita: similiter quæ gulam, quæ stomachum oblinat, rursus vero quæ vel pulmones, vel iecur, vel lienem, vel deniq; renes ambit. At vero quæ thioracem mediū dirimit inter pulmones illapsa, dissepiētē membranā appellauimus, eandem qui uolet cum Festo dissepimentum nuncupet: cuius ima ex parte pericardium nascitur, & è summis membrana utriusq; costas succingēs, ὑπερωσθιας Græcis uocata. Ita propemodū è peritonæo (quod duplex est infimi ventris membrana) tenuiores aliæ prodeunt, tum quæ diaphragma succingunt, tum quæcunque ventriculū, intestina, iecur lienē, renes, vesicam, uterum, omentum atque mesenterium contegunt & obducunt, quibus propria seorsum nulla obtigit appellatio. Membranis omnibus prima origo est ex partim quas inuoluunt substantia atq; mole, è qua pingue crassumq; recrementum foras circum illam emergens ac pedetentim siccescens, dū foetū confroimatur coit in membranā. Accipit hæc robur & omnem sentiendū vim ex neruorum sentientium tenuitatibus in se conspersis, contextuq; miro cōseruatis & implicatis, ut iccirco à multis falso existimatum sit omnē membranæ substantiam à neruis tractam esse. Cæterum distortum fidem id confirmat, quod è sexta cerebri coniugatione conspicuos cernimus neruos sentientes, & in membranā dissepiētē, & in eam quæ costas succingit illabi: alios quoq; in ventriculū, hepatis, lienis contegētē membranā, maxime vero in peritonæū, è quodēdum omnium partium inferiorum tegumenta surgunt. Talis propemodum fieri deprehenditur ad ossium musculorūq; membranas distributio, sed quæ tamē sit ab eorum neruorum villis, quos emittit spinæ medulla, adeo ut ex his colligere sit membranarum substantiam, tamēti non vniuersa à neruis defluxit, ab illis tamen omnem sensus potestatem accepisse. Hæc de membranarum ratione satis. Cutis non dissimilem videtur conditionem sequitā, quæ membranarum modo à prima conformatione ex semine cōcreuit, ut corpus vniuersum obiret atq; circumdaret, tātō raliquis membranis crassior, quanto corporis vniuersi moles amplior: at paulo rarior quidem effecta, & crebris exilibusq; spiraculis peruia, ut interiorum exhalationi pateret: mediam inter carnem neruūq; naturam adepta, existimari potest ex paribus quōdammodo eorū portionibus componi. At reuera propria illius substantia qualem dixi ex semine traxit originē: sed quam tamen subditarū venarum & arteriarum extrema subeunt, quo alimentum spiritumq; profundant. Eodē neruorum tenuitate è subiectis partibus inferuntur, cōpluribusq; locis longa propagine conspersi apparent, à quos cuti tangēdi sensus asciscitur. Super hanc quæ vera est & germana, altera veluti exile tegumentū posita est, quæ sūma cutis & cuticula nobis, Græcis ἐπίδερμις est.

est. Densior quidem quam vera, ab exiccatis illius sordibus non ex semine procreata, quam per exultionem ignium vi oborta pustula, conspicuo cernimus à vera cute diuelli, atq; in interrigrine discerpi & arteri. Contextu illa perpetuo vniuersum corpus obtegit, nisi qua perforata vel exitū vel introitum præbet in corpus, velut in auriculis, naribus, oculis, ore, genitali, atq; podice. Cū subiectis partibus illa quidē minimū habet commercii, sed duntaxat ex neruorū, arteriarum, venarumq; fibris velut appensa, illis cohærescit, ut iccirco tota propemodum detrahi possit. Paucæ. n. partes sunt quæ non deglubantur. In fronte sic cū suo musculo implicita cutis coiuit, ut omnem voluntarium illius motū sequatur, qualem & reliqua penè tota facies accepit: vix enim hæc aliud esse iudices, quam summam musculi faciem vehementer siccitam & quasi torridam. Verū tamen in labris non is modo coitus, sed tanta inest confusio ut neq; musculum, neq; cutem seorsum queat sensus internoscere. Eius propemodum generis ingerata est manus palmis plantisq; pedum, tum ut adprehendendi munus quoquoersum aptius inflecterentur, tum ut tangendi facultate exquisitiore polleterent: alibi ut dixi nusquam confusa subiectis partibus prorsus adhærescit.

De carne mollibusq; partibus. Cap. XIII.

30 SOLIDAS atq; præduras corporis simplices partes iam omnes videri attingisse, ut nunc mihi de mollioribus quæ carnis speciem habent dicendum superfit. Ne hic autem à vulgato nominum vsu discedam, placet id molliorū partium genus vniuersum, vna carnis appellatione cōplecti. Simplex ea nusquā inueniri potest quæ per se ipsa cōsistat, sed solidioribus villis adnata atq; circumiecta, vi sua & multitudine concretam ex se molem vniuersam, carnis nomine designat. Vniuersi autem eius generis ambitus in tres tribui secariq; solet differentias: vna musculorum est quæ proprie caro dici debet, altera glandularū, tertia viscerum quæ Græcis παρέρχυμα vocari diximus. Musculorū caro tota sanguine madet quo plurimo perfunditur, & vnde suā ea originē duxisse existimatur. Non enim aliud atq; sanguis esse videri potest, qui circa villos concresecens inanitatemq; inter eos mediam implens & quasi infarciens, robur ijs accersit & cōtinet, ne per motus periclitentur. Quocirca satis videri de ea transegisse, quū omnem musculorum numerum atq; summam recensui: nisi quis præterea inde discrimina quædam statueda putet, quod alia humida sit, mollis, laxa, rara, aut spongiosa: alia è contrario sicca, dura, astricta, densa, aut compacta. Neq; profecto diuersi cuiusdam ea generis (quanuis sit purior) censerī debet, quæ aut gingiuas, aut maiores oculorum angulos implet, ut neque glans obscœnarum partium in extremo posita. Glandularum porrò ingens est numerum, quæ cum omnes ex crassa densaq; materia concreuerint, hoc tamen discrimine se iunctæ apparent, quæ aliæ alijs sunt rariores, neque omnes vna parilisque substantiæ ratio comprehendit. Hinc & illarū vsus diuersus euadit, magna varietate distinctus, quæcunque densiores sunt præter alias commoditates, in locum fissionis tū venarum, tum arteriarum quasi pro firmamento coniectæ sunt: quæ vero mollitudine sua spongiam quodammodo referunt, eas natura quibusdam vel gignēdis vel recipiēdis humoribus accommodauit. In hoc genere eæ numerantur, quæ circa linguæ radicē posite, perpetuo quodam munere saliuā eructant: & eæ rursus multo maiores, quæ laryngi utrinque assidentes linguam & os subditasq; partes madore proluunt. Has latinis tonsillas Græcis παρέρχυμα appellari diximus. Huic quoq; generi ascribitur, quæ in māmīs sunt frequētes, laxæ, turgidæ,

Cuius foramina.

Pbi cutis hæreas subditis partibus.

Caro quid.

Caro triplex. Simplex ea.

Glandulae.

Glandularum differentie.

dum præsertim lacte circūfluunt, alias uero densæ & cōtractæ. Finitimi testes his sunt, quorum tamen substantiam ad uiscerū rationē spectare credibilius est. Prioris autem generis sunt, in cerebro quidē *υωροειπιον*, & glandula pertusa quæ supra basin in peluis cauo collocatur, deinde parotides iuxta aures collocatæ, & ganglium *δρυοδ* Græcis uocatum, sub iugulo parte summa pectoris, tum præterea quæ in axillis sunt ingentes, tum ex quibus *πρυμπεας* magna ex parte conditur, itemq; lactes, quo nomine humiditas glandulas per mesaræon sparsas dici uolunt, atq; insuper quæ inguinum capacitatem implent, alia deniq; complures quibus uasorū in brachijs atq; cruribus diductiones confirmantur, quas figillatim percensere fastidiosum magis quàm utile putauī. Sed neq; figuræ earum aut magnitudinem persequi commodum est quæ cum sit sua cuiq; attributa, multiformi uarietate distinguitur. Iam uero in parenchymate appellato maior existit dissimilitudo, nō modo ex figura atq; magnitudine, uerum etiā ex sua ipsorum substantia, quæ similis & uniuersimodi nequit in diuersis inueniri. Ea quidē ex affuso sparsoq; humore primo ortu compacta est, unde recte affusio dici uideatur, at non ut in musculis ex sincero soloq; sanguine, sed uel prorsus uel plurimum ex semine, atq; ut uaria futura erat cuiusque uisceris conditio atq; necessitas, ita multiformis est hæc substantia comparata. Vnius cordis parenchyma proxime ad musculi carnem accedit. Hoc tamen diuortio sciundum, & durius multo ac ficius uel feminis circum triplex itaminum genus attingitur, illa uero quæ in musculo, non item ab hoc iocineris propria substantia est, quam concretū atque torridū sanguinis speciem habere putant, cū tamen palam sit fieri nō posse, ut quod gignēdi sanguinis principii statuitur, id ipsum prorsus ex sanguine concreuerit. Ex quo enim sanguine, cum nullus ne materius quidem, in foetus utero gestati corpus addi aptariq; possit, qui non ante sit iecoris eius opera confectus. Rens atque testes quanquam glandularum naturam exprimere uidentur, in hoc tamen genus parenchymatis affisci debent, ut qui non glandularum more arterijs atq; uenis robur & firmitudinem addunt, sed eximia uel polent, qualis est à femine nostri ortus iuitio, uisceri sua cuiq; concessa. At lienis substantia propius quàm illi carnis naturam æmulatur: deinde uero pulmonis, ut idcirco in dubium uenire & ambigi nō debeat, quin hi sint in genere parenchymatis. Multo grauissimam quæstionem atque controuersiam faciunt spinæ in medulla & cerebro, quæ quoniam in principibus habentur, ortus sui primordia femini ut reliqua uiscera accepta referant, debentq; annumerari inter partes similes. At ne diuersum in his genus præter omnē omnium ueterū sententiā constituendū sit, in carnis uniuersum genus conijci necesse est. Neq; uero id obsistit q; natura sint frigidiorē: est enim ut musculorum ita intestinorum nec paucorum uiscerum caro omnis calida censetur non propterea tamen uniuersum genus tale sentiendum est, cum præter cerebrum & spinæ medullā glandulæ complures, quæ tum in cerebro, tum in alijs locis positæ sunt, frigidæ appareant. De uenarum arteriarum, intestinorum, aliarumq; partium carne, quæ propria cuiusque assignari solet, alia posthac disputatio plenior adducetur. Plurima quoque hūc alia se ingerunt multis implicita difficultatibus, quæ tamen quoniam nondum in disputandi genus delabor, explicare hoc loco non statui, in suum quæque ordinem posthac relaturus. Hic tamen postremo ad futuram aliquando disputationem animaduertendum duxi, nō omnem spermaticā partem ilico solidam esse, ut neque carnem omnem ex sanguine expressam esse & effectam: sed si in partium differentijs signandæ erunt repugnantia, parti solidæ mollis opponetur, quam plerique carniformem dixerūt, spermaticæ sanguinis

Parenchy-
ma.

Differētia.

Spinæ medullam, & cerebrum carnibus esse.

Non omnē carnem esse solidam.

Partium differētia.

nea, simplici composita, similari dissimularis, informi instrumentaria, de quibus proprio loco singillatim differetur.

De adipe, medulla, pilis, & unguibus. Cap. XV.

MEMBRANÆ atque cuti adeps copiosus & uerior increfcit: ex pingui quidem & tenaci eaq; frigida sanguinis portione genitus, quæ è uenis excidēs, moxque affusa frigidis exanguibusq; membranis, tanquam congelans similiter atque crassius oleum frigore durefcit. Hinc corporibus quibus frigidior est natura, copiosus, calidioribus, uero paucus innascitur, qui æstibus, immodicis laboribus & inædijs fundi atque dissipari solet. Albescit autem ex earum partium natura quibus apponitur & cohæret. Quoniam igitur illi primum ortum confert tum sanguinis tum loci in quem incidit natura, horum certe differētia magnam illius dissimilitudinē suscitabit: ut sit alius alio crassior sicciorq; uel tenuior atque mollior. Hos autem nominis uarietas toto propē genere distinxit, ut id quidem semum appellare mos sit, quod crassius & magis terrenum est, adipem uero qui humilior & liquidior. Vnde cornigera (inquit Plinius) una parte dentata & quæ in pedibus talos habent, seu pinguefcunt, bisulca ficiuise in digitos pedibus, & non cornigera, adipe. Horum enim humidior temperatiorq; natura, uti profecto & hominis cuius corpus puro sinceroque adipe oblitum est atque delibutum. Neq; tamen is passim suis similis, sed pro partibus & natura dispar. Venter inferior, ut qui magna ex parte membranofus est & longe diffusus à fonte caloris, multo adipe cōfertus est eoque duriore ac ficiore, qualis potissimum renes ambit & obsepit. Quæ sub pectore partes conditæ sunt, minus adipis congesterunt eiusq; mollioris: qualis circa pericardium & cordis basin uideri solet. Hac propemodum lege qui circa musculos & cutē, crurum partiumq; inferiorum concreuit, durior ficioreque deprehenditur, quæ qui thoracis & brachiorum musculos atque cutem perungit. At nihilominus neque frigidissimis neque ficiissimis locis gaudet, quod cuiusdam sit caloris particeps. Hinc cerebri meninges nullus circumfundit, ut raro membranas que ossa conuestiunt. Sic in hominum naturis qui uel calidissimi sunt uel frigidissimi atque ficiissimi, adipem nullum coaceruant, neque huic gignendo idoneam materiam habent in uenis, qui uero à mediocritate in frigidum humidumque deurgunt, multo maxima illius copia redundat, & quoniam eorum sanguis totus in adipem procliuus est, non potest cordis immodicus calor illius cōcretionem circa pericardium, quanto minus in reliquis partibus, inhibere & arce re. Quocirca his multo promptius materię uis abit in adipem, quàm cordis reliquarumq; partium calor possit dissoluere. Qui naturæ mediocritatem sunt consequuti, sanguinem mediâ conditione obtinent, atque huius pinguior portio quæcunque in carnosas calidasq; partes influet, uel caloris tota dissipabitur & euanescet, quæ uero in membranas infertur, illarum frigore ea ueluti cōglaciatur. Iam de medulla. In maioribus hæc ossium capacitatibus concrefcens non minus consistit quàm adeps, at maxime durefcit quæ in spinæ fistula cōtinetur, eoque magis quo longius à cerebro profluxerit: cuius illa ceu stipes quidā est & portio longius exporrecta. Hæc quidem nullius ignis uel liquefcunt aut dissipantur, quin potius soliditatem augent: reliquorum ossium medulla non minus quàm adeps calore liquata dilapsaque diffunditur. Vnde intelligi potest quantum illarum inter se genera distent. Itaque quibus animantibus ossa non ut leonum uel aquilarum robustissima & solidissima esse debuerunt, maxima

Adipis pro-
creatio.

Differētia.

Semum.

In uentre.

In pectore.

Vbi concre-
scat & q̄hi-
bus de cau-
sis.

Aliam cere-
bri et spinæ,
aliā ossium
esse medul-
lam.

his

his interior capacitas intericitur, cuius gratia cum duritie leuitatem quandā ad motum sunt consequuta. Non tamē inanis ea derelicta est sed medulla multa refertur, quæ ex communi ossium alimento per tenues venas eo penetrantes affluente, illi conditur atque reponitur, quæ deinde sensim multoq; tempore præparationem accipiens albescit atque concrefcit, dum sit idonea ossi nutriendo, cuiusmodi in humerorum, brachiorum, femorum atq; crurum ossibus plurima comperitur. Reliqua omnia in quibus in gentes illæ cauernæ non insunt, seu quod gracilia, seu quod minus ad motum sint necessaria, in laxitati bus exilibus humorem concludunt, medulla quidem liquidiorē magisq; fusam, sed qui tamen illi proportionē quadam respondet. Cerebrum & spinæ medulla alium vt dixi suæ substantiæ modum habent. Porro autem Vngues atq; pili licet in partium similiarium numero non sint, consistentiam tamen habent & proprium vsum, vt illorum quædam hic ratio nobis sit inuenda. E summis digitis vngues emergunt, tanquam clausulæ eorum tendonum qui ad extremos digitos desinunt. Ab his enim excrementi & eluiciei quiddam semper emanat, quod in vnguium radices confluens, materia fit illis perpetuo augetentibus. Lati quidem facti & modice duri, vt summis digitis firmitas cõferretur ad exiguorum corporum apprehensionem. Sic pilis ex crassiore & fuliginosa humo- rum eluue ortus ducitur, quæ per angusta cutis spiracula tanquã foras propulsa, impacta hæret in transitu, vt non sponte vacuari possit, sed alia rursum profundo sublata hanc ferit impellitq; tum hanc rursus alia, & multo tempore coniunctæ aliæq; super alias impactæ, corpus quoddam reddunt & conformant angustum ex transitu angustia stipatum quod denique a sui simili eluue vehementer ictum foras propellitur, iam veri pili formam adeptum hucq; in modum quasi succrescendo semper augetur. Non omnibus æque locis prouenit, sed his maxime quibus cutis sicca calidãq; plurimum inest: frigida enim & humida huic proferendo continendoq; ineptissima. Vbi sicca durãq; cutis, vt in capite atque mento, prolixior rigidiorq; pilus profertur, & in animantium genere iis ferè, quibus teigora densa sunt & dura, vt capris Vt subibus. Pilorum & vnguium radices tenellæ sunt & molles: quod verò ex cute extat, validũ ac prædurum. In homine pili partium simul, partim postea gignuntur. Ingeniti quidem sunt in capite, sed proprie in palpebris & superciliis, quos ab ortu pari semper magnitudine natura custodit, & ne auerentur in durissimam & similem cartilagini cutem infixit. Stabiles hi quoque & erecti non ad decorem modo, sed vt vallum quoddam oculis obiectiõne quid extrinsecus incidere, aut e capite deflueret. Qui post gignuntur, primum erumpunt in pube & ano, mox in alis, postremo viris in mento, atque hi quidem vt omnes qui reliquo sunt corpore, tum ornatus, tum tegumenti gratia producti. His iam finem facio, quod decursa & planissime exposita iam videantur omnia, ex quibus admirabilis comparatur fabrica membrorum, solersq; partium descriptio atq; historia contexitur.

Confectionis ratio. Cap. XVI.

PARTIVM corporis humani enarratio eum cursum exitumq; tenuit, qui seorsum singulas, primum similes atque simplices, deinde compositas explana- ret: sic enim existimauimus omnia magis perspicua futura, si ad nature imita- tionem ex simplicium æstimatione compositi cognitionem caperemus. Quis- quis volet quæ antè conscripta sunt dilucide consequi, sibiq; in apertum & ante oculos

Vnguium or- tus.

Pilorum procreatio.

Pili dupli- ces.

Anatomes- mudus.

oculos ponere, eam quam monstro sæpe viam terat, & alio caduere musculo- um, deinde ossium exicatorum aptique compagibus reuictorum, alio visce- rum interiorum confectionem instituat, alio venarum quam à iecore, alio ar- teriarum quam à corde inchoabit: alio denique neruorum quos à cerebro atq; spina in sensus artusq; singulos studiose diligenterq; prosequatur: hæc enim summa est & conducibilis inuestigandi ratio. At plerique omnes ex vno eo- demq; corpore omnia aut certe quamplurima sibi conuoltrari rogant, quo- rum nunc desiderio satisfacturus, quo quæque loco, quæve ordine, qua industria (nulla earum partium quæ variæ implicitæ sunt aut disrupta aut confusa) exhi- beri possint & exprimi, ad dicendum aggredior. Cadauer in primis delectũ fit bona carnis habitudine integra, constantique ætate, statura mediocri & appo- sita, incorruptum & partibus omnibus absolutum, nec morbo, nec vulnere in- teremptum, verum suspendio, stragulis: aquave extinctum. Id præcelso editoq; scamo volubili collocabitur, medio theatro perscrutabili, confidente spectato- tum corona instructi paratiq; confectores & administri, qui ad manum & in promptu habeant nouacula, scalpella, vncos, stilos teretes, serras, terebrãs, mal- leolos, acus, funiculos, modiolos, & spongias. Qui autem confectioni præest, enarrata principio humani corporis dignitate, qua id cæteris præstat animã- tibus, coque tres in ventres & in artus distributo, omnes horum externas se- des explicet, quæque illis veteres tũ Græci tum Latini nomina indiderit. Hæc præfatus, mox de vniuersa corporis cute deque ei subdito adipē dicere insti- tuat. Quod dum facit iubeat inferiorem ventrem aperire atque detegere, adhi- bita nouacula cutē findere. è medio pectoris osse ad os vsque pectinis: rursusq; per transversum è læuis ad dextra ilia, vt communis linearum sectio cadat in vmbilicum. Sublata dein cute, vmbilico autem intacto, genuina cutis exhibē- da; epidermis densior, vera quãuis crassior rarior tamē & crebris foraminibus peruia, mox qui huic adeps obhærebat in conspectum se dabit. Ab his muscu- lorum adominis explanatio facienda, quo interim spacio administri, octo mu- sculos suo quosq; ordine secerhent, eas venas in rectis intactas seruantes, quæ ex pube in mammas efferuntur. Post hæc de peritonæo dicendum: quod tum exemptis omnibus qui in abdomine sunt musculis, confectores solum atque nudum relinquent: aut saltem id similiter atque cutem lineis duabus secabit, extremis huius in coxas & hypochondria retortis, vt totus iam venter inferior detectus in conspectum veniat. Succedit de vmbilico breuis quædam expositio, quæ dum fiet, ministrorum erit vmbilici vasa separare & expurgare. Hæc quo- niam complura sunt aduersis dissecta locis, ne forte intestinorum confectione pereant, diungi debent, & venæ quæ in iecoris caua pertinent in dextruni hy- pochondrium, arteriæ vero & ductus qui ad fundum vesicæ spectant, in pectinē vel inguen reclinare. Aperto ventre infimo, innatans omentum conspicitur: quod recitatis iis quæ de eo iam conscripsimus, duplex proponatur, eiusq; ad ventriculũ & cælum intestinum adhæresio. Id mox eximatur, quoniam non- dum eius vt neque venarum potest ortus conspici. Priusquam autem alio res procedat, decet hoc loco intestinorum viscerumq; omnium situm speculari, vt his nondum à naturali sede dimotis, obseruare liceat quæ partes quibus in cu- te locis, subditæ sint atque respondeant: quod quidem non leue momentũ ad medendi artem obtinet. Deinde vero suscepta intestinorum narratione, con- sectores id quod rectum appellant, eo loco vbi ad coxam sinistram eminent, lo- cis duobus obstringent funiculis acui traiectis, medioque inter hos spatio illud excabit mox intestina omnia à mesenterio sensim scalpello diuellēt & quasi disfluent,

Anatomica administratio.

Cadauer.

Instrumenta

Narratio.

Ventris con- sectio.

Pag. 18.

Pag. 21.

Vmbilicus. Pag. 53.

Omentum.

Intestina. Pag. 23.

diffident, seruato quidem quàm maximo licet mesenterio. Sin autem obseruare conuenit situs adhaesionesq; singulorum compluriumq; vasorum inferiores; è quibus ne forte præter modum sanguis effluat, tutum erit venam quæ ad portas est iecoris vincire, citra vllam aliorum perturbationem. Vt autem ad ieiunum intestinum propius accedatur id antequam sub venam quæ ad portas est se coniciat & recondat, duobus item vinculis excipiendum erit, medioque spacio consecandum, vt illico omnia intestina hinc in modiolos transportentur, in quibus demum quisquis volet possit exemptorum substantiam, figuram tunicas, villos, reliquaque omnia nullo periculo nulloque labore contueri. Nunc autem viscera omnia denudata se produnt, quæ tamen quo se aperti ante oculos proponant, sanguis qui in ventus capacitatem ex occulto influxit, omnis hauriendus & spongiis exorbendus est, ac in modiolos exprimendus. Explicandum deinde est mesenterium cum septem venis quæ in portas conflunt: quod eo interim tempore à ministris pandetur atque extenditur, vt quæ dicuntur conspicua fiant omnia. Succedit illi pancreas mediâ inter mesenterium atque ventricululum sede. A quo deinde ventriculi sequitur narratio, quem aqua per os & gulam demissa nonnulli impleuerunt, vt suo se tumore manifestius promeret, naturalemque situm teneret. Quem vt omnes conspexerint pylorò ab eius ima parte deductum, hincque ieiunum per pancreas in mesaræi oras excurrès persequi decebit. Hinc omnibus in suas sedes quantum fieri potest restitutus & inuolatus, tempestiuum erit bilis vesiculam sermone vsurpare, mox eam sublati leniter fibris iocineris in apertum proferre, atque eum ipsius tubum quæ per pancreas in ieiuni intestini substantiam insigit. Sub hæc vero venam quæ ex portis per pancreas sub ieiunum demersa in mesaræum contendit, & eius in septem ramos adnarratam distributionem nunc lucide contueri datur, sed ramum eum maxime qui ex ingenti illo stipite in ventricululum & lienem concedit sua comitatum arteria, quæ ab aorta è diaphragmatis sedibus in iecur excedit. Si gracile & extenuatum corpus erit, singula quæ dixi primo statim obtutu oculorum futura sunt obuia: sin obesus ex trunco in primis qui ad portas est, dein de ex ramis eius singulis, adeps summo digito leniter eximendus, ne quicquam dilaceretur aut pereat. Quæ vt perspecta satis fuerint, pancreas quidem intactum relinquetur: ad mesenterium extirpandum & radicibus tollendum est, se ista quidem vena portæ sub eo loco quem vinculum obstrinxit, & adacta nouacula per mesenterij radicem, quæ arteriæ maiori in longum adhæret. Hoc ipso autem opere speculari liceat arteriam & neruum, qui è lumbis in mesaræum diffunditur, simulq; primas omenti radices. Obseruandum hæc sedulo ne quod subiectorum in vasorum, quæ per ampla lumbis accumbunt, aut punctu aut vulneratum distuliat. Sanguis denuo qui recens illapsus est, exhauriedus, corpusq; omnino siccandum. Iam hoc ordine conducit iccur atq; bilis folliculum, mox lienem contemplari, & omnia quæ de illis sigillatim dici solent seorsum planius demonstrare. Ne tamen ea labefactetur societas qua hæc cum superioribus coniunguntur, nondum discindi aut eximi commode possunt: aut si forte id vlla ratione efficere cogemur, prius quæcunque circumstant vasa artius vincienda sunt, maximeq; vena caua mox vt emerit è iecore. Post hæc de renibus & vrinæ viis habendus est sermo: ac tum temporis membranulas quæ illic complures extant quasi exortus tum mesenterij tum omenti, atque superiorem peritonæi membranam (id enim duplici constare proditum est) adiectumq; renibus ad ipem, adhibitis vncis atque scalpellis consecutores circumcidend. & amputabunt. Sic enim auda & aperta omnia, clariora existent, arteria maior, eique

affidens

affidens vena caua nerui vtrinque per lumborum musculos propagati, & quicquam demum processus ab eorum singulis, tum in renes, tum in testes atque vesicam contendunt. Quoniam autem in hunc ordinem de renibus & viis vrinæ mentio debet incidere emulgens tum vena, tum arteria vincienda est, dextra quæ sinistra potius, quod ab hac sinister vrinæ canalis deriuetur. His tum inde dissectis vasis, ren dexter extirpabitur incideturq; parte tumetiore, vt qui intrus latebat finis, iam in conspectu sit, vtq; stylo terete hinc in canalis insertionem traiecto, omnis ratio exprimendæ transmittendæq; vrinæ cognita sit. Cum autem ad vesicam oratio transferetur, cutis ab imo ventre dextrorsum per penis radicem ad scroti extremum interscindetur, detectum nudatumq; os pectinis diiungetur, obtusiore nouacula in medium cartilaginosa committitur: mallei plumbei ictibus adacta, ipsiq; coxis in posteriora magna vi retortis. Diductis his ipsoq; pedibus pene in sinistram inguem reducto, tota vesica propalam est, & quæcunque ei astant particule. Spermatica vasa atq; testes iam explicare decet, parteq; sinistra quam integram seruariuimus, id ipsum vas ab emulgente per medias peritonæi membranas persequi ad usq; coxam sinistram. Inde testis sinister abripitur à scroto, penitusq; deducetur, quo manifestius patefiant quæ in eo sunt oia. Quin & parastates indicandus est intro ad vesicæ ceruicem recurrere, & in penis canalè confluere, omnia deniq; quæ plenius suis locis à nobis sunt prodita. Hæc demum vt eximantur vincienda secandæq; sunt emulgentes, tollendiq; renes, item ductus vrinæ, vasa spermatica, testes genitale ac vesica, vena tamè caua & aorta quantum maxime fieri potest illæsis. Si alicunde sanguis largiter affluet, aut constringendus continuo locus erit, ant consuecendus, quantumq; sanguinis circumfluet spongijs combibendus. Porro autem si forte mulier consecatur, quæcunque de ytero dici debuerunt, modice sublata duntaxat vesica, hi aperte commostrarabuntur, situs, cornua, testes, canalium insertio, ceruix, ostium geminum, omnium deniq; venarum quæ ad hunc vtrinque feruntur infixio. Vterum autem vt vna cum cæteris ministri abstulerint, solum restabit intestinum rectum, in cuius hæmorrhoidas è ramis venæ cauæ deriuatas, animum seorsusq; intendere conueniet. Hoc tandem electo nihil in ventre inferiore præter venas & arterias reliquum erit. Quocirca his duntaxat manibus velim deinceps ad vitales partes transiri: in quas dum incumbunt consecutores, eorum ministri crura interim deglubent ac nudabunt, ut quæ in hæc permeant venarum, arteriarum, neruorumq; propagines ac musculi, suo quæq; loco & ordine clarius in conspectu & oculis sint omnium, in quibus ministrandis non aliud cursum teneri velim, quam qui de illis supra est à nobis conscriptus. In thorace igitur primò cutis detrahenda, sub qua musculi, mammarum glandulæ, subditæq; costæ enarrari demonstrariq; debent. Hinc capacitatis interior ad eunda, ducto scalpello ex punice malo per os medium pectoris in summum iugulum, vt costis deinde in contraria versus ac retortis, dissepientes membranæ (quas diximus geminas haberi) diuelli & in suum quæq; latus distrahi possit. Id autè si factu operosum nimis & fallax lubricumq; uideatur, altera dissecandi consuetudo inueterauit, quæ discissis vtrinque extremitatibus costarum cartilaginosis, os vniuersum pectoris tollit: quod tamen dum fit cautio adiungenda est, ne vena caua quæ ad iugulum est vulneretur: simul vero nerui proponentur, qui firma adhaesione ossis interiora peruadunt. Hinc dissepientem membranam stylus alter in longum, alter in transversum actus, alioqui lapsuram excipiet atq; continebit. Quibus ita recte constitutis, omnia quæcunque thoracis capacitatis includit recenseri aperteq; depromi poterunt. Primum quidem diaphragma è costarum extremis natum, ipsiq; supra sub

I. terq;

Mesenterium.

Ventriculus.

Multorum observatio.

Renes & vesica.

Vasa spermatica ex scroto.

Vterus.

Partes thoracis.

Mamma.

Thoracis apertio.

Pariuum spirituum observatio.

Pulmones

terq; annexum: deinde vero membranarum tum costas succingentium, tum intersepientium adhaesio mutuaq; societas. Quibus apertis pulmones describere contemplariq; expedit, ut ij cor amplexentur, omnemq; capacitatem impleant; quos tamen qui uolet ori folle addito, aere spirituq; distendere, is praeter situm eos quosq; motus fluidose comprehendet, qui in uiuentibus nobis obeunt. Ab his pericardium supra aperietur, obseruato humore quem concipit. Mox susce-

Cor.

pta cordis tractatione, situs eius omniumq; canalium qui tum in id inferuntur, tum ex eo spectant in pulmones obseruandi. Quamquam autem qui operi explanando praeficitur, hic quadam orationis continuatione cordis uentriculos & ualuulas, horumq; substantiam atq; magnitudinem forte expediuit, nondum tamen cor incidi debet, neq; caeterorum quicquam quae tum illic, tum subdiaphragmate posita sunt diuellendum, ne uno quouis rupto aut lacerato, germana naturalisq; constitutio una pereat. Quocirca istorum ut aliorum complurium plenior

Vena caua.

commonstratio in posterum differetur. Nunc uero utilis se offert uenae cauae speculatio, quam minister dextrum pulmonem manu molliter extollens, indicabit eiecoris conuexo per diaphragma sursum comeari. haecq; parte dextra ad iugulum festinare, processuq; propagines in diaphragma & pericardium edere, ramum cordis ambitum irrigare, pariete suo sinistro illius dextrum uentriculum subire atq; circumplecti: pauloq; supra, uenam coniugij expertem in quintam dorsum uertebrae deiecere, quae mox deorsum excurrentes multis riuulis octo utrinq; costas inferiores alit. Omnibus hanc ipsam constitutionem seruantibus, commodum est de neruis e sexta cerebri coniugatione huc missis uerba facere: de hisq; rursus qui e dorsum medulla in singula costarum interualla utrinq; porrigitur. Hi enim nunc conspicuo discerni poterunt, ut & ij sane qui per costarum radices utrinq; ad inferiora contendunt, & qui per dissepientem membranam in medium diaphragma se inferunt, & qui per sterni concava in diaphragmatis summa apud malum punicum figebantur. Qui autem una cum oesophago uentriculum subeunt, posthac apertius eminebunt. Iam pars aduersa aduersa est sinisterq; pulmo similiter erigendus, ut simul atq; arteriarum e corde distributio recitabitur, maioris illius trunci deiectione in spinam, eiusq; in duos insignes ramos sursum deorsumq; latos directus spectetur. Quae omnia quo cunctis clara euadant, interim dum arteriarum atq; venarum productiones memorabuntur, iugulum atq; guttur detegendum adusq; oris interiora, findendaq; est maxilla inferior, ad aucto cultro in eam menti commissuram multo arctissimam atq; contumacissimam, quae primores inter dentes confedit. Quod si non facile praestari potest, maxilla infirmiore loco obteri debet, aut serra defecari. Cum autem sic nuda & in medio posita erunt omnia, tum uenae cauae, tum arteriae deductio omnis quae apud ganglium in alas, in humeros, in ipsam deniq; ceruicem fit, clarius elucebit. Quod si illarum productiones in extremum animo est promouere, decet administros per otium eas in brachijs consequutione quadam reterege: at prius tamen cautione quadam uinculis excipiendi sunt rami omnes statim ut e stipitibus suis emerferunt. Nerui recurrentes hunc iam ordinem tenent, utrinq; ab arteriarum ramis quos circumplectunt, a laryngem sursum perspicue reducti. Post hos sunt guttur, larynx, epiglottis, tonsillae, lingua & quicunq; huc nerui pertinent atque uenae: deinde columella, palatum & dentes, quorum non minus perspicua est inspectio, quam expedita atque breuis explicatio. His ita permixte uniuersaeque citra ullam disruptionem aut adempcionem commonstratis, expedit demum in gula solerter eximere, simulq; illa denuo seorsum rimari, quo prorsus & usque-quaque perspicua sint & tanquam in clarissima luce exposita. In primis itaq; &

Nerui recurrentes.

Partes oris.

vena

vena caua & aorta sub ganglio excabitur, prius tamen uinctis ut dixi ramis omnibus qui illinc sparguntur, maxime uero ijs qui in ceruicem & caput excedunt. Vena caua ea rursus sede quae inter diaphragma & cor posita est, ipsa quoque aorta arteria in trunco maiore statim ut ex corde emergit in spinam, disceduntur adhibitis prius utrinq; uinculis. Summa lingua, asperaq; arteria tum demum ab oesophago sensim detrahetur, infixam nouacula ad dissepientis membranae radicem tota dirimetur adusq; diaphragmatis concursum, deinde uero arrepta sublataq; lingua & aspera arteria, mox pulmones insequuntur, itemq; dissepientis membrana, pericardium, cor, & quaecunq; uasa in id pertinere diximus: restabunt diuntaxat oesophagus & ramus aortae qui spinae dorsum accumbit. Horum iam extirpatorum debet accuratius substantia percipi: itemq; figura, magnitudo partiumq; numerus, quam maxime autem uentriculorum cordis ualuularum & uasorum in pulmonibus constitutio, quae dum reliqua administrabuntur, ingenti lebetem ebulliri poterunt proximo spectatorum conuentu minutatim excutienda & explicanda. Ut autem quae reliqua sunt uiscera eximantur integrius, uena caua eo loco qui inter iecur & renes medius interponitur discedenda. tum deinde oesophagus subdito scalpello una cum adhaerentibus ei neruis qui tum manibus festissime se promunt, secernetur, moxq; nouacula per diaphragmatis radicem acta, id primum, deinde uentriculi, iocineris, atque lienis uincula circumcidet.

Apprehensa tum gula, multa protinus consequuntur, nempe uentriculus, ieiunum intestinum, iecur, lienis, & uenae portae atque cauae non exigua portio. Hoc autem ipso opere decet animum ad arterias adhibere, & ad neruos qui ex spinae compluribus locis in haec uiscera proferuntur. In singulis cum exempta fuerint, licet substantiam, figuram, magnitudinem, partiumq; numerum seorsum ad uiam explorare atq; sagaciter inquirere: at situs & connexio non nisi cum omnia haerent in corpore, nondum de suis deuulsa sedibus, certo perspici possunt. Iam uero extis omnibus sublatis, aorta spinae accumbere adusq; renes sola conspicitur, in qua complura cernere est earum arteriarum foramina, quas in diaphragma, uentriculum, iecur, lienem, mesenterium, atq; renes efferris diximus, omnia quidem inter se finitima eo situ ubi initium est lumborum. Locus sane & occasio hic pulchre offertur ad uenarum arteriarumq; in omnes artus distributarum confectionem, hanc tamen non alia uia atq; ratione administrandam statuo, quam quae supra est a nobis exposita. Quocirca de capite praecipendum iam est. Post eius capillos atq; cutem, pleriq; solent caluae ossa omnesq; futuras: edisserere, quod dum fit calua tota ferrae crebris impulsionebus circumciditur, moxq; sensim extirpatur, ut qui e meningibus per futuras in pericraneon emanant uili spectentur. Dehinc autem in toto sermone de meningibus, crassior illa uincis sublata, ex fronte in occiput defecabitur, in qua quo turgidiores & illustriores conspiciantur uenae, ceruicis uenae & arteriae conferuentur arctioribus uinculis obstrictae. Sub hac tenuis altera meninx similiter uincis extollenda palamq; indicanda: hinc proximum erit ostendere ut ambae inter priores cerebri partes iunctae demergantur, utq; cerebrum a cerebello copulatae discernantur. Ab his autem cum cerebri completa erit descriptio, pars eius summa ad dimidium ferè minutatim refecabitur, dum detracta superiore illa medullae portione, priores intus uentriculi, quicunq; in eis contextus est choroides, patefiant: dumq; sensim ablato eo quasi fornice qui uentriculum medium integit, canalis uermi similis ab hoc in cerebellum traiectus, animaduertere possit oculisq; lustrari cum glutij utrinq; assidentibus. Priusquam hinc ultra pergatur, septem neruorum coniugationes explicari commonstrariq; sigillatim debent, cerebri quidem lateribus

40

40

Exemptio partium interiorum.

Arteria & uena.

De capite.

Meninges.

Cerebrum & eius partes.

Neruorum coniugationes.

molliter alterne sublatis: hæc siquidem diu incorruptæ manent. At cõtextus admirabilis vt & certe vermis atq; glutia, tridui quatruidiue cadaueribus præfer timq; strangulatis flaccescunt atque contabescunt, vix vt ea clare detur interno scere. Recens autem extincto animante contextum illum choroidem è prioribus ventriculis persequi conueniet adusque lacunam & cerebri basin, è qua vt crassa méninx euulsa fuerit, glandula in conspectum veniet, sub qua & ossè prætenui quod veluti summa est cunei facies, contextus ille mirabilis integer pleni usq; cernetur. Postremo autem cerebello detecto ventriculus obseruabitur, illiusq; in spinæ medullam deriuatio: itemque venarum & arteriarum extrema illuc ex inferis partibus allata. Quod si præterea spinam omnem in longum dif findere placet, erunt perspicui sanè omnes prodeuntium illinc neruorum exor tus, quos qui volèet cum musculis consequutione quadam ad extremum persequi, destinatum in id corpus consecabit, eum prorsus ordinem imitatus, quem supra de neruis ac musculis conscripsi. Sensuum speculari instrumenta nullius est la boris aut industriæ, quin & omnis oculorum compositio non minus ex bubulis quam ex humanis animaduerti potest. Quocirca hic iam rei finem pono, cum summa & generalis ratio administrandæ cõfectionis satis superq; explicata vi deatur: nam singula quæ vnusquisque nullis adminiculis, sed vt dicitur suo mar te minimaq; meditatione suffecerit, hic frustra uideret persequutus.

PERFORATIO.

FIRMISIMA artis medicæ fundamenta iactauimus, dũ descripta huma ni corporis cõfectione, omnes eius partculas singillatim ob oculos proposui mus: quarum cognitio si sensuum fide atque constãtia firmabitur, vim quodam modo iam adipiscitur aut communium euidentiumque notionum, aut earum quas Geometra non demonstrare, sed postulare solent vt sibi concedantur, ex quibus posthac aditus ad demonstrationem facilis patebit. Si præterea fructus commoditasq; spectabitur, conspectio eam subiectam materiam explicat, in qua omnia quæcunque ars præcipit versari examinarique debent. Vt enim qui rerum gestarum memoriam repetunt, non illas recte possunt animo concipere, nisi prius locos & regiones quibus obrigerunt vel sensibus lustrarint, vel sibi quo dammodo ipsi cogitatione depinxerint: sic profecto si quæcunque solet ars me dendi tractare percipienda sunt, necesse est humanum corpus perspectum habe re in quo omnia contemplerur & quasi penitus animo cernamus. Huc atque il luc errans & uaga est omnis rerum cognitio, futilis parumq; stabilis memoria, quæ in hoc tanquam folio non confidit atque sustinetur. Res quidem quam ver ba multo sunt constantiores, & quibuscunque vel morbo, vel ætate ingravescen te, vel diuturnitate temporis mentis sensa vanescunt, ijs prius nominum quam rerum cognitio atque memoria deponitur. Vnde cum tanta in rebus & in locis vis insit admonitionis, nõ sine causa ex his veteres cognitionis & memoriæ du xerunt disciplinam. Itaque vt ad historię fidem Geographia, sic ad rem medi cam corporis humani descriptio pernoscenda.

Libri primi de partium corporis humani descriptione.

FINIS.

DE

DE ELEMENTIS
LIBER SECVNDVS.

P R A E F A T I O.



VI parce ac leuiter in philosophia artium om nium procreatrice versati, medendi artem di scendam tradendamve suscipiunt, satis superq; se facturos existimant, si humani corporis ana tome deersa, è vestigio ad singulorum morbo rum cognitionem curationem curationemque festinent. Hoc dum illi compendio sibi via pa rant, molunturque breuem ac facile artem, in perpetuæ obscuritatis latebram præcipites se deuoluunt, & quasi luce menti erepta, desam noctem ac tenebras ob oculos offundunt. Est. n. ipsa ratio lux mentis, quam qui de spuunt, neq;

rerum causas intueri, neque quid quaque in re verum sit exquirere, neque falsa diiudicare possunt: sed omni auro singulari illo splendore destituti, ceco quo dam & temè radio nixu sursum deorsum trahuntur: dissolutam & sine neruis ac articulis huc & illuc fluctuantem futilemque rerum confusione animo conse quuti, cunctis in rebus quasi modo nascentes obhæsitant, nihil ratum, nihil comprehensum, nihil fixum habentes, sed semper in ancipiti & eo loco stãtes, à quo leui momento possint dimoueri. At vero qui admirabili quodam philo sophandi studio concitati, conabuntur in ea curricula venire, in quibus cele berrimum virorum impressa sunt vestigia, ij rerum cognitione primũ accepta quæ sensibus obuiani inciderunt rudi earum cõtemplatione, minimum tenebuntur, sed vltra progressi mentis agitatione eo se conferent, vnde tanquam prægressis ex causis illæ suam originem traxisse videantur. Hinc sensum penetrabunt al tius, donec id tandem cogitatione pertingant, in quo expleta mes tanquam in extremo consistat. Quum igitur humanum corpus anatomie in partes sensu cõ spicuas diolutum iam sit, ab his deinceps ad ea transeundum, quæ cogitatio ne sola discuntur, & altius inuestigandum ex quibus elementis pars vnaqueq; condita sit, & quæ sit elementorum permittio, quæ temperatio, quæ vires ac fa cultates lateant in illis, & quo spiritu quoue calore seruentur. Quum analysi hæc inuenta perceptaq; fuerunt, compositionis dein ordine conspicuũ fiet, quæ sint effectrices omnium causæ, qui ab his gignantur humores, quæ partium sin gularum functiones sint, & quæ naturalis omnium administratio. Sic vniuersa contrahetur physiologia, quæ naturalem de homine cõtemplationem demõ strationis vi constituit.

Humani corporis in partes tum compositas, tum simplices dissolutio. Cap. I.

HVMANVM corpus vnum efficit tum continuatio seriesq; partium tum om nium

Rete mira
bile.

Cerebellum.

Spina dors.

Sensus.

Anatomes
necessitas et
præstantia.

Nihil firmi esse quod non ex cau sis per demõstrationem cognitum sit.

Inuestigandi ratio seu ordo resolu tiuus.

Totius humani corporis dissolutio usque ad simplicia.

nium consentiens & in molitionem vnam conspirans illa cognatio. Id autem simplex cum minime sit, variū efficitur partium diuersi generis structura, & earum multiplici figura: quæ non modo locis disclusæ iacent, sed etiam aliæ ex alis sunt conditæ, aliisque aliæ figuris insignes, prout sua cuiusque conditio & facultas poscere videbatur. Itaque corpus vniuersum, in caput, thoracem, ventrè & artus dirimi distrahive pōt, ex quibus coagmentatū apparet, hæc ipsa rursum in alia: caput quidem in faciem, oculos, frontē, nasum, auriculas, aliq; plura: thorax in pectus, latera & pulmones: venter in abdomē, subditaque viscera artus in tota crura & brachia: atque hæc in humeros, cubitos & manus. Rursum vero hæc singula minutius conciduntur, vt manus in digitos & palmā, 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968
 969
 970
 971
 972
 973
 974
 975
 976
 977
 978
 979
 980
 981
 982
 983
 984
 985
 986
 987
 988
 989
 990
 991
 992
 993
 994
 995
 996
 997
 998
 999
 1000
 1001
 1002
 1003
 1004
 1005
 1006
 1007
 1008
 1009
 1010
 1011
 1012
 1013
 1014
 1015
 1016
 1017
 1018
 1019
 1020
 1021
 1022
 1023
 1024
 1025
 1026
 1027
 1028
 1029
 1030
 1031
 1032
 1033
 1034
 1035
 1036
 1037
 1038
 1039
 1040
 1041
 1042
 1043
 1044
 1045
 1046
 1047
 1048
 1049
 1050
 1051
 1052
 1053
 1054
 1055
 1056
 1057
 1058
 1059
 1060
 1061
 1062
 1063
 1064
 1065
 1066
 1067
 1068
 1069
 1070
 1071
 1072
 1073
 1074
 1075
 1076
 1077
 1078
 1079
 1080
 1081
 1082
 1083
 1084
 1085
 1086
 1087
 1088
 1089
 1090
 1091
 1092
 1093
 1094
 1095
 1096
 1097
 1098
 1099
 1100
 1101
 1102
 1103
 1104
 1105
 1106
 1107
 1108
 1109
 1110
 1111
 1112
 1113
 1114
 1115
 1116
 1117
 1118
 1119
 1120
 1121
 1122
 1123
 1124
 1125
 1126
 1127
 1128
 1129
 1130
 1131
 1132
 1133
 1134
 1135
 1136
 1137
 1138
 1139
 1140
 1141
 1142
 1143
 1144
 1145
 1146
 1147
 1148
 1149
 1150
 1151
 1152
 1153
 1154
 1155
 1156
 1157
 1158
 1159
 1160
 1161
 1162
 1163
 1164
 1165
 1166
 1167
 1168
 1169
 1170
 1171
 1172
 1173
 1174
 1175
 1176
 1177
 1178
 1179
 1180
 1181
 1182
 1183
 1184
 1185
 1186
 1187
 1188
 1189
 1190
 1191
 1192
 1193
 1194
 1195
 1196
 1197
 1198
 1199
 1200
 1201
 1202
 1203
 1204
 1205
 1206
 1207
 1208
 1209
 1210
 1211
 1212
 1213
 1214
 1215
 1216
 1217
 1218
 1219
 1220
 1221
 1222
 1223
 1224
 1225
 1226
 1227
 1228
 1229
 1230
 1231
 1232
 1233
 1234
 1235
 1236
 1237
 1238
 1239
 1240
 1241
 1242
 1243
 1244
 1245
 1246
 1247
 1248
 1249
 1250
 1251
 1252
 1253
 1254
 1255
 1256
 1257
 1258
 1259
 1260
 1261
 1262
 1263
 1264
 1265
 1266
 1267
 1268
 1269
 1270
 1271
 1272
 1273
 1274
 1275
 1276
 1277
 1278
 1279
 1280
 1281
 1282
 1283
 1284
 1285
 1286
 1287
 1288
 1289
 1290
 1291
 1292
 1293
 1294
 1295
 1296
 1297
 1298
 1299
 1300
 1301
 1302
 1303
 1304
 1305
 1306
 1307
 1308
 1309
 1310
 1311
 1312
 1313
 1314
 1315
 1316
 1317
 1318
 1319
 1320
 1321
 1322
 1323
 1324
 1325
 1326
 1327
 1328
 1329
 1330
 1331
 1332
 1333
 1334
 1335
 1336
 1337
 1338
 1339
 1340
 1341
 1342
 1343
 1344
 1345
 1346
 1347
 1348
 1349
 1350
 1351
 1352
 1353
 1354
 1355
 1356
 1357
 1358
 1359
 1360
 1361
 1362
 1363
 1364
 1365
 1366
 1367
 1368
 1369
 1370
 1371
 1372
 1373
 1374
 1375
 1376
 1377
 1378
 1379
 1380
 1381
 1382
 1383
 1384
 1385
 1386
 1387
 1388
 1389
 1390
 1391
 1392
 1393
 1394
 1395
 1396
 1397
 1398
 1399
 1400
 1401
 1402
 1403
 1404
 1405
 1406
 1407
 1408
 1409
 1410
 1411
 1412
 1413
 1414
 1415
 1416
 1417
 1418
 1419
 1420
 1421
 1422
 1423
 1424
 1425
 1426
 1427
 1428
 1429
 1430
 1431
 1432
 1433
 1434
 1435
 1436
 1437
 1438
 1439
 1440
 1441
 1442
 1443
 1444
 1445
 1446
 1447
 1448
 1449
 1450
 1451
 1452
 1453
 1454
 1455
 1456
 1457
 1458
 1459

ris vt longiores, ita crassiores sunt & rigidiores. Deinde vero quod vngues & pili non crescunt in immensum, sed definitam incrementi legem & metam habent quemadmodum & stirpes fidem, facit eos vera nutritione crescere. Si enim admota duntaxat ad radicem materia atque subiecta adaugescunt, quoniam continenter suggeritur & accedit (hoc testimonio quod de rasi vel praeclisi semper subnascuntur) continua adiunctione debent tandem in immensum luxuriare atque grandescere. Atqui contra fieri cernimus, his vt plantis constitutos incrementi limites, quos praetergredi non liceat. Quocirca his vt stirpibus videtur alimentum omnem substantiam intro subire, quod prima aetate alit & auget: & tandem cessante incremento tantum alit. Haec quidem non me diocriter vrgēt, sed illa magis, quod pili vel vngues praecisi cuncta aetate vel decrepita & praecipitata recrescunt. deinde quod hecticis & tabidis quibus reliquum corpus non augetur modo, sed etiam plane exhauritur & liquefcit, ij soli diffunduntur & grandescunt: neque his modo, sed etiam vita desititibus corporibus. Quibus aperte conuincitur non naturam attrahentis beneficio, sed excrementi redundantis vi & egressu ab radice duntaxat illos crescere. Emergit autem id praeparatum pulsumque vi caloris, indicio quod defunctis non semper augetur. Quod pueris aetate procedente in latum sparguntur, efficit partium a quibus prodierunt amplitudo: quod vero fiant crassiores, excremento tandem sicciori austiorique facto acceptum refertur. Quod autem cum ad iustam magnitudinem peruenerunt, non ultra promitti trahique possunt, tamen materia ad radicem suppetit, vnum ex his est in quibus non aliud quam mirari liceat Dei & naturae prouidentiam. De medulla autem nihil ambigi potest eam quae in spine fistula tenetur, non aliter quam cerebrum corporis partem esse: quandoquidem non vsu modo sed proprio quoque perfungitur munere, & vitam habet, cuius ope trahit & in se recondit alimentum. Caeterum quae in exilibus ossium cauernis est, vt liquidi humoris speciem ostendit, ita non pars corporis, sed ossis alimentum, quod a sanguine primum deductum ab illius natura mox deficit, sensimque mutatum in ossis naturam tandem faciescit. Similiter quae maiores implet ossium laxitates vt crurum vt humerorū, quam firmiter solidiorque subsistit, alimentum tamen est ossis tanquam commeatu aliquis congenitus datusque ab ortu, propterea quod ossis soliditas non facile aliud finit extrinsecus intro commeari. Medulla quidem vi ossis atque tempore albescit & concoquitur, raptaque sensim in ossis naturam absumitur. Quod igitur in ea laxitate manet tanquam superabundans ad futuram necessitatem, id medulla est, quam Aristoteles concoctum excrementum (sic vocant succum corporis superuacuum) appellauit, non tamen inutile & reiectanum. Quamobrem decepti videntur qui vt aduersas sententias in concordiam adducerent, medullae partem alteram vtilem, inutilem alteram, totam vero partium alimentum partium excrementum esse prodiderunt. Ea ne praepropere desit, illa lapsi extrinsecus alimenti subsidio sustentatur, eo indicio, quod quae in iuuentute rubro colore perfusa erat & sanguinea, aetatis progressu alba fit, & vt reliquum corpus adipata. Caeterum, illius nulla est vera nutritio, neque sanguinem prolecat sibi que iungit, quod vita nulla consistet, vt neque sanguis neque quisquam alius humor. Similis est ac fortasse maior in adipe ratio, quem palam est & sanguinis portione praepingui, hanc autem ex alimenti concoctionisque probitate generari, quae dum affluens in animalis pulpam non absumitur, sensim exaggerata in molem, in uenis iam delapsa in adipem concrefcit a frigido. Quod si illius efficiens est frigidum, quomodo corporis pars esse possit? Quem confirmamus

*Aduerso-
rum resu-
ratio.*

*Spinae me-
dullam cor-
poris parte
esse.
Ossium me-
dullam par-
tem non esse.*

*Adipem cor-
poris partem
non esse.
Primaria ratio
Secunda.*

firmamus humorem in uenis nondum parte esse, qui putemur extra vena frigoris vi concretum partem fieri? Si quis est huic argumento locus, videbitur similiter gelati in ventriculo sanguinis grunus, pars esse corporis, si modo illi adhærebit. In carne ratio diuersa, quod haec vt caeterae partes omneis non ex concrefcente, sed ex conuerso mutatoque sanguine gignatur. Est & aliud quod adipem vt medullam a communi partium notione secludit: nam per incedias, per alimentum & sanguinis puritatem, cedit vertiturque in vitile partibus alimeum. Atqui pars nullam partem alteram nutrit, neque alia alij fit nutrimentum. Deinde omnes tum simplices tum compositae, propria quadam circumscriptione continentur, quam (tamen in ampliorem molem diffunduntur) simile seruant, nisi praeter naturam sint affectae: adipem & medullam nulla propria circumscriptio aut figura, sed vicinarum duntaxat partium ora & extremitas circumiecta claudit. Vnde intelligi potest in partium numero & ordine non pilos non vngues, sed nec medullam nec adipem esse. Scio Aristotelem partes simplices, alias molles & humidas dixisse, alias duras & solidas: inter illas autem sanguinem, adipem, medullam genitale semen atque lac recipere: quo loco is quicquid in corpore tenetur, partis appellatione complectitur. Nos vero accuratius ea sequimur, ex quibus ad medendi artem fructus percipi possit. Ergo quae vere existimari debent partes simplices, haec restant: os, cartilago, vinculum, 20 membrana, tendo, nervus, arteria, vena, caro, cutis. Satis multa de partium differentijs: vnde huc digressa est, eodem redeat oratio.

Quid elementum, quae medicis in corpore partes elementa, & quae principia dici debeant. Cap. III.

CORPORIS vniuersa moles tamen varia compositione structa apparet, sectione tamen in eas dirimitur distrahiturque partes, quae similes cum sint, iam non ultra in alias distribui possunt: sunt illae quasi retexendo postremae, quas simplices, sensus percipit, cogitatio autem ratioque nostra omnium primas ortu & compositione iudicat. Quare corporis elementa illas statuere conueniet. Elementum enim corpus est simplex, ex quo quidque primum constituitur. Simplex quod distrahendo vltimum offenditur, quodque diuisione minimum est, aut si magnitudine & mole praeditum est, in diuersas tamen species partiri nequit. Simplicium connexionem compositum emergit, cuius eas duntaxat partes elementi appellatione designamus, quae omnium primae fuerant, & ex quibus compositionis successus originem duxit. Simplicem partem antecedunt forma & ea materies quam informem nudamque intelligimus: verum quia corpora non sunt, illas ab elementi natione abducimus. Principia quidem sunt quae singula separari minime subsistunt, conuisione implexuque suo corpus efficiunt. Compositis corporibus, tum principia, tum elementa insunt: sed haec quidem corpora sunt, ex principijs condita, quae & per se sola consistunt, & in totius sunt genere: principia autem simplicissima habentur, incorporea, nec in totius genere, quae seorsum minime subsistunt, implexuque, mutuo corpus instruunt. Itaque quas eiusdem naturae diximus corporis partes si sensu testimonio credimus, elementa sunt corporis, quae prima subiecta sunt nobis. Semen autem genitale & maternus sanguis principia statuentur, non quae componunt, sed quae corpus efficiunt: hic enim ceu materies quaedam est, illud vt causa efficiens, quod nimirum omnis generis partes conformare suo loco dicitur. Haec esse corporis elementa falso quis affirmet, cum id minime constituent, nec in eo praeter-

Tertia.

Quarta.

Decem partes corporis simplices.

Elementum quid.

Principia. Elementorum & principiorum diuisionem.

Quae elementa, quae principia corporis sunt.

Semen & maternum sanguinem nostri corporis elementa non esse.

rea feruentur: eius vero causæ sunt & principia. Ad hunc modum stirpis principia æstimanda sunt, semen & succus è terra libatus ac hauustus, elementa, radix, lignum, medulla, cortex. Sed enim de rebus omnibus cum duxerimus non esse sensuum ope, sed mentis acie æstimandum, non alienum sit inquirere ordinem similitum partium: quæ cum sint elementa ante oculos posita, nû alia quædam sint illis priora, quæ ad sensus permanere non possint: an item illis inferantur iactata & peruulgatæ quatuor illæ rerû naturæ, terra, aqua, aer, & ignis.

Quibus rationibus terra, aqua, aer, & ignis, rerum omnium elementa dicantur. Cap. IIII.

Elementorum facultates esse contrarias.

Elementorum substantias mutari.

Tangendi qualitates omnium primas esse & ualentissimas.

Primas qualitates elementis primum insidere.

Elementa quatuor.

Ut aer sit humidior aqua.

SI quæ in natura sunt rerum omnium communia elementa, quæ rebus omnibus promiscue gignendis sese accommodent, illa sanè & plura esse necesse est, & quodammodo contraria & affectioni subiecta. Nam quod unicum & simplex est, non habet à quo afficiatur, cum à se ipso pati non possit. Neque plura unius similisque rationis si fuerint, inuicem agent, sed mutuo se fouebunt tanquam vnum sint. Quinimo si forte illis contrariæ qualitates deferantur, nisi his pariter substantiæ insint mutationi affectioni que subiectæ, suo illa congressu ne minime quidem mutabuntur, sed illæ substantiis nihil dissimile sibi compositum reddent. His argumentis tanquam fustibus uis illa & turbulenta concursio atomorum immutabilium, per inane uolitantium in exilium relegata, & de natura mundoque depulsa uideri possit. Itaque ut ligna, lapides, & animantia, mutationem patiuntur, sic & ea facile mutantur, ex quorum concreione hæc communi ortu prodierunt. Si facile mutabilia sunt, necesse est omnino prædicta esse qualitibus ualentissimis, quarum dissidio & repugnantia non ipsa modo qualitates sese obtundant, sed & adiectorum uiciorumque corporum substantiæ totæ immutentur atque conuertantur. At quænam hæc sunt ualidissime? Quæcumque corpori infunditur qualitas in unum aliquem quinque sensuum cadit: atque ut suum quæque sensum mouet, sic illi quadam proportione respondet. Vnde cum sit tactus sensuum primus, isque plurimum corporeus, quæ hunc ferunt qualitates omnium primæ sunt & maxime corporis participes: quod certe efficit ut ab his summis doloribus afficiamur aut voluptatibus. Quocirca nõ candor aut nigror, non dulcedo aut amaror, non quæ cæteros sensus, sed quæ solum tactum concitant qualitates omnium sunt potentissimæ. Ex harum autem genere aliæ sunt principes, aliæ ex his orræ: principes, calor, frigus, humor, siccitas: ex his ortæ, quæ in molli, duro, crasso, tenui, leui, aspero sunt corpore, quæ variè dicuntur & quasi multiformes. Harum quippe ortus principibus illis refertur acceptus, quæ omnium & primæ sunt & potentissimæ. Elementa igitur ex quorum concursione omnia gignuntur atque concreunt, si conuersionibus mutationibusque sese plurimum exagitant, debent his ipsis qualitibus pollere, & quibuscumque corporibus illæ naturaliter summæ insunt, hæc ipsa in prima rerum omnium elementa afferuntur. Sunt autem ea, terra, aqua, aer, & ignis. Est quidem, calor summus ignis, qui ceu feruor quidam est & exuperantia caloris. Aer calidus uisusque, ceu halitus, cuius humor dissipabilis quædam est fluxio percuncta rerum meabilis, leuitate subtili ambiëtem locum implens cellerrime. Humor aquæ pergelidus quidam liquor est: ut terræ siccitas firma quædam constantia & stabilis grauitas, quibus subsidit & suis clauditur limitibus, cum cætera elementa non nisi externo contineri possint. Quamquam igitur quæ aqua perfunduntur multo plus madent, quam quæ aere resperfa sunt, id tamen

id tamen non ob pleniorum aquæ humorem accidere putandum, sed quod his in crasfioribus fluxibus, substantia posita, dum in uias recessusque corporum inferuntur, consistit, retentusque diutius illa afficit, madidioraque reddit, quod aer præ tenuitate efficere nequit. Verum mador hic quem appello, non humor est is quem disquirimus. Neque præterea ignis inde quod maxime desiccet, siccior quam terra iudicandus. Id enim non per se, sed caloris interiectu efficit: quatenus corporum suum calore exhaurit ac dissipat: at terra affusum humorem combibens per se sola siccat. Aer perinde ac ignis ex accidenti madidum linteum exiccat. uti & frequentes balneæ, dum uberiorum è corpore sudorem exciunt euocantque. Sic autem qualitates hæc, quatuor rerum naturis summæ obtigerunt, ut quemadmodum puro igne nihil calidius nihilque leuius, sic terra nil siccius, nil grauius, ne plumbum quidem uel aurum: aquam sinceram nullius medicamenti uis gelida euincit, ut neque aerem ullius humor. Summæ præterea sic illis insunt, ut ne minimum quidem possint auferre, remitti uero possint, quod argumento est eas qualitates licet summas, infinitas tamen nõ esse, quandoquidem infinitum nihil minuitur finita portione detracta. Est porro sua cuique elemento retusior altera qualitas, simplex illa quidem, sed quæ summum generis sui gradum non impleat. Ea in igne siccitas est caloris comes, in aere, calor, in aqua humor, frigus in terra siccitati copulatum. In his quæ cumque qualitates eodem nomine, eodem & ille genere continentur, atque licet eorum quibus insunt corporum ratione distent, affines tamen sunt, tum natura, tum mutationis prompta commoditate. Itaque ingentes quatuor nature toti mundo confertæ ea sunt rerum omnium primordia, quorum nobis proposita fuerat disquisitio.

Corpus hominis, ut cæterorum omnium, ex quatuor elementorum concreione necesse est contineri. Cap. V.

SI quatuor ea sunt rerum primordia, ex quibus sursum deorsum, ultro citroque commeantibus, mundi natura est continuata, necesse est eorum uicisitudine, cum reliquorum omnium, tum hominis corpus cõflari, ex hisque ceu ex primis rerum initiis constare. Quod tametsi uel simplici argumentatione, in medium proposita planum esse debet, inductione tamen res quasi ob oculos posita, ueritatem plenius illustrabit. Vna manet omnium firma consensus, corporis uniuersitatem ex partibus diuersi generis primum constitui, deinde dissimiles has consimilium strue & compositione integrari. Iam uero docendum hæc consimiles ex primorum quatuor elementorum concursione nasci. Has quidem olim ex semine ortus sui primordia duxisse, fiet posthac promptum & obuium demonstratione, simul easdem adoleuisse materni sanguinis beneficio, qui alimenti uice suffectus est. Parentum semen ex parato sanguine factum esse extra omnem controuersiam est, adeo ut nemo qui rem perspexit, ambigat omnem partium substantiam à sanguine aut proxime aut tandem processisse. Nomine sanguinis quatuor humorum mixtam congeriem appellamus: hanc uero esculeta potulentaque ingesta nobis innouarunt. Hæc porro siue animantium carnes erant, siue pisces, siue terræ fruges & stirpium fructus, à promiscua elementorum concursione aliquando sunt procreata, eo sanè ordine quæ pulchre nobis cecidit Lucretius.

Sic tempestiuus ex imbribus humida tellus Vertit se primum in frondes, & pabula læta

Terram esse siccioris igne.

Summa elementorum qualitates.

Similares corporis partes ex elementis ortas esse Lib. 7.

Lib. 2.

In pecudes, vertunt pecudes in corpora nostra
Naturam, & nostro de corpore sepe ferarum
Augescunt vires & corpora pennipotentum .

*Simplici ele-
mento nihil
posse nutririi*

Nihil enim simplici elemento nutririi, vt neque nasci potest. Stirpes quæ pro-
dierunt è terra, non illinc omnia traxerunt, sed si ea stirpibus alimentum datu-
ra est, necesse est humore perfundantur: vnde agricultura deductiones riuorum,
agrorum irrogationes adacta necessitate excogitauit. At qui si puram aquam ter-
ræ consperges, nihil aliud quam lutum reddes, alendis stirpibus ineptum atq;
minus accommodatum. Oportet igitur si quod apparabitur congruens illis nu-
trimentum, crassioribus naturis duas reliquas contrarias inseri & temperari. 10
Sic neque pisces alit aqua syncera, sed quæ terræ, aeris, & ignis, simul est parti-
ceps. Proinde ita rerum natura comparatum videmus, vt reliquorum vis & sub-
stantia in terram & aquam penetret, vtq; aer, & ignis inferiora perfundant, vnde
rerum plurimarum exortus fieri conueniret. Itaq; rerum omnium corpora à
primis illis naturis & rerum seminibus deriuantur, alia quidè statim & proxime,
alia longa adeo rerum serie, vt cum multorum corporum ortus intercesse-
rint, incredibile videatur a simplicibus illa naturis defluxisse. Quinetiã eodem
omnium spectat interitus: quia natura rerum obitus conficiens, eo singula re-
fert, vnde fuerunt accepta. Homines cum solutis corporum vinculis è uita exce-
dunt, quantum innati caloris dissipatur, id omnem in vniuersam ignis naturam
reuolat: spiritus substantia partim in igne, partim in aeris regione offusam no-
bis refunditur: profluens humor aqua rursum fit aut halitus, qui tū aquæ, tū aeri
confinis est: solidiores partes quibus crassior inest firmitudo vbi sensim fuerit
aqueus humor exhaustus, tandem dissolutæ in cinerem & terram abeunt. neq;
admodum dissimilis est reliquorum in occasu comparatio.

*Corpora no-
stra interituz
dissolui in
elementa.*

Nam sua cuique locis ex omnibus, omnia plagis.

Corpora distribuuntur: & ad sua secla recedunt.

Humor ad humorem, terreno corpore terra

Crescit, & ignem ignes procedunt, ætheraque æther.

Hoc mirus Hippocrates ante natam omnem philosophiã diuino afflatus elogio 30
omniū primus attigit, promulgans nimirū homine animã agere singula in pro-
pria naturam discedere, atq; in eas naturas resuere, ex quibus vnūquodq; cõsi-
steret. Nã paulo ante aperte cõfecerat hominẽ non posse ex vnica re cõstare, cū
dolore affligeret, sed ex calidi, frigidi, humidi & sicci tẽperatura, quibus vtiq; no-
minib; quatuor ea quæ diximus primordia, nõ solas qualitates cõplexus videt.

*Contra iuniores qui elementorum solas vires, non item substantias in nobis
putant inesse. Cap. V I.*

*Aduersario-
rum ratio-
nes.*

Prima.

Secunda.

Tertia.

Prima

sensu.

VIDEMVS apud multos iuniores puerilem vereque inanem percrebuisse 40
sententiam, qua ij vetere sprete philosophia decreuerunt, non elementorum
substantias, sed qualitates duntaxat in nobis asseruari, Esse calidum, frigidum,
humidum & siccum, ex quibus constamus, non substantiarum, sed qualitatum no-
mina. Nusquam synceras quatuor rerum naturas haberi, mixtionis expertes: sed
neq; eas quæ nos circumfundunt si rei gignendæ adhibeantur, species suas præ-
terea retinere, verum protinus euanescere, quando noua compositi forma ex
permixtione succedit. Quæ tanquam absurda vt funditus euertamus, decet si-
gillatim illa minutatimq; excutere. Ergo calidi, frigidi, humidi, sicciq; appel-
latione, alias qualitates, alias vero corpora quibus inhærescunt, intelliguntur.

Corpora

Corpora vero aut summis hisce qualitatibus excellunt, aut depressis prædita
sunt. Quæ ex depressis constant vario sunt ordine, quandoquidem & panem, &
carnem, & vinum, & piper, aliaq; innumerabilia dicimus esse calida: vt cartila-
ginem, membranam, neruum & os sicca. At quæ qualitatibus excellunt, non ita
sunt multæ sed quatuor omnino, terra, aqua, aer, & ignis, quibus qualitatum exu-
perantiam inesse diximus. Siquis igitur hisce nominibus aliud quam elementa
significet, in tam multiplici rerum varietate perturbatus omnino & cõfusus erit.
Quocirca credibile est celebres authores nominibus his simpliciter pronuncia-
tis ea corpora solum signasse, quæ in suo genere excellerent. Cum ex calidi, fri-
gidi, humidi, sicciq; temperatura omnium corpora constare proditum sit, quis
tam cæcus in contemplandis rebus, est vt qualitates puras animo concipiat? vt
ex qualitatibus constituti corpora asseueret? Quod asserit illi synceras nusquam
haberi elementorum naturas, ridiculum sanè est & dementiæ proximum. Nam
quæ apud nos extant, impura tamen forte sunt omnia, syncera tamen vspiam
esse necesse est, quæ principia sint & veluti fontes à quibus ista fluxerunt. Hæc.n.
norma, hæc regula, hæc præscriptio naturæ, vt omnia ordine quam optimo du-
cat: atqui optimum erat & ornatissimum impura ex puris, imperfecta ex perfe-
ctis quibusdam manare. Potuit autem natura omnia sic efficere quam optima,
& mundi elementa seorsum pura vti & cælum collocare. Quid igitur illa esse
prohibet, si esse possunt? Ad vniuersi medium terra simplex est, grauissimam, sic-
cissima, omnis expertis humoris ad cœli concava interioremq; faciem ignis est
leuissimus & ardentissimus, neque tamen pellucidus, neque perspicuus & illu-
stris vt noster qui fumus quidam est accensus. Et enim tenuissimus ille cum sit,
nihil solidum admixtum habet, non igitur lucere potest, lux quippe non tenuis-
simo, sed denso flagrante corpore effulget. Hac ratione, & quod præterea effectio
omnis ab efficiente quodam sit corporeo, à quibusdam eum neque vrere neque
luculenter calefacere proditum est. Medijs autem spacijs interiecta quæ sunt
extremorum mutationes turbulentas sustinent, quorum communiõne impurio-
sa sunt. Quod si extremorum confusione suam substantiam non exuerunt palã
est isdem exemptis puram simplicemq; substantiam restitui. In summa vero etfi
quæ apud nos extant, vera nõ sunt elementa: quia tamen ijs proxime accedunt
à quibus olim manarunt, par vtrorumque ratio censetur. Illud autè quod aiunt
elementorum formas euanescere, cum in compositione eã concreuerint, quan-
tum obscurat & inquinat omnem philosophiæ splendorem? Idem enim fieri pu-
tant in elementorum permixtione, quod in simplici rerum transmutatione: vbi
recens aliqua forma in subiectam materiam commigrat, pellitur vetus atq; de-
cedit: cæterum dum ex elementorum tẽperatione corpus innouatur, illorum
formæ nihilominus in hoc manent. Adeo vt si illis congregientibus herba na-
scatur, in ea feruentur illorum substantiæ: dumq; rursum herba concoctione in
sanguinem, tandem vero & in carnem mutabitur, licet tum herbe forma inter-
cidat noua nascente, nequaquam tamen elementorum formæ exeunt, sed stabiles
permanebunt quoad vlla compositi ratio constabit, quanuis non vna & per-
petua permixtionis proportione. Sic enim de his statuerunt viri præclarissimi,
primus Hippocrates, qui singula quæ ad gignendum confluerunt, talem vim ait
in corpore retinere qualem contulerunt: & omnia per interitum eo recedere vn-
de sunt accepta: quod fieri neutiquam posset, nisi pristinas illa naturas retinuis-
sent. Huic accedit Aristoteles qui locis compluribus elementum definiens id
maximè vbique solet inculcare, quod cuique composito primū inest, & in quod
vltimum corpora diuiduntur: imo & alio loco palam affirmat in carne atque li-
gno

*Secunda
confusa.*

*Vbi pura
sint elemen-
ta.*

*Tertia
confusa.*

*Quo distet
generatio a
perstitione.*

*Elemento-
rum substã-
tias atque
formas in
mixtione ser-
uari.
Lib. de natu-
rabu.*

*5. Metaph.
3. de cœ-
cap. 3.*

gno alijsq; similibus ignem atque terram facultate (& vt dicere solent) potentia inesse, hæcque ex illis manifeste segregari. Quod si illorum substantiæ occidissent, qui fieri posset vt demum seiuingerentur? Hæc sanè portentosa fuerat opinio, qua dum iuniores veterem philosophorum disciplinam permissionisq; rationem assequi minime valuerunt, ab illorum sententijs temere defecerunt. Ne quis igitur vnquam huiusmodi captiosa probabilitate fallatur, latius exponenda videtur tota permissionis vis atque ratio.

De elementorum permissione diligentior inquisitio. Cap. VII.

PERMISSIONI aptissima sunt ea corpora quæcunq; in exiguas tenuesq; portiones facile dirimuntur, qualia sunt mollia, tenera, fragilia, liquida, subtilia: è diuerso autem dura, firma, solida, arida, crassa, omnium minime permissio ni cedunt. Neque vero fieri potest vt illa vere misceantur, nisi contrarijs inter se pugnantibus, per quas pariter agentia atque patientia mutationes conuersionesq; subeant: nam neque candorem lineæ, neque medendi scientiam corpori permisceri putamus. Quæ igitur contraria sunt & in communi materia pugnantibus qualitates acceperunt, si dirimi facile secariq; possunt, ea rû substantia tum qualitatibus ad permissionem sunt accommodata. Mixture efficiet, dum paribus quodammodo portionibus infusa temperataq; coibit. Tum enim mutua vi & effectione pugnantium qualitatum, sic illorum substantiæ totæ franguntur comminuanturq; , sic & qualitates omnino temperatione confusæ se retundent, vt illa demum neque substantias, neque qualitates puras seruent & integras. Hæc quidem nequaquam dissipatæ aut extinctæ oblescunt, sed repressa duntaxat exuperantia ad moderationem medicoritateq; referuntur. Hinc corpus vnum prodit consimile, quod re ipsa simpliciter vnicum iam est: nam contraria quæ in permissionem venerant non energia, id est efficacia vel actus, sed potentia duntaxat supersunt & manent. Ad hunc igitur modum perfecte fit mixtio, quæ est diuersorum in vnum atque idem concretio. Aqua aquæ, aut vinum vino simili infusum non permiscetur. Nam licet substantiarum quædam sit in totum perfusio, hæc tamen integra manent non hebetata, quod enim contraria non essent nequaquam seipsa mutauerunt. Neque si milij & finapis grana: aut etiam adamantem, saphyrum, & margaritam planè leuia facta contrarijsq; confuderis, aliam permissionem induxeris, quam quæ apprehenditur à sensu, quæ potius collocatio quædam est & quædam exiguarum partium compositio. Rursum si lana aut spongia oleo humoreve quopiam perfunditur, tamen non sensu modo, sed reapse confusa sunt illa, nihilq; re vera sit vel minimum spongiæ quod humorem conspersum nõ madeat, quia tamen in vnum atque idè illa non concurrunt, sed suas ipsa naturas seorsum retinent illasas naturali permissione vacant. Imo si quatuor elementorû substantiæ optime confusæ cohærescant nisi pugnantibus vi & potestate rerum retundantur temperanturq; , in vnum minime coalescent. Quod cum Empedocles affirmasset elemèta exiguarum partium appositu solo permisceri, id iuste Aristoteles argumentis incessiuit. Ergo ijs legibus quas ante dixi obseruatis, diuersorum fiet in vnum cõcretio, & præterea si viribus quodammodo paribus illa concurrant: nam tametsi reliqua consentiunt, si desit hoc postremum, mixtio vtique non erit, sed procreatio. Cum enim contrariorum vires præter modum impares sunt, quod minus est & imbecillius, ab ampliore & potentiore victum perimitur, in illiusq; naturam facessit. Neq; enim amphoram aquæ mille amphoris vini, neque lignum igni, neque alimen-

tum corpori permisceri dicimus, sed illa occumbere, noua autem oriri. Nisi igitur quæ in temperationem trahuntur permaneant & consistant, nõ erit vlla conmixtio, sed aliquo pereunte gignetur aliud, Vnde planum sit, aliud esse misceere aliud gignere, aliud permissionem, aliud ortum, & eam opinionem non posse defendi, quæ elementorum substantias perire, solasque qualitates in mixture retineri arbitrat.

Vtrum elementorum substantiæ, an qualitates solæ totis totæ perfundantur. Cap. VIII.

10 QVANDO igitur mistorum elementorum substantias in cõcretione haberi perspicuum iam est, inuestigatione dignum videtur, vt illorû apta fiat adhesio mutuaq; complexio. Corporum substantias totas totis commisceri ac penetrare in sese penetrare, multi ex Plotino opinati sunt. Qui cum viderent sudores è cute nostra emanare, neq; illam perfodi vel secari; rursum lanam aqua perfusam permeare totam, affirmare non dubitauerunt totum corpus in mixture per aliud totum penitus induci, ipsumq; quoquoersum subire, materiam materiæ iniici, molemq; moli. Etenim aquæ materiam in lana esse dixerunt, nõ quibusdam modo inanibus spacijs conclusam, sed per totam illius substantiam fusciam: tota enim madet, nec vlla pars eius expers est humoris. Ad hunc modum nõ solum quatuor elementorum qualitates, sed eorum quoque substantias permisceri in compositione partium similiarum prodiderunt. At vero ista qui possint sibi constare, concipere arduum est, & supra captum cogitationis. Dum in corporibus macerandis humor solidioris substantiam peruadit, manifestum est & apud omnes in cõfesso, maiorem toti molem accedere. Nam & lana madefacta occupat locum amplioiorem. Quod si est, necessarium consequitur, aliam alio situ collocari materiam. In quibus vero nõ amplior videtur moles euadere, ceu liquore perfusis cineribus, aut cuticula sudante, necesse è quos vocant poros & angustas vias latere, in quibus aer, aut spiritus tenuior, aut aliqua materia cum esset, exhalat, cedensq; liquori ingressum præbet. Si enim nullum interuallum medium intercipitur, quomodo fieri posse credemus, vt in solidum & vndique inaccessum aliud corpus penetret, nisi sectiones vtrinque fiant, quæ demum transitus sit? Atqui si hoc modo corporum substantiæ totis immiscerentur, fit saltem illorum ad vique minima diuisio, sic vt huius minimum corpusculû, illius minimam particulam cõtingat: id certe in dignum philosophiam videri solet, credere aliquid esse in rerum natura minimû, quod diuidi nequeat. Omne quidem corpus sectione infinitum est, neque ad extremum & indiuiduum perducipotesse diuidendo. Quæ etiam si illuc veniri potest, continua fractione comminutioneq; facta, corporum substantiæ in sectiones absumentur, & tanquam in nihilum redactæ se mutuo destruent. Ad postremum vero cum exiguum quidè permiscetur maiori corpori, quomodo vique adeo distendi aut secari poterit, vt per vniuersum maius se diffundat, & cuiq; indiuiduo huius aliud indiuiduû minoris accedat? Fieri igitur non potest, sed ne intelligi quidem vt corporum substantiæ mutuo se penetrent, & eodem prorsum situ constitutæ sint & collocatæ: nec fieri potest vt in amplioiorem molem diffusæ per minimas sectiones confertæ colligentur. Rationes istæ fortasse Auerrhoide eo necessitatis adegerunt, vt non commentitium quiddam modo, sed somnio quoque simillimû adferret: qui vt hanc substantiarum permissionem tueretur, elementorum formas a perfectarum substantiarum dignitate & vniuerso genere detorsit, vt non in qualitates,

Quæ corpora permisceri possunt.

Paria quodammodo esse debent.

Mixtio quid Definitionis explicatio.

Rationes eorum qui putant corporis substantias totis totas permisceri.

Consu. I.

Secunda.

Tertia.

Auerrhoide signum.

tes, sed in medium quoddam & inauditum genus transferret. Illas quidem in-
tendi posse & remitti per eandem materiam æquabiliter fusas, qualitatum com-
paratione & exemplo pariter exporrigi. Cuius opinio leuitas alio loco a no-
bis refutata, fusioem hic disputationem non desiderat. Quocirca missis lubri-
carum opinionum fluctibus atque iactationibus, in tutum & tranquillum por-
tum nos recipiamus. Elementorum substantias mistio totis totas non inferit,
sed qualitates duntaxat miscet atque confundit, vt per totius compositi mole
æquabiliter sint fuse. Primum enim quatuor illæ mundi simplices naturæ dum
paribus quodammodo viribus confluunt, in exiguas non autem quam minimas
portiones se desrahunt, eoque se ordine componunt, vt quæque tandem alterius
diuersiq; generis cuiuspiam cohærescat, nihilq; sensu notari possit quod non ex
quatuor earum portionibus constet. Hoc posito exiguarum portiones, suam formã,
quam ante permissionem, integram quæque retinent: neque enim intensioem
neque remissionem substantiæ ferunt. At vero elementorum qualitates contra-
riæ totis totæ se permiscunt, & mutua quadam pugnantia sese vi cissim ad mo-
derationem quandam redigunt, fitq; illarum confusione temperameti quoddã
similare genus per vniuersam compositi molem diffusum. Quanquam igitur
substantiæ καθ' ὄλον temperari nequeunt, sed duntaxat continua appositione
connecti: qualitatum tamen consummata est permistio. Quumq; hæc absoluta

Elemento-
rum solas
qualitates
per totas mi-
sceri.
Mistionis ra-
tio.

Quod mi-
stum est, sim-
plex id esse.
Elemento-
rum substã-
tiæ quãvis
in mistione
seruantur,
potestate ta-
men duntax-
at insunt.

Totius spe-
cies unicui-
que vel mi-
nime parti-
culæ commu-
nis est.
Duæ formæ
eidẽ insunt
partii, una
ut prepara-
tio altera ut
perfectio.

fuerit, temperamentum accedit æquabiliter toti conspersum, & noua protinus
forma inducitur: ac tum vere efficitur diuersorum in vnum atq; idem cõcretio.
Quoniam enim à forma & eius vi totum subsistit, cõsentaneum est id ipsum ab-
vnicã & consimili, vnũ simplexq; fieri. Quæ porò in hoc genito simplici corpo-
re manent exiguarum elementorum portiones, suis quidem formis integræ substã-
stant, non tamen liberæ aut sui iuris, sed implicitæ, vinctæ, & quasi interceptæ
mutua qualitatum pugnantia, atque etiam dignioris forme præsentia. Vnde
pristinæ sibiq; inditas vires expromere non valent, neq; ignis vrere, neq; aqua
impedio refrigerare. Solum igitur potestate iusunt: atq; sic vt cum temperamẽ-
to per obitum dissoluto ad se redibunt, partesq; proprijs elementis reddentur
atque restituentur vniuersitati, nullius imperio obstrictæ in libertatem vindicentur
resumantq; pristinas vires in hunc modum mistæ temperatæq; elemen-
torum portiones, materia fit totius simplici formæ substrata. Hæc autem forma
seu perfectio sui vbique, persimilis est adeo, vt non modo particulæ quæ sub aspe-
ctum recidunt, & quæ ex tenuibus elementorũ portionibus constant, sed & ipsa
elementorum fragmenta, quæ seorsum non alijs permistis substantijs intelligi-
mus, totius speciem gerat. Mistum enim iam est horum vnumquodque, totiusq;
temperamentum accepit: nihil igitur prohibet quominus compositi totius spe-
cies immigret in omnia. Neq; vero flagitium est fateri duabus illa formis orna-
ri, quarum vna actu præsentiq; imperio, altera ad tempus abrogata & antiqua-
ta, potestate duntaxat infideat. Ergo quæ fuerant olim diuersa, ignis, aer, aqua,
& terra, nunc in similis corporis compositionem dum confluunt, eandem simi-
litudinem speciemq; gerunt, omniumq; fit in vnum atque idem concretio. Hæc
fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima disputationis excursio, quæ simpli-
ces rerum naturas perscquuta sic coegit, vt in ὁμοιομερῶν compositionem conie-
cerit omnes ac illigauerit.

Libri secundi de Elementis.

F I N I S .

DE TEMPERAMENTIS
LIBER TERTIVS.



Quid temperamentum, vtiq; id perperam definiuit Auicennas.
Cap. Primo.



LEMENTORVM confinio proxime iun-
cta est atque connexa temperamenti pro-
prietas, quæ quodammodo propago & so-
boles permissionis est. In hac cognoscen-
da atque tractanda rerum continuata se-
ries expostulat, vt ab elementorum vi &
natura rursus exordiamur, & ab ea ma-
xime qua modo ac planè paulo ante de-
stitimus. Simples mundi naturæ quo
in permissione integræ & incolumes ser-
uarentur, & ne si pauca multis aut parua
magnis componerentur, debiliorum oc-
casu ea quibus multum esset roboris ac
virtutis potius accrescerent quàm per-
funderentur, æquales quodammodo esse debuissent. Hanc æquabilitatem non
magnitudine molis, non pondere metiri licet, quod terræ quàm cæterorum ele-
mentorum vberior est in nobis copia: sed potestatis vi & efficientia, cui omnia
planè accepta referuntur. Vis autem ea atque facultas non nisi efficientium &
principum qualitatum quæ in mistis elementis sunt, obseruatione æstimatur.
Hæc perraro vsque quæque, sapius quodammodo pares confluunt, nempe medio-
critate quadam, quæ nõ vtique indiuidua, verum latitudine definita limitibus
coerectur, in quorum ambitu mistio contineatur: hos autem vltra citraq; interi-
tus est atque dissipatio. Quæ igitur intra mediocritatis huius limites incidit
principum qualitatum concursio, vt mistionem sic & continuo temperamentũ
progignit. Est autem temperamentum, non ipsa mistio, sed mistionis ratio. Po-
terit & id earum quæ in mistis elemētis sunt principum qualitatum harmonia
& concertus definiri. Vt in cantu & fidibus soni longis locorum interuallis di-
tracti, aut coniuncti quidem, sed dispares & non pro rata portione distincti, cõ-
centum haud quaquam efficiunt, nisi primi cum vltimis temperati, & medij
vtrisque respondentis æquabiliter dulci sono aures compleant: ita neq; diuiso-
rum elementorum qualitates, neque coeuntes illæ quidem temperamentum
efficient, nisi moderata & concordia quadam mediocritate sese nutuo comple-
stantur. Non igitur ipsa rerum primordia per se & absolute perperna tempera-
mentum sunt: neque illorum mistio, sed mistorum comparatio. Tamen si re ipsa
& subiecto finitima sunt & plurimum consentiunt elementorum mistio & eo-
rum proportio, rationibus tamen illa disuncta sunt. Non desunt qui tempera-
mentum à mistione hoc discrimine seiungunt, quod hæc maxime elementorũ
propria sit, illud vero qualitatum. Nos autem illa tametsi quòdam ordine se cõ-

Principum
qualitatum
in mistione
comparatio.

Temperamẽ-
tum quid.

Quo discet
temperamen-
tum à mi-
stione.

L sequi

Temperamentum non est ex solis qualitatibus.

sequi videmus, sic tamen iuncta sunt, ut neque mistio citra efficiētium qualitatum opem, neque sine elementorum omnium substantia temperamentum induci possit. Non enim si quis aquam & ignem paribus quodammodo portionibus coire statuat & coalescere, mutuaq; repugnātium qualitatum vi temperationē quandam inferri ea protinus temperamenti rationem subeat, ut neque ex duobus illis facta perfusio, exacta mistio censetur. Perfectum enim non est, sed inchoatum atque manens, quod ex duorum triumve duntaxat elementorum connectione fit: cuiusmodi est plurimum genus eorum, quæ ex sublimi deturbatur, *μετεωρα* Græci vocant. Quocirca temperamentum concentum quidam est quatuor principum qualitatum, ex omnium elementorum permissione. Hanc tem-

Auicennam male desinisse se temperamentum.

peramenti rationem cum minime perspiceret, nec satis animo complecteretur Auicennas sub absurdam commentus est definitionem: qua primarum qualitatum esse ctione mutua, quintam qualitatem eamq; simplicem emergere confirmat, quæ una superflua reliquis in congressu percuntibus, omnium vires potestate complet, easq; quasi suo sinu complexuq; recipit. Id autem quam ablonū sit quamq; secum pugnet hoc in primis patefacit, quod fieri nequit ut omnes per actionem qualitates dissolutæ evanescant, neque non ea tandem superet, quæ validior cū esset conflictus principia dedit. Sed esto, donemus hoc exorto temperamento omnes illas perisse: quænam tum restabit ingenito corpore contrariorum repugnantia? Si plura illi non insident atque ea contraria, qui fiet temperamenti per singulas etates cōversio? Quæ insita erit illi causa morbi, senij, vel interitus? Adde quod neque dum corpus dissolutione occidet, poterunt simplices naturæ in vniuersitatē recurrere suis instructæ qualitatibus. Illas enim vnde sibi resument, quæ iam dissipatæ in composito non manent? Itaq; nouam illam qualitatem pro temperamento inuehere, cum vanitas quædam sit opinio nis, quæ multorum animos imbecilles diu multumq; vexauit, nos clarissimorū philosophorum imitatione, vi elementorum substantias, sic omnino & qualitates in composito teneri fatemur, ex harumque perfusione & concentu temperamentum consistere.

Primaria.

Secunda.

Tertia.

Quarta.
Quinta.

Contraria in idem confluere, & vnde singulorum vires æstimentur. Cap. I. I.

Contra Auerrhoidem.

QUAM illæ varie comparari soleant æstimari certo non antè potest, quam sigillatim cuiusque vires quantæ sint expenderit. Auerrhois ut est in omnes ferè contumeliosus, sic & Galenum erroris falso insimulauit, quod summas elementorum qualitates in temperatione haberi censuerit. Hæc dum paucis immutatis: corrigere vult, omnia deprauasse videri potest, qui tum species, tum qualitates elementorum ad mediocrem quiddam in concretione retundi reprimiq; putat. In illa formarum remissione quantum sit lapsus, perpensum a nobis alio loco est. Nunc vero si qualitates summas in cōfusione quandam adductas, ait sese mutuo posse ad mediocritatem deducere, cur non similiter sese prorsus interrimunt? Sunt sanè media hæc vti & summa inter sese contraria. Scio opinionationem quandam apud neotericos peruulgatam esse, qua illi insistant atq; virgēt summo cum studio, contrarias qualitates remissis quidem gradibus conuenienter congruenterq; concurrere, summas vero haud quaquam posse: neque tamen vlla in id probabilitate se muniunt. Si enim repressæ qualitates peræque inter se pugnant ac summae, neque modo extremis extrema, sed & media mediis aduersantur, cur ex quàm summae potius in idem cohibunt? Quemadmodum calor numeris quatuor definitus, & frigus pari recessu constitutum, cum miscen-

Dialogorum lib. I.

Ratio. I.

Secunda.

Tertia.

tur teporem ingenerant, sic prorsus accidere compertum est, si extremis illa numeris concurrant. Nam aqua quæ ex feruentissima & æque gelida paribus portionibus permisceatur, mox tepescit, ac si ex mediocribus temperaretur. Quis enim eo impudentie veniat, ut in eo tepore extrema derepente aboleri dicat? Nonne palam confirmat Aristoteles media extremorum copulatione congressuq; nasci, hocq; vno a priuantibus, quæ *επιτημια* dicit diffidere? Nihil aliud teporem esse iudices, quam calidi frigidique pari portione confusionem. Ergo si summas elementorum qualitates in permissionem & temperamentū coire Galeni fert opinio, non illa iacet suis patrocinijs destituta: sed præter commemoratas hac se fulcit sustinetq; ratione, quod æquales quodammodo esse cum debeant, nō magnopere sese valent commutare atque infringere: quocirca permant quales ferè puris simplicibusq; elementis infidebant, hoc tantum discrimine, quod nunc per totas confusæ eandem communemq; materiam obsident. Quod ab Aristotele scriptum videmus, summas in permissione qualitates summam vim concursu adimere, & adusque moderationem quandam reprimere de viribus id omnino accipiendum nobis est. Nam qualitates tametsi nullo modo repressæ sunt, contrariam tamen perfusione quasi vincitæ inhibentur, ne suas summas vires exhibeant: hinc virium acumina exuperantiasq; retudisse perhibentur. Ita contraria eodem subiecto contineri insciamur, idecirco sanè quod simul illa vna eademq; sede dominari & excellere nequeunt, neque quicquam possit a contrariorum utroque nomen obtinere, sed ab eo duntaxat cuius vis præstat atque vincit. Vbi longo intervallo impares concurrunt qualitates, addubitare non licet mox a præcellente infirmiorē obliterari, nec continenter esse vno & eodem statu. Quinetiam quæ in permissionem & temperamentum veniunt, quodammodo pares, etiam si per initia non luculenter se vicissim demonstrant; diuturnitate tamen & dierum numero, disparili proportione enadunt. Sic per ætates temperamentorum incidit conuersio, sic morborum, sic senij & occasus ingenitam nobis causam circumferimus. Hactenus Auerrhois cauillatio efficit, ut in hæc si non præter rē, longiuscula tamen oratione diuerterim.

30 Sed quàm commentitia fuerit & inutilis illius contentio inde perspicitur, quod siue summas in permissione qualitates, siue illarum duntaxat dimidia manere statuamus, eadem utrobique proportio constabit, idemq; temperamentum: nā quacunque proportione fuerint integra, eadem erunt & illorum (ut ita dicam) medietates. Sed labor fortasse lōgius, eo reuertar vnde huc declinauit oratio. Quæ in misto corpore ne sunt elementa, neque suæ molis pondere, neq; qualitatū ordine siue gradu, ut qui omnibus summus inest, sed virium comparatione temperamenti speciem proferunt. Vires autem qualitatis ordinē eiusq; in substantia molem, neutrum vero seorsum consequuntur, sed ex vtrisq; spectantur & consistunt. Qui enim in pusillo igne inest calor, eodē ordine atq; qui in ampliore consistit: minus tamen calefacit, quia non parem molem obtinet. Contra autem ignitum candensq; ferrum tametsi depressoere quam flāma est calore, vehementius tamen & acerbius vrit quoniam densa multaq; substantia præditum est. Neque igitur qui intensus est calor, id statim acris calefacit, quam cui depressoer est: neque quod fufum & ampliorē consequuntur est calorem, id impensius calefacit, quam cui in angustum est coercitus, sed vtrinque virium ut dixi robor æstimandum. Id autem cum animo & cogitatione completi difficile atque arduum videretur, medici iuxta ac philosophi sensibus tanquam incorruptis & integris iudicibus confirmandum duxerunt, omnium vires ex efficientia & operibus tacto conuenienter æstimantes.

Quarta.

Elementa in missione summas qualitates retinent.

Arist. expo sitio.

Quomodo contraria ei demon insum.

Quacunque concurrunt in misto qualitates sese tandem attrunt.

Semi & inuicem causata.

Quinta rō.

Temperamentum est ex uiuum comparatione. Vires a duobus æstimantur.

Vires effectū cognoscit.

Temperamentorum differentia quot qualesq; sint. Cap. III.

Temperies. H V N C in modum separatim examinata vires, si deinde in communionem & societatem relatæ comparantur, temperamentorum differentias ostendent. Quatuor naturarum cum æquales vires in vnum coierint, vt calidi, frigidi, humidi sicciq; pares sint portiones, temperies illa conficietur, quæ temperatum iustumq; temperamentum dixerit, cæterorum legem & regulam. Quodcunque autem ab hoc desciscit, & disparibus inter se elementorum viribus continetur, intemperatum immoderatumq; appelletur & imperies. In ea dispari copulatione necesse est omnino, aut vnum reliquis tribus excellat, aut ad summum duo, tria nuncquam possunt. Cum igitur quatuor sint ea, ex quibus temperamentum absolute conficitur, singulorum expuratione simplices quatuor creantur temperaturæ: calida quidē in qua calor frigori antecellit, humoris autem & siccitatis æqualitas est; frigida in qua frigus vincit atque dominatur: humida cuius humor primas obtinet; sicca vbi humore siccitas potentior est, paribus ijs quæ in altera oppositione sunt contrarijs. Quatuor sunt & coniugata temperaturæ quæ duorum simplicium exuperantia processerunt seq; extulerunt. Nam duæ cum sint oppositiones limitibus quatuor conclusæ, neq; vnus vtraque possit extremitas principatum obtinere, sit necessario vt non plures duabus excellat. Eodem rationis momento fit, vt quantum sex numerando percenseantur coniugationes, illarum tamen quatuor duntaxat possint natura consistere. Hæ sunt calida & humida, calida & sicca, frigida & humida, frigida & sicca: quas coniugatas quatuor temperaturas aut compositas appellant. Nouē igitur sunt temperamentorum genera, quæ permissionis differentias & proprietates consequuntur: vnum temperatissimum, quod paribus omnium conflatum portionibus extremorum medium possedit. Intemperata octo: simplicia quatuor totidem composita. Temperatissimum quod est indiuiduum & omnis expertis latitudinis quasi punctum intelligitur: cetera quæ ab hoc recesserunt, longe lateq; fusa sunt: neque enim quæ calida dicimus, omnia pari à mediocritate interuallo distant, neq; aut frigida, aut humida, aut sicca, vno eodemq; omnia sunt ordine. In compositis porro euincetium qualitatum aut par est recessus, aut alias alia antecellit. Etenim calidum siccumq; appellamus, siue illa pari sunt ordine, siue calidum siccum præstat, siue contra siccum calido. Vnde intelligitur octo cum sint imparia temperamenta, vniuscuiusque tamen ex maiore minoreq; recessu innumerabilia fieri discrimina, ex quorum proprietatibus tum similitum partium, tum infinitæ corporum naturæ, & proprietates consurgunt atque constant.

Hoc præclare Lucretius poemate cecinisse visus est.

Debent nimirum non omnibus omnia prorsum
Esse pari filo. Et rursus:
Semina multimodis in rebus mista tenentur.
Constituunt eadem fruges, arbuta animantes.
Verum alijs aliq; modo commista.

Si affines in permissione qualitates erunt, constans diuturnumq; temperamentum fiet: sin discordes inconstans prorsusq; mutabile. Quod mediocre definiuimus id (quia in summa rerum æqualitate, vix vlla potest aliam vincere atq; dissipare) omnium diutissime spectem suam tuetur & sustinet, idq; tum à se, tum ab externis causis minus afficitur: deinde quæcunque illi confinia & finitima sunt: quæ autem ab illo abscesserunt & longiore interuallo disincta sunt, celerius intercidunt atq; dissoluuntur. Calidum humidumq; omnium minimum statu suo permanet (quanquam fortasse id vnum præter cætera in plurimos

Temperies.

Intemperies
quid.

Simplicia
quatuor tem
peramenta
quatuor.

Coniugata
temperamē
ta quatuor.

Innumerat
esse particu
lares tempe
ramentorum
differentias.

Lib. 2.

Lib. 4.

Lib. 1.

annos vitam perducit) adeo vt ne constare quidem ipsum posse multi sint opinati: cum enim assidue nulloque puncto temporis intermisso humor vi caloris dissipetur, pro calido humidoque temperamento, breui tempore calidum simpliciter irrepit: hoc deinde in calidum siccumque traducetur. Sub hæc verodum absumpto exhaustoque humore, calor alimento fomentoq; destitutus senfim læguescet, sic cum absolute succedet: ab hoc vero cum iam calor plurimum dissipatus atque fufus extabuierit, siccum & frigidum, quod omnium vere postremum statuitur.

Quid iustitia, quid pondere temperatum, utrunque in rerum natura
vere subsistere. Cap. IIII.

SIMPLICIA quæ diximus quatuor rerum initia, omnium quas mundus habet substantiarum extrema summe contraria tenent: horum in medio collocata sunt reliqua eorum quæ gignuntur intereuntque corpora, & animalium & stirpium & inanimorum omnium. Quodcunque medium ad unguem obtinebit extremorum, exacta æqualitate permittisque paribus viribus concretum, id *ἁκράτο*, id est bene temperatum appellatur: quod ipsum & in vniuersa substantia vere ac prorsus pondereque (vt dicere solent) medium habetur. At vero si in toto vel corporum, vel viuientium, vel animalium genere, vel in vniuscuiusque animalis specie extrema sint constituta, extra quæ nihil possit illiusmodi consistere: totius comprehensæ latitudinis medium quiddam mente compectemur, quod quia ab extremis illis pari abest interuallo, & *ἁκράτο*, id est bene temperatum, & *σύμμετρον*, id est consentaneum atque moderatum dicitur: non quidem simpliciter, sed in suo genere vel specie. Id quasi iustitiæ ritum temperatum omnino est, quod generis sui decoram illam & consentaneam æqualitatem est adeptum qua tanquam numeris omnibus & partibus absolutum, salubriter, integre & naturæ suæ congruenter se gerit omnibusque muniis ad quæ natura sua ducitur, incorrupte fungitur. Alia autem inanimorum, alia stirpium mediocritas, alia animantium: & in animantibus, alia rursus hominis, alia leonis, alia equi, alia canis. Neque leo temperatus eodem est temperamento atq; homo temperatus. Iam vero quia intemperatum id dicere mos est quod à mediocri medioque discessit, sicut sanè huius vt & temperati complures differentia Leonem verbi gratia designare licet in specie sua frigidum, qui tamen in animalium atque in vniuersæ substantiæ genere, imo fortasse & alteri se frigidiori collatus, calidus sit. Hunc substantiam quidem calidam, & animal calidum, at vero leonem frigidum esse quis recte dixerit: alias simpliciter, alias comparate pronuntians. Quod enim ab vniuersæ substantiæ medio recessit, id simpliciter intemperatum est, parem non obtinens extremorum portionem. At comparate vel genus generi cõfertur, quomodo animal calidius, stirps frigidior est: vel speciei species sicque leo calidus, homo autem frigidus est: vel singula singulis, quæ aut eodem sunt genere, aut in diuersis. Comparate autem contraria de eodem enuntiarum nihil prohibet, cum sit homo leoni comparatus frigidus, formicæ vero calidus. Tot igitur modis & temperati & intemperati notiones vsurpare consueverunt. Quibus qui inuolutas ambiguitates non distinguunt, eos necesse est in salebras incidere operosissq; nexibus implicari. Quod iustitia temperatum appellant, id omnium medicorum firmatum est consensu, qui illud in omni tum genere, tum specie inueniri non dubitant. At vero quod vere & quasi pondere temperatum intelligitur, nec haberi, nec in rerum naturæ ordinem

Temperatum ad pondus quid.
Temperatum ad iustitiam.

Temperatum multiplex.

Temperatum multipliciter.

Contra eos qui negant temperatum ad pondus.

ræ ordinem (tanquam sint repugnantia) admitti posse, contentione decertant Auicennas, Auerrhois, & quicumque in Arabum familiam se tradiderunt. Fieri enim non posse existimant, ut ex paribus contrariorum viribus mixtum quipiam emergat, quod nulla actio, nulla ad moderationem repressio illorum concursu obtingat. Hinc Auicennæ temperamentum (qualitas nimirum quinta ex elementorum confusione recens nata) fieri nullum potest vsquequaque & sine vlla exceptione medium, sed id necesse est in extremorum aliquod esse propensius. Cæterum multo aliter res habet. Nam si elementorum summæ qualitates ut & substantiæ in permissione non pereunt, sed afferuatæ temperamentum constituunt: nihil prohibet æquis illas portionibus mistas, exquisitè temperatum proferre, quod in proportionibus situm est æquabilitate. Licet enim in illa æquabilitate non tanta sit mutua qualitarum actio, quæ vel abolitionem vel repressionem contrariorum molitur: tanta tamen est ut paria contraria possit confundere ac vere permiscere in vnum temperamentum: minus enim viriū & inæqualitatis contrariorum temperatio desiderat, quam illorum dissolutio atque occasus. Ergo perfecte & æquo pondere temperatum in natura rerum haberi, tum per hæc palam fit & apertum, tum etiam quod dum ex frigido humidoq; temperamentum in calidum siccumq; quiddam abit, necesse est per hæc deduci mediocritatem. Ea autem vbinam & quomodo subsistat, in conspectu atque oculis omnium mox erit, ut internoscendi temperamenti summam rationem attingere.

Hominis tactum, discernendi temperamentum legem esse & iudicem.
Cap. V.

Elementorum in mixtis portionibus ratione cognosci nequeunt. Sensu quodammodo noscuntur. Sensuum præstantia.

QUISQUIS compositi corporis temperamentum ex insertis elementorum portionibus æstimare volet, cognitionem multis obstructam difficultatibus & à rebus obscuris petitam suscipiet, occultæ enim sunt & penitus abdita simplicium vires, adeo ut iudicij nostri infirmitas, quanta sit cuiusque in concretis portio, inuenire se posse diffidat. Horum igitur si quid certum reddi potest, id non nisi sensuum beneficio comparandum, per quos notiones rerum in animis imprimuntur. Quicquid enim animo cernimus, id omne originem trahit à sensibus. Quemadmodum colores internoscimus consuetudine oculorum, & de odoribus iudicaturi olfactui fidem habemus, sic opinor & de principibus qualitatibus quæ sub tactum recidunt, non est tactui fides abroganda, sed cuiq; sensui sui de his quæ perceperit & de propria obiecta re iudicatu, tanquam exploratori & vero nuncio credendum. Siquis forte spreta fideli sensuum constantia & auctoritate, omnium quæ obiectantur demonstrationes requirit quibus colorem album esse, coruum nigrum, ignem calidum, glaciem frigidam sibi persuadeat, is profecto desperata cognitione certi omnia in suspicionem & ignorantiam trahet.

Lucr. li. i.

Quid referemus enim quod nobis certius ipsis
Sensibus esse potest, quo vera ac falsa notemus.

Sublatis sensibus, qui quasi fundamenta quædam sunt scientiarum, nihil iam quicquam relinquetur, unde sumi possit demonstrationis exordium.

Idem eodem l. v.

Inuenies primis ab sensibus esse creatam
Noticiam veri, neque sensus posse refelli,

Idem lib. 4.

Qui nisi sint veri, ratio quoque falsa sit omnis.

Qui igitur sint illorum iudicia tanquã communes animi notiones Geometricis

tris appellatæ, si quid illis ad demonstrationem præponetur, iam omnis doctrinæ ratio in confusam perturbationem acta concidet, atque ex posterioribus superiora necessario concitentur. Ergo quod *επεξετα* id est re ipsa, aut quod dicere solent, actu calidum, frigidum, siccumve est, id tactu liceat internoscere, non leonis quidem aut equi, aut canis, sed solius hominis tactu, qui tum dignitate tum temperamenti mediocritate cæteris antecellit. Qui enim cani aut asino potius quam homini animantium prudentissimo ac sapientissimo discernendi scientiam deferret, præterquam quod ridiculus habetur, rerum cognitione nobis adimit, asinus vero largitur, a quibus nunquam possumus erudiri. An (ut inquit Tullius) dum bestiarum loquantur expectamus, hominum consentiente auctoritate contenti non sumus? Ne quis igitur angustos sensus nostros reddat, aut nos omni rerum cognitione priuet, hominis prudentiæ præstantiq; naturæ tactus temperiem committemus, quæ reliquorum omnium lex sit & regula. Atq; eius potissimum hominis qui optimi sit habitus, quique omnium iudicio temperatus, si non omnino, at certe quasi iustitia quadam censeatur. Is itaq; quod omnium quæ sub sensum veniunt calidissimum est, velut ignem aut aquam quæ ad summum ferueat calidissimum quoque decernet: aut glaciem frigidissimam & quod paribus illorum modis dimensionibusq; persulum componetur, id ut in medio extremorum situm, sic in calore & frigore temperatum pronuntiabit, neque si manum in id demittat, inde quicquam afficietur aut sentiet. Rursum terram vel cinerem, vel tale quippiam quod planè sit aridum, si pari aquæ modo conspergatur, ut humidis siccisq; vere medium obtineat, id demum tangens atq; utcumque temperati tactum illis esse persimilem, esseq; hunc vere mediū omnis exuperantiæ, calidi, frigidi, humidi, & sicci. Is autem cum per totam cutem æqualiter fusus sit, quæ rerum externarum appulsus sentiat: palam sit hanc quoq; omnium extremorum vere mediam haberi, & omnis superlacionis expertem, eam præsertim quæ manum integit, maximeq; summos digitos. Quocirca huic recte internoscendorum temperamentorum æqua æstimatio regulæq; cognitio nis & iudicij defertur, si modo ab his quæ extrinsecus occurrunt, ut à calore, ut à frigore nihilo sit conuersa, neque vllam commutationem acceperit, neq; vti fossoribus callo sit obducta. Quæ enim sic affecta erit, improba & iniqua æstimatione in errorem inducet. ita quidem monente Lucretio.

Denique ut in fabrica si praua est regula prima,
Normaq; si fallax rectis regionibus exit,
Omnia mendose fieri atque obstipa necessum est:
Prava, cubantia, prona, supina, atque absona recta,
Prodita iudicij fallacibus omnia primis.

Quocirca in iudicium & tactus æstimationem cutis adhibenda est, quæ talis omnino persistiterit, qualem natura eam conformauit: nam & mox erit manifestius ex sua illam compositione temperiem accepisse.

De singularum partium corporis humani temperatura. Cap. VI.

Primum tactus æstimatione, sic rursus substantia & compositione, partium corporis humani temperamenta noscuntur. Sanguis totus natura calidus est, ex hoc caro tota ferme condita est, quæ idcirco compositionis partium tanquam lex quædam nobis esse potest. Cernuntur & in nobis quædam vsque eo frigida, ut nemo ea possit in dubium & controuersiam adducere, quod genus sunt ossa,

Hominis tactum iudicem esse temperamentorum.

Hominis temperatum esse medium in vniuersa substantia.

Hominis tactum & cutem medium tenere vniuersæ substantiæ. Curis lex & regula temperamentorum.

Libro 4.

*Compositio-
ne & ortu
calidæ par-
tes frigidæ.*

ossa, cartilagine, & exanguia omnia, quæ tanto sunt frigidiora quanto minus sanguinis & carnis adepta sunt. Inter vtraque planè medium quiddam est cutis, ex ambobus æque permixtis constituta, tanquam sanguine & carne præditus nervus. Constat enim ex carne molli, & nervo duro: ac proinde duri mollisq; & humidi sicciq; medium occupavit. Quo fit vt ab vtriusq; oppositionis extremis pari intervallo seuncta, æquis eorum portionibus temperetur, neq; ijs quidem compositis modo, verum etiã per totas commixtis. Quocirca vt sensus iudicio, sic & fabrica compactioneq; cutis videtur media temperie contineri. Reliquarum autem similitum temperamenta sic illius comparatione dimetitur. Spiritus omnium quæ in corpore sunt calidissimus, hoc ipso cor minus calidum, deinde sanguis, post hunc caro simplex: hanc sequitur iecur, hoc lien, lienè renes, cutis his succedit temperata. Ab hac in frigidum propensus est adeps, deinde cerebrum. hoc frigidior spinæ medulla, ac frigidiores sunt nervi molles, deinde sequuntur duriores motibus accommodati, ab his est vena, deinceps arteria, post hanc niè brana, his omnibus frigidior est tendo, hoc rursum frigidus vinculum, chondrosyndesmos proximus est: deinde cartilago, os ei finitimum: ab hoc pilus est, vltimo loco pituita omnium quæ in corpore sunt frigidissima. Quæ alterius oppositionis sunt qualitates, illis à natura hoc modo sunt inditæ. Pilus omnium est siccissimus: hunc suo quæque ordine deinceps consequuntur, os, cartilago, chondrosyndesmos, vinculum, tendo, membrana, arteria, vena, nervus motui destina- tus. Ab his cutis succedit temperata. Hinc in humidum iam abit nervus sensui designatus: cor hoc ipso iam est humidus: deinde sunt renes, iecur, lien, caro simplex. His succedit pulmo, post hunc est spinæ medulla, dein cerebrum, mox ossium medulla, adeps proxime illi est, subsequitur sanguis, postremo pituita oïum quæ in nobis sūt, vtrifrigidissima ita humidissima. Hæc posterior humidorum siccorumq; series tactus iudicio confirmata est, cui & substantiæ compositio prorsus cõsistent. Cum enim in nobis dum viuimus non summa sit vis frigoris, per quã valeat quicquam in duritiam concrecere, neque extremus is calor insit, qui concreta liquare possit: quicquid tactu molle deprehenditur, id quoque humidum: quicquid durum, id statim siccum censeatur. Sic igitur dum in nobis vigeat moderatus vitæ calor, humidus sicciq; tactus erit æquus æstimator & arbiter. Cæterum altera oppositione qua ad veterum imitationem partium temperamenta digesti mus, neq; tactu omnia, neq; substantiæ compositione, sed nunc hoc nunc illos, alias vtroq; modo singula dimetitur. Cor solo tactu definitum est calidissimum, quod dissecto animantis pectore, digitisq; in sinistram cordis sinum immisissis, sentiatur hic locus omnium qui in animali sunt calidissimus. At si substantia spectetur cor simplici carne frigidus existet. Venæ & arteriæ quia spiritus & sanguinis contagione incalescunt, possent perinde atque cor calidæ censerent: cæterum ex compositione quia exanguis sunt inter frigidas habentur. Porro autem pulmonis siue compositionem, siue calidum biliosumq; nutrimentum, siue cordis vicinitatem & adhesionem respicientes, illum sanè iecore tum calidiorè tum multo sicciorem iudicabis. Quid igitur Galeno in mentem venit vt humidum hinc statuat, nisi fortasse ab induto aere frigido & ab irruente defluxione, atque omnino ab excrementis illi temperamenti rationem indidit? Adeps concretione frigidus censetur, cuius tamen substantia ad inflammationem apta & habilis calorem significat. Cerebrum substantiæ compositione Aristoteles frigidissimum prodidit: hoc Galenus tactu iudicè cum adhiberit, cumq; à circumfuso quouis aere refrigeratum lædi cognouerit, calidum esse contendit. Itaque de partium temperaturis non nisi distinctione adhibita quicquam certo licet pronuntiare.

De

De vniuersi hominis temperamento, neque viuens omne calidum esse.
Cap. VII.

DISSIMILIVM partium atque totius animantis temperamentum, ex similia suis substantiis integra manent in nobis, neque similiter atque elementa in confusionem adiguntur, qua sese vicissim conuertant. Ab his tamen singulis calidis frigidisq;, par est tum humores quosdam atque vapores, tum vero & spiritus communiter in omne corpus erumpere, qui deinde variis præditi qualitatibus variisq; temperamentis, in vnum commeantes atque confusi, sese demum temperent, fiatque ceu vnum totius temperamentum, non illud quidè simplex, sed ex multorum concursione conditum. Hinc eorū error planè coarguitur qui simplicem qualitatem id esse proponunt, cum apertum & perspicuum sit, similem quamque partem proprium & ingenitum retinere temperamentū, neque ex mutatis illis simplex vnum totius effici. Ea communione euecti tum vapores tum spiritus, in corporis extima in ipsamq; cutem confluunt, eamque sic afficiunt, vt hac moderatione prædita, eo prorsus sit temperamento quo & vniuersum corpus: si quidem ab his quæ extrinsecus imminent causis, aduentiam illa constitutionem nullam acceperit. Quo fit vt solius cutis contactu liceat de vniuersi corporis temperamento pronuntiare. Quemadmodum igitur ante demonstratum est cutem vniuersæ substantiæ medium obtinere, sic fiet puto ex his manifestum atque promptum, hominem qui iustitia sit temperatus (quales plerique passim visuntur) eundem quasi pondere & in vniuersa substantia temperatum inueniri. Huc accedit quod singulæ partium temperaturæ seorsim æstimatæ, in commune relatæ si comparentur, calidæ frigidis, & humidæ siccis, omnium quædam æquabilitas accersetur, & cognoscetur homo partium suarum compensatione temperatus. Tales plerumque sensus comprehendit exiti quædam latitudine à medio dissectos: nam exquisitè & ad vnguem temperatus, vt in indiuiduo quodam ceu puncto diutius consistere non potest, sic quasi regulam & cæterorum exemplar illum cogitatione quàm re potius complectimur atque informamus. Palam est autem alios quosdam ab hoc deficere, alios superiores esse, & hi verbi gratia calidi sint, illi frigidis: idcirco neq; viuens omne dominatu calidum haberi. Cæterum quo hæc illustriora clarioraq; euadât, inuadi illa reddere & iterum tundere consilium est. Quod enim explicatum à nobis est hominis temperamentum, ex partium omnium prima commoderatione, & ex spiritus tum vagitum fixi affusione, id componi teneriq; sentiendū. Quando quidem propria cuiusque partis temperatura quam quatuor elementorum permixtio tulit, non alia inest viuenti atque animali iam primum extincto. Si enim derepente id suffocatum de vita decessit, corporis partibus quæ superant non sic puncto temporis sua potuerunt temperamenta perire, neq; sic ri potuit vt quædam elementa tam subito euanescerent aliis recens genitis, no- uaq; proportio illis accederet nondum mutua affectione commutatis. Quocirca vt demortui ita vitam agentis vnaqueque particula frigida videtur, atque si ea que ex primorum elementorum comparatione est temperatura spectabitur, plus terræ quàm cæterorum obtinere. Vnde intelligitur viuents cum calorem qui per corpus diffusus omnia regit ac moderatur, & cuius appulsu vita inest, cuius excessu mors irruit, à partium temperamentis differre, neque ab his proficisci. Sic propemodum & stirpibus suum quendam inesse calorem, cuius ope alantur, inrescant, atque generent: quo demum pereunte omnis quoque natu-

M. ræ sci.

Cutis temperata est.

Partium calidarum ordo.

Frigidarum ordo.

Siccicarum ordo.

Humidarum ordo.

Humidum siccumque temperamentum tactu cognosci.

Calidum aut frigidum non uno semper modo cognosci.

Cor, quorū temperamento. Vena & arterie.

Pulmo.

Adeps.

Cerebrum.

Totius corporis temperamentum unde fit.

Non posse id simplicem esse qualitatem.

Cutis eodem est temperamento quæ vniuersi corporis.

Hominem esse temperatum ad pondus.

Non in omni viuente calorem excellere.

Temperamentum totius ex multis constare.

Partem unam quæque ex quatuor elementorum mixture frigida esse siccam esse.

Viuentium calorem non ab elementorum mixture nasci.

ra actio intermoritur: licet quæ tum supersunt, folium, lignum, cortex, vt vetus nomen sic suum ex elementis temperamentum retineant. Calorem hunc in ciuitis viuentibus tum animantibus, tum stirpibus non solum inesse, verum etiam principatum tenere, celeberrimi quidq; philosophi prodiderunt. Cum enim omnis ab illo naturæ sit actio, calidum vincere, & in actionibus superare pronuntiant: neque modo formicam aut salamandram, sed & papauer quoq; & mandragoram, quod non nisi excellenti calore & nutriantur & crescant, calida constituunt. Quem in modum confirmauit Aristoteles omne animal natura calidum humidumque esse, qualis vita quoque ipsa censetur: demortuum vero, frigidum siccumque: singula sic sensus iudicio fuisse comprobata. Iam vero quod in præsentia scrutamur corporis temperamentum, neque hoc, neque illud est, sed ex utroque quodammodo complexum tenetur. Neque enim solum vitæ calorem qui functionum opifex est spectamus, vt ab hoc viuens omne, calidum iudicatur: neque solum primam & vere materiata ex elementis concretionem, qua vnumquodque frigidum est: sed id proprium perfectumque temperamentum est, quod ex prima elementorum confusione & ex feruido calentiq; spiritu integratur. Hoc itaque totius est corporis, vno tactu internoscendum: quo iudice stirpes omnes re ipsa & actu frigidas censuimus, animates vero alias tota specie calidas, alias frigidas, humanam speciem omnium mediam, in qua hic calidus, ille frigidus est: alius mediocritatem tenet ceterorum. Hic siquidem in extremorum medio positus, ex paribus constat portionibus, terre, aquæ, aeris & ignis: si modo acris ignisque appellatione non solum ea quæ vere sunt elementa, sed & genuinus spiritus & æthereus ille noster calor comprehenditur, quomodo à præclaris tum philosophis, tum medicis fieri animaduertimus: dum censent animam à corpore seiungi non posse, quin simul naturali sua temperie corpus deseratur.

Vt tactus non simpliciter partium interiorum temperamenta discernat. Cap. VIII.

AD integrorum imitationem si partium interiorum temperamenta paulo altius exquirimus, sicut singulæ concretionem frigidæ, accedente autem spiritu & calore qui vitæ comest, calidæ: amborum comparatione, aliæ calidæ, aliæ frigidæ, quædam vt cutis temperatæ. At vero (dicit aliquis) viuētis interiora si contingere dabitur, quæcunque pars adatur, seu cerebrum, seu os pituitave sit, eam sine controuersia tactus calidam cognoscat. Quocirca ille si æstimator est interiorum partium constitutus, omnes promiscue calidas censuerit. Et reuera nihil intus cohiberi experimur, quod tangente sit cute frigidus. Sed huic disceptationi obstitendum est, & quæstionis obscuræ solutio nobis peruestiganda. Omnes quidem intus partes tangenti calidæ sentiuntur, neq; tamen temperiem singulæ calidam adeptæ sunt, quod is calor non insitus illis sit, sed assumptus magna ex parte & aduentitius. Illis enim præter primam ex elementis temperiem, & præter spiritus calorem, à quibus integrum fieri diximus viuētis particulæ temperamentum, aliis quoq; calor ex cordis vicinitate & ex vaporibus accedit, ei quadam similitudine respondens, qui nobis ex igni aut ex meracioris vini potione accersitur. Quoniam vero hic partium substantiam non complet, in temperamenti notione nequaquam comprehenditur: cætero quin cordis vinculum & capsula, quæ tota est membranosa calidiori sit temperie, quam pedis aut tibie caro. His rebus adductus vix fieri posse statuo, vt de proprio interiorum

Lib. de longiuitate. Quomodo æstimandum totius temperamentum.

Quam in viuētiū genere re calida sint, quæ frigida.

Plurimas in teriores partes calore aduentitio incallescere.

10

20

30

40

teriorum partium temperamento solus tactus decernat, quippe cui syncerū illud & purū non occurrit, sed multo persusum externo calore. Iudex tamen bonus is esse possit vna cum ratione, quæ substantiam atque structuram explorabit. Solus vero satis est de totius integriq; corporis, cum reliquorum animantium tum hois, ex æquo & bono iudicii facere, atq; his potissimum videtur accommodatus.

Solus tactus nequit interiorum partium temperamenta iudicare.

Multis ex causis ingenitum temperamentum mutari, quaque id ratione accidat. Cap. IX.

HUMANVM corpus patibile cum sit & affectioni subditum, ab aduersis causis siue prægressæ illæ sint siue antecedentes, siue proximæ & continentes, multa solet perpeti atque sustinere. Sic enim plerumque à cibo pleniore, à vini portione, ab æstu, à balneis, ab exercitatione in calefcit vehementius, quemadmodum contrariis ex causis refrigeratur. Quæcunque ab illis inducta corpori fuerit affectio per summa illius diffunditur & inhæret, mutabilis & inconstans, adeo vt si per se & solitaria suæ naturæ id relinquatur, leuissime trāsfiga à se ipsa desciscat, & tota quammoxtanquam adscita & aduēticia exolefcant. Itaque quoniam hac euanescente corpus ad se pristinumque constitutionem redit, temperamentum autem constans est & firma corporis habitudo, constat illam temperamenti speciem minime permutare. Cæterum si forte illarum efficientium causarum assiduus sit appulsus, nulloq; puncto temporis intermissa adhæsiō, fieri quidem contingit vt tum demum temperamentum, ipsaq; elementorum proportio commutetur: quod hac ferè ratione obuenit. Primum vi causarum, qui in corpore diuagatur spiritus, aut aer diffusus in carcos & abditos recessus, incalescit, si quidem causæ erant caloris effectrices: hinc in humores & tenera corporis substantiam sensim calor prorepat, tum demum solidiorem mollem occupat. Pergente autem causarum impetu necesse est singulas ordine suo exiguas frigidorum elementorum portiones obteri, & à pristina constitutione in contrariam calidioremque facefcere. Hæ quædiu sic mutata suam adhuc speciem retinent, temperamentum etiamnum manet nihil mutatum: adscitus enim duntaxat & arreptitius is calor est. At vero cum diuturnitate fiet imbecilliorum partium (non enim omnes aduersis æque obstitunt) tanta decessio, vt frigidorum elementorum plures portiones & fragmenta pereuntibus formis in calidorum naturam contendant: tum primum toti immigrat temperamenti mutatio. Summotis vero tum causis, cum corpus non ultra illarum vi pulsabitur, quæcunque partes supra modum incaluerant nondum tamen formis suis spoliata, ad superiorem temperamenti modum sponte sua recurrent: calidæ vero hæ quidem permanent quarum iam species exoleuit. Quoniam igitur per illas firmus & stabilis toti calor accessit, erit pro earum multitudine aucta caloris proportio, aliudque inuectum temperamentum. Quemadmodum autem ab iis causis quæ foris sunt, ita multo promptius & proclinius ab esculentorum potententorumque longo usu, si quidem illa inmoderato erunt calore, corporis temperamentum in calidius traducetur. Huic obiter subtilior solertiorque meditatio succedit. Cum enim corpus humanum ex varijs sit partibus constitutum, alijs quidem mollioribus, vt carne, vt nervo, alijs solidioribus vt membrana, cartilagine, ossè: quæcunque harum magis patibiles sunt, primæ à sua commoderatione decedunt: solidæ vero non nisi longo tempore & ingeniti causarum incurfione, è statu deiici & deturbari possunt. Quinimo cum sint illæ fibris quibusdam firmissimis in textæ, quibus plurimum inest firmitatis

Aduentitia corporis qualitates in temperamenti ratione non continentur.

Et in nativitate ab exterioribus causis permutetur.

Primum ingenitum temperamentum in semper in nobis quodammodo serua-

vi, neque
prorsus mu-
tari posse.

& roboris, sic illas duco aut nunquam vlla vi labefactari posse, aut tenuiter vs-
que adeo & parce, vix vt toto auro insigne quicquam perpeti possint. Itaque quo
rundam ego iudicium sequutus, insitum illud & primarium corporis cuiusque
temperamentum in illis constituo, cuius tanta vis est & soliditas, vt quocunq;
siue contrariorum longa consuetudine, siue ætatum decursu fiat mutatio, in id
tamen ingentium temperamentum magna semper sit propensio atque procliui-
tas: corpusque primam naturam semper redolens, expeditius eo se referat vn-
de decessit. Ex quo fit vt qui à prima origine sit intemperatus, quamuis arte in
mediocritatem vindicetur, vere tamen temperatus nunquam sit, neque ei pror-
sum similis, cui temperies sit ingenita, sed illius duntaxat effigies quædam 10
& adumbratio. Quinetiam duos si fingamus diuerso natos temperamento, qui
forte quibusvis ex causis in eandem corporis conditionem peruenisse videantur,
non tamen iisdem prorsum gaudent & oblectantur: argumentum procul
dubio diuersa his superesse naturæ primordia, quorum non parua etiam nunc
restant vestigia. Quæ cum Hippocrates intima ratione animoque lustraret,
vniuersa vno complexus est aphorismo, quo prodidit per morbos minus peri-
clitari quorum naturæ morbus conuenit, aut ætati, aut habitui, aut tempori,
quam quibus non conuenit: eo planè significans nobis aliam ex ætate tempera-
turam inesse, aliam ingentiam quæ ipsa est natura, aliam ex temporis & victus 20
consuetudine: quæ diuersæ cum sint & plerunque pugnantes, in vno corpore cõ-
sistunt, sed aliis quidem partibus, vt hæc carni atque mollioribus, illa fibris
duntaxat penitus insideat.

25. Lib. 2.

Vini &
eiuse mlt-
ra esse tem-
peramenta.

Quid ætas, quod ætatum differentia utque illarum progressu cuiusque tem-
peramentum uertatur. Cap. X.

Instrus no-
ster calor se-
ni & interi-
tus causa in-
terior.

Vt multa nos assidue circũstant incommoda quorum vi huc illuc traduci-
mur, sic intus nobis ingenerata & ab ortu tradita est causa, cuius necessitate tẽ-
peramentum decursu vitæ commutetur. Hæc est illa mortis ac interitus perni-
citas, hæc intestina calamitas, quam nulla ars, nulla humana industria effuge-
re, sed ne reprimere quidem possit. Etenim si cui ab ortu temperato vel Aes-
culapius præsit, qui illum ab iis quæ foris sunt aut quæ intro sumuntur causis,
saluum & incolumem sic tueatur, vt nullum inde corpus detrimentum capiat:
is tamen à semetipso suaq; sponte magis magisque conficietur consumeturq; do-
nec extremum vitæ spiritum edet. Illuc dum contendit, plurimas hoc interim
spacio mutationes necessario sustinet. Has qui annorũ spaciis & interuallis di-
mensi primum discreuerunt, simul ætates appellarunt. Vt sit ætas id vitæ curri-
cullu quo loculenter corporis constitutio per se suoq; nutu mutatur. Nõ quæuis
aut proceritati, aut colori, aut erumpentibus pilis, sed quæ duntaxat tempera-
mento & primæ constitutioni omnium functionum causæ incidit conuersio, ea 40
ætatum singularum discrimen facit. Rursum neque ipsius temperamenti ab
externis causis, aut æstu immodico, aut cœli ardore, aut iatempantiore vi-
uendi consuetudine mutatio, sed quæ ab interiore sit & semper assidente inte-
ritus causa, vnica discernit ætates. Quocirca ætatum differentia plurimum in-
ter se dissimiles, ex ea ipsa quæ incidit varietate statuentur. Vitæ ingressu vt
omnis animans ex femine & sanguine fluxis humidisque rebus nuper genitus
est, ita & humidissimus videri potest: cui caro præhumida & mucosa, nerui,
vincula, imo & ossa tenera flexibiliaque, adeo vt facile sequantur quocunq;
ducas. Hinc in dies longius procedens plus plusque siccatur & arefcit, vt cum
extremam

Quid ætas.
Vnde spelle-
tur ætatum
mutatio.

Ab ortu in-
vita extre-
mum ani-
mal siccus
reddi.

extremam senectutem attigerit, non modo ossa arida sint & humoris expertia,
sed etiam caro neruosa atque dura. Qui ergo sensum ætate progrediens sensum
quoque exarescit, quanto ortui erat vicinior, tanto humidior: quantum vero
in vitæ extremum declinabit, tantum & siccitate contabescet. Vnde intelligi-
tur quod in medio extremorum situm est tempus, id quoque humoris summeq;
siccitatis esse particeps atque medium obtinere. Hanc quidem ab humido in
siccum animantium progressionem omnium sententiæ confirmant. Cæterum
quod alterius est oppositionis, animal statim vt in lucem editum est, ingenti ca-
lore affluit, quantum immutabilem persistere ad medium vitæ cursum existi-
mant: hinc sensum languescit in extremum, quod omnium est frigidissimum &
morti iam simile. Huius oppositionis quod medium est, haud quaquam princi-
pio, sed extremo quam maxime aduertatur. Ita enim Galenus singularũ eta-
tum temperamenta tactione explorans, cum pueros, iuuenes, adolescentes, mil-
lies considerasset, præterea eundem infantem puerum adolescentemque factũ,
hunc nihilo calidiorem deprehensum confirmat nec puerum quam ætate flo-
rentem, nec ætate florẽtem quam puerum. Illius authoritati vt posteri omnes
id concesserunt, sic neque ipsi tot seculis confirmatam opinionẽ repudiabimus:
quanquam fieri posse vix intelligo, vt qui infantes, pueros etate florentes, tactu
expenderit, nihilo sit ipse tot annorum prolapsione vel temperamento, vel ta-
ctu immutatus: aut si qua illi mutatio incidit, quomodo tactu tãquam firmo &
constanti iudice vti potuit ad etatũ secretionem? Istorum proximus liber ple-
norem disputationem confert. Nunc vero si totius vitæ cursum partiemur, iun-
ctisq; duarum oppositionum extremis suum etati cuique temperamento adfe-
remus, fiet sanè vitæ exordium calidum & humidum, extremum frigidum atq;
siccum: medium siccũ & humidũ exactam temperiem accipiet attamen in cali-
do frigidoque nondum id sed quod illi deinceps est, mediocre apparebit. Si nõ
absolutam illam & indiuiduam temperiem, sed qualem sensus iudicat inuesti-
gamus, temperata etas censetur, quæ punctum vitæ medium modico interual-
lo antecedit, & ab hoc in aliquanto maius post spacium porrigitur. Quicquid
medium hanc etatem anteit, calido humidoque vincit & excellit, at nõ perẽq;
Initium siquidem calidum est & humidissimum: quod vero sequitur simili ca-
lore viget, humore autem longe est inferius: vt quamuis siccum id non sit, sed
ne ad mediocritatem quidẽ depressum, initii tamen collatione siccum plerũq;
iudicetur. Quod à medio in extremum vitæ tempus extenditur, id omne frigi-
do & siccò tenetur, hoc tamen discrimine vt pars vltima tum frigidò, tum siccò
excellent: nam quæ illã præcurrebat, & frigore & siccitate erat temperatior. Vni-
uersè igitur vitæ quinque omnino sunt ætates suis temperamenti insignitæ.
Omnium prima adolescentia in annum ferè quintum & viceesimum producta
hinc nomen habens, quod tum corpora ob humoris vbertatem plurimum ado-
lescant. Humoribus autem maior minorq; copia complures illius ordines fecerunt.
Infantium etas, omnium humidissima ad tertium quartumve annum pro-
uehitur: hinc ad decimum pueritia, inde ad decimum octauum pubertas, ad vi-
gesimum quintum adolescentia, totius appellationem sortita. Secũda vitæ etas
quæ florida appellatur, iuuentus est, ad tricesimum quintum aut quadragesimũ
annum excurrens, cuius propria est venustas, agilitas, & ferocia: calida qui-
dem parceque humida, quæ idcirco progressæ ætatis comparatione solet cali-
da siccaque censerì. Succedit consistans & matura sui vbique ferè similis, tem-
perata vix annum attingens quinquagesimum. Illinc ad quintum & sexagesi-
mum ingranscens est etas & præcipitata, prima illa senectus, quæ siccum frigi-
dumq;

Caloris in
vita decursu
mutatio.

Ætatis tem-
peramenta.

Ætates
quinque.
Adolescen-
tia, cuius
partes sunt
quatuor.

Consistans
etas.
Prima sene-
ctus.

Plima senectus in aetatibus non omnes inuenit temperamētōriā differentias.

dumq; corpus efficit, frigidum tamen minus. Oninium postrema viram claudēs ætas est decrepita, frigidissima atque siccissima: quæ & vltimum senium dici solet. Hinc eorum manifeste proditur atque detegitur error qui temperiē ipsam, quatuorq; temperamentorum coniugationes vitæ ætatibus quadam proportione contulerunt. Neq; enim vlla est ætas calida & sicca absoluto sermone, quod vincenti siccitati abundans calor natiuus comes esse non possit: neque vlla ne fecundus quidem frigida & humida est, cum ex propria partium substantia atque commoderatione, non ex humorum aut superuacaneorum affluentia temperamēti ratio spectetur. Illis quidem annorum numeris vt crebro eiusmodi tem

Exemplum mutationis quæ per aetas fit.

Qui temperatus aut puer aut senex est, non simpliciter est temperatus.

Exemplum alterum.

Propriū temperamētū existit mediæ ætate.

Temperamētum a natura ab ætate spectari.

peramentorum mutationem adferentibus ætates circūscriptimus, tametsi alias plerunq; ad alios limites excurrunt, cum vel multo breuior erit vitæ cuius, vel longius prorogabitur, ad annum fortassis centesimum. Ab origine aut quod cunq; quispiam temperamētum acceperit, id necesse est proposita ratione ætatum decursio commutet. Velut si forte temperiem is nascens extulerit, neq; vlla deinceps externa causa illam conuertat, procedentibus annis nutu suo proprioq; impetu sic ille ducetur, vt in pueritia atque adolefcētia calidus sit & humidus, florida ætate calidior atque sicciior, ætate matura absolute temperatus, alijs deinceps ætatibus frigidior ac sicciior euadat. Quæ tametsi ita sunt, tamen is iudicandus est & puer temperatus, quod inter pueros mediocritatē obtineat, & puber quoque & adolefcens, itemq; iuuenis & constans & senex temperatus: ita enim comparate dici videtur. At vero absolute atque simpliciter non singulis hic ætatibus, sed ea duntaxat quæ matura constansque est, temperatus erit, parem sortitus extremorum portionem. Huius æstimatione tota pueritia simpliciter calida est vti & vniuersa senectus frigida atque sicca. Qui porrò calidus siccusq; natus fuerit, inter pueros calidus siccusq; viuēt, & hanc innatū temperamēti conditionem ac speciem, per omnes ætates quodammodo retinebit: vt & cum senium attigerit, calidus atque siccus inter senes persistat. Quandiu tamen in pueris est, humidus calidusq; simpliciter est. Cum autem senex euasit, frigidus atq; siccus: at ætate mediæ calidus siccusq; simpliciter. Sic enim fit vt cutisque proprium, & quod à natura ingeneratum vocamus temperamentum, tale mediæ duntaxat ætate, quæ omnium temperatissima est & cuique familiarissima, pure consistat atque splendeat. Oriuntur itaque & manant temperamēta tum à primigenia natura, tū ab ætate quæ illi comes est indiuidua, cuiq; id quod à natura prodijt, comparate duntaxat, quod vero ab ætate, simpliciter dici solet, consequitur æstimandis temperamētis ætati quàm naturæ vim tribui maiorem, & eam quæ ex ætatum decursu sit temperamēti speciem, ei tum victoria tū nomine præferri, quàm natura ortusq; contulit. De his ita satis multa.

Temperamentum nullum biliosum, sanguineum, pituitosum, aut melancholicum dici oportere. Cap. XI.

Temperamētum ab elementis non ab humoribus nascitur.

Ab elementorum viribus primo similitum partium, ex his deinde corporis vniuersi compositionem ductam esse rationibus confirmatum est, vt proinde palam esse debeat omnem temperamēti rationem elementis primū deberi, his acceptam referri, in ijs sitam esse, vt quæ totius substantiam compleuerunt. Humores ipsaque superuacanea corporis partes non esse, sed eo duntaxat contineri, idcirco & ab Hippocrate contenta dici, superiore quidem libro dictum à nobis est, & posthac plenius fufiusq; demonstrabitur. Quocirca neque ab humoribus, neque ab illis superuacaneis potest corporis eiusq; temperamētum æstima

ri, neque demum ab illorum dominatu & vbertate fas est temperamento cuiquam nomen imponere. Hinc fit vt ij laqueis inexplicabilibus sese innoluant, qui nullo nominum rerumq; delectu, hunc (verbi gratia) bilioso temperamento esse pronuntiant. illum sanguineo, pituitoso, aut melancholico alium: cū hæc non temperamentorum sed dominatium humorum sint nomina. Cui enim sanguinis eiusq; optimi plurimum inest, is iure sanguineus dici debet, vt cui bilis flaua exuperat biliosus, cui atra melancholicus, cui denique pituita pituitosus. Humoribus istæ redundantie confinis. sibi temperamētis haud semper respondet: quod non raro candidos & molles, eosq; tactu frigidos obseruare fit, quibus ingens bilis copia quotidie rejicitur: vt & alios hirtos subnigros atque graciles, qui huius eluuiæ minimum congefserunt. Videas præterea non paucos prima origine frigidum siccumq; temperamentum adeptos, quos tamen melancholicos esse minime iudices, neque atræ bilis proluuii suffulos. Quin & senes extremi quorum ætas frigido siccoq; laceffit, minimū melancholicæ coaceruant, sed si quis his superfluit noxius humor, is maxime pituitosus est: vnde & senes à superuacuum redundantia pituitosos esse omnes confirmant. Hinc multi rerum affinitate capti, eos quoque frigido humidoq; temperamento prodiderunt: quos nihilominus superior ea demonstratio arguit & infimulat, qua confectum est, eum temperamēti statum ætate nulla posse recipi, sed continuo vt editum est animal, annorum numero & diuturnitate corpus siccius vadere. Huc accedit, externarum causarum vi, multoq; magis alimentorum varia substantia & facultate, alias bilem, aut flauam, aut atram, alias pituitam in nobis congeri ac succrescere, cuius nequid corporis constitutioni tanquam efficiēti causæ tribui. Quis quæso tam delirus sit, vt in eo humore temperamētum colloct, qui totus interdum præter naturā est, cui nulla cum corpore communitio familiaris intercedit? Ergo quauis qui prima ætate per vasa sparsus est humor, purioris sanguinis speciem ostendat, proxima dein ætate is corporis ardore siccitateq; ad flauæ bilis naturam trahatur, tertia omnium fiat humorum quædam moderatio, quarta melancholicus humor, postrema pituitosus ob caloris coctionisq; infirmitatem redundet: quoniam tamen hunc ordinem externarum causarum plerunq; vis inuertit, neq; corporis perpetuo vna est & eadem atque humorum conditio, sed plerunq; diuersa, non vtique ex humoribus, sed ex constitutione propria definiendum est corpori temperamētum. Quæ humorum sunt nomina periti artificis non est corpori accommodare: quare nullum prorsus temperamētum sanguineum dicere permittimus, vt nullum biliosum, nullum melancholicum vel pituitosum, quamuis aliàs biliosum hominem alias sanguineum, pituitosum aut melancholicum recte appellemus. Videor equidē iam omnem de temperamētis disputationem compleuisse: cui nihil attinet illorum internoscendorum signa subiungere, in propriam tractationem commodius relata.

Alia temperamētōriā, alia dominatium humorum esse nomina.

Prima vō. Secunda. Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Quia humor quauis ætate abundet.

Temperamētum a iure partium corporis non humoribus.


Libri tertij de Temperamentis.

FINIS.

DE


DE SPIRITIBVS ET INNATO CALIDO.

LIBER IIII.



Calorem quendam nobis cunctisq; uiuentibus inesse, eumq; diuinum.
Cap. Primo.

Quid traditum sit ha-
Elenus.



Quid restet
radendum.

Caloris vi
omnia conti-
neri & re-
gi.

NIVERSAM hominis naturam cum altius in-
uestigare & persequi conaremur, primum qui-
dem concretum hoc corpus in minimas quasq;
similes particulas anatome dissoluimus. Hinc
vero aliam earum compositionem si qua erat
speculantibus, deprehensum est vnamquamque
ex primis simplicibusq; rerum naturis, terra,
aqua, aere, & igni constare: ex harum permixtione
varias enasci temperamentorum differen-
tias, quorum sua cuiq; parti proprietas inside-
ret. Nondum autem ab hac contemplatione di-
gressi rursus scrutemur ecquid praeterea parti
cuiq; penitus inhærescit aut affidet, quod plenior
illius cognitionem faciat. Quid illa sunt vetustioribus
medicis celebrata, innatus calor, spiritus, humidum
primigenium, quid natura atque triplex in simi-
laribus substantia, vt hæc singula consistant,
vnde & quibus viribus gubernentur. Quoniam
autem vnus calor præ cæteris sensum manifeste
ferit, ab hoc ceu notiore inducto exordio, reliqua
serie quadam quasi conferta ex alijs alia nec-
temus. Animantium generi communi lege est à
natura tributum, vt insiti vi caloris vitam
agant. Primum enim illas dum in viujs, caloris
temperatione perfundi, morte vero consumptas
hoc prorsus extincto refrigerari, vel sensus ipse
declarat, nullaq; id alia demonstratione, sed
vnius est sensus præstantia confirmandum, ceu
communi quadam animi notione. Quanquam vero
in stirpibus minus aperta & euidentis est caloris
inspectio, eas tamen non minus quam animantes
hoc salutari calore conseruari, omnemq; omni-
um salutem hinc oriri, perspectum ei fiet qui
naturæ opera effectusq; æstimabit. Constans enim
est & rata sententia, omnia viuientia propter
inclusionem in se calorem viuere, illius beneficio
alimentum trahere, conficere, eoq; nutriri ac
sustineri, augete, procreare, animantes præterea
sensu affici, & moueri: quantoq; perfectiora hæc
fuerint opera, tanto caloris vim atque substantiam
vberiore adeste. Quod si vlla id ratione
suaderi debet, vnius Solis præstantia spectetur,
qui dux & princeps moderatorq; mundi cuncta
vniuersa luce sua lustrans, illa pariter caloris
sini temperatione fouet, & ad ea quæ dixi
opera suscitatur. Hæc si externo calore fota
agunt, impediuntur frigore, nonne optima
ratio est quæmpiam in eis calorem inesse
operum effectorem, eumq; Solis maxime
calori concordem esse & consentaneum? Recte
igitur Aristoteles vitam vno calore contineri,
sine calore neque animalia neque stirpes
uiuere, tanquam

quam protitum & peruulgatum memoria madauit, qui & mortem caloris extinctionem esse definiuit. Itaque huius imitatione vna omnium philosophorum consensus vitam calore finit, mortem caloris extinctione. Quantuluscunq; in-
rit calor in corpore, id ipsum vita fruatur, & quas dixi fructiones licet obscuras de se promit, neq; extremæ senectutis frigus quod in tẽperamento domina-
tur, huius pot calor superare vires. Hoc viuunt serpentes, quas tamen temperamento frigiditas esse cõmemorant. Hoc viuunt papauer, mandragora, & vniuersum frigidarum stirpium genus. Ex quo iam video posse quasi connexu quippiam
effici calorem hunc supra elementorum naturam esse. Ab eo. n. contrariorũ quod
suppar est, ac infirmius, alterius excellentis cõspectu nihil quicquã agi potest, sed tota misti actio in id quod exuperat tanquã in vincetẽ causam refertur.
At qui in earum stirpium quas connumeravi temperamento, calor depressus est, & inferior quã frigus: non igitur hic vi & operibus potest frigus superare, neq;
in hunc tanquã in efficientem causam possunt vitæ functiones referri. Quocirca si quis calor vitæ functionum effector, est vt certe est, nequaquã is esse potest
qui in temperamenti mistione diminutus est ac mutilus. Quare necesse est huc vitæ calorem præstantioris cuiusdam esse originis, neque ignei elementi rudio-
rem naturam redolere, quemadmodum alio loco vberius disputatũ est à nobis. Hinc præclara & eximia quadam mentis agitatione videtur Aristoteles mortẽ
definiens, vitali huic calori non frigus tanquam contrarium opposuisse, sed extinctionem quæ eius ipsius est priuatio. Vt igitur lumini contrarium nihil est,
sed aduersa tenebræ illius sunt priuatio, atque si vel minimum luminis corpus illud
refret, id ipsum illuminatum dicimus: sic & de vitali calore statuo, qui quantuluscunq; corpus possideat, id ipsum regit atque moderatur, calidumq; denũ-
tiat. Qui volet huius essentiam plenius cognoscere, ob oculos sibi proponat, sulphur & arrhenicum, quæ calidissima quidem cum sint, & igneo elemento cõfer-
tissima, vt plerunq; nos vrant, tamen vitali hoc calore destituta iacēt, sicuti & vniuersum inanimorum genus, quod argumentum planè conuincit igneum non
esse, neque ab elementorum mistione hunc ortum quem proponimus calorem.
Quinetiam animantis demortuæ cadauer, tametsi partium ac totius structurã figuramq;
retinet, caloris tamen huius ne minimum quidem habet: haberet autem si ab elementis nasceretur, cum in partibus singulis aliqua superfit & resideat
quatuor elementorum permixtio. Vnde intelligi potest calorem esse per quem vita inerat, non ex prima elementorum mistione, sed aliunde ortu recondito fluxisse.

Spiritum quendam cunctis datum uiuentibus, qui vitæ calore continet.
Cap. II.

40 QVONIAM igitur calor is indissolubili adhæsiõne corporis moli conser-
tus non est, sed ab ea separari seiungiq; potest, necesse est extra molem eam sit, tanquam
assumptum quippiam & aduentitium. Atqui cum nequeat simplex calor in qualitatis genere
constitutus, sine sede & vehiculo in omne corpus pmeare, huc illucq; momento diffundi,
qualiter tamen hunc à corde per omnes artenas partibus singulis impartiri cernimus:
fuit opinor necessarium hunc corpore alioquo fluxu & profluente contineri. Cæterum nullus humor ad hoc aptus
erat & habilis, vt tanta celeritate corpus omne traiceret: quocirca necesse fuit
calori materiam substerni substantia tenuissimam, pernicitate velocem, quæ simul
fouendo calori familiaris esset ac amica. Atq; cum eiusmodi sit aerea, aut
si re-

Calorem nos-
trum nõ esse
prorsus
elementarẽ.
Prima rõ.
Secunda.
Tertia.

i. Dialog.
Calori non
opponitur
frigus.
Quarta.

Quinta.

Sexta.

Spiritus nec-
essitas.

fi rectius appellare velis ætherea, optima rōne debuit talis calori subijci, quæ semper ætheris modo incensa ardet, cuiq; perpetuo calor infidet, vt neutrum possit ab altero dirimi. Plato quidem rarius eam materiam calore perfusam, spiritum appellauit, ignem frequentius vt interdum calorē. Aristoteli crebro spiritus est dictus, nonnunquam calidum atque naturalis calor: alias quidem à tenuitate & velocitate alias à viribus & effectu ratione nominis desumpta. Plinius Hippocrates, qui nusquam addubitauit hunc spiritum nuncupare, ex eo quod eximij viribus cum præditus sit, oculorum tamen effugit obtutus: etenim & aerem, & ventum, & auram, & vnamquamque substantiam quæ sub aspectu non cadit, sic dicere consueuerunt. Ad huius profecto imitationem Stoici spiritum ex splendida, perspicua, nec aspectabili substantia constare recte quidem prodiderunt, eo tamen falsi, quod hunc tum naturæ, tum animæ substantiam esse pronuntiant, nihil eo præstantius, nihil diuinius inuestigantes. Quo autē spiritus necessitas atque substantia plenius demonstratur, repetenda sunt & replenda veterum philosophorum decreta: quorum primi Academici cum perspicere fieri non posse vt naturæ quam maxime dispares, nullius idonei mediij interiectu societatem inirent coequentque, animum nostrum a summo rerum opifice conditum, priusquam emanaret immigraretque densio huic & concreto corpori, censuerunt corpore quodam illustri, puro & astro simili tanquam simplici veste indui: quod immortale & sempiternum nunquam ab animo absolui diuelli que posset, & sine quo non fieret huius mundi incola. Ab hoc deinde alterum corpus animo circumiecerunt, tenue illud quidem ac simplex, sed tamen impurius, minus illustre & splendidum superiore: non ab summo id opifice procreatum, verum elementorum præsertimque tenuiorum permissione concretum, à quibus nomen inueniens aereum & æthereum appellatur duobus hisce corporibus iam stipatus animus, in tertium hoc mortale caducumque corpus, seu potius in tetrum & tenebrososum carcerem tanquam exul deiectus, terrarum fit hospes, donec effracto carcere alacer, & liber in patriam reuersus, municeps fiat & ciuis deorum. Hanc corporis atque animi communionē confirmans Alexander Aphrodisiensis, spiritum quem proposuimus ait perquam idoneum vinculum illis interponi, qui aduersas naturas interiectu suo conciliet atque contineat. Is enim extremo vtrique familiaris & accommodatus, cum nō sit profusus sine corpore, crasso quidem corpori inseri potest: cum vero tenuior splendidiorque sit, potest cum animo connecti. Sicq; vtriusque quodammodo participes, naturam corporis expertem cum natura corporea copulat, immortalem cum mortali, puram cum impura, diuina cum terrena. Hæc quanquam mentis corporisque communionem non nisi spiritus interiecti nexu fieri demonstrat, eadem nihilominus & cæteris animæ partibus caducis par est accommodare. Etenim animæ pars mortali conditione genita, impura licet neque vt mens syn-cera sit, longo tamen interuallo terreni huius concretiq; corporis statum antecedit, vt citra vinculum ei nequeat inhærescere. Quocirca recte prodidit Aristoteles in semine spumosoq; corpore spiritum, in spiritu naturam contineri, quæ proportionem respondet elemento stellarum: aperte quidem significans spiritum hunc inter corpus & diuinam illam naturam, tanquam commune quoddam vinculum interponi. Neque vero menti solum, sed & vnicuique animæ partem caducæ proprium spiritum attribuit, omnemque animæ facultatem affirmat corpus aliud participare, idque magis diuinum quam quæ elementa dicuntur, atque prout nobilitate obscuritateve animæ inter se differunt, ita & huius corporis naturam distare. Quapropter si tum Aristotelis, tum cæterorum rationes

judicio

Spiritus nomina.

Animū triplici corpore tenentis.

Spiritus necessitas & usus.

Cuius anima partem ut menti suam subijci spiritum. 2. de anim. gene. c. 3.

10

20

30

40

judicio certo ponderemus, palam fiet vnamquamque animæ partem spiritu quodam seu fundamento niti, per quem tum corpori infidet, tum omne officij munus exequitur. Est igitur spiritus corpus æthereum, caloris facultatumq; sedes & vinculum, primumq; obeunda functionis instrumentum. Quisquis illius substantiam & statum nondum plenè sit assequutus, corporis nostri structuram con-templatus, arterias adeat, in cordis sinum & in cerebri vetriculos introspeciat, quos dum inanes ac nullius prope humoris participes videbit, neque tamē frustra ac temere tantos à natura conditos, hæc quidem mente contrectans, mox opinor cogitatione comprehendet prætenuem auram eos tum impleuisse, dum in viniis fuit anima, quæ tamen eo animam agente leuissima cum esset, sine sensu emanerit. Huius fouendæ gratia inspiratione aerem introducimus, qui nō modo corpori refrigerationem (hæc enim satis posset aliunde comparari) sed pabulum quoque sumministrat. Corporis autem densa moles, eiusmodi subsidio haudquaquam indiget, vt quæ crassiore recreatur alimento ex omnium elementorum permissione concreto. quare necessum est aerem hauriri & atrahi, vt finitima & cuiuspiam in nobis sui generis substantiæ iungatur, eiq; velut in partem cedat. Si nulla in nobis esset tenuis & spirituosa substantia, vix vli- la profecto nos ad inspirandum necessitas impelleret.

20 Corporum quæ incenduntur exemplo, materiam tum caloris, tum spiritus in nobis cognosci. Cap. III.

NON alienum institutis meis arbitror susceptam tractationem exemplis illustrare, quæ licet de medio sumpta erunt, rei tamen omnis plenissimam fidem facient. Igni summus feruor inest & caloris exuperantia maxime vero flammæ, quæ proprie noster ignis est & appellatur. Ea autem fumus est aut aereum corpus accensum, neutro seorsum sed iunctis ambobus absoluta: huius enim tanquam materia fumus est, cui flagrans calor accedens flammam efficit. Flammam ambiens aer tætur idoneus, neque crassius neque humore multo madens: quem si sepimento quodam circumcludimus, vt tum eo nequeat liber affluere & illabi, mox flammam peranguste coarctatam deleri restinguiq; conspiciamur. Neque ideo solum aer desideratur, vt vel refrigerationem flammæ præstet, vel fumosam exustamq; illius fuliginem excipiat: quia ad vtrūque satis esset accommodatus aer densus & humidus qui tamen flammam fouere non potest. Restat igitur vt tenuis & syncerus aer idcirco sit necessarius, vt flammæ tanquam pabulum accedat, & libero statu alius aliusq; accedens, quasi passionem se offerat flammæ deuorandam. Velim equidem animum cogitationemq; referri ad ignem, qui in medicis cucurbitulis aut in angusto conclauo diligenter obturato concluditur. Hunc enim magnam ambientis aeris partem absorbere, id planè declarat, quod dum rimæ vel tenuissimæ patefient atque referabuntur, confestim ac repente summa vi nouus intro aer irruet & se ingurgitabit, vt eum nimirum refarciat qui ante fuerat exhaustus. Quibus apertum est flammam vt fumosa substantia, ita & ab ambiente aere foueri atque sustineri. Præter hæc autem tertium illi fomentum & pabulum confertur, ex præpingui quadam materia, cuiusmodi in lucerna est oleum. Hoc quidem corporum omnium celerrime promptissimeq; inflammatur, quod tenui substantia multo aere spirituq; perfusa continetur: deinde adeps, ab hoc reliqua deinceps corpora quæ illius conditionem quodammodo imitantur. Quanto enim vnumquodque ad olei naturam propius accedit, tanto deprehenditur magis habile & aptum vt inflammetur, quo autem

N 3 abest

Spiritus quid. Spiritus substantia ubi uigeat.

Arist. 2. de gene. Gal. 3. de tēpera. Quid aer flamma consistat.

Aerem pabulum esse flammæ.

Triplex flamma pabulum.

*Corpora in-
flammati ob
oleosam sub-
stantiã quã
in se habet.*

abest longius, hoc ineptius. Vnde conficitur corpus omne quod inflammari potest, olei cuiusdam esse particeps huiusq; solius gratia conflagrare: quodcumq; autem olei est expers, flammam non alere. Videbor hoc loco magnũ quippiam & veteribus inauditũ offendere, sed q; longe sit verissimũ, & multis huius scuti-
li experientijs confirmatũ. Nullum. n. corpus est ad inflammationẽ propensum, ex quo syncerũ oleum arte non elici possit. Non adeps, non cera, non pix, nõ resina, nõ terebinthina, non vllum deniq; ligni stirpisve genus: nulla radix, nullus flos, nullus fructus, nullum semen: atq; in animalibus nulla pars est, siue os, siue neruus, siue membrana aut caro: nihil deniq; in stirpiũ aut animantium genere vitam habuit, quod non possit oleum de se profundere, aliud quidem affluẽtius soloq; pressu, aliud parcius maioreq; industria: huius etiam causa quæcunq; viuunt inflammari posse compertum habemus. Qui etiam inanimorum genus quæ complectitur inflammationi subiecta, eadem quoque oleo sunt finitima. Nam sulphur quicunq; metallorum naturas perscrutantur, terræ adipem vel oleum appellat, quod moderato calore coctum cogitur atque concreuit. Ergo quæcunq; viuunt alunturq; corpora, pinguem & olei similem continent humorem. Præter hunc vero & alio perfunduntur, qui minime est ad inflammationem idoneus, sed superiore magis tenuis & profluens, ab alimentis ascitus & confertus in cæcos artosq; viuentium corporum recessus, qui quidem concoctione mutationem atque vires iam accepit, nondum tamen in illorum substantiam planè conuersus: hunc humorem dicere placet alimentarium. Ab hoc demum diuersus est aqueus humor, quo tanquam visco terræ corporum partes iunctæ coherent, quiq; rerum omnium ex elementorum permissione concreta rum est communis. Vniuersum inanimorum siue lapidum, siue metallorum genus, hoc ipso conglutinatum subsistet: at alimentarium aut olei similem humorem neququam nouit, sed hi viuentibus duntaxat proprie tribuuntur, vt in tellure sit eosdem ad vitæ calorq; tuitionem partes primas obtinere. Triplex id humorum genus quisquis volet perspectum sibi esse, in materia è syl-
uis cæsa cogitationem debeat. Virentes enim stirpium ramos, aut cerã, aut picem, aut resinam, instillans vaporarium qui coniecerit, substrati ignis vi primũ
aquam dimanare sentiet, ab hac dein oleum: quod non prius elici potest quàm
illa plenè exaruerint: sic enim mos est exiccata omnia deligere, è quibus oleũ
elici debet. Si quis porro ligneam materiem viridem recensq; cæsã igni man-
det, principio videbit ægre incendi, propterea quod multo scætet humore, quẽ
è terra pro alimento sibi hauserat. Is enim est, qui ab eius extremis dum inca-
lescit emanare solet. Hoc consumpto reliqua substantia prompte à flamma de-
pascitur, quia purior manet pinguis illa quæ olei speciẽ gerit, alio liquore nul-
lo madefacta. Hanc cum omnem ignis depopulatus fuerit flammæ tũ nihil pro-
fus erumpet & euolabit, in subiectis tamen carbonibus sua insuper inerit soli-
ditas, ex relicto aqueo humore tenaci & cohærente, quem in elementorũ cõre-
tione acceperat: quo tandem exeso dissipatoq; cinis duntaxat aridissimus re-
liquus erit. Idem prope modũ temporis diuturnitas ijs affert arboribus, quæ in
syluis erectæ senio siccescunt. Primum enim exhaustus alimentarius humor de-
ficat, quo tempore dominatur oleo similis humor, possuntq; illæ ocyssime succẽ
di. Hic vero annis procedentibus adeo exhaurietur, vt inflammari prorsum ne-
queant, cum putrida ligna vulgus appellat, quæ solo constant aqueo humore.
Postremo autem & hic atteretur, qui tanquam glutinum erat terrenis partibus
connectendis: tũ igitur dissoluta soliditate caries inuadet, quæ extrema est om-
nium consumptio. Stirpes reliquæ omnes, itemq; fructus, semina animantium
particu-

*Alter hu-
mor alimen-
tarius.*

*Tertius hu-
mor elemen-
tarius.*

*Triplex hu-
moris in stir-
pibus demon-
stratio.*

*Alia demon-
stratio.*

particulæ, easdem propemodum mutationes diuturnitate subeunt. Ergo si rem vniuersam in caput referemus, in corpore quod accensum conflagrat, siue id li-
gnum est, siue lucerna, siue quiduis aliud flammæ proxima materia est fumosus
quidam vapor, halitus modo efflatus: in hoc qui summus inest feruor, species
quædam est & perfectio flammæ: hæc autem aeris circumfluens continuo ac-
cessu fouetur. Halitus porro ex illa olei substantia suscitatus emergit: quæ flã-
mæ pabulum est. Ea autem olei substantia in subiecta densiore, aut ligni, aut
elychnij materia consistit, vtranq; vero alimentarius humor olim fouit, neque
sinens dissipari resarciuit, copiosioremq; exaggerans eandem auxit.

Conclusio.

*Humidi primigenii quod cum caloris, cum spiritus subiectæ est matè-
ria demonstratio. Cap. IIII.*

AD hæc autem si quæ corporis nostri sunt transferimus, spiritus quem in no-
bis inesse demonstrauimus, quia tenuis est & ætherea substantia insito calore p-
fusa, ei proportione respondet quæ proprie flamma appellatur. Neque enim ca-
lor ipse solitarius, neque substantia tenuis quam seorsum cogitatione cõpre-
hendimus, sed quod ex amborum societate nexuq; cõditum est, vere ac proprie
spiritus dicitur. Hunc autem alit sustinetque pinguis & oleo perquam similis
humor, non is quidem adeps quo partes quamplurimas oblini cernimus, sed
alius multo dissimilis & acreus, qui in partium simularum substantiam confer-
tus omnem effugit oculorum aciem, arte tamen & industria potest vt præmo-
nuimus secerni. Is tum spiritus, tum innati caloris fundamētum est atq; prima
substantia, quem proinde de cætero primigenium placet appellare. Is enim
primus est, & communis viuentium omnium in quo spiritus calore perfusus pri-
mum & per se confidit, adeo vt neutrum esse possit aut diutius permanere citra
illius humoris opem. Inest autem in simularibus quibusque particulis eius ge-
neris humor, quem omni viuentium generi esse datum, supra rationem confecim-
us. Hunc planè expressit Aristoteles, dum ait: Calidum autem ipsum in nõ-
nullis pingue habetur, quæ res simul efficit vt neque facile inarescat neq; faci-
le refrigeretur. In nonnullis alio succo præditum est. Hæc ille: reuera enim
non solum hic pinguis, sed etiam triplex commemoratus humor tum nostrum
calorem, tum omnem solidæ partis substantiam continet atque firmat. Os (hoc
vnum in primis ad exemplum adhibere liceat) quandiu in animante constitu-
tum alitur & continet in se vim caloris, alimentario madescit & conspergitur
humore angustis spaciis affuso. Ab animante autem defectum id auulsunq;
ignis cedit ardoribus incenditurque celeriter, ob pinguem eum humorem qui
ad inflammationem est habilis: cum vero is iam incendio absortus fuerit, su-
perstes etiam tum erit ossis constantia & firmitas, idque communis illius ceu
visci vi & beneficio. Eadẽ ferè & in cæteris simularibus est ratio. Triplex itaq;
cum sit omnis earum humor elementaris, primigenius & alimētarius, duo qui-
dem propriam illarum substantiam complent, tertius illius aduentitius quo-
dammodo & externus. Quocirca vitam etiamnum agente animali hic quidem
absorberi sicarique potest, at reliqui duo nunquam funditus, sed neq; maiore
ex parte disperdi possunt: nam priusquam in id discrimen res veniat, propria
detracta materie spiritus calorq; emarcescet, & animal vitam naturæ reddet.
Dissipata enim materia quæ spiritus & caloris propria est sedes, quæ spiritum
continet atque seruat, qui fieri potest vt spiritus substantia & calor diutius per-
sistat? At vero qui integra valetudine frigorum vi intolerabili adeo opprimũ-
tur,

*Spiritus ex
duobus con-
stat.*

*Humor na-
turius & pri-
migenius.*

*Lib. de longi-
tudinè. c. 2.
Triplex par-
tis solidariũ
humor.
Exemplum
in osse.*

*Trium hu-
morũ mutua
comparatio.*

tur, vt quàm mox è vita excedant, iis calor interclusis extinguitur, superflite quodammodo spiritus materia. Vehemens insuper animi deliquium si hominè rapit, & caloris & spiritus substantiam vna in breui dissipat, citra vllam primigenij humoris iacturam. Econtrario autem huius dissolutionem fieri manente spiritus substantia, aut hanc quidem manente nativo calore dissipari, naturalis rerum ordo haud patitur. Primigenius is quem proprium dixi viuentium humorem, quatenus substantiæ nostræ portio quædam est à prima flatim origine suscepta, ab alimentario distat atque fecernitur. Ab aqueo autem abest, quod tametsi vterque ingenitus est nobis, hic tamen omnium corporum vel inanimorum communis, nihil societas nihil commercij habet cum calore & spiritu: ille vero plurimum, vt qui eorum sedes est & fomentum. Hic idcirco est quem præ cæteris natium humorem appellarunt, alij proprio si forte inepto nomine humidum radicale: nos id vt primigenium ita dicere possumus vitale & salutare humidum, quod spiritus & caloris totiusq; vitæ fundamentum est & pabulum.

Trium humoru quod discrimè est.

Quis trium natium humor proprie dicendus.

De triplex similaris partis substantia, & de cæteris humorum differentiis. Cap. V.

Parte similari è nõ pror fus esse simplicem.

SIMILAREM vocatam particulam simplicem, compositionis expertem, & sui vndique similem sensus æstimatione iudicamus, primamque illi structuram ex elementorum temperatione nasci. At vero ne sic ad vnguem ea temperatio per omnes eius particulas equabiliter diffusa est, quin aliæ alioru sint elementorum magis minusve participes: neque cogitatione modo, sed etiam (si quis studiose penitusq; introspiciat) sensu varietas quædam animaduerti potest. Vnde si facilis & accurata quæritur rerum distinctio, pars quæque similari ex aliis quibusdam substantiis condita, hæc vero ex primarum simpliciuq; quatuor naturarum concretionem. Quoniam vero substantias illas nondum partes corporis appellamus, similem partem compositam dicere vsus nõ admittit, compositionem duntaxat existimans eam quæ ex aliis quibusdam particulis confurgit. Substantiæ autem illæ tres sunt omnes in parte similari positæ, solida carnosa & spirituosa, his enim vtar recentiorum verbis. Solida primum est lineamentum & stamen illud stabile atque constans, per quod toti robor est & firmamentum, & qua tanquam basi reliquæ substantiæ innituntur. Hanc enim ea quæ carnosa appellatur vndique circumfundit & obuallat, infercitque spacia inter fibras vacua, quasi rimas expleat: hinc & partis moles rectes dici consuevit. Commune quidem illi carnis nomen est inditum, sed cuius substantia in magna fit varietate. Quæ enim musculorum fibris innascitur, proprie caro appellari solet: quæ autem visceribus, vt cordi, vt iocineri, renibus, lieni, & pulmone, eam *παρέγχυμα* Græci dixerunt, nos affusionem: intestinis, gule, ventriculo, vtero, vtrique vesicæ, arteriis, venis, neruis & membranis quæcunque insidet, commune illa quoque nomen mutuatur, vt vnicuique parti similari sua fit caro. Spirituosam substantiam supra satis persequuti sumus, prætenuem nempe & ætheream eam quæ partis similari essentiam complet & absoluit: illa quidem in solida substantia primu & maxime consistit, omniumque functionum est opifex. Quo autem clariora sint omnia, & hæc superioribus quasi annexa consentiant, solidam substantiam ex aliis rursus constare meditemur, nempe ex terreno crassamento (hoc interim verbi à Columella mutuabor) cuius constantia atque firmitas aqueo humore continetur: mox ex humido primigenio

Qua ratione pars similari appellatur simplicem.

Triplex substantia partis similari. Solida quæ. Carniformis quæ. Caro triplex.

Spirituosa substantia.

Solida substantia rursus ex triplici constat.

migenio quod vitale & spiritus fundamentum appellauimus. In hoc igitur naturalis spiritus (qui ætherea substantia paulo ante commemorata) radices egit ab ortu quibus innititur: inde tanquam è seminario prodiens, in carnosam quæ substantiam propagatur, sicque calorem & naturam secum proferens, his partem similem vniuersam perfundit. Ergo omnes quæ in similari corporis parte sunt substantiæ numerantur, carnosa & solida: in solida crassamentum illud terrenum, humidum primigenium, & insitus spiritus. In crassamento præter terrenam substantiam, aqueus est, & tenax is humore, cuius interuentu partes eius cohærent, firmaque id soliditate consistit. Ne quid autem hic intactu & quasi prætermisum desiderari possit, quod partium simularium perfectam cognitionem tradat, in aliam huic proximam contemplationem animum relaturi, quatuor humorum quos secundarios proprie appellant genera, ab optimis quibusque medicis celebrata, istis comparemus. Quod in solida substantia partis similari primum inest crassamentum, humorem id in se continet aqueum, qui cum sit omnium corporu communis, ad hunc numerum minime referri debet. Neque is humor primigenius qui nobis insitus est & viuentium proprius, naturalisque spiritus sedes, in solida substantia positus, quem leuiter & inconspicue videtur Auicennas cum aqueo eudem fecisse, à quo partium robor & firmitas existit. Sed secundariorum vnus constituendus est is humor, qui carnosa vocatur substantia, & qui ceu concretus liquor solidis fibris adhærescens, moles fit similari partis: hunc manifesto videre licet in carnibus dum igni immo dice torrentur liquari & plurimum defluere ferrique in prunas largiter. Alter est qui ceu proximum partis alimentum illi iam annectitur & agglutinatur. Deinde accedit qui nondum quidem agglutinatur & adhærescit, sed roris vice in partis substantiam diffusus propriusque adductus illi apponitur. Postea is humor existit qui in exilibus arteriis venisque continetur, hinc mox ex earum finibus in vacua partium loca influxurus. Hunc quidem esse constat purioris sanguinis portionem multiplici coctione exquisitè elaboratam, & ex qua pars similari aletur. Quocirca tres hi posteriores nequeunt ad simularium substantiam pertinere: quanquam varia commutatione in corporis naturam tandem commigrabunt. Qui in maioribus venis reconditur sanguis, ad hæc secundariorum humorum genera neutiquam pertinet, sed eos quatuor primos ac principes humores ac vere succos recepit, de quibus suo loco futura est commemoratio. Iam vero si præscriptum ordinem inuertemus ex sanguine qui in vanis concluditur maioribus, quatuor humores secundarij, consequitione quadam fient. Cum enim sanguis iam in extrema & ora exilium venarum arteriaruq; perductus est, primus humor tum appellatur, secundus autem cum iam vice alimenti in partium substantiam influxit iisque apponitur: tertius vbi circum partium villos & stamina concrefcens illis annectitur & agglutinatur: quartus quum iam illis assimilatur & in earum propriam carnem conuertitur. Itaque secundariorum humorum solus hic quartus est in essentia partis similari.

Quid innatum calidum, quæ eius substantia. Cap. VI.

Vt autem hic rerum ordo compositioque disciplinæ sibi constet, in quartu hunc humorem toto animo omnique studio incumbendum, explicandumque plenius quid causæ erat cur cum in cunctis viuentibus inesse, tot tantisque rationibus contenderemus, quantumque momenti & ponderis ad rem institutam obtineat.

Natum hu midu prima est sedes spiritus.

Omnium substantiaru enumeratio.

De humoribus secundariis.

*Substantiã
caloris hu-
midam esse.*

*Quisnã hu-
morũ corpo-
ris est sub-
stantia inna-
ti calidi.*

*Humorem
oleosum esse
innati calidi
substantiam.*

*Totam simi-
laris partii
solidam sub-
stantiam ex
semine na-
sci.*

*Quatuor in
solida sub-
stantia quæ
ex semine
prodiert.*

tineat. Quicquid vitam agit, salutari calore perfusum continetur & regitur: atque is calor qualitas quum sit, totus tamẽ diuinus est atq; cœlestis, & in æthereo spiritu subsistit. Cum autem huius beneficio & munere corpus alioqui frigidum, vniuersum quantum est concalescat, necesse est ei vim inesse caloribus valētissimam, quæ si pariter siccitate comitaretur nos impediendo adiret: atqui nõ vrit, eam igitur necesse est humoris temperatione perfundi, aduentumq; calorem ac spiritum idoneo conuenienti q; humido contineri, quod illius subiecta est & indissolubilis materia quemadmodum in his corporibus quæ apta sunt vt inflamentur, flammæ sedes & pabulum aereus quidam est humor. At quoniam complures sunt humorum ordines, compluresq; in nobis differentiæ, estimandum nunc est quisnam eorum, salutari istius caloribus sedes esse possit. Postrema duo humorum genera alimenta duntaxat, nondum autem corporis partes haberi, ex dictis sit manifestum: quare in promptu quoq; est horum neutrum eã esse quam inuestigamus innati calidi substantiam. Neq; præterea ea fuerit aqueus humor ex quo suam consistentiam accepit partium solidarum crassamentũ: vt qui omnium sit corporum communis. Restat igitur innati calidi substantiam esse, vel carnosam vocatam substantiam, vel id humidum quod radicitus inherens vitale & primigenium appellauimus, quodq; olei cuiusdam speciẽ ostẽdit. Consentaneum autem magis est & ad veritatem propensius, in hoc quã in illa potius calorem vitæ collocari. Permanens enim est & constans humidum hoc primigenium, in solida substantia firmatum, neque nisi annorum ætatisq; decursione imminui potest carnosam substantiam frequenter omni ætate vt augeti ita detrahi & extenuari videtur. Illud si quando iacturam accepit, non refarcitur: hæc marcore exhausta, rursus in amplam molem assurgit: nam carnosæ substantiæ magnitudo variatur, etiam si præterea non augetur animans. Itaque si innatus calor vitæ opifex, tuto nos debet in extremum regere atque moderari, par est utique hunc in stabili humido permanere. Quin & nostræ originis cõtemplatio, vitalem calorem vna cum humido primigenio à semine, carnosam autem substantiam à materno sanguine deriuari monstrat. Etenim prima foetus cõformatione dum simularium partium procreatio institueretur, corpus ipsum seminis, primum in quædam rudimenta sese extendit, deinde vero in exactam speciem. Dum. n. ea rudimenta poneretur, videri poterat corpus seminis adumbratione quandam partium simularium lineamentis suis exhibere, quæ quasi fibre erunt & stamina filis quibusdam tenuissimis araneorũ similibus cõtextar. Hæc est igitur constans & vere solida partium simularium substantia ex puro semine concreta: ad quã deinde sensum influens & illabens sanguis maternus, villos & stamina vndiq; circumfusus illic cõrescebat, fiebatq; substantia carnosam ex sanguine: quæ affusa insperfaq; locis inanibus, moles est partium simularium. Quæcunq; aut solidior illa substantia ab ortu conditione accepit, eandẽ totius vitæ cursu retinet. Nã stamina ex humido liquidoq; semine creata, quãquam diuturnitate magis magisq; siccescunt, dũ ad extremum seniu quod aridissimũ est veniant, semper tñ eius humidũ quod a semine contraxerunt, aliquid sibi in oẽm vitam recondunt: quod vt recens natis & infantibus plurimum est, senibus exiguum, ita interiectis ætatibus mediocre. Quantulumcunq; id ipsum est quod in vitæ extremum reconditur, secum id spiritum & calorem ex semine aduexit, hosque retinet tum sibi tum solide substantiæ perennes & indissolubiles. Ex quo intelligi potest carnosam simularium partium substantiã à sanguine, solidam vero & quicquid in eius compositione inest siue crassamentum, siue humidum primigenium, siue spiritus, siue insitus calor, id omne olim à semine

a semine natum processisse, & tanquam illius quædam portio sit incorrupta, seminis naturam plurimum redolere. Hinc rursus perspicuum euadit innati calidi quam exquirimus substantiam, præstantem illam quidem & uitæ conseruatricem, non ad carnosam quæ ex sanguine prodijt, sed ad primigenium humidum, quod suam semini originem refert acceptam, pertinere. Ergo si qua illius promenda est definitio, calidum innatum est humidum primigenium in sito spiritu & calore undique perfusum. Id nempe humidum cui spiritus & calor ab ortu est inditus, in quo saluus uiget & conseruatur. Tribus ergo illis coniunctum innatum calidum continetur, quanquam hoc ipso nomine quidam spiritum ingenitum appellant, ad rarius nec satis proprie. De his hæctenus, nunc de natura.

*Innati calidi
quid.*

Quid natura medicis, & quæ eius substantia.

Cap. VII.

Quod generatim atque uniuersè physici proponunt hoc loco contrahentes naturam esse definitum vim primam & causam per se nostri opificem & conseruatricem. Hominis enim natura est quæ non aliud quicquam procurat, & quæ soli addicta homini, quem conformauit gubernat quantum potest longissime. Etenim ne frustra condidisse uideatur, edito illa operi in omni uita in fides, id nunquam deserit sed eius gubernacula tractans partes omnes in suam quamq; opus ducit & concitat, ut illa tota simul omnium functionum causa cõseri debeat. At illius substantiam quænam sit peruestiganti, uis & potestas caloribus prima in mentem uenit, cui solet omnis effectus causa palam attribui. At uero qualitas sincera caloribus, etiam si diuinus hic sit ac planè cœlestis, tamen functionum opifex non erit, neque dum intentione creat, continuo integrioribus, firmioribusq; functionibus expromit, nisi pariter incrementum accipiat substantia caloribus: quocirca necessarium est naturæ nomen atque finitionem, non uni caloribus, sed illius quoque substantiæ accommodari: quod & omnes philosophi nunquam accidenti attulerunt, sed alteri compositæ rei principio. Moderato autem cuique caloribus qui aut in sanguine, aut in quouis humorum genere, aut in spiritu, aut in corporis substantia situs est, naturæ nomen non nisi promiscue & fusa nimis appellatione aptari potest. Aptius quidem spiritum ingenitum quicumque is fuerit, naturam dixeris. Veruntamen si proprie agendum est, naturæ substantia est calidum innatum quale supra circumscriptum Id enim animal ab initio confirmauit, auxit, & tanquam omnium operum naturalium causa nutriuit. Natura igitur perinde atque innatus calor tria comprehendit, humidum primigenium, spiritum & calorem, omnia quidem uno eodemq; ortu ex semine prognata. Quum ueteres naturam & uirum substantiam tum ex spiritu, tum ex carnosam specie, tum ex solidis ipsis simul iunctis cõstare & compleri pronuntiant, potius ea quibus sustinentur uires enumerant, quã proprie naturæ nomen usurpent, eum carnosam illa species nequaquam sit a semine contracta: quæ autem uere natura est tota ex semine nascens, animal effinxit, huicq; totius uitæ cursu moderatur. Quæ pure natura dicitur carni nõ est ingenita, sed in hanc ex solida substantia cui peculiaris est, confertur. Corporis natura, quæ & innatum calidum, in solidæ partis crassamento tanquam in materia consistit: vt hæc solida seminalisq; substantia aliorum omnium more, ex materia & natura constitui intelligatur. Cæterum hæc ipsa principia, non ut quæ solent accurate a physicis tractari, simplicia sunt & omnis compositionis expertia: se etsi forte sensu simplicia iudicantur, cogitatione tamen ex

*Natura hu-
mana defini-
tio.*

*Naturam
non solũ ca-
lorem, sed
substantiam
esse.*

*Multiplex
naturæ ap-
pellatio.
Naturæ sub-
stantia.*

*Natura
substantiam
ex quatuor
elementis cõ-
stare.*

O primis

Naturam esse temperamentum.

primis constant elementis se prioribus. Crassamentum enim quod substratum atque subiectum est, ex densis terrenisq; elementis plurimum quidem conditum est, non tamen tenuiorum profus experts. Natura quæ in illo uiget, humidum primigenio & spiritu calido perficitur, quæ aeris atque ignis plurimum in compositione acceperunt, sed tamen terræ & aquæ non nihil, licet id omnino minimum: ut medicis nulla profus substantia sit, quæ non ex quatuor naturarum temperatione sit concreta. Hinc fit ut rursus naturam quodammodo liceat appellare primum id corporis temperamentum, quod a prima statim origine ex elementorum & caloris diuini perfusione contractum est. Illi tanquam in prima functionum omnium causa consistunt, quicunque caducæ naturæ limitibus coerciti, nihil supra hanc diuinius quicquam neque ipsam animæ substantiam inuestigant. His igitur natura est temperamentum in spiritu & humido primigenio situm: quod quoniam caloris dominio uincit, calorem quoque natuum appellat. Tot modis natura dici solet: nam quod Hippocrates aliquando quatuor humorum congestionem, aliquando corporis formam & figuram hoc nomine signat, præter usum est & consuetudinem loquendi. His iam decursis, plenius ad eunda nobis est innati calidi & spirituum tractatio, quorum gratia hic a nobis liber sit erat institutus.

Vt innatum calidum aetatum inclinatione, status mutationem subcat. Cap. VIII.

Ortus summus est tum calor tum humor.

ABUNDANTER calida humidaq; est innati calidi substantia, eo cumulatior & plenior, quo magis sit caloris humorisq; particeps. Talis est omnino in semine mistisq; ortus nostri primordiis, quæ caloris atque humoris natuum summum habent complementum, ut alias nunquam plenius affluere possint. Quæ ortui proxima est ætas, tanta istorum abundantia circumfluit, quantâ nulla ætas consequuta aut arte aut industria potest excedere, sed ne parem quidē atque primo ortu acceperat, uel exquisitissima uiuendi lege conseruare, alioqui perpetuari & sempiternis seculorum ætatibus sustineri posset animans. Illa porò summa cum sint infantium ætate, moderata tamen esse dicimus, ipsamq; innati calidi substantiam bene temperatam. Qui enim in hac calor inest, licet sit summus, quia tamen humido perfunditur, mitis est omnino & blandus, nulla feriens acrimonia. Sic & humor licet uberior, haud tamen diffluit, sed calore coercetur: sic summa quæ sunt, ad moderationem quandam exquisitæ sunt temperata, ut infantibus & puerilis redundans humor, pari quodammodo spiritu & calore sit aspersus. Hinc ætate progrediente sensum uel caloris mēbra siccescunt, simul quoque & robur & incrementum consequuntur, non modica quidem humoris portione in accretionem profusa. Id itidem sentiens Hippocrates, ait corpus quodcumque augetur & robur accipit, necessario calidum esse, illaq; ob innati calidi uim conferri. At uero cum iam ossa, nerui atque mēbra non ultra sequi ducere possunt, incrementum omne sistitur: tum uero mēbris summum robur inest, summæq; uires insunt ad animalium operum functionem. Quæ profecto argumento sunt, ætatum floridam humidum primigenium iam siccius obtinere. Cæterum hæc ætas inter extrema medium occupauit, neque ut senium ingenti siccitate inarescit, neque ut infantium ætas humore multo afflur: atque in ea mediocritate tametsi humor non satis ad incrementum suppetit, satis tamen est qui possit ingentem calorem & spiritum, quantum a primordiis acceperat quodammodo asseruare. Ita enim existimant parem adulescenti

Summus quāuis sit tamen est temperatus.

Membra corpore siccescere. Lib. de nat. hum.

lescenti atque infanti infidere calorem, quia quantum substantiæ caloris perpetuus ille fluor ab incunte ætate dissipauit, tantundem qualitatis & acrimoniæ genuit attulitq; adulescentia: quandoquidem sicciore facta materia solet calor omnis vires suas uehementius proferre. Hac igitur uicissitudine quia dispersita substantia qualitas increuit, parem calorem sensus æstimatio illis fortasse decernit. At uero infantis plurimus est naturalis calor, isq; blandus & habitus similis, ut substantiæ æstimati one Hippocrates hominem prima die calidissimum statuat. Inueni autem caloris substantia, non potest non esse ad quam paucitate atque exilitate redacta, quam ob causam is reuera minus est calidus: at si qualitas spectatur, calore est acri & intenso. Qui calidissimus est infans, is pariter bene temperatus est, ad cunctas naturæ perfusiones accommodatus. Huius uero comparatione iuuenis intemperatus censetur, qui acrem igneumq; calorem est consequutus, quem etiam aduentitiū externūq; appellant: non quod extrinsecus assumptus sit aut accesserit (illuc enim suo pte impetu inuestus est & sublatus) sed quod bene temperati limites egressus & extra eos positus, non similiter atque ille ad naturæ munera vires habeat. Itaque infantis natiuo calido excellunt, iuuenes aduentiti omniūq; magis qui febre iactāt: at natuius in istis nō inest pristino equalis, nedū maior. Sed ad nos iam redeamus. Ab summo ætatis vigore sensim qualitas & acrimonia caloris marcescit & paulatim collabitur, usque eo dum is extremo senio languidus contabescat. Quicquid enim subest tanquam calori pabulū, id uniuersum incendio deflagrat ætatis uigore, ut tum acerrimus calor omnia uocans sese nequeat amplius effundere. Hinc uero quoniam nimium exesa dissipataq; insiti illius & primigenii humidi substantia, non est satis apta pari calori fouendo, necessum est ut dum sensim humidum absumatur, calor quoque pariter obsolescat: & (ut ait Hippocrates) dum corpus arefcere incipiet, defluens ad ruinā frigidius efficiatur. diebusq; postremis quanto plus homo extabescit, tanto frigidior necessario reddatur, ut sui ipsius ratione sit postrema uitæ die frigidissimus. Hac igitur ratione natu caloris alias substantia, alias qualitas ætatū progressu ad ruinā defluēs, in perniciē agitatur. Cæterū quoniam exhausto pabulo calor una restinguitur, si hic causa est quæ pabulū absumit, ut certe est: fiet protinus idē calor interitus sui causa. Gaudet quidē & iucunde fruitur humidi cōmersio, cuius etiam si interitum non expetit, ipsum tamē necessario affert: sublato autē humido consequens est & calorē tolli. Vnde hic calor dum conseruari & perfici naturaliter desiderat, semetipsum is conficit & interimit, & quem sui occasum & obitum non intendit, eū tamen conficit. Sed quoniam nihil quod genitū est & natura constat, primū & per se sui exitum molitur, sed quā longissime prorogari & in rerū natura consistere peroptat: ne ipse quidē calor per se & ex instituto, sui interitus causa fuerit, uerū ut dicere solent ex accidenti & alterius interiectu. Nā aliud quippiā agens, ipse quippe humidū cōficiens, seipsum pariter diripit atque uastat. Quocirca nō alia est ortus nostri, alia interitus causa, sed quæcūque nos genuit & moderatur, ea tandē extremū uitæ diem morte cōficit. Dixerit hic aliquis. Si summus ætatis uigor calorem profert tactu acerrimū, fenectus autē ignauū & inertem, necessitas est medio transitu moderationē quandam percipi caloris, qualem & superior de temperamentis tractatio cōfirmat? Quid est igitur rem nō hanc similiter ut infantii ætatem, aut fortasse cōuenientius liceat in temperatis numerare? Nūc sanē diuersa nobis atq; tū est temperati ratio, illic enim temperamenta tactu & qualitatis ordine, hic substantiæ copia & ubertate dimetimur. Quæ enim floridæ succedit ætas, tactus iudicio temperatum

Media ætate licet humor sit paucior, par tamen est sensu calor.

Reuera infantis copiosior est calor quam ætate media.

A media ætate calorē minui.

Calor seipsum destruit & cōsumit.

Non per se sed ex accidenti id. efficitur.

Obiectio.

Solutio. Inclinationē non similiter

atq; infan-
tium aetate
dicit tempera-
tam.

Caloris &
humoris in-
nati amici-
tia.

Differētia
mē calor &
humor.

tū præbet calorē, at uero paucū id est, nec ei simile quod summe expetitur lau-
daturq; omni vita, & quale infantū aetati inest plurimū, naturæ munis cōgruē
tissimum. Pollet enim hæc ætas eius humidi facultate, quod tum naturæ iucum
dissimum, tum calori affine tēperiem accersit, subsidiumq; cōfert ad actiones.
Altera uero quia ficcior aduentitio calore continetur, qui tamē tactione me-
diocris comprehenditur. Et si igitur quicumque natiuus calor integer est & ua-
lens, is continuo est tēperatus: non id tamen retro cōmeat, ut qui temperatus
sensus iudicio confirmatur, is natiuus sit & nostræ naturæ familiaris. Hic ani-
mo tractare & contēplari liceat rem cognitione dignissimā, humidi quippe pri-
migenij, atq; caloris societatem. Tanta enim est horum consentiens, conspirās
& continuata cognatio, ut semper mutuas operas conferant, nihilq; unum effi-
cere possit alterius ope destitutum. Iuueni siquidem etsi par quodāmodo atq;
puero calor insidet, naturæ tamē operibus ille obscurior & infirmior est quā
puer, quod quadam ex parte exhausto humore factus sit aridior. Quod planē ar-
gumentum est humorē insitum non minus atq; calorē ad naturæ opera conferre.
At certe illa esse diuersa declarat quæ per ætates incidit mutatio: dum al-
tero constante alterum sensim dissipatur. Huc pertinet quod humidum tanquā
fomentum & pabulum est caloris, calor autem illius beneficio sustinetur: hic
ut efficiens est præcipuum, humidum vice materiæ subternitur calori, magisq;
patitur. Quibus magna vi frigoris insitus calor repente extinguitur (quod hyc
me per alpes iter facientibus tempestas Aquilonia inferre solet (humidum fe-
rē superest: quid enim potuit insperata & repentina morte id tam subito di-
sperdere? At uero contra humidum euanescere dissoluiue non potest supersti-
te calore. Qui extrema senectute contracti, naturæ necessitate mortem oppre-
tunt, ijs vna cum calore innatum humidum disperditur, ut illius nihil restet
aut certe perexiguū, quod non sit satis asseruando calori. Itidem ferē susti-
nent qui tabifica febre arescentes immatura morte decedunt.

Ut innatum calidum per anni tempora & per regiones mutetur, & multi-
plex illius appellatio. Cap. IX.

Hyeme ube-
rior est in
nobis copia
caloris quā
aestate.

Aestate a-
erior in no-
bis est calor
quā hyeme.

QVALEM aetatum decursio affert calidi nostri commutationē, talē existi-
manit Hippocrates ex anni tēporibus nobis obuēnire. Etenim hyeme copiosa
in nobis substantia caloris affluit: aestate uero dispersa decedit. Hyeme qui-
dem circumsepientis nos aeris frigus corpora contingens, calorem cum sangui-
ne & spiritu, quorum est comes, intro repellit in profundum, forisq; cutis spi-
racula astringens, caloris substantiam cogit & ita coercet, ut nihil eius aut mi-
nimum possit effluere: sicque illa partibus intimis uires colligens, multo quā
prius robustior euadit. Aestate contra, quoniam ambientis feruor corporum
spiramenta laxat, & interiores tum spiritus tum humores foras elicit, necesse
est substantiæ caloris plurimum in confinem aerem diffuere atque dispari,
exiguū uero intus contineri. Ver & autumnus istorum moderationem quā
dam inuehnt. Hunc igitur in modum anni tempora caloris substantiam aug-
gent minuuntve. Eius uero qualitatem sic commutant, ut aestas feruentissima
exiguam quæ in nobis concluditur substantiam torreat ardore, efficiatq; ut
temperata quæ fuerat, naturæ metas plerunq; excedens, aduentitia reddatur.
Hyeme ex frigoris scuitia substantia caloris nihilo sit frigidior, sed prio-
rem statum retinet ijs maxime corporibus quæ plurimo sanguine & ca-
lore prædita sunt. Exanguia autem (cuiusmodi eorum sunt animalium
quæ

quæ per hyemem degunt in latibulis) ut omnia frigorū iniuriā læduntur, sic
plurima extincto calore de uita decedunt, imo & inter homines ut omnū ex-
ternæ saltem partes refrigerant, ita quicumque imbecillo sunt corpore, aut fi-
nē sensu & motu tanquam delumbati saccant, aut prorsus ex hominum uita de-
migrant. Iam uero calidi commutationem quæ per anni tempora fit, si quis ei
conferat quam aetatum inclinatio protulit: hyemis parte postrema, ut ineunte
aestate, uberrimum deprehendetur innatum calidum: uere autem eam sortietur
conditionem quam in pueritia & adolescentia: aetas proportione respondet flo-
renti aetati: autumnus ob eam quæ aestate fit dispersionem, pauca est substantia
caloris, sed ea minus acris quā aestate, unde possit autumnus inclinanti præci-
pitata iam aetati conferri. Sub autūni finem hyemisque ingressum, calor in no-
bis modicus inest, qui quoniam corpus etiam tum laxum est & patens, prompte
refrigerat, eique non admodum sit dissimilis qui senectutem decrepita ten-
niter fouet. Regionum uarietas similis ferē mutationis est occasio. Quanto
enim ad austrum & medium illum cingulum qui solis ardore torretur, magis
inclinata est, tanto paucior hominibus inest calidi substantia, ipsa uero quali-
tas acrior. Contra quantum regio ad Aquilonem vergit, tantum in corporibus
abundat beneque temperata est innati calidi substantia, nisi forte cum ad vlti-
mas terræ regiones acceditur, in quibus præfrigore uix vllum animal hyeme vi-
tam agit. Existit autem hoc loco quæstio subdificilis, qui fieri possit ut hyeme
quā aestate innatum calidum sit uerius: nunquid forte tum augetur ea par-
tium solidarum substantia quæ olim à femine dimanauit? Cum assiduo sub-
stantiæ fluore corpus nostrum sensim dissoluatur, neque vitare possumus ingenitam
nobis senij ac interitus necessitatem, fieri certe non potest quin de propria in-
nati calidi substantia continenter quedam fiat decessio, non modo maioribus
illis aetatum decursionibus, sed & quouis anni tempore tū calido tum frigido.
Quoniam enim ambiens aer minus hyeme quā aestate dissipat, interior ta-
men noster calor non minus pabulum suum populatur & conficit. Quod si forte
coercitus intus calor concoctionem augeat, & benigni succi copiam exaggeret
ad partium nutritionem, instauretque humidū natiui portionem quæ perpetuo
illo fluore perit, perspicuum tamen est quicquid accedit instauratione, pluri-
mum ab eius integritate deficere quod euauit, quodque olim fuerat à femine
comparatum: alioqui immortale fieret animal. Quo fit ut de innati calidi sub-
stantia quotidie magis magisque detrahatur, neque possit uilla hyeme abundan-
tior esse quā aestate illi superiore, quemadmodum neque florentium aetati po-
test vel optimis alimentis par ei comparari, quam infantium aetas præ se fere-
bat. Sed tamen Hippocratis sunt illa. Ventres hyeme & uere natura esse cali-
dissimos, tum uero & magnam innati calidi copiam inesse. Ab hoc igitur me-
dicinæ parente cum nefas sit desciscisse, uerborum illius vim & bene dicta sic
interpretari consilium est: eo loco innatum calidum non eam puram substan-
tiam appellasse, quam solidæ partes à femine cōtraxerunt, & quam aphorismo
superiore, crescentium aetati plurimam esse prodiderat: uerum uel eam impu-
riorem iam factam auctamque uerborum alimentis appulsi, uel omnem substan-
tiam quæ moderato & miti calore sit prædita, siue ea pars nostri sit corporis, si-
ue minus. Hac notione sanguis & artetiarum spiritus ipsaque corporis moles
innati calidi substantia sunt, sicuti & eadem naturæ appellatione diximus quā-
doque contineri, quam etiam pubescentibus & adolescentibus plus calidi inest
se quā infantium & puerorum aetati, quibus recte censuerit. Veruntamen ca-
lidum hoc impurum est, neque innatum id ipsum est, quod à prima origine se-
men

Temporū an-
ni & aetatis
comparatio.

Innati cali-
di ex regio-
ne uarietas.

Quæstio.

Solutio.
Verā calidi
substantiam
hyeme nō au-
geri.

Obiectio ex
Hipp.
Solutio.

Quid eo lo-
co Hipp. cali-
dū appellet.

Duplex dici
innati cali-
dum.

men nobis indiderat. Itaque naturalis calidi substantia cum bifariam dicatur, aut purior illa partium solidarum à semine ducta, aut ea ipsa nutritione aucta factaque impurior adultis, atque etiam liquidum omne corpus mediocri calore perfusum, siue id sanguis siue spiritus est: fieri quidem haudquaquam potest, vt vna eademq; nominis ratione, crescentium ætas & hyems plurimum habeat innati calidi, sed qui ira pronuntiat necessario omonymian inducit.

Naturæ tum caloris, tum spiritus differentia: hosq; partibus singulis infitos, aliunde influentibus gubernari. Cap. XII.

Triplex substantia cuius parti similitudo sua est ei propria.

Quot partes corporis tot sunt spiritus & eorundem naturæ.

Spiritus & vires influentes.

Naturalis Vitalis. Animalis.

10
PARTEM vnamquamque similem innato calido & priori spiritu instruatam esse quoad in vita sit animans, neque citra opem illorum posse vnquam consistere, perspicuum iam est & euident. Similares partes non vno eodemq; omnes temperamento tenentur, sed os frigidius est aridiusq; neruo, neruus vti & membrana carne frigidior atque sicior. Quoniam igitur compositæ rei temperamentum ex simplicium quibus constat permixtione nascitur, sit necessario vt eæ substantiæ quas parti cuique similari datas esse meminimus, diuersam in hac atque in illa parte tum speciem tum substantiam sortitæ sint, neq; vna temperamenti lex atq; modus insit omnibus. Quare qui in osse inest spiritus ab eo distat qui in neruo, hic rursum ab eo qui moderator est carnis. Sic humidum primigenium ipsamq; innati caloris substantiam, aliam os adeptum est, aliam neruus, aliam caro, vti & pars vnaquæque similis. Est autem in his varietas non modo ex substantiæ multitudine, sed ex primorum elementorum vnde conditæ sunt temperatione perfecta. Qui partium functiones studiose animaduertet, & quod neque os nerui, neque neruus carnis substantiam gignere possit aut refarcire, neque contra: hac adductus functionum discrepantia quæ illas tota specie disculdit, mox opinor causas quæ illarum sunt effectrices, pari intervallo disiuget. Hæ autem quum sint spiritus & innatum calidum, quibus naturæ substantiam compleri diximus, consequens est totidem statui spirituum innatorum, totidem & humidorum & calidorum & naturarum varietates, quod partium simularium differentias numero dimetitur, vt vniuscuiusque partis sua hæc sint, caterarum nulli eadem prorsus impertita. Quæ partes corporis principatum obtinent, iecur, cor & cerebrum, tum natura, tum spiritu præpotente valent, vt non se ipsis duntaxat gubernandis dent operam, sed alios de se spiritus tãquam iugi de fonte promant, in omne corpus propriis ductibus deriuatos. His quicunque partibus singulis ingeniuntur sunt spiritus, aluntur: his in vires functionesque suas concitati, constantem & perpetuam operum functionem edunt. Vnde intelligitur præter innatos spiritus qui stabiles & in vnaquaque parte fixi sunt, tres insuper errantes & vagos influentesq; existere, vnum naturalem è iecore per venas in corporis extrema diffusum; alterum vitalem quem cor assiduò per arterias emittit; tertium animale qui in cerebri ventriculis genitus, hincq; per neruos profectus, partes irrigat sensus motusque compotes. Hunc quidem in cerebri ventriculis viisq; sensuum contineri, quemadmodum & in arterijs vitalem, inter omnes medicos iam planè constat: at naturalem ex iocinere proferri, non vsque adeo est sensu compertum. Cæterum si vis est vlla demonstrationis, neque sunt omnia sensuum testimonio fulcienda, consuecent supra adductæ Aristotelis rationes, si qua in iocinere communis & influens statuitur naturalis facultas, illinc quoque naturalem spiritum dimanare, qui eius distribuentæ sit vehiculum. Non enim sanguis ad idem munus satis est accommodatus,

modatus, qui nempe crassior mediam inter corpus facultatemq; substantiam non est sortitus. Ergo vniuersum animal gubernant principes tres facultates, totidem spirituum vehiculis, ex suis quæque fontibus, per proprios canales in omne corpus distributæ. Nulla pars in nobis aut calorem aut insitum spiritum, aut vires ab ortu datas potest retinere citra influentium spirituum vires, sed in breui omnia conciderent à principiorum viribus & fauore destituta. Itaque quum sint partium corporis aliæ principes, vt cerebrum, cor, & iecur, adde si videtur & testes: aliæ ab his natæ & quasi earum viribus subseruientes, vt nerui, arteriæ, venæ, seminis vasa: reliquarum omnium insitæ vires influentibus inde viribus gubernantur: aliæ manifestius, vt musculus: aliæ obscurius, vt os, cartilago vinculum. In has enim partes tametsi neque vena inseritur quæ sanguinem, neque arteria quæ spiritum perferat, satis tamen hæc in illas deriuari declarat assidua quæ sit earum nutritio. Neque enim citra influxum possint esse persistere & vita teneri. Nulla igitur seipsa duntaxat gubernatur: nisi id fortassis ita accipiendum quis velit, quod non per manifestos & patentes ductus, musculorum & interiorum viscerum modo regantur. Hæc siquidem vt vberiores spiritus atq; vires acceperunt, sic venis, arterijs atq; neruis indigent, quibus manifesta sit & conspicua gubernatio. Ex his denuo planum sit & apertum, tum vitalem, tum naturalem spiritum in omne corpus effundi atque diffuere, eorq; pertingere vbi neq; vena, neque arteria est: harum enim adminiculo non vbiq; indiget, animale autem spiritum nusquam posse citra neruos aut eorum villos atque stamina contineri, aut vires suas proderere. Optima id quidem ratione à natura institutum, quod pars vnaquæque nutritione & vita, non autem sensu & motu indigeret.

Naturalem spiritum fieri materiam vitalem atque animalis, utque spiritus & alia substantiæ partibus ingeniuntur. Cap. XII.

30
HAC autem rationi insiti spiritus, & aliæ solidarum partium substantiæ seruari nutritiq; solent. Alimenti purior magisq; aerea portio, concoctione in eam transit sanguinis tenuiorem substantiam, quæ vaporis speciem quandam exhibet. Ea tum a spiritu iecori ingeniuntur vim accipiens, eiusque vbertate penitus perfusa, spiritus fit naturalis, reliquo sanguine tanto præstantior, quanto iecoris molem vis ei naturaliter insita præcellit. Huius spiritus quantum per venam cauam vna cum sanguine effertur, & in cor inuehitur, illic denuo calor vi accuratius elaboratum attenuatumq;, in aeris propè speciem mutatur: atq; ex dextro cordis sinu per communes eosq; arctissimos aditus, in sinistrum sinum viam capeffit & permeat, vbi hausto per pulmones aere temperatum, materia quædam fit cui calor & vis concessa vitalis, spiritum profert vitalem per arterias toto corpore diffusum atque confertum. Quæ portio istius per ceruicis arterias in cerebri basin rapitur, tertio contextus illius admirabilis anfractu mitigata, mox in cerebri ventriculos per cõtextum alium choroidem appellatum confertur. Illic exhausto per nares elaboratoque aere, fomentum incrementumque recipit, & vi proprietateque spiritus qui cerebro est ingeniuntur, conuersione quadam spiritus fit animalis, etherea planè imitatus, ad motum, ad sensum, ad omnes deniq; animales functiones apte comparatus. Itaque vapor ille sanguinis in iocinere natus, si vitali spiritui, deinde & animali se se materiam & quasi alimentum exhiberi, debet primo statim spirituum ordine collocari.

Quantum

Partes omnium infitis vt influentibus viribus gubernari.

Non partes omnes indigere animali spiritui, ut aliis.

Naturalis spiritus procreatio.

Vitalis spiritus creatio.

Spiritus animalis ut generetur.

Naturalis primo est omnium, utreq; spiritus dicitur.

Quantum hic à vitali, tantundeni profecto & vitalis ab animali tenuitate dif-
fert: etenim naturalis, vaporem æmulatur, vitalis, æreus est, animalis autem
æthereus. Vitalem peræq; ac animale, si spiritum dicimus, quid non pariter
naturalem eadem appellatione notemus? Quæ in substantia spirituum varietas
ineest, efficit quidem vt non vnus eiusdemq; ij sint naturæ: at genus vnum
communemque appellationem eos participare quid quæso obstabit? De his
quidem ita sit statum. Qui naturalis spiritus est appellatus, supra reliquos hoc
peculiare munere præditus est, vt quum propriæ facultati se vehiculum exhibe-
uerit, alimentum deinde se offerat ei alendo spiritui qui suus est cuiq; parti
similari congenitus. Ita enim conuenit vnquamque huius substantiam con-
uenienti atque idoneo foueri alimento. In eo porrò humore qui per ora vena-
rum in partium vacuas regiones tanquam ros aliquis confluxit, quicquid cras-
sius & concretum magis est, id solidæ substantiæ crassamentum, in alimentum
sibi allicit atq; iungit: quicquid autem tenuius est, & olei cuiusdam particeps,
humidum illud primigenium fouet & alit: vapor illinc sublatus vna cum natu-
rali spiritu, ingenitum partis cuiusque spiritum continet simul vero & circum-
fundentis nos aeris per diafotem transmissio. Reliqua quæcunque simili par-
ti insidet substantia, id sibi allicit reponitq; in alimētum, quod in affluente hu-
more medium est inter vaporem & crassiorem substantiam. Itaq; parti-
culæ toti simili alendæ vnus sanguis sufficit: sed cuius singula conueniētibus earum
singulis accommodantur, vt suo posthac loco plenius afferetur.

Naturalis
spiritus insi-
tum nutrit.

Vnde &
quò vnacque
que partium
substantia ali-
tur.

Quarti libri de Spiritibus & innato calido.

F I N I S.

D E A N I M A E

F A C U L T A T I B V S,

LIBER V.



Quid anima. Cap. Primo.



ERRENO concretoque corpori quicquid fini-
timum natura nobis ingenuit, quicquid affine
in vnum quasi concentum nexuit, siue aspecta-
bile, siue abstrusum id & sensibus incompertū
foret, sic omne superior commentatio explica-
uit, vt nihil insuper desiderari posse confidā,
quod eius fabricationem & structuram plenius
adornet. At quoniam non in solius corporis,
sed in hominis qui ex corpore & animo cōstat,
meditatione versamur, quum ad exitum iam
pducta sit corporis tractatio, nūc animi eiusq;
partium & facultatum contēplatio iure ad eum

Præfatio.

da videatur, si quidem vllum est studium percipiendi hominis atque cognoscen-
di. Inuoluta nimis & obscura animæ cognitio, & quam ceu minus obuiam non
sit promptum attingere. Quocirca sensus nostros effugientem illam, solis fun-
ctionibus operibusq; proditis, cernere mens possit, vt i & vnquamque recon-
ditā causam ex affectibus qui conspicui sint & obiecti sensibus, ea solet execute-
re. Itaque dum in viuus est homo, plurima munera exequitur, quæ morte con-
sumptus ne minimum quidem attigerit, quod argumentum sanè est horum mu-
nerum non corpus ipsum efficientem causam haberi, sed inesse quippiam viu-
ti quo sit is præstantior atque potentior demortuo, & quo ad obcunda munia se
comparat. Inest quidem in homine quædam actionum habilitas & efficientia,
ipse denique vita quæ propria quædam est viuētis functio: verum actionē ve-
terum philosophorum imitatione animam censere, quæ dormientibus nobis
extra corpus diuagetur, vigilantibus in id remeet, nisi forte immodico sopore
longius profecta remigrare non possit, anile sanè & plenum superstitionis est.
Quare quum sint actiones in eorum accidentiū genere quæ continenter ab eū
prolabūturq; quemadmodum & motus omnis, neq; à seipsis vnquam firme sub-
sistant: necessarium est quoties actiones obiri cernimus, superiorē his causam
mente complecti, quam illæ velut vmbra corpus consequantur. Ergo actionum
vitæ stabilis & constans quædam in nobis est causa, qua præsentē vita actioque
cūnis perficitur qua decidente simul vita perit atque dissipatur. hanc tātisper-
dum nequeunt aliter illius essentiam cognitam habere, omnes quidem animā
esse profitentur: vt sit anima principium & causa functionum viuētis corporis.
Nihil vero refert si quis organici corporis perfectionē esse statuat: quod enim
viuens est corpus, id corpus, id continuo naturale est & organicum. Nam quate-
nus viuūt, alimento sanè vtitur, organaq; adeptum est tum ad concoctionē, tum

Animam so-
lis operibus
cognosci.

Corporis
actiones nec
a se, nec a
corpore pro-
fici.

Actionum
corporis cau-
sam esse ani-
mam.

Anima quid

P ad

ad alimenti distributionem accommodata, sine quibus neque alim. ento vti possit, neque viuere. Ergo quum viuens omne corpus statim sit organicum, quicquid illi vitam conferret actionesq; vitales inducet, anima censetur: ea autem totius est perfectio.

Anima genera, partes & facultates quot & quae sint. Cap. II.

Vnde sanatur rerum differentia.

Vinculium differentia & ordinis.

Tria anima genera. Quo differunt genera a partibus.

Eadem nomina generum & partium animae.

Partes animae quae.

VIVENTIS corporis species est anima, cui vita tanquam propria peculiarisq; actio comes est & sociata. Cuiuscunq; igitur illa in se debet, id animatum reddet pariter & viuum, animamq; sortietur ceu veram essentiam, vitam vero vt propriam illius functionem. Vnde exquisita animatorum ab inanibus differentia per animam & animatorum ordines ex anima differentijs vere decernuntur. At nihilominus quoniam plerumque relicta essentiae obscuritate, ad eius proprias functiones quae manifestiores sunt diuertimus, idcirco ex his plerumq; differentias recte nobis comparamus. Sic philosophi praestantissimi & animam vitam definiturunt, & ex vitae differentijs animae genera protulerunt. Quos & nos hic sequuti, ab infimo viuentium ordine per singulos gradus ad hominis vsque naturam progressionem facta, ex vitae functionibus, quod alia corpora solius naturae beneficio viuunt quae, quae id est terra edita dicuntur, alia ratione & intelligentia praedita sint, tres viuentium differentias mente complectimur, naturale, sentiens, & intelligens: tres quoque animae species iisdem nominibus insignitas, quae sunt naturalis, sentiens, & intelligens: quibus haec respondet viuentium genera, ζῷον, id est terra editum siue stirps, brutum, homo. Etenim proprie illa inferiorum generum conditionem subeunt, quod disclusa disunctaq; separatim subsistant, quod nunquam in idem coire conciliariq; possunt: quodque sigillatim de vno quoque animae nomen enuntietur. Quae enim in satis ac stirpibus naturalis inest, ea sane est anima, a qua & stirpes animatas dicimus, licet nondum animalia: quae item beluis praestit sentiens ea quoq; anima est, quae non animatas modo, sed etiam animalia illas efficit. Intelligentem demum hominis mentem nemo fuerit qui animam esse non dicat. Sic autem sciungatae sunt atque distractae, vt neque quae hominis intelligens est anima sit sentiens, neque quae beluis sentiens imperat, sit naturalis, vt neq; homo belua est, neque belua stirpis, alioqui in magnam confusionem adigerentur rerum species. Quinimo eidem nequeunt pariter insidere intelligens & sentiens, vel sentiens & naturalis: quoniam neque complures substantiarum formae, reuera eiusdem esse possunt subiectae materiae, neque idem liceat beluam & fruticem appellare, neque beluam & hominem. Haec igitur tria sunt discreta animae genera. Efficit autem nominum inopia, vt iisdem quoque appellationibus tum partes, tum facultates animae designentur: vnde perinagnis saepe obscuritatibus scripta latent inuoluta. Ita enim quicquid intelligens est, continui sentiens esse dicimus, id est sentiendi facultate praeditum, & quod sentiens est, id quoque fatemur naturae facultatibus teneri: vt haec non principium formarum, sed vel partium, vel facultatum sint nomina. Partes animae eas dici velim, quae sociatae atque connexae, in totius vnae & integram substantiam conspirant, quibus seorsum singulis non apte potest totius nomen accommodari. Quae tria modo ante oculos posuimus, intelligens, sentiens, & naturale, in homine quodammodo comprehenduntur, vt partes sunt animae, non autem vt genera: eadem disclusa sedibus, genera constituunt. Animae partes geometricis figuris recte visus est Aristoteles contulisse. Inter has primus est trigonus, qui neque ex alijs se prioribus

bus constat, neque ab angulo in angulum alterum, exporrecta linea diuidi potest. Secundus ab hoc est tetragonus, qui trigonum potestate concludit: vt pentagonus tetragonus atque trigonum. Vt igitur in pentagono qui simplex est figura trigonus & tetragonus vt partes insunt, potestate duntaxat non reipsa (neque, enim illic trigonum neque tetragonum, sed pentagonum duntaxat figurae nomen & rationem habere dicimus, alioqui non simplex esset, sed iam ex compluribus composita figura) sic procul dubio intelligentem animam homini simplicem inesse statuendum est, cuius partes sunt sentiens ac naturalis, non haec quidem energia, sed potestate duntaxat consistentes. Ea est partium animae ratio. Appetens vero, cogitatione fingens, & ad locum mouens, neq; genera, neq; partes sunt animae sed vnus eiusdemq; partis facultates, eius nempe quae sentiens appellatur. Haec non animantium ordines atque gradus discernunt, vt quaedam sentiunt quae loco nequaquam mouetur: sed adeo inter se connexa sunt & apta, vt dissolui nunquam possunt, & cuique animanti vniuersa pariter inharecant. Omnium quippe animantium tactus saltem est communis: hoc autem primo sensu quicquid praeditum est, statim voluptatis atque doloris est particeps, potestq; pestifera a salutaribus secernere, & quodam desiderio ad res salutare accedat: vnde fit vt quicquid sensu villo praeditum est, id ilico appetitu quodam ornatum esse videatur. Quum autem res salutaris sensu percepta in communem sensum referretur, tum orietur voluptatis & eximiae delectationis comprehensio, haec vero deinde appetitum concitabit: sic comprehensione & appetitu impulsu animal eo trahitur moueturq; vt optata consequatur & teneat. Quo fit vt quae pars animae sensu pollet, eadem pariter & phantasiae & appetitus & motus facultates habeat. Itaque non modo perfectiora animantia, sed muscae & vermes & vniuersum inferiorum genus, quinetiam ostreae & conchylia & spongiae, & quae inter frutices & animalia ambigunt, ζωοφυτα Graecis appellantur, plantanimes a quibusdam dici coeperunt: haec tametsi sede stabili vitam degunt, compuncta tamen in sese coguntur, diffunduntur vero laterum occursum: inditium sane quod tum motu, tum sensu valent & praedita sunt. Caterum vt in illis sensus appetitusq; plurimum obscurus inest, ita & motus incertus atque confusus: vt hac ratione nonnunquam censuerit Aristoteles motu illa priuari, & eorum quae sentiunt quaedam loco moueri, quaedam non moueri. Quocirca appetens, cogitatione fingens, & ad locum mouens, nequaquam noua quaedam animae genera constituant, sed quum sentienti ea semper insint & affideant, in idipsum genus pertinent, cuius vires & facultates recte dici possint. Est enim facultas vis illa & potestas quam anima tanquam de sinu suo promittit, & ad numerum functiones profert. Id autem perinde est atque si dixeris insitam & vernaculam animae proprietatem: quae ipsa quidem est accidens, sed animae intimum atque adeo intuitiuum, vt plerisque illius essentia putetur. Hinc non raro vnaequeque pars animae, facultatis appellatione describitur. At cui exquisita nominum rerumq; notio curae fuerit, is non essentiae animae, sed viribus quae ab illa dimanant, facultatis nomen aptabit. Quotidianus quidem vsus licet opera facultatibus referat accepta, ea tamen primum ab animae substantia emanare censemus, quae vnaequeque facultates ad opus impellit. Vna siquidem animae substantia multis facultatibus & viribus se fundit atque ostentat: haud secus ac pomum, quod reuera vnum varias spargit qualitates, odorem, speciem, & colorem. Magnes lapis vim obtinuit, qua ad coeli se vertices conuertit aspectumq; refert, vim aliam qua ferrum ad se prolestat. Aloe vim & facultatem habet purgandi, ventrem corroborandi, vulnera conglutinandi, & obducendae cicatricis. Itaque dum vna animae essen-

Facultates quae. Omne animal appetit, res imaginari, & loco moueri.

Omnia opera tribuenda sunt essentiae. Vnius essentiae complures facultates.

tia complura de se profert opera, varias in hæc facultates accommodat, vt sit sua cuiusque operis facultas, neque sint vnus & eiusdem facultatis opera diuersa. Vnde quum par sit operum atque facultatum numerus, ex illorum differentijs harum quoque differentias liceat numerando percensere. Ergo cum vnus cuiusque quatenus vnum est, & vno modo se gerit, vnus sit motus: si anima quæ simplex est substantia, alijs alijsq; motibus varia efficit opera, varias quoque in hæc vires facultatesq; tanquam instrumenta confert: quibus multifaria se exhibens diuersos promit effectus. Has autem facultates neque animæ substantiam, neque eius vllam partem esse inde intelligitur, quod illæ nonnunquam exolefcunt atque pereunt integra superstitæ animæ essentia. Etenim vis & facultas augescendi post vigorem annis confirmatum intercidit & aboletur, quæque viridi æuo constans fuerat, exitu certum habet in ætate, tametsi eadem superest animæ substantia. Quinetiam nullo seminis concursu, sed quadam putrida collunt quæcunque vltro suaque sponte prognata sunt: quæcunque collatis persufisq; diuersorum generum seminibus emerferunt, vt mulus, vt Leopardus: quanquam anima continentur sentiente, facultatis tamen gignendi sunt experientia: si quod ab eis semen editur, sterile id toto genere est ac minime fecundum. Ex quibus perspicuum est facultatem ab animæ parte hoc potissimum distare, quod illa possit ab animæ substantia seiungi atque discludi, pars nulla queat separari quin tota simul anima disperdita soluatur. Facultas quamuis ingentia sit animæ, tamen accidit & inhæret: pars animæ substantia est & quædam illius seu portio. Hæc seorsum constituta aut in stirpibus aut in beluis subsistit, illa disiecta nunquam consistit citra animæ ex qua pendet adhæsiorem.

Facultatem esse quandam proprietatem, non partem eius.

Facultatis & partis distinctionem.

Quot primæ partis animæ sint facultates, quæ naturales appellantur. Cap. III.

QVONTIAM igitur facultates ex operibus inter nosci, & ex horum multitudine illarum numerum animaduerti proditum est: quot vnus cuiusque partis animæ facultates sunt, quot earum differentia, nullo negotio potest recenseri. Opus vnumquodque effectione quadam completur, & in lucem prodit: eaque effectio motio est efficientis, Efficientis igitur quippiam id præcurrat necessarium est, aut fortasse complura, quorum tamen vnum statuatur tanquam primaria aut princeps causa. Huiusmodi est anima quæ quum inter omnia quæ in nobis sunt vi & efficientia præstet, proprijs facultatibus quasi causis adiuantibus & instrumentis tum corporeis, tum incorporeis vtitur ad omnia quæcunque obit. Facultates aut proximæ & continentæ operum sunt causæ, quarum obseruationem atque cognitionem satis superque medico sufficere plerique censuerunt: in earum igitur inuestigationem nobis est diligentius incumbendum. Partium animæ omnium ea prima statuatur quæ omnium viuentium communis, natura & animæ pars naturalis dicta, sola stirpes regit atque moderat. Huius gestiones tres vti & tria opera cernimus in omnium stirpium, tum animantium genere, quæ defuncta non sunt & oblecta vt mulus: eæ sunt, procreatio, nutritio & accretio: opera autem sunt stirps surgens è femine, aut qui vtero geritur foetus ac fingitur: augescens stirps aut animal: hoc saluum & vita conseruat. Tres præ sunt illis esse vitæ facultates, procreatrix alitrix & quæ autrix appellatur. Quo tempore foetum gestat foemina omnes tamen in commune idemque opus conspirant, procreatrix tamen illa vis dominatum habet: edito iam partu ea languescit moxque aboletur vt dentes emiserit, quumque ab editione nulla iam pars gigni videatur, dentium duntaxat gignen-

Animam esse primariam causam, facultates esse adiuanter causas. Naturalis partis animæ facultates tres. Instinctus. Opera. Quo tempore quæque facultas dominatur.

18

20

30

40

gignendorum gratia hæc manet incolumis: deinde augendi facultas viger, dum ad magnitudinis constitutum certumque modum hunc prouenerit. Quod reliquum est vitæ tempus, in solius alitricis est potestate: quæ quum vitæ totius sit comes & conseruatricis, primis illa vitæ ætatibus aliarum duntaxat erat administratrix & auxiliaria: vt in vtero ea quæ ad augendum valet, procreatrici subsidio venit atque suffragatur. Itaque prima seminis natura ab initio tribus illis est instructa facultatibus, quas inde naturales appellauerunt. Hæc sunt vnus eiusdemque partis animæ multæ vires, quæ proprijs se operibus exuscitant & expromunt. Si foetus vero gestatus tribus illis continetur, editus vero dum adoleuerit duabus, reliquo vitæ curriculo vnica: quoniam illæ auolauerunt & perierunt ne prorsus an illic præter ea ignauæ iacent & quasi feriatæ? Persistit vna quidem facultatum substantia in diem vitæ supremum, neque à suis illa viribus manet destituta, quorsum enim genito iam animali eoque edito debeat procreandi vis perire? quid illam sustulerit? Verum quoniam prima illa seminis natura quo vires suas exprimat, idoneo corporis alicuius & caloris adminiculo indiget, citra cuius operam ne minimum quicquam efficere potest: quum certe aut mutila erit & violata corporis integritas, aut ad effectiorem materia deficiet, tum illa vacabit sine merito operi. Vt igitur magnetem alio perunctum quia ferrum allicere non potest, trahendi facultate orbatum dicimus aut saltem præpeditum: & cui suffusio oculi aciem perstringit, is obæcatus dicitur, eique adempta cernendi facultas aut certe impedita: ita & qui senio confectus effectum corpus & emeritum adeptus est, augescendi aut partes nouas gignendi facultatem non habet: & quæ illo est naturalis pars animæ, si forte illa statuitur, intercepta tamen est & corporis vitæ irretita. Iam vero quæ & quot singulis naturalibus facultatibus subsint partes, excutiendum explicandumque est. Procreatio motio est quæ ad nouam substantiam perducit. Dum autem quæuis substantia in alteram commigrat, vt semen in os aut in cartilagine aut in neruum, ea propriæ essentia commutatione & conuersione necessario subit, alioquin eadē substantia maneret: simul vero eadem in aptam & conuenientem naturam suæ figuram conformatur: hisque duobus absoluitur eius procreatio, substantiæ commutatione & conformatione. Ergo quum sit sua cuiusque actionis vis quædam efficiens, erunt sanè procreatrici facultatis immutatrix & conformatrix (hæc quidem vsu mollienda sunt) non vt duæ species, sed vtique partes, quibus illa absolute completur. Vna partis vnus cuiusque substantiam qualem cernimus, ex femine produxit: altera figuram illi compagemque & situm proprijs visibus idoneum contulit. Ergo quot sunt in nobis simularium partium substantiæ, totidem planè recensere licet immutatrici illius partis species, quarum suam quæque substantiam propria quadam commutatione extulit. Alia enim ossis, alia nerui essentiam compleuit, & similiter vnus cuiusque partis substantiam sua quædam facultas ingenuit, cui liceat à partis natura nomen imponere. Adhuc propemodum multas quibus instituire possit conformatrices partis differentias, vt sua cuique instrumenta præstet, quæ propriam ei figuram atque positionem asciuit. Omnes hæc quidem ad immutatricem & conformatricem referuntur ac pertinent, quæ duæ vnus procreatrici sunt partes. Huius autem proprium hoc munus esse diximus, partes singulas ipsamque adeo foetum perficere. Quæ in adultis nobis facultas semine conficit, & in foetus constitutionem exhibet, procreatrix dici non meretur, alio qui quæ vel sanguinem vel lac vis generat procreatrici quoque nomen sibi vendicaret: neque qui semen confert proprie generator est, non enim hic foetus partibus effingit aut profert. Abundanter igitur sic enumeratæ videri possunt quæcunque

Questio. Solutio.

Qua ratione facultas quædam pereat.

Procreatio quid.

Procreatrici facultatis partes duæ.

Vis quæ semen generat dici non debet procreatrix.

10

20

30

40

cunq̄ue procreatrici parent facultates. Altrix porro est quæ adie. tum alimētū
 in corporis substantiam conuertit eiq̄; assimilāt. Quum enim corporis nostri
 substantia assiduo fluore varijs ex causis continenter dissipetur, neque tamē præ
 proprie absumi & consensescere id sinant alimenta proprium certe altricis fa-
 cultatis munus est nonnihil substantiæ pro dispersita r̄ sarcire: quod quidem
 vel par est ei quod affluxit, vel eo vberius vel parcius. Actio qua id efficitur nu-
 tritio est, nempe adiecti alimenti in corporis substantiam conuersio & assimila-
 tio: quæ omnino triplex deprehenditur, vna priorem corporis habitum confer-
 uat, altera extenuat, tertia saginat & ampliācat, Animans omne quoad vitā de-
 git necesse est quodāmodo nutriri, siue firma id, siue egra sit valitudine: nunquā
 enim otio perfruitur illa vis altrix, vt quam planē naturalē esse constat. Obijci
 autem potest corpori nihil assimilari, quod non plenē conuersum sit & commu-
 tatum: atqui ea commutatio nutritio est: non aliud igitur fuerit nutritio quā
 procreatio, in qua ex alimento tanquā ex materie, portio quædā substantiæ cor-
 poris progignitur. Verū id quidem dum os aut neruus aliter, aliquid fieri: at ni-
 hil prorsus sit quod ante non esset. Prius. n. & os erat & neruus, neq; ad hæc sim-
 pliciter facta est mutatio, neq; ad substantiā se suis viribus sustinentē & solita-
 riā, sed ad eam quæ pars sit alterius. Sunt qui non ineptē hoc statuunt discrimi-
 nis, nutritionē motū esse ad materiā, quæ prius existēte forma ornetur: procrea-
 tionem vero motum esse ad formam. Commutationem igitur quæ ad substan-
 tiam simpliciter & per se fit, procreationem: quæ vero fit ad substantiam alteri-
 iam per se consistenti adherentem, hanc nutritionem appellemus. Augendi fa-
 cultas est, quæ corpus quoquoersum porrigit atq; profert. Ipsa aut illius gestio
 accretio est, nepe corporis quoquoersum porrectio atq; prolatio. Quod corpo-
 ris esse dico, nō de vnaqua; parte accipiendū: non. n. si quid in maiorem carnis
 molem atq; tumore dilatatur, id continuo augetur: sed tota incrementi ratio
 ad solidas duntaxat animātū partes, maximeq; ad ossa pertinet, quæ si crescit,
 animal pariter vniuersum crescit, quanquā id ipsum fortasse tum macie extabe-
 scit. Quoquoersum autem porrigitur, dum in longitudinis simulq; latitudi-
 nis & altitudinis dimensiones contendunt atque diffunduntur, quod solius na-
 turæ est opus: nulla enim ars potest corpus, quātumlibet tenerum atq; sequax,
 integra continuatione in omnem partem dilatare, sed si in longitudinem pro-
 trahetur, necessario fiet aut latitudo aut altitudo contractior. Augetur autem
 proprie quod ortum iam est, & integram formæ suæ absolutionem obtinet. Si
 enim ad hanc etiam nunc progressio sit (veluti quum domus exædificatur) non
 vtique accretio, sed constitutio quædam est. Si pristina species excedit (ceu dū
 aqueus humor raritate diffusus vertitur in aerā) occasus quidem est & interi-
 tus non accretio. Imo neque si aqua sic raritate funditur vt suam insuper speciē
 retineat, augeri tum putetur sed rarefcere: quia veterem suam soliditatem nō
 retinet. Quod igitur accrescit, integra id iam specie absolutum est, neque illam
 incremento mutat, & pristina continuatione soliditateque corporis serua-
 ta quoquoersum porrigitur & extenditur. Ex his palam sit quantum ab ortu
 vel interitu distet accretio: in illis ad nouam substantiam, hic ad amplitudinē
 & molem sit progressus: gignitur quod nondum est neq; speciem obtinuit, auge-
 tur quod forma perfectum consistit. Si quod augetur pristinam soliditatem de-
 bet asseruare, necessum est hanc nutritione alimentiq; appulsu confirmari, vt
 quod auctū est in ampliorē molē fufum, inde sibi robur firmitatemq; conciliet.
 Sic igitur accretioni affinis est & coniuncta nutritio, vt nequeat citra eius opē
 compleri. Existimari hoc loco fortasse possit, ætate adolefcendi dū sequax est
 corpus,

Altrix fa-
cultas quæ.

Nutritio
quid.

Nutritio ē
a procreatio-
ne differre.

Altrix
quæ.

Accretio a
procreatio-
ne differet.

corpus, pleniorē vberiorēque nutritionem, esse eam accretionem quam
 proponimus: quod ipsum sequutus Auicennas censuit incrementum fieri non
 posse nisi vberior alimentum fiat accessio, quā propriæ substantiæ decessio. At
 vero plerunq; cernimus, tum pueros, tum adolefcētes febribus diurnisq;que
 morbis oppressos, grandi macie torrerī atque attenuari, qui tamen interea in-
 crementum capefiant. Hi quum parcius alantur, planē declarant accretionem
 neque pleniorē nutritionem esse, neque illi perpetuo tanquam comitē assi-
 dere. Quinetiam quod sit vniuscuiusque viuētis corporis certus & cōstitutus
 incrementi, modus, ad quem non nisi pedetentim statisq; teporum spatiis per-
 uenitur: quod etiam plerique eo sint statu, vt licet vberime se saginant atque
 pinguescant, nunquam tamen liberalem illam proceritatem attingant: palam
 detegit altricem facultatem ab ea quæ in augendo est, non modo appellatio-
 ne, sed & functionibus & editis operibus plurimum dissidere. Augendi fa-
 cultas non quemadmodum altera circa alimentum negotiatur, sed circa corporis
 partes solidas: has enim quoad sinunt, in omnem partem efferre atq; dilatare,
 proprium illius est munus. His auctis tum deinde altrix facultas admittit ali-
 mentum apponere, affigere & assimilare, non modo quantum effluxit, sed & lar-
 gius ac fufius, quo laxiores factas capacitates affatim impleat, conseructq; pri-
 itiam earum soliditatem atque robur.

20

Quatuor facultatum subsidio altricem indigere. Cap. IIII.

FACULTATVM naturalium numerus vt impleatur, ad altricem reuercio
 ne facta, quæ illi tanquam auxiliariæ vel administræ parent huc referenda vi-
 dentur. Sunt autem hæc attrahens, expellens, continens, concoquens, quarum ne-
 cessitate corpus alitur & sustinetur. Nulla enim est ne minima quidē corporis
 particula, quam non alimenti benignitas attingat. Id autem non eo appellit
 per se impetuq; suo motum, quemadmodum nos ex instituto quodam & arbi-
 trio in forum concedimus: sic enim nūquam in superas, sed omne in inferas par-
 tes quæ sub iecore sunt, grauitatis pondere fluminis instar illaberetur. Quare
 necesse est aut alieno externoq; pulsu agitatam illuc protrudatur, aut allectum
 trahatur. Atqui ex vetriculo aut iocinere, si per venas in omne corpus pulsum
 excurret, vtile pariter ac inutile permixte illuc confluet, neque quod familia-
 re est & amicum, parti cuique suum conferetur. Restat igitur vt sit sua cuiusq;
 particule vis attrahendi, quæ quod illi familiare est & conueniens, ex sangui-
 nis mole priuata benignitate prolectet. Quum enim partium corporis peram-
 pla sit varietas ob quam non omnes vnus & eiusdem alimenti suauitate pascit-
 tur, neque eisdem delitijs capiuntur, erit cuiusque partis quædam vis & facul-
 tas, quæ quod sibi aptum erit & incundum veluti fugat & alliciat. Sic stirpes è
 terra amonum succum, sic lapis heraclius ferrum, sic & purgantia medicamē-
 ta vnumquempiam è corpore humorem, naturam substantiarumque similitudi-
 ne trahunt. Ea si est facultatis attrahentis necessitas vnicuique parti ingenta,
 necesse est simul & expultricem quandam inesse, quæ quod inutile est & super-
 uacaneum depellat. Vt enim conuenientis amicitia atque desiderio res vna-
 quæque trahit, ita par est eandem odio & offensione concitatam, quicquid sibi
 noxium est & infensum extrudere, aut certe respuere. Tragit porro vt quod fa-
 miliare est sibi adnectat, eiusque suauitate perfruat, & sibi tandem prorsus
 assimilet: quod dum efficit, id necessario continet & conseruat (alioqui enim
 nequaquam eo fruere) dum autem diutius continet id ipsum proprio calo-
 re mitigat,

30

40

Non quic-
quid plenius
aliter &
pinguescit,
augetur.

Primara-
tio.

Secunda-

Quatuor fa-
cultates quæ
nutricimini
fruant.

Attrahentis
necessitas.

Vndera-
nis attrahē-
di.

Expultricis
facultatis
necessitas.

*Alia demon-
stratio qua-
tuor faculta-
rum natura-
lium.*

*Reliquas
omnes natu-
rales fun-
ctiones ad
quatuor eas
facultates
referri.*

re mitigat, immutat atque concoquit. Quare præter attrahentem & expellen-
tem necessaria quoque intelligi potest continens atque concoquens facultas.
Est & altera demonstrationis horum necessitas. Vnumquodque alimentum ge-
nus, seu panis, seu caro, seu fructus quiuis aut vinum sit, si animo & cogitatione
complectamur, plurimum à corporis nostri natura distare videbitur, neque posse
in nostram substantiam conuerti, planeque assimilari nobis, nisi multifariâ va-
rietate mutatum. Neque vero id vniuersum concoctione mutari potest: nam
quantumque benignum & familiare sit, alteram partem idoneam ad corpus
alendum, alteram dissepantem habet & ineptam. Hanc quidem conuenit è
corpore eijci, ne fecorum salubrium commodis officiat: quare vis quaedam &
facultas in nobis admodum necessaria est, quæ pernitiem tantam exturbet. Ali-
menti quicquid vtile relinquitur, & ad corpus nutriendum conueniens, nisi in
partes corporis singulas accedat, eas alere non potest: atqui ad eas nou adit suo-
pente imperu: necesse est igitur alliciatur, & attrahatur. Tractum autem adie-
ctumque nisi aliquantum retentum quasi adhærescat, concoqui non potest: non
enim quod affiduo huc illucque rapitur, concoctionem facile subit, ut quæ non
sic momento temporis compleri potest. Quapropter quandam in nobis necesse
est vim inesse, quæ alimentum contineat: in summa vero quatuor facultates na-
turales suas cuique parti insidere, quæ nutriti auxiliariæ sint & ministræ. Nun-
quid quæso aliquæpiam his insuper addendæ sunt & afferendæ? Alimentum
quum iam in partem influxit, primum quidem ei apponitur, deinde agglutina-
tur & adhærescit, tum demum perfecte assimilatur, neque vlla nutritionis inte-
gritas potest existere, quâ non præueniat agglutinatio, & ante hanc appositio,
variæ quidem functiones ex proprijs effectis conspicuæ. Cæterum hæc non ex
alijs, sed ex narratis duntaxat facultatibus processerunt. Etenim appositio at-
tractionis est finis, & idcirco vnaquæque pars alimentum trahit, ut id sibi iun-
gat & apponat: agglutinatio vero tum retentionem, tum concoctionem conse-
quitur, estque necessarium ut dum alimentum concoctione concreuit sitque cras-
sius, retentum id parti simul affigatur. Ipsa porro assimilatio naturalium fun-
ctionum suprema & tanquam finis, concoquendi facultate perficitur: hæc au-
tem facultas summa quum sit in quam reliquæ contendunt, vna præ cæteris iu-
re debuit altrix facultas appellari. Huic aliæ subministrant omnisque nutritio
quatuor duntaxat naturalium facultatum ope completur.

*Præter eas quatuor, non aliam quandam esse naturalem appetendi facultatem,
aliam internoscendi, aliam secernendi.*

Cap.

V.

Non leui quidem disputatione philosophi medicique certant, sitne in stir-
pibus appetendi facultas quæ illas ad trahendum impellat. Omnes quidem mi-
rifice congruunt naturalem quendam appetitum rebus inesse: atque ut animan-
tia nisi appetitu animali incitata progredi & incedere, sic neque stirpes, ne-
que corporis nostri particulas quicquam allicere aut depellere, nisi illius natu-
rali appetitu odiove stimulas. Quod enim familiare sibi iucundumque est,
idcirco trahunt & alliciunt, quia illius desiderio tenentur: quod vero nocitum
& aduersum est, id quia despuunt & aspernantur, expellunt. Cæterum in hoc
tota controuersia est, num ut in animalibus, ita in stirpibus, & in his quæ sola
duce natura reguntur, propria quædam instituenda sit appetendi facultas. Hæc
quidem minime necessariam duco, sed quæcumque attrahit, eadem quod fami-
liare

liare est atque salutare appetit: hoc autem iucundum est & amicum quia simi-
le similitudo quippe amicitiam, amicitia desiderium sibi appetitum, appeti-
tus attractionem mouet. Sic propemodum & quæcumque expellendi facultas
est, eadem quod noxium & pestiferum est auersatur & respuat, quia inimicum
atque dissimile. Hinc autem alia difficillima quæstio exiit stirpesne ea sensu
quodam, ut nos, percipiant & internoscant quæ sibi salutaria pestifera ve sunt.
Non pauci illas quemadmodum & corporis nostri particulas naturali quadam
cognitione duci arbitrantur, ijsque vim tribuunt internoscendi salutaria à pe-
stiferis. Hanc discernentem & quæ suauiam insuauiaque distinguit facultatem,
sensum quendam appellant, non utque ceu aspectum, auditum, odoratum, gu-
statum, aut tactum: sed proprium quendam & naturalem sensum, qui quæ nu-
trire possint & quæ secus, duntaxat diiudicet. Itaque non modo ventriculum,
iecur, partesque singulas, verumetiam frutices existimant suauium & idoneorum
sensu atque voluptate affici, hæcque si desint protinus appetere, quia uero appe-
tant eadem attrahere, ut tandem optatis fruantur & uoluptatis fructum per-
cipiant. Hæc Platonis consulta esse perhibent, quem constant stirpes nonnun-
quam animantes appellasse. At vero Aristoteles his aduersatur, qui satis om-
nibus atque plantis vim illam insidentem salutarium & idoneorum attracti-
onem, censet appetitu solo naturali impelli, citra vllam vtilium cognitionem.
Neque vllam stirpibus vim inesse posse, quæ idoneum ab alieno discernat &
internoscant, sed hoc altioris duntaxat illius esse facultatis quam communem
sensum appellant. Appetitus autem is, ut cæteris quibusque rebus est suus,
grauibus ut deorsum ruant, leuibus ut in sublime conuolent: sic propemodum
magneti purgantibusque medicamentis appetitus est ingenitus attrahendi
quod sibi affine est & amicum, stirpibus conuenientem succum è terra sugen-
di. Hunc uero appetitum incitat & impellit non sensus aut cognitio, sed pe-
nuria & indigentia eius quod familiare est & iucundum. Ergo substantiarum
conuenientia atque similitudo amicitiam parit, quumque similis atque iucundi
erit indigentia, hæc appetitum suscitabit naturalem appetitus attractionem,
eoque fruetur attrahendi facultas, siquidem præsens id est, nec aliunde impe-
dimentum obtingit. Nulla igitur necessitate introducenda est discernendi &
internoscendi facultas, cuius consilio atque prudentia stirpes corporisque nostri
particula regi uiderentur.

Non aliter quæ de secernente & separante facultate controuersia est, diri-
mitur. Quod enim renes serum à reliquo sanguine secernant, quodque natu-
ra in morbis post concoctiones, humores secernat & superuacuos exigit, quo
tempore fiunt iudicationes: quod denique oporteat concoctionem præire,
subsequi uero secretionem, & postea euacuationem, ut bona sit crisis, omnes
quidem fatemur. At uera ea ipsa secretio non propria cuiusdam est facultatis,
sed aut excernentis aut attrahentis opus. Quæ enim facultas post factam
in morbis concoctionem confusos in uenis maioribus humores puros ab impu-
ris secernit, eadem est expultrix, quæ nihil depellere potest, quod non ante
à reliquis quasi emulserit. Quæ uero superuacuos humores è iecoris sanguine
secernit, ea est attrahendi vis, quæ tum in liene, tum in bilis folliculo consi-
stit: & quæ serum separat à sanguine: eadem est uis attrahendi renum. Sic &
è sanguinis mole quæ in uenis est maioribus: partes singula quod sibi familia-
re est, eadem facultate secernunt qua attrahunt. Quocirca secretio non pro-
priae cuiusdam facultatis est opus, sed uel expulsionis uel attractionis initium.

Q Aliis

Aliis partibus alias facultates naturales esse valentiores, iisque propria quadam functionum instrumenta destinata esse & attributa. Cap. VII.

PARTES corporis tanta consensione inter se coniunctæ sunt, ut omnes communiter totius commodis vtilitatisque inferuiant, omniumque vsus in id vno quasi concentu conspirent. Harum actiones quæ naturales appellantur, duplices existunt, aliæ propriæ vni cuiusque parti, ut ossi vt cartilagini, & reliquis quoque omnibus: nulla enim pars est in nobis uel minima, quæ non seipsam alat atque conseruet: aliæ communes omnium partium gratia comparatæ, quales sunt quæ in ventriculo & iccore præter proprias consistunt, ad rotius partiumque omnium vtilitatem & commodum nata. Sic œsophago manifesta vis est alimentum trahendæ: sic ventriculo vt & iccori præter proprias, communes illæ omnes insident, inter quas tamen vis illa ad concoquendum valens excellit. Sic in intestinis expultrix validissima: cœcoctrix infirma, inest, reliquæ duæ deficient. Renibus eliciendæ & venis vrinae, facultas præstantissima, eique profundæ & efficiendæ non imbecilla; reliquarum autem sunt experres. Sic denique vtero vis continendi robustissima, qui foetum nouè integris mensibus reconditum gerat, nec parum huic validæ allestandi seminis & foetus exigendi vires, at concoquendi prorsus nullæ. Itaque partes illæ vt & aliæ non nullæ, quæ non modo priuato, sed publico quoque munere funguntur ac vigent: instrumentorum speciem acceperunt, & iis muneribus at quæ in primis sunt propensæ staminum villorumque proprium genus adeptæ sunt. Triplex autem est hoc illorum genus, alia enim recta sunt in longitudinem porrecta, alia transversa quæ ad pares rectosque angulos in illa feruntur & incidunt, obliqua alia quæ oblique & ad imparos angulos in recta incidunt. Quanquam igitur concoquendi vis nullum staminum genus, sed humidum duntaxat calorè nobis ingenitum ad cœcoctionem accommodat, reliquæ tamè quæ motu quopiam munus suum explent, nullis indiguerunt, attrahens quidem rectis, trāsueris expultrix; continens obliquis. Vt enim in musculis villi nutu nostro & arbitrio contracti, & ad suam originem quasi reducti motum efficiunt: ita & naturalibus instrumentis, recti uilli folius naturæ instinctu contracti breuioribusque facti alimentum attrahunt, transversi autem attriti, subditam capacitatem in angustiam adducunt, & qui icquid ea concipitur detrudunt: ceteri obliqui villi quia intenti, nec breuior em nec angustior em partem reddunt, seruata quadam naturali æquabilitate & constantia, omnia planè continent: nihil que vel attrahunt vel expellunt. Cuicumque igitur naturæ instrumento triplex huiusmodi facultas accessit, triplex etiam villorum genus est cœcessum, alias tunica simplici vt in vtero, alias vt in ventriculo duplici. Quibus vero istarum viriū unica data est vt in intestinis, iis (tam etsi geminæ sunt tunica) simplex villorū genus obtigit. Quapropter facultatum parti unicuique assidentium numerus ex functionum uarietate cognitus, villorū differentias explicat: e contrario quoque villorum varietas cœcoctione cognita renūtiat quot cuiusque partis sunt facultates gulæ uentriculi, in testinorum, arteriarū, venarū, vteri, vtriusque vesicæ, & aliorum si plura his publica naturæ sunt instrumenta. At uero quæ sibi duntaxat priuatisque commodis dant operam, vt ossa, vt cartilagine, etsi quo se alat naturalium facultatum species omnes allequatæ sunt, nullius tamè villi opere indigēt, sed ingenita uel omnia efficiunt & edunt. Neque porro ventriculus neque intestina ut se duntaxat alat & conseruent: suos uillos ad proprii alimēti attractionē & retētionē, aut ad

superuacaneorum

superuacaneorum depulsionem applicant & accommodant. His iam uideo vniversam principum naturæ facultatum summam attigisse, necnon reliquarū omnium quarum illæ opera & ministerio vtuntur, numerum perecensuisse: quocirca tempestiuū erit ad animalium facultatum differentias sermonem transferre.

Externæ sentiendi facultates. Cap. VIII.

FACULTATVM animalium quæ non utique stirpibus, sed solis animantibus obtigerunt, vnde & illis nomē accessit: duo prima summaq; genera existunt: aliæ rationis sunt participes, huius expertes aliæ, quæ sensus duntaxat impetu feruntur. Quæ brutis animantibus supra naturalem illam vim, moderatur præcipuamque administrationem tenet sentiens anima, tota quidē essentia simplex est, sui tota perfimilis, neque vt corpus ex partibus coagmentata disparibus: alias vnum eiusdemque generis uequaquam id esset quod ex ea constaret. Huius tamen vnus effectio & opera animal cernit, odoratur, audit, gustat, tangit atque tractat: quietiam mouetur, rerum discrimina internoscit, cogitatione fingit, somniat, meminit. Hæc vnus & eiusdem sunt essentia muneris, non tamen ea dum exequitur & perficit, vno similiq; modo se semper exhibet, sed vt varia corporis instrumenta ad effectioem accommodat, ita alias aliter sese exprimens illa profert. Vnde quum sic discretæ sint horum munerum gestiones, vt possint singulæ seorsum atque separatim consistere, neque vna quapiam concita sit necesse alias continuo proferrī, aut vna pereunte reliquas omnes pariter occumbere: optima fit ratio vt sua sit cuiusque propria quædam facultas, sintque totidem sentiendi facultates, quot functionum differentias numerando percensuimus. Vniuersum igitur animalium facultatum genus ita partiemur, vt aliæ rationis, aliæ sensus sint effectrices: harum autem quæ brutis animantibus imperant, aliæ externa sentiunt, aliæ loco mouent, aliæ cognoscunt. Quæ demum externa sentiunt quinque statuuntur, cernendi, odorandi, audiendi, gustandi, atque tractandi. Quæ uideri animal, ea ipsa facultate nec audit, nec odoratur, nec gustat, nec tangit, vt neque ex aduerso fieri quicquā potest: tanta scilicet est inter eas distantia, quam & instrumentorum & obiectorum in quæ incumbunt varietas peperit. Quocumque sentimus, id quemadmodum cæterorum corporū vnumquodque, ex subiecta materia & specie constituitur: sentiendi instrumentum tanquam materia est, sensus tanquam forma & ratio. Aspectus qui facultas est videndi, tanquam forma in crystallino oculi humore consedit, qui pellucidus primum est cernendi organum: circumfusum id humoribus, tunicisque septum, quæ vsu ei conferunt, vt melior completiorque sit visio. Cernit quidē simpliciter visus crystallino, integre vero ac pfecte oculi instrumento: sub hunc autem sensum veniunt ij maxime colores qui corporibus per summa insident. Eos enim hic vnus præ cæteris internoscit discernitque singulos, cæterorum autem nullus. Quocirca cernendi facultatem eam esse definimus, quæ in oculo sita colores citra materiem, per mediū re ipsa conspicuum excipit. Quum autem vnusquisque sensus à prima anima quasi præcensus abiunctusque videatur, & sua cuique spiritus portio illinc ad functionem & ministerium tributa sit, poterit reliquis ad visus exemplum finitio accommodari propria. Præcipuum audiendi instrumentum est aer quidam prætenus auribus ingenitus, membrana obductus, ad aurium intimam capacitatem positus, quo auditus nerui à cerebro ducti extremum pertingit. Hic enim ingenitum eum aërem atque spiritum, qui primum est audiendi instrumentum ambigit, quem

Q 2 admo-

Actiones propriæ. Actiones communes.

Quæ facultates, quibus partibus maxime viget.

Naturales facultates quæ habent instrumenta.

Quod uilorum genus cuiusque facultati seruiat.

Peculiare facultates uillis non indigere.

Facultatum animalium demonstratio.

Animalium facultatum diuisio et numerus.

Facultatem esse formam instrumenti. Videndi facultas.

Definitio.

Audiendi facultas.

admodum opticus in oculo neruus crystallinum humorem: sic in omnibus per influentem spiritum, & per neruum maxima instrumento societas intercedit cum intimo sentiendi principio. Haic igitur aeri insidens audiendi facultas sonum vere percipit, eiusque discrimina diiudicat. Odorandi proprium instrumentum extra caluam non excidit, respirantibus quibusque animalibus opertum, & penitus conditum in ijs extremis cerebri, quae ad nasi summum pertinent. Vnde intelligitur hos quinque sensus non quod foras exprompti sint & promineant: sed quod externarum rerum proprijs organijs cognitione capiant, idcirco exter nos appellari. Illic constituta odorandi facultas per narium ductus, vna cum spiritu haustos rerum odores comprehendit, qui subiecta eius sunt materia in qua solet versari. In his porro maxime neruis quos ad linguam, ad palatum, ad fauciumque regionem dispergi narrauimus, gustandi facultas confedit, rerum saporum internoscens, spongiosa eius carnis adminiculo qua lingua praedita est. Caeterum vis tangendi nullo proprio conclusa organo coerctetur, sed quum tactus ad animantis vitam maxime videretur necessarius, toto corpore aequabiliter fusus est. In his autem neruis potissimum collocatur, qui duriores iam facti in tro forasque commeant: per quos corporum omnium tractabiles qualitates animaduertit. Haec non vt colores, sapor, odores, aut soni, vno possunt nomine designari, multis quidem contrariorum pugnantijis discreta: quarum extrema sunt calor & frigus, humor & siccitas, mollitudo durities, asperitas, lauitas, grauitas & leuitas. Hinc nonnulli complures tactus instituerunt, qui has seorsum differentias perciperent, quasi ex obiectarum qualitatum varietate sensuum numerus petatur: non sic autem, sed ex organorum differentia facultatum numerus aestimandus. Atqui vnum est atque simplex tactus instrumentum. Distat praeterea sensus hic a caeteris quod non omnia subiecta prorsus sentiat: quaecumque enim obiecta sibi temperatione similia offenderit, non sentiet, quia ab illis nihil patitur; Sensus autem non nisi perpeffione quadam fieri potest. Reliqui vero sensus eas omnes quae sub se recidunt qualitates sentiunt, ab hisque patiuntur: quia dissimiles sunt omnes. Commune autem est omnium sensuum, vt sit vnusquisque potestate talis, quale id ipsum est quod percepturus est hoc enim extrinsecus positum sensum impellit ac mouet: quod si sensus ab subiecta re afficitur, necesse est tum similitudo tum dissimilitudo quaedam intercedat. Inter motus quidem initia, similitudo: quum finis attingitur, dissimilitudo: quod quo modo fiat, plenius suo loco recitabitur. Commune praeterea est, vt vnusquisque tum subiecta sibi res cognoscat, tum earum priuationes, tum vero excessus immoderatos, sed via rationeque diuersa. Quandoquidem propria obiecta & idonea blande impulsus excipit, priuationes nulla irruptione, nullo inuitamento lacescit: excessus autem & exuperantias non citra offensionem oblaesionemque sustinere potest, unde & illas quia graues sint & uiolentae, multi non sentiri putant. Itaque distant inter se sensus omnes, longaeque sunt diuersae atque seiuicte eorum facultates, non modo ex rei quae comprehenditur natura, uerum etiam ex proprio cuiusque instrumento. Hoc uisui aqueum est, & pellucidum: nam oculi multiplici humore perfusus est, a cerebro constitutus atque profectus, quod omnium partium humidissimum est & frigidissimum. Auditui aereum est instrumentum, odoratui igneum, quemadmodum & odor exhalatio quaedam est fumosa & ignea: tactui instrumentum datum est planè terrenum, gustatui (quia ceu tactus quidam est) id etiam terrenum, sed humoris quoque alicuius partici-

Inte-

Interioris sentientis animae facultates. Cap. VIII.

SENTIENS anima duas cognoscendi facultates obtinet, externam, in sensus quinque tanquam in species distributam, & internam. Haec porro species habet, vim discernendi communem, vim ficticem, & eam quae meminit atque recordatur. Has quidem omnes vnus animae non tanquam partes, sed vtique facultates esse, perspicuum ex ijs fit; quae de partium & facultatum discrimine a nobis sunt prodita: quae quemadmodum diuersae sunt, & ab eadem essentia dimanent, deinceps aperitendum. Sentiens ea & cognoscens anima in cerebri quidem corpore tanquam in arce & propria sede penitus insedit, quod inde proprium sentiendi instrumentum appellat. Id etiam primum sensum dixere, quod reliqui sensus externi ei omnes circumiecti proxime affideant, in quos & in omne corpus neruorum propaggines dispersae sunt, quibus anima vires suas effundit. Vt enim ab orbis ambitu lineae partes tanquam radij in centrum conuergunt, sic a sensibus quaedam & foramina patent, per quae haustae rerum imagines in illud tanquam in arcem confluunt. Harum autem aestimator & arbiter est princeps ille sensus, quem communem & intimum appellant. Nigrum ab albo potest vnus aspectus discernere, & calidum a frigido vna tangendi facultas: quae vero dulcedi ab albo discernat, atque eorum quae varijs subiecta sunt sensibus differentias diuidet, facultatem quandam esse necesse est istis praestantiorē. Nullus enim externus sensus de dulci & albo potest iudicium ferre, quod ea non vnus idemque sentiat: quae admodum si ego hoc, tu uero illud separatim perceperis, a neutro certe nostrum diuersa illa cognoscentur. Quoniam igitur multorum sensuum subiectam materiam, non modo homines, sed beluae quoque, internoscunt, necesse est vim quandam esse communem & promiscuam, quae uarias illorum imagines complectatur, quae & similia & discrepantia diiudicet. Haec est discernendi & internoscendi interior facultas, quam primam communis ille & intimus sensus expromit. Hic autem substantia est animae sentiētis, idque principium quod uniuersum animantium genus constituit, a quo & animantes omnes uel quae infimo sunt insectorum ordine, sentientes appellamus. Hic tanquam rex atque princeps sedem stabilem & domicilium certum habet in cerebri corpore, è quo tanquam è suggesto rerum omnium imagines à ministris & nuntijs sensuum extrinsecus allatas & ante se positas contemplatur, omnesque sensuum actiones obseruat. Hic ille est qui nos uisui uidere & auditu audire cognoscimus. Hic imaginum discrimina constituit ac de illis suum promit iudicium. Ex quo intelligitur communem huc & intimum sensum externis quinque quodammodo eundem esse, hosque ab illo omnes tanquam a fonte riuulos deriuari: & vim illam primam sentiendi è cerebro in sensum instrumenta se diffundere, eorumque famulatu uti & operari. Haec autem quia se uarie gerunt, & vnus opificis usus sese multifariam ac comodant, idcirco quinque exteriorum sensuum facultates constituere par est, sed quarum sit una eademque cum sensu principe substantia. Ea est igitur principis sensus una facultas, quae externarum rerum uarietates discernit, internoscit, & iudicat. Altera est vis & facultas conseruatix, quae impressiones & uestigia sensuum excipit, continet, & recondit. Quum enim externus sensus in subiectam rem incumbit, simul quoque in eam ipsam fertur interior & princeps illa sentiendi facultas, quae re vna percipit atque sentit: ab externis rebus lacescit sensus simulachra spectatque ab eis emissa recipiunt, quae deinde interiorē sentiēdi vim impellunt: haec tū formas atque imagines rerum quas sensus praebuerunt, retinet & consi-

Odorandi facultas.

Vnde non habent externi sensus gustandi facultas.

Tangendi facultas.

Omnem sensum percipione afficit.

Facultatum differentie ex instrumentis.

Tres interiores sentientis animae facultates.

Sensus communis.

Discernendi facultas.

Sensus communis praestantia.

Vis & facultas conseruatix imaginum.

Facultas
Frix et ima
ginandi.

& consignat in se. Digressis sublatifve rebus ista diutius inhaerent, & quasi exculptae conseruantur, hoc indicio quod tum abstractas res sensus ille cognoscit ac percipit, vt cui earum custodia esset concedita. Effigies illae spectraque rerum cerebro inuisa atque insculpta, obiectum efficiuntur facultatis eius quae fingit, quemadmodum res externae sensuum. Hos enim externae, illam interio res qualitates extimulant. Ab illis ergo excitata alia quaedam facultas quae fictrix appellatur, & quae tertia est interiorum obiecta spectra apprehendit & concipit: atque vt in sensu tria quidem sunt, res obiecta, vis sentiens, & actio quae ex illorum congressu interuenit, ita haec quoque ratio tribus continebitur, simulachro, facultate fingendi, & ipsa actione, qua externis rebus abiunctis facultas ob simulachrum versatur. Haec proprie effectio appellatur, nempe motio facultatis circa rerum duntaxat simulachra atque vestigia. Ex iis autem confusis & permixtis plerumque multa fingendo inducit atque profert, quae sub sensum non venerant, vt homines volantes, boues alatos, hocque a superiore facultate dissidet. Vnde cum in multa feratur nunquam sensu percepta, & quodammodo vim imitetur rationalem, ab Aristotele intelligentia larga appellatione comprehenditur. Iam vero rerum simulachra aut leuiter cerebro impressa, mox euanescent, aut altius quasi in thesauros codita, diu tanquam affectiones aut habitus insunt & asseruantur, haecque imaginum conseruatio, cuius ante mentionem feci, memoria est, quae pueris atque senibus infirma & inconstans esse proditur, illis quod imaginum impressionem seruare atque retinere, his vero quia admittere & recipere non possunt. Hanc conseruat tuereturque meditatio

10

Meditatio.

Memoria
duplex.

& cogitatio, quae ipsa crebra est repetitio atque recursio imaginum, quatenus imagines aliorum sunt. Est & altera memoriae ratio quum quis affectionem illam & similitudinem rei alterius spectat & intuetur, cum temporis praeteriti cognitione quo facta est impressio: tum enim meminisse dicitur, ipsaque spectandi actio memoria est, sed ratione, vt dixi, diuersa illa siquidem quod imaginem conseruaret, haec vero quod ex imaginis apprehensione rem ipsam repraesentet. Illa perceptio & affectio quaedam est, haec vero actio: aut si dicere mauis, illa memoria est patiens & sustinens, haec vero agens. Vnde perspicuum esse potest inter bruta ea duntaxat meminisse, quae sensum & notitiam temporis habent, & quae simulachro spectato, sentire possunt se aliquando rem ipsam nouisse. Rursum eandem animae partem tempus cognoscere & meminisse, ea autem sentiens est anima. Haec tamen non proprie & per se tempus sentit, sed quatenus motionem & effectiorem agnoscit, quam tempore aliquo acceperat. Sic igitur definitur possit, Memoria est rei absentis per imaginis spectationem, cum temporis praeteriti cognitione repraesentatio. Fit autem haec memorandi facultate concita stimulatque ab imagine, quatenus imago est exemplarque suum refert. Itaque vt omnes sentientis animae interiores facultates functionesque in summam referamus, externarum rerum simulachra hausta e sensibus in principem intimumque sensum commeant. Horum beneficio principes sensus res externas cognoscit, discernit & iudicat, eoque munere vis discernendi se exhibet atque promit. Simulachrorum si aliorum nat impressio, tum conseruatrice erit memoria, cuius facultas conseruandi ex cerebri constitutione intelligi potest qualis quantaque sit. In spectra & simulachra princeps sensus incumbens, si seorsum illa versat spectatque vt nihil praeterea externarum rerum trahet, tum fingere dicitur, & ipsa sentiendi actio effectio est, quam propria fingendi communi scendique facultas exprimit. Si vero illa non in se consideret, sed vt simulachra & imagines externarum sunt rerum, tum meminisse dicitur, ipseque actus memoria

20

40

Memoria
propria
quid.

Numerus
interiorum
facultatum.

memoria est, propria memorandi facultate completus. Haec omnia in sensu primario insunt, neque alterius partis animae aut cerebri est effectio, alterius vero memoria, sed in subiecto eodem insunt & eiusdem partis animae functiones. Vnde intelligitur eos ab antiqua celebrique philosophia defecisse, qui uim illam ad fingendum aptam cerebri parte priore, memoriam posteriore collocarunt. Nam utraque totius est cerebri, in cuius toto corpore fusa est princeps sentiens ei anima. Sed de his posthac fusius. Satine videmur omnes sentientis animae facultates connumerasse, anne praeter illas quaedam sint quibus somnum capimus & dormientium irrepant insomnia. Plane constat somnum & insomnia animae tibus tanquam munera propriaeque functiones attribui: at nequaquam his obaudiis aliae quaedam sunt facultates. Nam somnus & vigilia plurimum inter se distant, & uere opposita sunt, haec quidem vt actus est, ille huius est priuatio: quare & eodem vt subiecto recipientur consistentque, & vnus eiusdemque, facultatis erunt. Quicumque sensus inest, eidem & vigilia & somnus inest. Sensus quidem incitatio & motio est vigilia, illius autem vinculu & quasi carcer somnus est & immutabilitas. Caeterum non vnus cuiuspiam priuati sensus affectiones haec sunt, sed primarij illius & comunis, quo sopito necesse est reliquos etiam sensus consopiri, & tanquam satellites eius affectioni accumbere. Itaque quum primum illud sentiendi instrumentum nempe cerebrum, ex lassitudine aut longis excubijs impotens & incotinus sui redditur, caeteris officinis simul defectis necessario somnus obrepat, in quo vacationem quandam feriarum vice habent sensus omnes, quorum vires durare & sufficere operi non poterant. Quamobrem necessarius est cunctis animalibus ad incolomitatem salutemque datus & ad quietem. Similis propemodum & insomnia ratio. Nam quum sit insomnia uisum id & simulachrum, quod ortum & profectum a sensibus in somno animalibus se offert & obuersatur, id eiusdem partis animae eiusdemque instrumenti esse debet atque somnus, & qua parte dormit animal, eadem somniat. Dormit autem somnumque capessit communi & principe sensu: huius ergo erunt insomnia, non utique quatenus sentiens est, sed quatenus cogitatione fingit, & euagantibus simulachris lacessitur. Interpellatur vis illa fictrix motione & impulsione positaram imaginum: idque maxime noctu & dormientibus, quo tempore absolutis sensibus usque functionum suarum uacationem habentibus, minima quaeque simulachrorum uestigia aduolant confluuntque ob fingendi uim: quae per uigilias sensibus opere uario detentis, & mente uiuis cogitationibus obruta, offunduntur supprimunturque.

10

20

30

40

Omnis interio-
riores facultates in eadem parte
constitui.

Somnus & uigilia ad intimum sensum pertinent.

Somnus.

Insomnium
cuius sit facultatis.

De appetitu & mouendi facultate.

Cap. IX.

Supra sentiendi cognoscendique vires alia quaedam est vis appetendi, quam & appetitum dixerunt, clara quidem & aperta functione se promens. Nulsum enim animantis genus est, quod non aliquando impetu atque perturbatione incitetur, quod non rei cuiuspiam desiderio pulsetur & aestuet. Ea illius interior agitatio & animae motus, appetitio quidem est, Graecis *ορμη* appellata. Huic nihil commune intercedit cum reliquis functionibus interioribus, sed a singulis dissidet, a discretionem, memoria, & effectiorem, quanquam eas, praesertim uero effectiorem, naturali quodam instinctu consequitur. Quocirca & facultas quae illius est effectrix, a caeteris distabit, easque tanquam allecla sit comitabitur, eritque sentientis animae summa atque suprema facultas, quae caeteris tanquam finis aut princeps insideat. Neque uero solum hominibus, sed & beluis & stirpibus & inani-

Appetitus
postrema est
facultatum
interiorum.

Appetitū differētia. & inanimis sua quædam inest appetitio, ut nihil profum natura cōitare possit, quod non appetendi facultas impellat. Cæterū id lato perampioque discrimine: quandoquidem & stirpes alimentum proluciant, & omnia generis cuiuscunq; sint inanima proprio quodam motu aguntur, naturali appetitu concita. Eodem & corporis vna quæque particula, si quando inanita fuerit, quod sibi familiare est alimentum ad se conuertit & rapit è venis. Huius summa vis in iecore consistet, è quo tanquam è fonte in omne corpus diffusa, partium singularum vires sustinet. Alter ab hoc appetitu est communis ille sentiens, in cerebro situs, cuius tamen seminaria in alias quoque partes funduntur: maximos quippe ignes & incendia in testes pudendaque uasa & in os uentriculi natura contecit: in illos quidam libidinis (sic enim propriè appellatur, quanquam hoc nominis quandoque ad omne cupiditatis genus accommodant) in hoc vero liguritiosis & cupedię. Coniecit & fomitem in cor qui ambitionis author est ex excandescentiã. Atque duo hi fomites quum sint distincti sedibus vnus cupiditatis, alter excandescentiã, vno tamen eodemque appetitu reguntur qui sentiens est & animalis. Vniuersum ergo animantium genus, sentiente illo communi appetitu ducitur, quem idcirco animale dixerunt: perfectione enim hic & abolutionem continet omnis desiderij animalis atque bruti. Quicquid sensu villo præditum est, eius rei quam senserit comprehensione in appetitum ducitur, quo demum illam confectatur aut declinat. Hunc qui volet poterit ex ortus sui modo in complures species distrahere, ut alius ex iecoris uirtute in pudenda & in os uentriculi diffusus, illecebram & incitamentum inde accipiat alius ex cordis impetu & feruore, alius nempe sentiens ab his quæ foris occurrunt stimuletur & excitetur: omnes quidem animales, sed varijs orti, principijs. Tertius præter hos est appetitus, qui quid cum ratione desiderat, qui mentis rationisque cōsilio obtemperat, qui immanes & importunos ferinosque ardores refrenat & coercet: ea est uoluntas libera homini quidem familiaris, omnium princeps & regina. Appetitum animale acueri solent & in citare quecunq; bona uidentur, tametsi talia fortasse non sunt: at mentis appetitum ea duntaxat quæ reapse & uerè bona sint possunt incendere, soloque veri boni desiderio is capi & deliniri potest. Itaque quum tres omnino sint animæ partes, si sius cuiusque esse debet appetitus, tres quoque erunt appetituum ordines naturalis qui stirpium est: animalis siue brutus, qui beluarum; tertius rationis particeps, hominum. Hoc enim præcipuo homoviget, quanquam est etiam reliquorum particeps. Rursum vero animalis appetitus, aut cupiditas est, nempe libido uel cupedia, aut excandescentia, aut eorum quæ sensus annütiauerit desiderium. Hæc de appetitu satis: nunc de mouendi & progrediendi facultate. Animal omne moueri & incendere, atque sui incessus finem quandam habere, cuius gratia moueatur, demonstrari hinc potest, qd rerum omnium agendarum status quidam sit finis. Motionem & progressionem animal incipit, ut rem eam cōsectetur quæ speciem boni & iucundi præ se fert, aut eam declinet quæ tristis & aduersa iudicatur. Quo circa triste aut iucundum finis est, cuius gratia animal motum intendit, persequens aut fugiens. Hoc quidem postremum attingitur & obtinetur omnium tamen primum ad motionem inducit, huiusque initium affert. Immobile enim obiectum quum sit, primo sensum mouet externum deinde primatem atque intimum, ab hoc uero cogitandi fingendique facultatem, quæ quum rem subiectam ut iucundam & uoluptuariam apprehenderit simul insurgens appetitus illius desiderio tenetur atque hic si promptus est & efficacax, cōfectum animal impetu facit vel ad motum vel ad actionem. Vnde hoc recte vt alia

vt alia plurima videtur Aristoteles demonstrasse, cognitionem & appetitum principia & causas esse actionis atque progressionis animalium, ab hisque animalia fieri concitarique ad motum. Cæterū quod appetitum proximam causam statuatur quæ animal mouet & conturbat, quodque nullam insuper mouendi facultatem instituat cui sit hoc muneris præcipue concessum, nõ satis dilucide singula uidentur exequutus. Nam reuera mouens illa facultas est a sentiente & ab appetitu diuersa. Primum enim uulgatum est & contestatum, alia sensus, alia motus esse organa, aliosque neruos: unde obtingit eiusdem artus, uelut cruris aut brachij, motum perire illa tactu, qui in omnem curam fusus est: contraque tactum aboleri saluo motu & incolumi. Quinetiã motio diuersum quiddam esse intelligitur a sentiendi functione, omnisque sensus perpessione quadã & affectione accepta obiri solet: motus uero nõ nisi adnixu & roboris cõtentione. Quibus plane cõficitur sentiendi atq; mouendi nõ modo instrumenta, sed etiã obeundi rationes & efficietes facultates plurimū disidere. Quod si est, consequens est continuo animale appetitum, qui a sensibus & cogitatione ducitur illamque perpetuo comitatur, omnino a progrediendi facultate differre. Iam uero singula persequamur, imperfecta animalia quæ solo tactus sensu prædita uitã agunt stabilem, ut cochylia, ostrea, conchæ sensu quide illa doloris atque uoluptatis tenentur, & fingendi cogitandique facultatē, licet obscurã explanatamq; quemadmodum & animale appetitum, acceperunt. At illa tametsi compuncta sese contrahunt & in angustum se adducunt, nequaquam tamen progredi comperit esse neque organa motus habere. Quod si progredi non possunt, neque ad incessum facultatē habent. Quorsum enim hæc data illis esset, sine neruis, sine musculis, sine uillis quæ his proportione respondent instrumentis, quæ sunt ad motum perquam necessaria? Nunquid otiosam & inertem illam omnique opere & negotio uacuum: nunquid in tantis rebus natura committens, fortuito atque frustra illam ingenuit? Quæcunq; igitur appetendi vis est in illis ea nulla ratione mouet. Quocirca præstat vim mouentem ab appetente & sentiente, quæ semper comites sunt & coniunctæ nunquam separabiles, sciugare, quod eorum quæ sentiunt animantium, alia mouentē vim habeant, alia huius sint expertia. Huc demum persuadēdi necessitas ex iis accedit, quæ perfectioribus animantibus ipsisque hominibus neruorum resolutione prehensis, obuenire solent: illis enim motus perijt, quum interiores animæ vires plene constant, atque adeo ipse appetitus. Contra uero accidit furor aut delirio percitis: tum enim non mens, non memoria, non appetitus, sed neque sensus ipsi integre valent: atque tametsi interiores omnes animæ functiones læduntur, incessus tamen firmissimus plerumque est, & constant musculorum robur. Ex quibus perspicuum est aliunde quam ab appetitu progressum institui & gubernari, esseque mouentem vim ab appetente diuersam. Sed & hæc sedibus disclusæ apparent. Etenim mouendi facultas in totius cerebri corpore sedē hêt, maxime in parte posteriore, quã Græci parencephalida uocant, a qua tū spinæ medulla tanquam caudex, tum plurimi mouentes nerui ortum habent. Sentienti & appetendi facultas parte cerebri priore domicilium habet, quam constat sentientes neruos, eosque molles in sensum organa profundere. Non hinc tamen existimari uelim promouentem illam vim, quam a sentiente loco ac sede disunxi, ab eadem etiam substantiam disidere, tanquam ea sit pars animæ diuersa: sed totius sentientis summa vis est & vltima facultas quæ seorsum collocatur, uti uisus uel auditus. Ea autem quæa modum omnes externæ sentiendi vires, appetitus potestati subest, cuius imperio compulsa, continuo quamcunq; iussa fuerit corporis partem promouet. *Quarta.* *Quinta.*

autem ratione fieri possit vt uis ea quæ mouet, sentiētis animæ sit facultas, deinceps aperiendum.

Quam unaquaque sentientis animæ facultas sedem habeat, quod agendi instrumentum: neque omnes omni in esse animanti. Cap. X.

*Interiorum
facultatum
instrumenta.*

*Sentiēdi in
strumenta.*

*Alios tan-
gendi, alios
mouendi ef-
se neruos.*

*Aliam mo-
uentiū, aliā
sentientium
esse composi-
tionem Ce-
rebrum mo-
ueri, menin-
ges sentire.*

FACULTATES ex operibus discerni, & suum cuiusq; operis instrumentū haberi ad proprias functiones accommodatum, supra quidē in genere est pro-
ditum. At particulatim sentientis animæ propria sedes propriūque instrumē-
tum est cerebrum, quod abditum & reconditum ad interiores quilibet functio-
nes comparatum est, sed ratione uaria latoque discrimine. Cerebri substantia
mollis uel dura memoriæ sedes est, & instrumentum excipiendis rerum spe-
ctris: eius temperamentum, quantitas, & figura, vna cum infuso spiritu, discernē-
di, cogitatione fingēdi ac memorandi facultatibus inferuiunt, & proprie accō-
modantur. In appetitu autem exultat cerebrum & effusum lætitia gessit: sensui
& motioni interiores sinus & capacitates quatenus receptacula sunt spiritus,
pro instrumentis destinantur: duo quidem priores sensui, mediū & postremus
motioni, cui & glutia appellata & ductus ille uermi similis, subsidio sunt, eo
quem enarrabimus modo. At quoniam facultates opus suum foras depromunt,
externis quoque adminiculis indigent, sed quæ a communi illo cerebri fonte
deriuentur. Visus, auditus, atque gustus, foris quum sint, neruos habent conca-
uos per quos influat. similes habet & olfactus quamquam intimus est: atque hi
molles sunt omnes a priore cerebri parte nati. Tangendi sensus paulo duriori-
bus instructus est, quo sexta cerebri coniugatio ad interiora uiscera forasque
ad cutem diffundit, nullius motus authores. Iam uero exquisite duri sunt mouē-
tes appellati, qui tamen motum uoluntarium non efficiunt, vim tamē motus
effētricem in musculos deuehunt, qui propria sunt mouendi instrumenta. In
his uero paulum insistant, & scrutemur quæ ratio esse possit, vt inter eos ner-
uos quorum similis est structura, alij sentientes. Et ne qui fortasse causentur a-
lios ē cerebro, alios a parencephalide & spinæ medulla proficisci, eandem statu-
amus utriusque originem. Quid causæ est igitur cur eorum quæ a cerebro na-
ti sunt, hi ad motum accommodantur, ad sensum autem illi? Eadem utrisque est
origo, spiritus similis in hos influens, compositionem eandem facit Galenus:
quænam igitur sortitio hæc est, quæ discriminis ratio? Duriores (inquit) sunt
qui mouent, molles qui sentiunt. At qui ē sexta coniugatione in crura, in cutē,
& corporis extrema porriguntur tangentes nerui, multo iis sunt duriores, qui
in oculos ē secunda coniugatione protenduntur motum eis præstituri. Neque
id modo ex longo uia tractu, sed ab ipsa statim origine, & posteriorem quā illi
originem acceperint. Quo circa tam uariæ huius facultatis causa nō in molli-
tudinem aut duritiem referenda est. Quoniam igitur alio? in compositionem.
Huius uero compositionis quænam est ratio? dicam paucis, disseram pluribus.
Cerebri corpus motu agitur assiduo, nullo tamen tangendi sensu præditum:
contra uero quæ id ipsum ambiunt meninges immobiles per se sunt, præsertim
quæ crassa: tactu autem eæ ualent exquisitissimo: quæ singula vt Galeni fide
confirmata sunt, ita etiam vulnerata aperta que calua contrectantibus nobis
sunt deprehensa. Hæc autem morborum euentus plenius declarant, & in deli-
rio & phrenitide (quæ ipsa phlegmone est substantiæ cerebri) nullus plerumque
dolor affligit: multoque minus in sopore & lethargo, qui tamen cum putre-
dine

dine est: at si uel minima occasio aut humoris aut etiam uaporis acrioris in
meninges effertur, grauis dolor excruciat: quæ cerebri & meningum diuer-
sam naturam commōstrant. Atqui spina & nerui omnes uel eo authore medul-
lam habent ē cerebro, eamque meningibus conuēstitam, quæ singula talem
vim & naturam habent, qualem ab exortu acceperunt. Quocirca necesse est me-
dullam in spina atque neruis (tamen ea non vt cerebrum motu agitur) uim
duntaxat mouentem, eius uero membranas vim sentientem & tractabilem tum
suscipere, tum alijs particulis conferre. Si enim corpus cerebri sensus est ex-
pers, multo magis quæ in spina aut neruis est medulla. Vnde enim & qua con-
ditione vim nouam accepisset? Aut quomodo cerebri corpus vim illi sentien-
tem conferat, quam non habet? Itaque quicumque nerui & tangendi & mo-
uendi vim obtinent, utriusque functionis instrumenta sunt, parte tamen di-
uersa. Qui sentientes dicuntur, solius tactus, nullius autem motus. authores
sunt, quod genus ii sunt qui ē sexta coniugatione in interiora uiscera & in ex-
timam cutem obcunt. Hi quamquam non a solis meningibus (vt nonnulli quon-
dam censuerunt) producuntur, ab eis tamen substantiæ suæ plurimum recepe-
runt, a cerebro minimum: statim enim a tenui meninge orti vt ad crassiorē ap-
puelerunt, multum incrementi, roboris & uirium illinc asciscunt sibi. Qua-
propter tactum duntaxat, non itē motum efficiunt. Contra uero qui ex spi-
na orti magnam cernuntur medullæ copiam suo exortu continere. Ergo prior
cerebri pars sensus, posterior uero motus principium est atque sedes, menin-
ges autem tactus sunt origo: omnium autem animalium functionum efficiens
est cerebrum suis meningibus conuēstitum. Qui nerui multa medulla conferti
sunt, mouendi instrumenta existunt, tangendi autem ij quos maiore ex parte
meninges protulerunt. Hoc si exquisitius pronuntiaudum est, motus uolunta-
rij proprium organum est musculus: qui quum ex simplici carne, ex uena, ar-
teria, atque neruo conditus sit, ex neruo tamen qui inter cætera principatum
habet, cuique præcipua mouendi functio refertur accepta, vim omnem asu-
mit. Hic in musculi principium, quod caput appellant, inseritur primum in pau-
cas portiones distributus, sed quæ rursum in alias tandemque in fibras præte-
nues distendantur. Omnes rursum in musculi sine coeunt, ubi neruum parem
atque principio referūt, qui aut in tendonem aut in os aut in membranam in-
truditur. His ita de instrumentorum ratione constitutis, promptum fuerit vul-
nera quæcunque paulo ante indigebantur eadem per sanare. Itaque si mouen-
di facultas eandem cum sentiente substantiam est sortita neque hæc disunctæ
sunt animæ partes, cur non omnia quæ sentiunt animantia vt rerum compre-
hensionem quandam & appetitum habent, sic etiam progrediendi vim sunt
aliquota? Quia (inquam) motus instrumenta non acceperunt, quibus deficien-
tibus necesse est & functiones & earum facultas deesse. Quamquam igitur tactu
omnia prædita sunt animantia quod vnus ad salutem & conseruationem maxi-
me sit necessarius, eoque dempto animal effugere possit tractabilium qualita-
tum exuperantias, quarum occurfu mors statim irruit: reliquis tamen sensibus
qui boni cuiusdam & locupletioris notæ, non necessitatis gratia conditi sunt,
non omnia instruntur animalia: imo uero ab eisdem homo quādoque tum or-
tus tum morbi uitio deseritur, quum ab idoneis instrumentis destituitur. Alia
animantia solo tactu uigent, cui alia gustum, alia alios denique sensus adiece-
runt. Interioribus autem facultatibus quia minus distinctam hæc instrumento-
rum rationē desiderarent, plurima, (vt ante dixi) cōstant animantia, sed quædā
obscurius, quædā magis insigniter efficiētēque. At uero progrediendi facultate

*Vim mouē-
di esse a ce-
rebro, uim
sentiēdi a
meningibus.*

*Cerebrum,
motus et sen-
sus princi-
piū, & quo-
modo.*

*Mouendi in-
strumentum
propriū.
Argumen-
torū solutio.*

Imaginatio nis et memo rie eadem sedes. ea duntaxat vigent, quibus spinæ medulla, aut ei simile quiddam accessit. Haud dissimulanter hoc loco adenda est, sed funditus euertenda iuniorum probe omnium absurda & inutilis opinio, quæ memoriæ cerebri ventriculo posset, phantasiæ vero, id est cogitandi fingendique vim prioribus collocavit. Hæc ex Arabum factione primum orta, nullis rationibus stabilita, partim facta per riler, partim effusita temere, ita demum iactationem habuit in populo. Verum quæ supra productæ sunt à nobis rationes, palam faciunt memoriæ atque imaginum facultates vna eademque essentia contineri. sede vna firmari, circa spectra eadem negotiari, similiq; vti instrumento corporeo, quanquam est afficiendi ratio diuersa. Quandoquidem sit nec raro vt causa efficiens vna, eodẽ vfa instrumẽto diuersos idcirco promat effectus, quod dissimiliter id adhibeat operi, aliterq; vires intendat. Hoc si potest tactus efficere, vt ante proditum est, id ipsum multo facilius præstabit princeps ille intimusque sensus, qui quãquam in organo est corporeo, functiones tamen occultas obit potius accurata ingenij intentione & obseruatione ad res adhibita, quam organorum ope. Omnes enim eæ functiones in illius sunt potestate, quas dum vult exhibet. At non sic externæ, quæ quia expromptæ sunt nec liberæ, ab instrumentorum necessitate pendunt. Quare occultas illas & interiores facultates, non est necesse sedibus & instrumentis diiungere. Si Aristotelis & Peripateticorum rationibus illi non cedunt, audiant saltem vniuersam. Græcorum medicorum familiam, qui omnes ad vnum iisdem principijs infermati, læsa memoria non modo occipiti, sed toti cerebro remedia adhibere iubent id ratum habentes, partem animæ phantasticam quæcunq; ea sit, hanc eandem & recordari & rerum impressiones conseruare. Pluribus non ago, quod ipsa illorum declinatio ad libidinẽ prorsus effecta videatur. Quomodo autem fieri possit, quum sint illæ facultates in eadem sede, vt vniuersumque actio impediatur alijs constantibus & integris, ex his quæ de functionibus trademus fiet posthac illustrius.

De intelligentiæ facultatibus.

Cap. XI.

Intelligentia est incorporea. OMNIUM animæ partium princeps ac regina, mens est ac intelligentia, quæ præditus homo vnus ceteris antecellit animantibus: quæcunq; enim præstantiora edit opera, eorum effectrix est & opifex intelligentia. Res in corporas ab omniq; materia seiugatas & nudas, vniuersales rerum notiones atq; formas huius opera omnium animantium vnus homo cognoscit. Vnde statim huius essentiam simplicem esse, indiuiduam, ab omni materia & corpore abstractam abiunctamque deprehenditur: neque demum vllius instrumenti corporei opera indigere, alioqui particeps fieret corporis: hisque potissimum à sensu distare. Tam vero si instrumento corporis intelligentia non opus habet, neq; profecto ei miscetur; neque ab eius qualitatibus afficitur, prorsumq; impatibilis eadit. Itaque intelligentia simplex est, incorporea, separata, impatibilis, immortalis, atq; æterna, imitatione deo proxima, homini diuinitus & extrinsecus cedens. Omnis eius quæ in nobis fit actio atque cognitio (quam etiam intelligentiam dicere solemus) ab hisce rebus tracta est quæ sub sensum recidit, hoc est ducta argumento, quod quem natura cæcum surdumq; progenuit, is non possit Geometriam edoceri, neque qui odoratu captus est, aut gustu, possit vllam de saporibus & odoribus cognitionem animo concipere, & qui non sentit, nihil discernere, nihil intelligere. Quocirca ex spectris & imaginibus rerum externarum, quæ omni materie spoliata communi sensu continentur, necessum est primas & simplices

simplices intelligendi notiones proficisci. Vt externarum rerum qualitates sensibus subiecta sunt materia, ita illarum imagines interiore sensu conceptæ, atq; ab omni corporea labe expurgatæ, subiciuntur intelligentiæ. Hæc autem in illas incumbens, intellectiones elicit, & de illis multa cognoscit, quæ sensus mouere nõ possunt: ab imaginibus tñ primum cietur, quemadmodum sensus à rebus externis. Ergo qui intelligentiæ obuerfantur puræ imagines, si ex illis debent abstractæ & gremio data formis & notionibus excipiendis, illis quasi subternitur. Quæ vero quicquid in rerum natura consistit, præter materiã effectiõnem & perfectiõnem demum consequitur, sine qua temere & fortuito nasceretur: necessariũ est patientem intelligentiã ab altera quadam perfici, quæ dignior quodãmodo quã sit & præstantior, agens intelligentia nuncupatur. Hæc tota patibili intelligentiæ immergitur interiturq; atq; ex his tãquã ex materia & specie fit res vna. Itaq; sentiens anima tanquã materia quãdam subternitur patibili intelligentiæ, hæc autem materia fit intelligentiæ agentis, quæ proprie & maxime debet species censeferi, & simplex formam formam ad quã quã natura processerit, nõ vltra progressura receptui canit, nullam præstantiorem, nullã nobiliorem formã inueniens. cetera autem quæ illi suppare sunt, nunc materia, nunc formæ conditione subeunt. Ex diabus naturis tanquam ex materia & specie rō atq; mens constat, ipsa quidem incorporea, impatibilis & immortalis, tota quidẽ diuinitus adiecta nobis. Hoc autem rectius accipi velim, nempe quæ intelligentiæ agentis impulsu nulla fiat concretio, sed hæc vna cadẽq; sit atq; intelligentia patibilis, fiatque ex illis res simplex, quæ tñ duarum rōnes obtineat. Neq; reapse intelligentia patiens alteram agentem tempore præcedit: nam simul ac rerum notiones acciperit, per illas cognoscit: sed vt accipiendi & agendi, sic & illarum intelligentiarum diuersa est rō. Quæcunq; mens singularis & indiuiduas rerum imagines atq; notiones materia liberat, intelligentia patibili exceperit, eas dein agente intelligentia tractans apprehendit, atq; primum quidẽ singulares, mox deinde vniuersas ex illis formas elicit. Hic dux iam se promunt intelligentiæ facultates, vna patibilis, agens altera. Quoniam vero agens intelligentia nõ modo simplices illas rerum notiones apprehendit, sed etiam (quemadmodum in nobis ipsis experimur) multas in vnã cõponit, hincq; alia affirmat, alia inficiatur, tertia quæ istec efficiat statuenda vis est intelligentiæ, quam componendi facultatẽ appellant. Enunciatione composita tum deinde iudicare solemus, & decernere quid verũ falsumve sit, quid bonum & honestum, quidve perniciosum: quæ omnia efficit vna iudicandi facultas. Hinc demum ex aliis alia nectentes, quã plurima complexione concludimus, sicq; inductione aut ratiocinatione scientiã aut opinionem comparamus, idq; eius facultatis opera quam ratiocinatricem appellant. Supra has omnes se extollit contemplandi facultas, quæ sapientiæ rerumque æternarum studio tenetur. Quisquis autem illius amore & inauitate non satis illectus, ad res caducas ratiocinandi vim conuertit, omneq; studium ad humanas refert commoditates & vsus, is vice contemplationis, actionis sibi facultatem adhibet. Si quid autem recte facturus est, aliam facultatem accerset sibiq; iunget, quæ consultandi & est deliberandi. Ita iis instructus si quam habet scientiam vel opinionem bona consultatione ad domesticarum aut ciuiliũ rerum administrationem conferat & accomodet, vt prudens inde dici consuevit: ita & prudentiæ facultate tum maxime vitur. Sin vero illas ad vilioris operis &

Intelligentia patibilis

Intelligentia efficiens

Intelligentia agens omnium summa est & suprema

Mens ut cõstet ex duabus intelligentiis

Componendi facultas

Iudicandi facultas

Ratiocinatricis facultas

Contemplatio

Actio

Consultatio

Prudentia

Ar. ris & artificij constructionem adducat, arteq; sibi paret, artificem facultatem
Voluntas. exhibebit. Hoc loco voluntas existit, non vtique simplex & temeraria, sed libe-
Electio. ra & quæ boni cuiusdam opinione per consultatione ducta quod bonum est & vtile selegit, vnde electio à quibusdam dici solet, quam Græci *προαιρεσις*, nos consilij facultatem appellamus: hæc ab intelligentia non subiecto aut essentia, sed cogitatione duntaxat & definitionis ratione distat. Ex consilio & proposito rem vnamquanque persequimur, si bona ac vtilis videtur: si vero tanquã mala reprobetur, eam declinamus. Hincq; surgit effectrix facultas quæ consilij co-
natus implet & exequitur, & qua ad rem persequendam impellimur: hæc autẽ
est omnium facultatum intelligentiæ postrema. Memoriz & recordationis fa-
cultates non primum & per se in intelligentia, sed in communi sensu collocan-
tur, huiusq; duntaxat interuentu ad intelligentiam pertinere possunt, quemad-
modum nos posthac in his quæ de functionibus tradentur, plenius differemus.
Ne autem certos instituti neri limites prætergredi videar, his summam de-
cursum quæ proprie Philosophum decent, ad vnius vitalis animæ facultates me-
confero.

De vitali facultate, quam Aristoteles eandem atque naturalem existimauit. Cap. XII.

Vitalis natura **EXPLICATIO** mihi vitalis nostræ facultatis substantiam atque præ-
lis & vitalis stantiam, quamplurima obuersantur inuoluta summæq; ardua, quibus præclari
una est ea philosophi Aristotelis patrocinio corroborati, contendunt nullam eiusmodi
de sunt A- vim in nobis seorsum insidere. Is enim quum omnes animæ partes atque facul-
ristoteli. tates sigillatim numerando percenseret, hanc omnino tanquam nulla seorsum
effet, prætermisit, statuens nimirum naturalem vim omnium primam, cuncto-
rumq; viuentium communem, quam eandem nullo nominum discrimine, nunc
altricem, nunc vitalem appellat. Huius enim prospero fauore & præsentia, nu-
tritio atque vita in cunctis manet, perit autem dum illius benignitas se sub-
trahit. Vitam quidem nutritione accretioneq; definit, quòd vsque eo dum vita
erit, nutritio quoque persistat, hac autem deficiente, vita pariter tolletur. Ita-
que si eo authore vnũ idemq; sunt vita & nutritio, itemq; viuere ac nutriri: quæ
cunque facultas corpus alit ac sustinet, eadem vitam quoque tuetur, neque à na-
turali diuersa est vitalis facultas. Quinetiam insitum calorem cuius subsidio
natura omnia conuocit corpusq; nutrit, sine quo non possunt animalia, sed ne
stirpes quidem consistere, vitalem appellat, quòd inde sit omnium viuentium
ortus, & vitæ permansio, quòdque eo deficiente, interitus sit omnium. Quan-
quam autem omnis vitæ & interitus causam huic ipsi calori acceptam refert,
quem inde vitalem & salutarem consuevit appellare, nullam tamen in eo vim
collocat, quæ à naturali sit diuersa: sed hanc ut omnium primam in eo vitali ca-
lore constituit, ita & vitalem iure dici contendit. Nò enim hic calor opifex est
functionum corporis, sed animæ eiusq; facultatum tanquam vehiculum & in-
strumentum, sine quo eæ neque alimētum conficere neque aliud quicquam pos-
sint efficere, sed ne consistere quidem. Vnde intelligitur illic facultatem uersari,
vbiq; calorem fuerit deprehensus. Atqui plurimum in corde hunc uigere
& flagrare sensus confirmat, illincq; ubi plurimus est & vberimus, tanquam à
fonte quodam in omne corpus diffundi atque deriuari. Qua constanti validaq;
ratione asseuerat uitam & facultatem, quæ semper cum illius caloris integra
te simul est, vniuersum quidem corpus sustinere, sed totam ex corde tanquam
è fon-

è fonte & principio quodam fluxisse, quod tum vitalis, tum naturalis facultatis
prima sit sedes, primaq; origo. Hoc visceris dignitatem & præstantiam luculen-
ter declarare, quod omnium in corpore primum uita fruitur, postremumq; mor-
tem oppetit. Deinde sedem quæ in corpore medio est, dignam quidem haberi,
& tuto sub pectore conditam, ubi arx vitæ commodissima strui debuerat. Porro
autem in quo principe corporis loco & in qua eius loci particula uitalis & infi-
ti caloris principium est, ibidem naturalem altricemq; animam omnium qui-
dem primam collocari: non enim hæc potest citra caloris opem, aut alimentum
conficere, aut corpus nutrire. Quocirca a perenni illo fonte caloris, nequit vita
10 & prima nutriendi facultas seingi. His demum tanquam consequens annectit,
cor primam esse summam conficiendi sanguinis officinam, hincq; venas perin-
de ac arterias propagari, & in corpus vniuersum proferri. Quicquid viriũ cor
in perfectis animantibus accepit, id ipsum in exanguibus parti cuiuspiam tribui,
quæ cordi proportionẽ respondet: in stirpibus autem ei quæ media inter radi-
cem & stipitem interponitur.

Sentientis porro animæ sedem eodem intrusit, hac duntaxat ratione addu-
ctus. Animal omne qua animal est uiuit, neq; fieri potest ut id quod ei tribuit
ut animal sit, non etiam eidem uitam conferat. Quo circa concludit quocunq;
id principio animal est, eodem quoque id ipsum uiuere, neq; seiuicta hæc di-
uerlaq; esse principia: alioqui enim ut duo principia, sic duæ fierent cuiusq; ani-
mantis animæ, & vtrius qualibet ex causa dissoluto & extincto, alterius ope
animal etiamnum constaret atque uiueret. Ex quo demum infert unam eadem-
que eam substantiam esse qua id uiuit & animal est: tametsi uaria id diuersa-
que sit ratione & cogitatione, neque qua ratione est animal, eadem ipsa uiuit.
Itaq; si in corde aut in alia parte quæ huic proportionẽ comparatur, uitæ fons
& origo collocatur, ibidem est sentiendi principatus, quo animal omne confi-
stit. Iam uero in quo sensus, in eodem uoluptas & dolor in est, perceptioq; iu-
cundi atq; molesti, ex quibus cupiditas nascitur & appetitio. Præterea ex sen-
su surgit cogitatio & comprehensio, ex hac autem & ex appetitione, incessus
30 itioq; animalis. Vnde planè & expeditè conficit omnes sentiendi, cogitatione
singendi, appetendi, mouendiq; uires è corde duci, externorumq; sensuum in ca-
pite quidem positorum, originem tamen cordi acceptam referri, omnesque
tum mouentes tum sentientes neruos illinc tanquam à fonte primo deriuari. Er-
go anima illis instructa facultatibus in corde potissimum quidẽ insedit, ex quo
tamen in omne corpus æquabiliter se fundit, partibusq; singulis inhæret. Hoc
planè declarant animalium quæ insecta vocantur defectæ partes, & ab arbori-
bus auulsi rami uiuunt enim pristinasq; functiones etiamnum retinent, serua-
rentq; diutissimè si nutriendi instrumenta non deessent. Id planè argumẽto est
partes has tantam in se animi uim habere, quantã & ipsa olim integra. At per-
fecta animantia & homines, non uiliori & abiectiori conditione uiuunt, quam
40 stirpes & insectorum genus. Ex quo fit, ut integri cuiusq; uiuentis unica sit ani-
ma, quæ uniuersa corpus uniuersum continet. Si dum id in partes distractum
est, partium unaquæque propria anima regitur, sicut tum cõplures animæ, quæ
prius unica fuerant. Quapropter in integro re ipsa quidem unica esse dicitur,
at potestate complures, quòd ex ea fieri multæ possint. Vnica autem & simplex
quæ in nobis inest anima, dispares lógeq; dissimillimas functiones idcirco ede-
re potest, quòd uarias facultates & disparia partium temperamenta ad illas ac-
commodat: quemadmodum unus idemq; artifex, uariis instrumentis diuersa
plerunq; & dissimilia opera condit & reponit. Ea igitur est Aristotelis de par-
tibus

Cordis præstantia.

Nutriendi uis è corde.

Venas, & arterias ex corde nasci.

Sentiens anima in corde.

Motus & imaginario in corde.

Nervi à corde.

Cor animæ sedes.

Anima in toto reuera tota est, & in qualibet parte tota est potestate.

Anima una dissimillimas actiones edit.

tribus animae eiusdemq; facultatibus, & de communi earum sede sententia, ex omnibus philosophiae monumentis deprompta: ita sibi quidem cohaerens suisq; principijs consentanea, vt nullis argumentis, nulla disputatione quae de vniuerso sit genere, conuelli labefactariq; possit.

*Medicos Platonem sequutos, vitalem facultatem a reliquis diu-
g-re. Cap. XIII.*

*Vitalis ne-
cessitas de-
monstratur.*

C A E T E R V M si singula diligenter studioseq; spectabimus, in quibus maxi-
ma multoq; certissima vis inest demonstrationis, non pauca sane occurrent, quae
planè vniuersa illa redarguant, commonstrentq; luculenter, praeter duas animae
partes, quae pro certis atque concessis receptae sunt, tertiam vitalem eamq; di-
uerfam haberi, cuius sit vnica sedes in corde. Perennis enim & constans depre-
henditur in nobis cordis & arteriarum motio, cuius assiduitate perpetua est spi-
rituum procreatio. Hanc autem cuiusnam facultatis opera fieri arbitramur?
Non animalis, vt cuius motus omnino est ad arbitrium, qui orta defatigatione
sensum ingrauescit atque demum intermittit: cordis autem & arteriarum mo-
tus non est in nostra potestate vt nobis pareat, sed continuatus nullius causae
vi lacescit, & qui nunquam interrumpi potest. Neque praeterea hic a natura-
li facultate regitur, vt quae corporis nutritioni duntaxat addita est & mancipa-
ta, nec tam apertos motus solet expromere. Aut si hos profert in nobis, quid est
causae cur non similes efficit in stirpium genere, in quibus tamen nihil tale con-
spicitur? Neque demum insitus & naturalis calor tanta motionis est author, tu
ob eas quas modo percensui rationes tum quod is per se quum simplex sit qua-
litas, non potest esse efficiens causa motionis: alias enim naturam eum esse con-
firmaremus. Sentire quidem recte videtur Aristoteles motionem illam ex ma-
teriae & refrigerationis necessitate quadam fieri: ceterum istae necessitas, in-
citans duntaxat & impellens, non autem efficiens causa recte possit existimari,
sed aliam superiorem atque praestantiorē scrutari necesse est. Erit igitur in
vitali cordis calore vis quaedam & facultas harum motionum, & aliorum quae
posthac referam operum effectrix, quae vitalis quoque nuncupata, à naturali &
a sentiente prorsus dissideat. In haec fortasse quum penitus introspexisset, qui
cunque sub duce Auerrhoide in hac Aristotelis sententiam iurarunt, hac dili-
genti rerum obseruatione adacti sunt, vt vitalem eam facultatem intronitāt,
atque suscipiant, sed quam (ne violenter iniurandum) modo quodam incompre-
hensio somnient verius quam cogitent, in altricis illius & naturalis facultatis
genere comprehendendi. Itaque duas constituunt ei differentias, vnam vitalem, al-
teram altricem, iudicantq; vitalem altrici in openi & subsidium fuisse additā.
Hoc illi commento probabile quiddam afferre videntur, sed tamen Aristotelis
mentem offendunt, qui vnam eandemq; vim nunc altricem, nunc naturalem,
nunc vitalem consuevit appellare. At mihi cum illis controuersiae nihil est,
qui eo iam adducti sunt, vt nobiscum concedant tres in nobis facultates consi-
stere, naturalem, vitalem, & animale, quarum gubernaculis corporis natura
& integritas teneatur & cohaeret. Iam vero tempestiuum est demonstrare hasce
tres, non modo cogitatione, sed re ipsa & essentia inter se distare, esseq; seiun-
ctas. Omnia enim quaecunque sic comparata sunt, vt possit eorum vnumquod-
uis vel laedi & labefactari, vel prorsus interire & extinguī, alijs constantibus &
inuiolatis, disiuncta ea sunt, neque vnam eandemq; substantiam complent. At-
qui in ossē, in cartilagine, cui secundum naturam firma sit constitutio, nullus
inest

*Auerrhoi-
dis cavillus.*

*Animalem
facultatem
laedi alijs il-
latis.*

inest sensus nullaq; sentiendi facultas: vitalis tamen & naturalis insunt, quarū
beneficio alitur, atque viuūt. Lethargus, sensus omnes motumq; confopit, to-
tamq; vim animae sentientem stupidam reddit, reliquis integre valentibus. Pa-
ralysis quaecunque partem vehementer prehēderit, sensu motuq; priuat, alijs
permanentibus quae partem non sinunt contabescere. Sicq; multifariam vis sen-
tienti aut omnino laedi potest, aut partem quampiam deserere, alijs in nullā of-
fensionem incurrentibus. Ceterum in atrophā, palam est ex nutritionis erro-
re vim altricem incommodo detrimentoq; affici, necdum tamen alias concuti.
Nec profecto desunt qui indicent partis cuiuspiam nutritionem sensumq; pror-
sus exterminari, vita duntaxat superflite, quum nempe ea liquefacta in totum
extabescit, solamq; vitalem facultatē retinet, quae illius integritatem tuerit,
obsistitq; ne illa consumpta putredine dissipetur. Est enim putredo vitae aduer-
sa, neque aliud quam vita obsistit ne pars in perniciem agatur. Quicquid igitur
nutritione sublata integrum praeterea manet neque putrescit, id sane viuūt,
vitaliq; facultate sustinetur. Hinc vt facere ita praecclare olim dictum fuisse ani-
maduerto, hanc vim datam esse corpori pro sale ne putrescat, quod haec vna pos-
sit omnem interitus perniciem retundere, arcerē, precludatur. Hec enim summa
est illius actio, non vt corpus alat, non vt rerum occursum sentiat, sed ut vitam
& integritatem conseruet. Quinetiam quum quis pestilenti febre male torque-
tur, affligiturq; cordis dolore, vomitione, animi defectione, quumq; pulsus ob-
scurus & imbecillis deprehenditur, quis tum ambigere potest facultati in cor-
de vitali, cuius haec sunt opera, negotij plurimum exhiberi, alijs quidem aut ni-
hil omnino, aut multo minus agitari? Vt enim alia morbi genera alijs solet fa-
cultatibus malum inferre, sic hoc maxime pestilens vitalem vim obsidet, oppu-
gnat, atque demolitur. Itaque potest quāuis vna facultas noxam & incommo-
dum subire, reliquis aut nondum aut non peraeque laesis: quin fortasse potest in
quampiam corporis particula vis animalis ex morbo perire, simul cum hac & na-
turalis, vna superflite vitali, quorum omnium rationes posthac uberius afferre-
mus. Vnde planè perspicitur potest, tres illas non modo cogitatione, & (vt dice-
re solent) ratione, sed re ipsa propriaq; substantia diiungi.

Tres animae facultates sedibus atque locis discludi. Cap. XIII.

N V I A vis animae quae potissimum obstricta sit corpori, quicquam potest
efficere citra instrumenti alicuius subsidiū. Quum autem vel animae instrumē-
tum, vel domicilium offensionem acceperit, necessum est profecto, aut ipsius
quoque facultatis substantiam laedi, si inde originem duxit quod plurimi confir-
mant, aut certe (quod in externis sit artificijs) effectus contortos & deteriores
reddi, praepediriq; functiones. Quare si cor vna est omnium facultatum sedes,
quoties id iniuriam & incommodum accipiet, omnes hae facultates necessario
peraeque laedentur. Haec autem perspicue falsa esse & inania, declarant quae in
pestilentibus febribus alijsq; uenenatis morbis obtingere proditum est. Quin
& posthac apertius erit, multis ex causis cor eiusq; actiones affici, constantibus
alijs viribus: Itaque tres ex quae sunt, non essentia modo, sed sedibus quoque &
principatu disiectae sunt, neque in eodem possunt folio consistere. Quod si earū
opera & effectus magna cum cura & diligentia intuebitur, non operosum for-
tasse fuerit propriam cuiusque sedem designare. Perspicue cernimus esculenta
potulentaque in eas partes, quae sub praecordijs positae sunt, maxime in ventri-
culum illabi, vbi primum concocta, deinde iocineris vi in sanguinem conuersa,

*Secunda.
Tertia.*

*Naturalē
laedi alijs il-
latis.*

*Vitalem la-
di posse alijs
illatis.*

*Tres anima-
partes locis
discludi.*

*Iocur nam-
vitalis animae
sedes.*

Cerebrum principis animae sedes. alendo corpori sunt idonea. Cerebrum etiam tanquam commune sentiendi principium à sensibus omnibus circumfederi quis non videt? eosque per somnū comprehenso cerebro quasi vinctos teneri, excitari autem & operam quemque suā conferre per vigilias liberato illo & soluto? At cor in somno semper cietur & agitur, nunquam facta intermissione officij cōquiescit. Hoc si sensibus prima est efficiendi causa, cur non eorum functio similiter perpetua sit & continens?

ratio. Conquassato compressoq; vehementer cerebro, animans continuo sensus omnibus motusq; expers obtorpescit: cerebrique offensioe sunt obliuio, stultitia, deliratio, apoplexia, quibus tum principes tum sensuum praepediuntur actiones, ab hisque malis liberantur quae cerebro, non autem quae cordi adhibentur re media. Male autem affectio iocinere aegre corpus alitur, alias atrophia extabescens, alias corrupto humore turgidum, quumq; ei visceri valetudinis curatio adhibebitur, altrice facultate corroborata ad salutem corpus omne reducitur.

Secunda. Nemo est tam delirus qui constantibus his malis velit facere medicinam cordi, aut hanc si forte tentet, non hallucinetur, expectationemq; suam decipiat. Ita que sensuum actiones in capite maxime, naturales in ijs partibus quae sub praecordiis sunt, explentur ac vigent. Vbiunque autem earum plurimum eminent & apparent, ibidem consentaneum est vim & facultatem earum effectricem dominari, suumq; principatū habere; nam hac ista ratione ductus etiam Aristoteles vitæ principium in corde collocat, quod omnium primum viuunt, postremum emoritur. Ex proprijs igitur operibus, ex medendiq; ratione, altrix vis & naturalis in iocinere, animalis seu sentiens in cerebro, reliqua vitalis in corde constitueda videbitur. Nunc autem mihi liceat rei fidem ijs ductibus confirmare, qui facultatibus ad proprias functiones subsidio veniunt: venæ quidem naturali, nervi animali arteriae vitali. Omnes quidem quemadmodum & ipsas facultates ex corde nasci prodidit Aristoteles, nequicquam à mente sua, nequicquam à se ipse discendens: recte existimans illic facultatem & partem animae figi debere, unde illius instrumentum nasceretur, ductusq; derivaretur. Quocirca quum arterias ex corde duci, omnemque pulsationem hinc eas accipere inter omnes cōueniat, si praeterea nervos è cerebro, venas è iecore primam originem duxisse commonitrem, videbor etiam planum fecisse, illud domicilium esse animalis facultatis, hoc vero naturalis. Vt in arboribus vniuersosque stirpium genere, maiora minorum sunt principia, & truncus omnium amplissimus deorsum radices agit, sursum autem in ramos diffunditur, hi rursus in alios exiliores, dum tandem in tenuissimam sobolem vndique propagetur atque fruticetur: hincq; vnus omnium consensus in trunco principium constituit, & eam vim quae stirpi moderans, alimentum trahit distribuitq; singulis partibus: ita sanè in venis atque nervis statuendum videtur. Cæterum vena caua quae cordi assistit multo quidem tenuior est, quam vbi, è iocineris conuexo emergit: quinimo hic in duos ramos diffunditur, quorum vterque duplo maior est eo, qui ad cor sursum irrepit: quod planè argumento est non è corde, sed è iecore primam venis originem esse. Huc accedit, è cauis regionibus interioreq; facie, iecur venam ad portas emitte qua serpens multiplici lapsu & erratico, complures riuulos tãquam radices effundit, in ventriculum, in omentum & mesenterium. His autem (venae tametsi sunt) nulla intercedit cum corde in communio aut societas, sed ne cum his quidem venis quae è iecoris conuexa emerferunt: quare stirpium exemplo iecur venarum origo constituendum est. Ex quo intelligitur partem in stirpibus inter radicem & truncum interpositam, quam Aristoteles cordi comparauit, iecoris potius quam cordis similitudinè specièq; generè, vt in qua vis insit naturalis,

lis, eam prorsus exprimens quae in iocinere confedit. Postremo vt perfectis animalibus eas mantibus arterias è sinistro cordis ventriculo nasci animaduersum est, sic terrenis animantibus ijsq; vocalibus dexter ventriculus adiectus est, in eumq; inserta, vena caua, vt inde erumpente reiectoq; sanguine pulmones alerentur. Muta autem animantia, vt pisces omnes, dextro sinu defici atque destitui, omnium iudicia sensusq; confirmant, quod aquatilia neque pulmones habent, neque vociferantur, neque spiritum ducunt. At nihilominus sanguine aluntur in venis recondito, ipseque, venae omnium iecori sic affixae sunt, vt aperte hinc deriuari cerantur. In dextrum autem cordis ventriculum (vt quem non habeant) nec inseri, nec inde possunt educi. Quid quod vena in piscibus vix cor attingit, potest ne inde exoriri unde longius abest atq; diiungitur? Eadem propemodum sunt rationum pondera in neruorum exortu, quos palam est cor non attingere, neque ei vlla communione iungi: vt idcirco nemo (nisi qui in contemplandis rebus excus fuerit) existimet à corde tanquam à principio eos emanare. At si diligenter cerebri structura animo sensuq; iustabitur, clarum erit & euidentis nervos omnibus sentientes illinc deduci, ortusq; sui primordia accipere. Si substantia spectabitur, eos cerebri tanquam furculos arboris partes esse, sed quae in extrema corporis progressa, tum viae longitudo, tum locorum per quos tractus est siccitate, mira soliditate durefcant. Spinæ etiam medulla vere cerebri soboles, quae foras excedit ampla quidem est, tanto deinde gracilior facta, quanto longius processit. Ex hac aut tanquam ex arboris stipite, quamplurimi vtrinque; nervi adeo expressæ & perspicue diffunduntur, vt nisi sensuum fides & praesentia tollant, hesitari non possit, oes aut proxime aut medullae interuentu ex cerebri substantia prodijisse. Vetus olim fuit sententia quae ob duritiem eorum ortū meningibus, tum cerebri, tum spinæ medullae circumplacantibus, acceptū referret. Ab his fortasse nervi oes inuolucra quaedam acceperunt, medullae tamen (quae ramorum qui in arboribus sunt exemplo, intus inseritur) origo cerebri substantiae datur. Haec aut prima est & praecipua nervi portio, qua valente motio ois conficitur, & quales cōeidit. Ergo ex functionum proprietate, ex instrumentorum positu, ex ductuum ortu ac deriuatione, in promptu & ante oculos esse debet, vim & facultatem animae naturalè in iocinere, sentientè in cerebro, reliqua autem vitalem in corde, quasi in sede propria constitui. Quibus etiam confectum arbitror eas non modo simplices facultates, sed loco sedibusque distinctas haberi.

Rationum quas aduersarij proponunt confutatio. Cap. XV.

At iam video Sophistarum verius quam Aristotelicorum turbam his obstrepere, qui tametsi planè vident naturae functiones in iocinere, animales in cerebro, vt in ventriculo chylosin, & in oculo visionem: has tamen fateri nolunt facultatum esse sedes, vt neque; nervos à cerebro, venas à iocinere proferri. Quid est causae cur ita censèant? quoniam inquirunt non ut medici sensuum aestimatione de his iudicio decernimus, sed vna duntaxat ratione demonstratiua. Quomodo? Quia princeps Auicenna scriptum reliquit, Philosophos qui vires omnes reponunt in corde, omnia altius perspexisse, inuestigasseque rationes magis necessarias, medicos vero quae sensus duntaxat mouent sequutos, facultates illas sedibus distraxisse. O delirationem incredibilem desipientis enim arrogantiae est argumentationis necessitatem sensuum auctoritati antepone. Sed quid necessitatem dico, quum nulla in id necessaria argumentationem, sed ne satis, quidem probabili adduci possint? Nunquid quod sensu comprehen-

Tertia,

Nervos non a corde, sed a cerebro nasci.

Nervos non nasci a manibus.

sum est, potest ulla ratione conuelli? Tanta est eorum in vnius opinione pertinacia, vt errare malint, & in controuersia concertationeque perpetuo uersari, quam sinceram puramque rerum cognitionem capere: atq; quum perspicuis dubia debeant illustrare, dabijs perspicua tollere conantur. Quanam autē est eorum tam firma constansq; ratio? Cor quia nobilissimum est & uitae fons, idcirco animae omniumq; eius facultatum sedem esse & principium: cerebrum autem, iecur, uentriculum, reliquiasque partes illarum instrumenta, duntaxat esse: omnes in corde altissimis defixas esse radicibus, at illarum functiones alijs partibus alias comparere. Est igitur inquitur cor principium, quod omnes facultates sinu complexuque suo continet atque fouet, non autem principium edendae depromēdaque functionis. Hac interpretatione quam plerique quasi ex tripode dictam suscipiunt & admirantur, putant Platonis medicorumque observationem Aristotelis argumentationibus reconciliare, sicque omnem se controuersiam dirimere. Sed quam vanus & irritus hic labor, uelle eos qui ex instituto distracti sunt, in concordiam adducere? Cor inquitur omnium est facultatum origo, quia nobilissimum. Quasi uero rex qui totius est imperij nobilissimus, omnium subiectorum uires in se unus comprehendat: & quia penes illum sit omnis necis & uitae potestas, idcirco subiectis propriae uires non insint quibus quae sua sunt procurent. Expendamus autem ponderemusq; diligentius controuersiam hanc rem, & plenam dissensionis inter doctissimos. Si iecur & cerebrum non primariae sunt sedes, sed instrumenti duntaxat rationem acceperunt, hocne a conformatione & figura solum habet, an etiam a temperamento? Ab utroque (opinor) cauti nec incallidi respondebunt: ceterum temperamento quam conformatione plus effici: sanguis enim in iecore, & spiritus animalis in cerebro, a substantiae proprietate & a temperie potius quam a conformatione procreatur. Quoniam igitur ex temperamento vis quaedam & facultas nascitur, quae causa est efficiens, in unaquaq; particula ut temperamentum, sic & ingenitum oportet quaedam facultate inesse, quae functionum eius est opifex. Hoc quidem & illi tanquam plane consequens fatentur: quum uitalem spiritum ex corde uideant per parotides arterias in contextum admirabilem & in cerebri uentriculos efferri, illicque in animale conuerti. Istae autem conuersio uidentur & a quo prodijt? Nonne ex ui aliqua quae cerebro propria insidet & ingenita sit? Neq; hoc illi dissentent. Necessē est ergo hanc istam uim insitam quae spiritum gignit animalem, animalē quoque haberi: qui enim fieri posse intelligemus ut hoc aliud gignat, cuius ui nulla & potestate sit praeditum? Multi quidem aiunt hoc fuisse Auicennae decretum, ne dicam subterfugium, spirituum omnium ut certe facultatum unam esse eandemque substantiam: atque quum ea sit uitalis spiritus in corde, portionem quae in cerebri uentriculos contendit, temperationem quam adipisci obediens animalibus functionibus idoneam. Hunc tamen spirituum uim nouam illinc nullam consequi, quae non ante fuerit, neque substantia, sed qualitate duntaxat mutari & noua constitutione, quae spiritum illum uitalem aliter atque prius uersans ac preparans, efficit ut ad functiones animales accommodetur, & animalis in eo facultas nunc primum sese expromat. Prius enim huius facultatis substantia ei spiritui insidebat, quum adhuc in corde tenebatur, nondum tamen ea se functionibus exprimebat, quae impedita esset nec rebus consentaneis & adiuuantibus instructa. Solers ista quidem & subtilis rerum notatio, sed tamen falsa nimis & fallax assentio. Spiritus dum in contextu admirabilis atque in cerebro propriam temperiem mutauit, nonne simul substantiam & speciem mutauit? Si speciem nonne & facultatem? Alias enim nulla fuerit

*Aduersario
vnuuatio.*

Confut.

*Aduersario
rum subter
fugium.*

*Confutatio
multis argu
mentis.*

*Cerebri cor
dis, & ieco
ris in uires
vnuuatio.*

fuerit toto corpore spirituum specie distinctio. Quod si fatetur, neque ulla profecto fuerit humorum specie differentia, sed solo accidente distabunt, sanguis, lac, & semen. Et quicumque ingerentur cibi, non in uentriculo, non in iecore, non in uenis, non in reliquo corpore, aliam quam in qualitate mutationem subibunt, erit una eademque omnium ubiq; substantia ac species, non eorum modo quae in corpore continentur, sed ipsarum etiam partium. Hoc autem quid aliud est, quam rerum species ac differentias de medio tollere? quam omnia in idē substantiae genus contrudere? quam rerum ortus & interitus in naturae mundique exilium agere? quam omnia omnibus confusa permiscere ac perturbare? Quod si specie distant corporis partes, & qui ab illis conuertuntur humores, cur non item spiritus substantia & specie inter se distabunt, quos palam est multo tenuiores esse, & facile mutabiles, ut expeditus quam illi partium quibus affidebit, vim & conditionem subeant? Itaque consentaneum magis est, ut cerebrum a corde, ita animale spiritum a uitali, specie atq; substantia differre, diuersisq; illos facultatibus teneri. Quicumq; aduersa sustinere contendunt, multis astricti uinculis, eo quo minimē uolunt imprudētes reuoluentur. Quo circa multo melius quam illi & Iulientius Alexander Aphrodisaeus, quamuis impense Aristotelicae disciplinae studiosus, cerebro, iecori, uentriculo, reliquisque partibus proprias vires addixit, qui quum alias esse distinctisset quae famulantur & seruiunt alias quae regunt & quasi dominantur, subiecit animae principatum in corde constitui, vires autem eas quae uelut subiectae famulantur, in varias corporis partes disijci. Nam quaecumq; ad animalis facultatis demonstrationem attulimus, eadem ferē ad naturalem & reliquas accommodari possunt. Quisquis igitur uolet naturalem contemplationē medicis observationibus confirmare, omni de posita concertationis inuidia, tres animae facultates, uitalē, animale, & naturalem, essentiam, sedē, instrumentis que discludat. Nunquam enim futurum est, ut qui eas turbulenta confusione connectet, quicquam in re medica uel dilucide demonstrat, uel certa intelligentia & ratione comprehendat. Hinc uideas non modō Alexandrum, sed reliquos propē omnes Aristotelis interpretes, uitalē facultatem a naturali discreuisse, alios inferuientes quasdam facultates membris assignasse, alios non vnā & eandem, sed plane diuersam instrumentis originem dedisse; indicium sanē vacillantis & fluctuantis opinionis tanta interpretationum uarietas. Quanquam uerō vnus Aristoteles admirabili scientia, atq; iudicio, in ceteris ferē suspiciendus est, & a nobis uenerandus, hic tamē prius temere fregit auctoritatem ueteris disciplinae, atq; ut nouam conderet, partes illas animae labefactauit atque peruertit, quas mirifice Plato erat amplexatus. Verebatur enim ne si illas cum Platone admitteret, multas in homine animas, & hunc multa esse animalia fateri cogeretur. In has autem ruinas atque salebras si Plato incidit, ne illas quidem Aristoteles ulla declinatione uitare possit & effugere, ut qui alteram animae partem immortalem, caducam alteram instituat. Hinc Themistius utriusque opinioni impedimentum hoc accidere tradidit, quod non simplicem, sed concretam ex partibus animam dicit. Quid autem in his statuendum sit, paulo post fusius differetur a nobis, quum animae substantia & integritas explicabitur.

Quid uitalis facultas ceteris praestet & impertiat, in quibus instr, quo accedat ordine, quid uita. Cap. XVI.

ID quidē peruagatum uel apud idiotas omnium sermone prebuit uiuere stirpes, uiuere animata, uiuere superos: hos quidē solius metis agitatione, ista sensus impulsu,

*specie & dif
ferētia di
ferre.*

*Confirma
tio.*

Conclusio.

Argumenta.

Vim alvicic in animanti bus perfectio rem esse qua in stirpibus.

Quid corie riri & cere bro conferat in perfectis animalibus.

Iecur & ce vbrum cor dis indigere au, ilio, de m nstratur.

Animalis facultas om nium postre ma.

impulsi, illas vero natura ducit. Quum autem vnus homo naturæ, sensus, mentisq; viribus teneatur, sitq; naturæ vis altrix in iocinere, reliquæ in cerebro, quod est quod duorum istorum conspiratione & mutuis officijs nõ satis gubernamur & conferuamur? Si omnis vitæ functionum causa ad hæc referri putetur, quid præterea cor nobis additum est? qua impellente necessitate conditum? quænam illius actio quam iecur & cerebrum non obeant? Aut igitur omnino id superuacaneum videtur, aut prima omnium facultatum sedes. Hæc quidem sunt que nonnulli inexplicabilia esse dixerunt & nondum comprehensa, quæ tamè extricare & in perspicuam lucem proferre conabimur. Animantium genus naturale & altricem vim cum stirpibus quidem habet communem, eamq; positam in iecore: sed quæ tamen præstantioris cuiusdam sit ordinis & dignitatis: omnè quippe nutriendi functionem animantia lege quadam & ratione perfectiore complent. Stirpi alimentum est succus impurus atque lutulentus è terra haustus: animanti verò id quod iam multiplici mutatione præparatum est, vt olus, vt fructus, vt caro. Facili promptaque coctione & rudi quadam alimenti coersione stirpes aluntur: animantes autem non nisi vt ilis alimenti multifariam facta concoctione, qua longa rerum serie in sanguinem ac demũ in corporis substantiam conuertitur. Quoniam igitur tam multiformis est in animantibus coactio, & alimentum id perfectionis assequitur quo nequit in stirpibus peruenire: necesse est omnino vim quandam præstantiorem in animantibus quã in stirpibus nutritionem moliri, eamque aut generis cuiusdam esse præstantioris, aut acceptis aliunde viribus adiuari. Hac ratione perfectis animantibus cor attributum est, cuius calor & facultas toti corpori maximè verò iecori & cerebro impartiretur, omniumq; functiones & munera completeret. At verò stirpibus quæ solius naturæ beneficio viuunt & vigent, vnica vis altrix obtigit ea sustentata calore, qui tanquam materia subiectus est. Hic porò languidus est atque iners, in omne in stirpis substantiam diffusus nec facile dissipabilis, hoc indicio quòd arborum defracti auulsis aut abscissi rami aliquantum viuunt, possuntque insiti renitescere & fructificari. Sic profectò exanguia animantia quæ naturæ ancipitis sede stabili scopulis adherent, vt conchæ: & quæ sponte sua intimoq; motu huc illuc promiscuè feruntur, ut apis, formica, vermis, & reliquum omne insectorum genus, quorum resectas partes seorsum moueri cõspicimus: omnia quidem vitæ suæ calorem exiguum habent, eumque toto corpore æquabiliter confertum, neque in ijs vlla est sedes cordi verè cõparata, è qua hic calor quoquoersum in omnes partes influat & illabatur: his enim ita positis, abscissas partes neque viuere, neque moueri possent. Contra autem perfectiorum animantium partes, quum defectæ continuo vita priuentur, argumentum est nõ ex se, sed aliunde influentibus viribus eas sustineri, neque proprio solum calore vt stirpes, verum etiam ascito gubernari, & supra vim iecoris naturalem, aliam corde vitalem aduenire. Porò autem vitalis facultas animali etiam succurrit & opitulatur, quòd ei velut pabulum & materiam suggerat, ex qua demũ spiritus profertur animalis. Hinc nonnullis existimatum est, vitalem animalis gratia potissimum conditam esse, quòd ei plus quàm naturali conferre videatur: quandoquidem præter materiam vim etiam subiicit qua in opus excitatur erigiturque, vt citra cuius opem vis animalis qualiscunq; fuerat ex semine producta, ignaua & languida otaretur. Itaque hæc omnium postrema rectè constituitur, quæ in foetu dum vtero gestatur, tum obscuras vires ostentat, tum minimum videtur necessaria: at quum iam editus infans hac luce fruatur, ea pectus distendens deprimensq; spiritum ducit ac reddit, nec tum exiguum opè fert cor di.

di. Cæterum hæc ipsa vitalis facultas nõ modo cæteras omnes quum rudes adhuc & inchoatæ sunt perficit, sed etiam easdem quoad viuunt animal tuetur, & ad agendum impellit. Id planè declarant arteriarum interceptiones, quæ aut vinculis aut alijs quibuscunq; causis opprimentibus incidunt: per has enim cordis aspiratione cohibita, mox repentè tanquam attonitum corrui animal. In syncope tantisper dum vitale robur corporis partes non illustrat, reliquæ quoque facultates omnes pariter intermissionem faciunt: mox autem vt id excitatum reuixerit ac seipsum collegerit, omnes illæ quasi recreatæ recurrunt. Absonum autem & absurdum fuerit, existimare hoc exiguo tempore partes corporis ab omni vi & facultate destitui, in quod tamen discrimen Auicennæ adducitur, & quicunq; statuunt facultates omnes à corde illabi. Hoc igitur temporis articulo, particulis suæ insunt propriæ & ingenitæ vires quemadmodum & cordi, sed quas tamen nulla vis princeps stimulet & incitet. At nihilominus si robur id vitale per diu abest nec influit (quemadmodum quum præceptis & insolens syncope hominem tollit) incitari nolim partium facultates tãdem corrucere & interciderè, animalque prorsus vitam dimittere: tanta quippe est vitalis necessitas, vt citra illius fauorem reliquæ ne minimũ quidem efficiant. Hinc rectè vitalis nomen ei potius quam stirpium facultati est impositũ, quòd præstantiore magisque saluari vitæ genere corpora collustret, vnaq; reliquarum omnium perseverantiam & firmitatem contineat. Est enim animantium vita facultatum actionumque omnium conseruatio. Hæc autem à corde cum spiritu caloreque defluit. Mors est vitalis roboris omniumque facultatum extinctio. Quas autem horum definitiones prompsit Aristoteles, eas non modo ad animantes, verum etiam ad stirpes accommodauit, vt longè lateq; pateret. Vis porò ista vitalis, totius animæ pars non est, q̃ solitaria nusquam subsistat, quodq; illius ope nihil seorsum viuat: sed totius est animæ summa quædã facultas, quæ partes animæ perficit, tuetur, & quasi nexu coniungit.

De facultatum concentu & principatus ordine. Cap. XVII.

30 Tres animæ facultates quanquam in perfecto animante substantia, instrumentis, & sede seiunctæ sunt, fieri tamen non potest, vt posteaquam in vno eodemq; corpore coierint, tum inde quasi diuulsæ & seingatæ prorsus distrahantur. Mutua enim conspiratione vsque eo omnes inter se aptæ & cõnexæ sunt, vt vna quælibet reliquarum ope consistat. At verò fieri potest vt cuiuspiã partícula, vna animalis facultas pereat alijs commorantibus. aut simul cum animali naturalis etiam pariter occumbat, vna superstitè vitali: quemadmodum fit dum in particulam per arterias dimanat vis spiritusque uitalis, à cerebro autem & iocinere nihil quicquam illabitur. Tametsi igitur dum uita est, semper nutriri animal uerum est & compertum, non tamen id in particulis fieri est necessarium. Vna vitalis cæteras perficit atque conuertit, & ab eisdem nutuis iuuatur officijs. Naturalis enim pabulum ei suggerit, animalis autè pectus pulmonesq; agitans, tum alimenti tum refrigerationis eius est effectrix. Animalis porò reliquæ duæ materiam subiiciunt: naturalem autem uitalis per arterias illapsa tuetur atque auget, quæ ipsa animali perpetuò eget. Ex quibus intelligitur indissolubili cas concentu teneri, nullam posse citra aliarum opem consistere, & unaqualibet intercidente reliquas etiam pariter emori. Ceterum quoniam uariæ & dissectæ sunt earum sedes, quarum incommodo tum spiritus, tum calor, & facultatum substantia offenditur, fieri quidem poterit ut unaquælibet offen-

Vitalem facultatem nõ modo alias perficere, sed etiam cõseruare.

Vita animantium quid.

Triū facultatum cõsensu in toto animante. In parte corporis potest vna facultas perire a liis manentibus.

Potest in toto animali vna, quælibet, ladi aliis nõ lafis.

Quo ordine
perire solent
facultates.

offensuunculam accipiat, alijs nondum læsis: quamuis ea si diutius inhæreat, in cæteras tum demum irreat, fiatque omnium communis. Hoc autem intercedunt ordine, ut ab ea quæ in malum & perniciem primum incurrit, ea proxime laboret quæ maiorem, postremo autem ea quæ cum illa minore in necessitudinem aut cognationem habet. Ab animali enim primum uitalis, deinde naturalis afficitur: à uitali animalis ut cui illa materiâ & uitæ formam ministrat, tandem uero naturalis: à naturali uitalis, mox animalis. Hunc ordinem tum ratio, tum rerum uentus edocuit, quoties pars unigæ principis simplici morbo teneretur. Quod si unaqualibet facultas iacturam facere potest alijs nondum offensis, necesse est perurgente causa, eandem prius alijs, neque eodem omnes puncto temporis interire, licet exiguo post tēpore unus sit omnium interitus. Is itaque ex mutuo consensu affectionum ordo statuitur: cæterum in actione & administratione corporis, alijs multo diuersus. Exortu quidem prima est altrix, deinde uitalis, postrema animalis. Nobilitate & principatu prima atque præstantissima est animalis, ab hac uitalis, tertia altrix ignobilis & abiecta, hæc enim uilius stirpium communis est: uitalis data animantibus, quia altricis actiones integrat & absoluit, ea præstantior utique uidetur, obscurior uero & inferior animali, ut cuius causa maxime condita sit: finis autem in quem reliqua contendunt, splendore & commendatione clarus est. Quinetiam animales functiones, sentire, moueri, ratiocinari, contemplari, sapienter uiuere, quia altioris gradus & dignitatis sunt quam solum ac simpliciter uiuere planè declarant uim harum effectricem omnium summam esse & principatum tenere. In actionum autem & uitæ necessitate omnium prima uitalis statuitur, quod non modo reliquis materiâ sufficiat, sed illas etiam suscitet, perficiat, mutuoque complexu tueatur & foueat. Siue enim particula quæuis & motum & sensum habitura est, siue debet nutritionis commoda percipere, in eam necesse est spiritus & uis influat uitalis, quæ si læderetur mox utriusque functio interpellabitur, quasi in utriusque opus communiter concurrat. Huius itaque beneficio quum reliquæ indigeant, non autem è diuerso, una omnium iudicabitur maxime ad usum uitæ necessaria.

Ordo pro
creationis.
Ordo præstā
tiæ et digni
tatis.

Ordo neces
satis.

Simplicem esse animam quæ his partibus continetur, hincque Aristotelicorum rationes dissolui. Cap. XVIII.

Partes a
nimæ in
terposita ui
ralis faculta
tis iungi &
una efficere
animam.

Qua ra
tione ex his
partibus u
na fit et sim
plex anima.

STIRPIBUS ea moderatur anima quam naturalem altricemque dixerunt, ut quæ eius duntaxat gratia & officio uita fruuntur. Beluæ eam ipsam quidem, atque insuper alteram sentientem sunt adeptæ. Ex his autem uitalis facultatis interposito apte coniugatis, una fit totius anima, cui pars illa præstantior nomē dedit. In homine omnes hæc partes insunt, quibus tertia insuper accedit, mens appellata, tanta profecto familiaritate cum illis consentiens, ut ex omnium cōcentu una euadat anima, quæ intelligentiæ & rationis est particeps. Cæterum hæc non ex illis tanquam ex discretis seiunctisque partibus condita est quoniã una simplex totius est forma, omnis expers coagmentationis & structuræ, uerū nascitur ex illis quemadmodum posteriores Geometricæ figura ex prioribus. Trigonus enim ad alterum trigonum si decenter aptetur, fiet tetragonus, non composita quidem uerum simplex figura: ad hunc deinde accedens accommodatusque alius trigonus pentagonum efficit, re ipsa quidem simplicem, at potestate compositum. Sic propemodum dum foetus uero fingitur & conformatur, primum naturalis anima emergit seque prodit, deinde uitalis facultatis interuentu

uentu & conciliatione, anima sentiens comparet & elucet. Hæc uero quantum simplex est, ut in beluis, comitem tamen retinet uim illam naturalem, quæ tum manens anima dici non potest, ne corporis unius & eiusdem aut reuera complures formas, aut unam compositam fateri cogamur. Inest tum igitur ceu illius pars duntaxat & quædam facultas, quemadmodum quæ in osse, aut quæ in carne est forma quum iam totius species appulerit, supererit quidē non re ipsa & energia, sed tanquam præparatio & facultas ministra formæ succedentis, quod plenius alio loco disputauimus. Postremo autem quum uens consilij rationisque particeps immigrabit, quæ sentiens fuerat anima, iam non reapse commorabitur & residebit, sed ut facultas quædam & superioris illius quasi præparatio. Hoc loco dubitatione & rerum obscuritate æstuant quidam philosophi, qui putant fieri non posse ut simplex nostra sit anima. Etenim mens intelligentiæque nostra sempiterna habetur & immortalis quæ extrinsecus nobis accessit, sentiens autē anima mortalis & caduca, quasi ex corpore procreata. Illa quasi separata & simplex, corpori non permiscetur, sed ei duntaxat ut nauis gubernator affluit: hæc uero in corpus penitus immergitur, à quo nunquã diungi diuelli que potest. Illa denique, ut cogitet, ut contempletur, & intelligat corporis subsidio non indiget: hæc uero nihil efficere potest citra idoneâ corporis eiusque organici præparationem, cuius certe perfectio quædam est & absolutio. Harum igitur rationum animaduersione complectuntur & efficiunt fieri non posse, ut tam dispares diuersæque naturæ, communi societate in unius eiusdemque simplicis substantiam cocant. Itaque siue Platonis siue Aristotelis sententia recipitur, hoc utrobique impedimentum accidere contendunt, ut non simplex, sed ex diuersis partibus concreta sit anima. Sic igitur grauissimis hæc vexati implicati que rationibus hærent in salebra. Cæterum quisquis quæ ad hanc cōtroversiam litemque minuendam attulimus, animo & cogitatione comprehendet, sentiet animam quæ in nobis est rationis & intelligentiæ particeps, non ex alijs tanquam ex partibus componi, sed simplicem esse & tanquam reginam (quum accesserit) aliarum principatus obscurare, ut una præstantissima dominetur, quæ omnium vires atque facultates haud secus atque pentagonus, simplex illa comprehensas teneat. Quæcumque enim præstantior est & superior, supparis vires omnes habet. Hinc fit ut simplex ea & singularis, una possit omnia in nobis vel dissimilima efficere, sed alia quidem per se, alia corporearum facultatum adminiculis. Ut enim soluta mens & libere cogitat, ratiocinatur, & meminit, sic talia efficit in nobis nullius corporis adiuta concretionē mortali. Illa corporis soluta vinculis omnia sentit, idque pure, dilucide, & quale quidque fit: at uero his terrenis concretis que corporibus intersepta, non nisi quing; nullis externa cognoscit. Eadem naturæ utens facultatibus corpus uniuersum alit, utens vitalibus hominis vitam sustinet. Hæc igitur omnibus fons est & principium mouendi, quod à se non ab alio quoquam mouetur. Qua potissimum ratione planè cognosci potest, animam immortalis conditione sustineri: hinc etiã quod infinitam rerum innumerabilium cognitionem capit, memoriamque retinet, quæ res occultas ab omnique sensu & corpore seiunctas inuestigat, quæ tot res & tantas nullius concreti corporis subsidio efficit. Quæ enim his est ornata uiribus, nequaquam concreta esse potest ex terrena mortali que natura, nihil admixtum, nihil concretum nihil coagmentatum capit. Itaque simplex quum sit, nec scerni, nec diuidi, nec discerpi, nec distrahi potest. Nec interire igitur. Ex quo demum intelligitur omni illam turbido motu semper vacare, nec dolore, nec ægritudine pulsari. At multa è corpore existit quæ illius functiones iu-

Argumenta eorum qui putant non simplicem esse nostram animam.

Solutio.

Animam nostram esse immortalem.

T uent

uent & acuant, multa quæ obtundant & impediunt. Corpore acri & vehementi quadam statutus conuersionem contracto illa cõfestim emigrare cogitur. Quæ mala quum adsunt, quid causæ est cur illa functiones suas non implet? An propriæ substantiæ iacturam quadam fecit? At ea nec offendi nec labefactari potest. Instrumentum illius violatum est? At nullum ei concedimus. Quid igitur restat? Corpus quod primum illius est domicilium præpediri. Vt enim opifex idoneis instrumentis instructus, si in tenebricosum aut arctum conclaue tradatur, nequit quæ artis suæ sunt efficere, sic anima vitioso corpore, quod est tanquam domicilium, coercita, quæ sua sunt munia exequi non potest. Conuenienti enim corporis mediocritate teneri desiderat, quæ si parum commutabitur, functionibus illa suis interpellabitur: sin multum, tantam illam discrepanciam perhorrescens nec ferre potis, de corpore decedit.

De moribus facultatibus.

Cap. XIX.

IN EST autem in homine aliud earum facultatum genus, in quibus mores versari proditum est à virtutum magistris. Est id quidem genus vniuersum appetens, quod nimirum in totidem differentias distrahitur, quot animæ facultates sunt locis sedibusq; seingata. Siquidem supra enucleatè disputatum demõstratumq; est, vnamquamque non nisi proprio appetitu ad agendum impelli. Itaque vt animæ ita appetitionis pars altera rationis est particeps, altera huius expert. Has enim inter se distare atque seingui puerorum mores demonstrant, qui iracundia æstuant rationis nõdum compotes. Quinetiam adulti qui prudentia præditi sunt, multorum plerunq; importuna cupiditate flagrant, quæ insurgens ratio & obfistens dissuadere ac peruertere conatur: hincq; frequenter acerrima pugna committitur: planè ostendens non vnicam, sed duas saltem esse facultates, vnam rationi obtemperatam, alteram voluptatum amicam. Quum autem ratio certamine fortassis eucta fuerit, qui ita vitiorum blanditijs & voluptatibus succumbit, iratus deinde seipsum obiurgat: tumque rationi assistens iracundia tanquam auxiliaria, partes eius tutatur, cupiditatis ardores & impetus oppugnatura. Ex quibus intelligi potest non modo duas, sed tres in nobis facultates morales inesse. Rationis particeps appetitio, voluntas nuncupata, constanter prudenterq; quippiam desiderat: quæ vero huius est expert, partibus duabus tenetur, quæ sunt cupiditas & *δύμωσις*, illa in iccore, hæc in corde. Cupiditatis rursum partes sunt libido & cupedia, illa in testes hæc in ventriculũ effusa. Appetendi autem facultates ijs quas dixi sedibus diuisi, ex proprijs earum perturbationibus clarum erit & perspicuum, quæ sunt huiusmodi. Libidinis perturbatio aut ægritudo est mulierositas, contraria autè offensio eius atq; fastidium, *μισογυνεία* id est odium mulierum. At cupedia perturbationes & ægrotationes habet, circa cibum quidem liguritionem, circa vinum temulentiam: offensiones autem, cibi & vini fastidium, & stuporem, quo qui tenetur suauitatẽ cibi non sentit. Vtriusque autem mediocritas est temperantia. Vis animi in corde inhærens, vt in variam materiam quam vtilem iudicat, nec tamen obtinet (his enim causis duabus incitatur, priuatione & vtilitate) appetitione sua fertur & incumbit, ita varijs perturbationibus cõquassatur. Huius est ambitio, quæ gloriam persequitur & honores: auaritia quæ pecuniam & opes auct: ira quæ iniuriam punire & vindicare cupit: metus qui futuri mali opinione cõturbat. Quum vero iam bonis potitur, gaudio & lætitia animus exultat: sin mala inciderunt, doloribus affligitur. Iam vero si quas partes corporis singula perturbationes

turbationes exagitant, diligenter animaduertimus, constabit opinor quo quæq; in loco facultas insideat atque inhæreat. Par est enim vnamquamque facultatem in ea potissimum parte tanquam in sede constitui, quæ illius perturbatione euidentius impelli & conuassari deprehenditur. Atqui dum iracundia doloribus, gaudio, metu, cæterisq; huius ordinis perturbationibus concutitur, cõspicue & insigniter cor in nobis aut opprimi aut gestire percipitur. Qui vehementer esuriens aut sitiens inedia consumitur, huic tristi quodã languore præcordia contrahuntur, qui mox lenitur mitiorq; fit, ut cibi potusq; quippiã demissum fuerit. Quinetiam vterum gerentes alienorum fordidorumque, ut luti, vt carbonum, extraordinaria appetentia lacefitæ, mox absoluuntur atque liberantur, si qua portione ventriculũ ac iecur expurgent. In delirio, obliuione, & stultitia, vt summus ille splendor rationis extinctus est, ita & cerebrũ grauius afficitur, huicq; non autem cordi adhibita præsidia, ex vsu sunt & salutaria. Hæc quum in aperto sint & cuique obuia, nihil iam ambigi debet appetitionem eam quæ compos est rationis, in cerebro tanquam in arce propriaque sede collocari: eam vero quæ ad iram procliuis est & *δύμωσις* dicitur, in corde, quod vnum inter omnia viscera maximo ardet incendio, vt hos possit impetus inflãmre: postremam autem quæ cupiditas appellatur, subter præcordia maxime vero in iecore considerè. Posteriores duæ quia varijs vt dixi perturbationibus agitantur, patibiles quidem sunt & affectioni subditæ, atqui si patibiles, mortales etiam sunt & caducæ: necessum enim est affectionum diuturnitate contabescant. At vero prima quæ rationi obtemperat, ut nullis perturbationum fluctibus iactatur, nullisq; vitiorum procellis obruitur, ita prorsus impatibilis & immortalis censeri debet. Hinc percipi potest hanc istam appetendi vim, incorpoream esse mentis supremæ conditione: reliquas autem tum corpori immerfas, tum nobis esse cum beluis communes. Quamquam autem illa cum cæteris intelligentiæ facultatibus, una eademq; mentis substantia tenetur, non tamen cum illis confunditur, sed diligenter facultatis cuiusque ratio discernenda. Sic quam in corde constituimus vim excandescentiæ, cauendum prouidentumq; est ne cum vitali, tanquam una sint, confundamus: nam tametsi eadem sunt sede eademq; substantia comprehensæ, diuersas tamen facultates esse, effectuum operumq; varietas renuntiat. Ita propemodum in iecore posita cupiditas, ab eiusdem altrice vi quã plurimum differt, licet unius sint substantiæ. Vbiq; enim appetens facultas prior est suis comitibus, quas quasi admotus stimulus ad agendum incitat & impellit. Hæc de animæ facultatibus quæ primo sese offerebant, iam pari verborum contractu earum functiones proximus liber decurrat.

Libri quinti de animæ facultatibus.

FINIS.

T 2 DE

DE FUNCTIONIBVS ET HUMORIBVS,

LIBER SEXTVS.

Alimenti in uentriculo confectio.

Cap. I.

Præfatio.



ACVLTAIBVS cognatione tāta fun-
ctiōnes coherent, tamq; immutabili con-
tinuatione iunguntur, vt aliarum ex alijs
cognitio capi debeat, fueritq; necesse no-
bis pariter de ambabus superiorē sermo-
nem facere, qui vtrarūq; oēs ex equo dif-
ferentias recēseret. Quamobrem de fun-
ctiōibus dum hoc loco rursūm dicere in-
stituo, neq; profecto enitor vt illas nobis
adesse demonstrē: neq; vt earum differē-
tias enumerem, quippe quas omnes iam
supra plenē cumulataq; sumis cōplexi.
Verum à facultatibus tanquam à causis
conuersione facta, articulatim distincteq;

edifferere contendo, qua lege, quo ordine vsq; suis illæ spiritibus, suisq; particu-
lis & temperamentis, tanquam instrumentis functiones omnes suas compleat,
vt simul inde partium omnium corporis humani comoditates & vsus in prom-
ptu sint & eluceant. Primum autem omnes sigillatim scrutabimur & explicabi-
mus in homine iam genito omnibusq; suis partibus absoluto, deinde in eo qui
gignitur in lucemq; profertur, atq; in illo quidem naturæ primum, deinde ani-
mæ, postremo vitæ functiones attingemus. Summum supremumq; naturæ mu-
nus est nutritio, quam ex alimēto accepto illa perficit: hoc n. illius est tota ma-
teria, in quam penitus incumbit, quam varie tractans expurgat, conuertit, pro-
prijsq; ductibus in omnes extremasq; corporis particulas diffundit atque con-
fert. Quodcunque durius & solidius est alimentum, dentibus in ore constructis
manditur, extenuatur, & molitur, nec leuem inibi conuersionem accipit, admi-
scetq; sibi quodammodo animantis qualitates, vt pristinam speciem & natu-
ram vix retineat. Quod sanè potissimum efficit tum diligens contractio at-
que confectio, tum pituitæ oris perfusio, quæ ad alia quoque plurima non mo-
dicas facultates obtinet; tum oris calor, tum denique tunica eius, quæ ip-
si quoque uentriculo continuata est & communis, attractatio. Mansum iam &
ad nutritionem præparatum alimentum, crebra agitatione & motibus linguæ
detruditur, idq; excipit stomachus via communis, per quam illabitur in ven-
triculum. Est autem hic & cibi & potionis receptaculum: omniaque rectis in
interiore tunica positis fibris à gula detrahit, atque eisdem gula ab ore prole-
stat, perinde ac si dicas uentriculum per gulam quasi per manum ab ore cibos
eripere. Hæc potro actio à transuersis uillis, qui in externa sunt gulæ tuni-
ca adiunari videtur. Cum enim quippiam siue aridum siue humidum ab ore
depellimus, transuersæ fibræ quæ infra idipsum sunt dilatantur, quæ au-
tē supra, contrahuntur, idque adeo arcte vt inter deuorandum plerunq; hau-
stus

*Alimentum
est materia
altriciis fa-
cultatis.*

*Alimenti
præparatio
in ore.*

*Alimenti
in uentrem
depulso.*

stus spiritus, tametsi tenuis est, simul impulsus & adustus remigrare vix possit.
Itaque partium uentriculo trahente, partim detrudente gula, ciborum sit de-
pulsio. Uentriculi attractiōnem incitat appetentia, & ijs qui extra modum ap-
petunt promptior celeriorq; sit depulsio: cum enim fames immodica domina-
tur, venter cibos nondum in ore planè confectos, mandētibus etiam nunq; & in-
uiris plerunq; eripit, vt fame larratē se obsonet. Quæ sibi adduxit sinu suo
complexūque recipit: eadem continendi facultate & obliquarum fibrarū mini-
sterio includit, complectitur, continet supra subterque & omni ex parte adeo
compressa, vt his circumuici & prorsus adhærescere videatur, nec inane quic-
quam relinquat, si quidem conuenienter & secundum naturam se habet. Alio-
qui cibus in tāta capacitate huc illuc fluitans, neque lateribus uentriculi coar-
ctatus haudquaquam plenè concoqui posset. Tum igitur pylorū interclusum ac
prorsus obsignatum reperire est, vt non modò arceat crassiores cibum, sed nec
liquidum ac maximè profluentem elabi sinat. Ea profecto ratione cōcludit co-
hibetq; accepta, nec ante legitimū naturæq; præscriptū tempus effluere quic-
quam patitur, nisi cum aut magno copiæ pondere, aut qualitatis mordētis acri-
monia lacepsit. Est autē id legitimum tempus, quo plenā perfectamque con-
coctionem absoluit. Hoc interīm spacio facultas concoquens, cibum omnē mu-
tat & conficit, nullis quidē fibrarum adminiculis, sed tum proprio ingenitoque
calore & spiritu, tum eo quē vt lebeti magno circumiectus ignis, ita & proximæ
partes illi inferunt, tauri, lienis, cor, diaphragma, vena cava, & omentum, quod
illius calorem coercet duntaxat atque continet. Cæterū propria uentriculi su-
stantia concoctionis illius absolutionem perficit, idq; non modò iugatis & no-
tis illis qualitibus, verum etiam tacita & recondita proprietate. Itaque his
omnibus tanquam ministris adiutus uentriculus primum quidem alimenta in
vnum cogit, & alia cum alijs, arida cum humidis confundit, simul verò omnia
frangit & extensando comminuit, vt iam partes omnes quandā substantiæ æqua-
bilitatem adeptæ videri possint. Quæ dum ita exquisitæ permiscetur, necessa-
rio quū ex mixtionis lege, tum ex affectionis natura mitigatur, & deposita om-
niū qualitatum exuperantia in quendam mediocritatis ordinē adducuntur & reci-
dunt, sitq; uniusmodi eiusdemq; naturæ substantia, speciem quādam cremoris
consequuta. Hoc primum est concoquentis facultatis opus, ciborum in cremo-
rem conuersio, quam & uentriculi & vicinarū partium solo calore fieri credibi-
le est. At vero id concoctio nondum censerī debet, quod talem ars sola plerun-
que nobis exhibeat, sed duntaxat præparatio quædam ad concoctionem. Post-
hæc vero cremor hic aptam & accommodatam nutriendo animali qualitatem at-
que substantiam sumit tumque perfecte mutatur & cōficitur: eaque mutatio &
in chylum facta conuersio, concoctio ea est quam definimus. Fit autem hæc nō
modo vi & ardore caloris, sed etiam tota uentriculi substantia, & insita quam
diximus proprietate. Sic struthiocamelus ferrum coquit & exterit, quod
non leo calididissimus, sed ne ignis quidem ardor effecerit: sic fruges aridas
& præduræ minutæ aues conficiunt, omnesque crudum quippiam subigunt
& mutant, quod vix adeat homo attingere: sic coturnix ueratrum coquit &
mitigat nobis prorsus inimicum, inuisū, indomitum, & quod omnem corporis
nostri vim, omnes conatus respuit & aspernatur. Quodcunque autem idoneum
& conueniens alimentum uentriculus acceperit, id demum vincit atque
mutat, omnesque in id tum qualitates, tum naturæ suæ vires cōfert. Hoc iam ple-
nè coctū tametsi ingrati gustatui videtur, potestate tamē & viribus cōueniens
est & salutare. Idipsum autem concoctio est, nempe in peculiarem & propriam
eius

*Ventriculi
attractio.*

*Ventriculi
retentio.*

*Concoctio
uentriculi.*

*Concoctio
ratio.*

*Causæ effi-
cientes, chy-
losior.*

*Concoctio
quid.*

Alimenta co-
ctione non pu-
trascere.

Uentricu-
lus chyli be-
nignitate
frustratur.

Totum uen-
triculus san-
guine uere
nutritur.

Quaestio.

Solutio.

Fames ex ca-
sa duplici.

Ingestur-
tus fame se-

eius quod alitur qualitatem conuersio. Aristoteli quidem haec *Alimentis* existit, id est (vt iuniorum nomine utar) elixatio. est enim in humido facta coctio. Quidam ex veteribus hanc falso corruptioni annumerant, idcirco alimenta temporis spacio in uentriculo commutata putrescere existimantes, quod pristinam saporis odorisque gratiam non seruent, sed prorsus iniucunda, graui molestoque tum sapore, tum odore sensus feriant. At illi parum cognitum habent eam concoctionis salubritatem, non gustatu, non olfactu, sed uirium praesentia & substantiae familiaritate ponderandam esse & aestimandam. Eius porro quod iam conuenientem & familiarem qualitatem est adeptum, portionem quandam sibi arripit uentriculus: nam quod in cremore longè optimum est & congruens, id habitus specie ad se rapit, inque suas tunicas sugendo recondit, eis etiam adiungit & agglutinat: ex quo denum fructum uoluptatemque percipit, & quodammodo saturatur. Veram hanc esse nutritionem à Galeno quidem uidetur proditum literis: quod tamen nonnulli de interiore ipsius duntaxat tunica accipiendum interpretantur, hancque ex tenuiore benignioreque chyli uapore sustineri: externam uero ex sanguine alimentum capere per uenas conspicuas ex iocinere in se pertinentem atque directas. Ego uero ut hanc sic & interiorum illam sanguine nutririduco, neque praesentem eam quam ex chylo uentriculus capebat ueram nutritionem appello, sed ex qualitatis cognatione & conuenientia oblectationem quandam & satietatem nutritionis æmulam. Exanguia (fateor) non pauca animantia, ut conchæ, ut uermes succo aluntur, qui ueram sanguinis specie non accipit: at non protinus existimandum est id ipsum in sanguineis obtingere, quod nihil quicquam praeter sanguinem possit in eorum substantiam conuerti. Quo circa fieri non potest ut chylus proximum sit uentriculi alimentum. Quæ quidem mea assertio, ne inanis esse videatur, illa me causa mouet, quod dum factus utero continetur, totus uentriculus maximeque interior eius tunica, puro ac sincero sanguine alebatur, nullo nimirum tum usquam existente chylo. Nunc igitur quia cumulatius atque perfectius is alii postulat, optima ratione similiter ex sanguine nutrietur & incrementum suum capebat. Quinetiam olla quæ longiore interuallo quam uentriculus a sanguinis natura recedunt, sanguine alii fa-
30
tenur: quanto magis igitur uentriculi membranæ sanguinem pro suæ naturæ custodia requirent? Qui sit igitur, inquit, ut cibus uentriculo conceptus, famem & appetentiam sedet atque saturet, si is neque uentriculum pascit neque nutrit? Fames quidem & animalis appetentia totius est uentriculi, praesentimque oris eius, tum temporis potissimum excitata, quum supra modum exinanita uentriculi capacitate, eius latera collapsa, in sese concidunt conuelluntque grauius uicina sibi praecordia, & quum interiores recessus & quasi rugæ proprio humore exhausto inaruerunt. Hoc interim spacio uentriculus tum se suamque capacitatem implere & quasi farcire, tum uero succi utilioris quippiam in interiores illos recessus recondere desiderat. Vtroque autem desiderio eum laborare argu-
40
mento est, quod modico cibo qui interiorum duntaxat tunicam oblinat, satuari non solet, nisi ipsa etiam interior capacitas expleatur: quod etiam dominante fame, dum quis cibum capit, non protinus ut hic intro demissus est, sed aliquando post satiatur desiderium, quum perutilem succum uentriculus in tunica rapiens summa cum uoluptate amplexatur, sibi que apponit perinde ac si eo uere aleretur. At certe ea nequaquam propria est nutritio: sed succus ille uacua tunicae spacia referciens, in uaporem fusus & attenuatus ad extremum uanescit: isque sua potius qualitate quam substantia famem depellit. Famem dico animalis appetentiam: naturalem quippe una duntaxat sanguinis substantia per

ventri-

uentriculi corpus & molem effusa, satiari potest, dum in eius naturam conuertitur: cæterum animalem non modo sanguinis, sed & quicquid qualitatis cuiusdam suauitate praeditum in ventrem demittitur, compefcit.

dat autem
non autem
naturalem.

Ue uentriculo per intestina & uenas mesaraicas in iecur fiat alimentum
distributio. Cap. I I.

POSTEA QUAM perfecte planeque cibos uentriculus concoxit, iisque abunde saturatus est, os infernum cui pyloro nomen est diducit, aspernaturque quicquid alimenti reliquum est, tanquam redundans ac molestum. Quamobrem tum otiosa & feriata continendi facultate, officiorum uia uicissitudine expul-
10
trix exurgit, quæ transuersas fibras contrahens, uentriculum coangustat: atque iam confectum chylum à se excludit, detruditque per pyloron in intestina. Cæterum quum sit uentriculus in naturalium instrumentorum numero, cautio etiam atque etiam adhibenda est, ne imprudens hunc tanquam animal ratione intelligentiaque praeditum producamus, quod prouidentia quadam & cura aliarum etiam partium saluti consulat. Non enim eo cibos concoxit, ut reliquis partibus alendis eos accommodaret, sed dum sint complexuque eos continet & u-
20
dique comprehendit, propriae saluti atque uoluptati dans operam, necessario eos commutat. Vnde & idonea cibi portione iam expletus, quod reliquum est tanquam onus inutile à se deponit exigitque, non quod in reliquis partes conferre quicquam conetur, in idque uiribus incumbat. Itaque dum sibi prouidet, & in eo maxime est occupatus, alijs etiam utilitatem & fructum affert, non quidem ex instituto, sed fortuito tanquam aliud quippiam agens. Hac igitur uia & ratione geruntur omnes uentriculi functiones, si modo integer est & incorrupta sanitate, nec quorundam iniurijs laceffitur, quæ uel magno copiae pondere, uel qualitatis acrimonia stimulant. Quæ sane quemadmodum & quacunque posthac tradentur functiones, tum ex quotidianis naturæ operibus, tum ex uiuorum atque mortuorum confectione comprobari solent. Quod ergo in uentriculo re-
30
dundat alimentum, in intestina protruditur: exceptum autem (neque enim id trahunt, neque huius gratia fibras rectas habent intestina) confestim praeteruehitur, a depellendi facultate, quæ in intestinis inest longe ualentissima, ad cuius muneris functionem utraque tunica fibras obtinuit transuersas & in orbem actas. Quoniam autem multiplex est intestinorum anfractus & fluxuosa circuitio, haud ita facile alimentum perlabitur. In tanta igitur uiae longitudine, defluentis materiae quicquid coctum est & salutare, potest opportune in iecur per mesenterij uenas transportari. Vix enim fieri potest, ut in tam longo uiae tractu ulla succi portio praeterfluat, quæ non ad cuiuspiam uenæ os aliquando sese applicet, & quæ si primum forte ambitum praeterlapsa erit, secundo uel tertio, uel alio deinceps consequente non arripiatur, succaque apprehendatur. Quod autem
40
hunc anfractum praetergreditur, nec raptum fuerit in mesenterij uenas, tanquam inutile & superuacaneum in crassiora intestina deijcitur, quo simulac peruenerit excrementi appellationem sumit: honestiori nec inquinato uerbo cibi reliquias appellat. Hæ tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus tandem in aluum depelluntur, in quo tanquam in receptaculo resident dum propulsentur foras. Alui extremum podex est, quam σφρυκτηρ musculus ambiens atque circumfundens marsupij modo intercludit, nec quicquam antè elabi finit quam ratio iubet. Dum autem arbitratus imperio hic relaxatus soluitur, naturaliter quidem expellentibus intestinis, nonnunquam uero adiuuantibus diaphragmate

Expulsi-
tricoli.

Non agit
tricolus
cognitione
quadam.

Alimentum
per intesti-
na depulso.

Alimentum
distributio
ad
iecur.

Excrementum
alui.

Excrementum
retineri
uoluntate
expelli
uim.

inate & abdomine, excrementa deturbatur. Ex quo planè intelligi potest deiectionem hanc prorumpere naturalem esse, retentionem vero voluntariam, quæ solius sphincteris opera completur. Quanquam autem non prius è ventriculo cibus delabitur, quam plena & absoluta concoctione sit mutatus, in ipso tamè per intestina transitu elaborationem etiamnum & absolutiorem completam adipiscitur, quòd iners & otiosa nunquam esse possit, quæ in eis est commutandi facultas. Simul vero eo transitu atque prolapsione, vtile quippiam & conueniens intestina sugunt, sibi que apponunt, quo demùm (perinde vt de ventriculo antè commemoratum est) perfruuntur. Cæterum vera eorum nutritio per uenas fit mesenterij, quæ sanguinem è iocinere reuehant, quemadmodum eadem vi-

Intestinacibus cibum concoquere.

Chyli ad iecur transueffio per uenas mesenterij.

Venas mesenterij præparant iecur.

Cibi ad iecur distributionem ratione potius quam sensu cognoscitur.

Quælibet mesenterij vena sanguinem conuincit atque chylum.

Distributio attractione fit.

19

20

30

40

venas. Rapiunt autem id maxime ob conuenientis cuiusdam facultatis cõmunionem: verumtamen aliæ permultæ sunt causæ quæ transfectioni celeritatem addant, vasorum amplitudo, succi tenuitas cū permeandi impetu, & attrahentis facultatis robur. Ex qualitatis quidem cognatione, vinū quàm aqua ocyus in corpus assumitur: substantiæ tenuitas & vis quædam penetrandi, causa est vt vinum album promptius quàm rubrum & austerū in iecur peruat, id enim expeditius trahentis vim consequitur. Si distributio, exposita modo ratione, trahendo duntaxat perficitur, quomodo mente concipimus corporis habitum eiusq; uenas extra modū impleri, quod in illo habitu athletico usuuenire comperitum est & proditum. Nulla siquidem tum partibus abunde saturatis inest appetentia, quæ trahendi desiderium iniiciat aut stimulet. Si igitur non appetunt, neque profecto alimentum rapiunt. Deinde pars vnaquæque idcirco alimentum trahit, ut eo perfruatur: quod si iam plene fruatur, non est quod noui desiderio pulsetur, nec quod ad id trahendum sese comparet. Veritatem porro huius rei impura eorum intemperantia illustrabit, qui tanquam gurgites & voragines de poculorum magnitudine certant & bibendo se superant. Quanquam enim multas vini amphoras exorbet & exiccant, quæ tamen ab illis depelluntur cibi reliquiæ, nihilo sunt liquidiores: argumentum sanè quicquid vini absorbuerunt in uenas id omnino permanasse. Quinetiam si tenuè ac potèsvinum fuerit ingestum, & qui ad iecur patent aditus soluti fuerint, nec obstructio distributioni moram & impedimentum vsquam afferat, quale ferè hautū fuerat vixq; vlla ex parte commutatum profundi cernitur. Quod si aliquispiam omnem huiusmodi distributionem trahenti facultati attribuit, nec vinum quātumuis tenuè existimat nisi tractū in uenas peruadere, edoceat is quæso & planum faciat, qua ratione complura medicamenta angustas admodum uias, uenasque prætenues subeant, & nullam non corporis partem peragent. Non liceat ad trahendi facultatem confugere eamque moleste obrudere, cui nihil hic loci relictum est. Nulla enim medicamenti cum corporis partibus affinitas intercedit, imo contrà odio penitus insito, tacitisque discordijs plurimum inter se dissident, naturæ prorsus infensa. Quamobrem his non excitabitur vis appetendi, nec demum illius impulsu trahendi facultas insurget, quæ illa tam aduersa in uenas & corpus alliciat. Ceterum quum illa quoquoueriū permeantia, omnia trajcere & peruadere medicorū curationes multis iam seculis comprobarint: quænam obsecro huius alia potest causa probabilis afferri, quàm quæ illa aut substantiæ tenuitate, aut alia quapiam vi ingenita sibi in corporis interiora penetrant? Hoc si est, quid quæso obstabit quo minus multa èt alimenta præterni substantia alijsq; facultatibus ualeant, quib; uelut in pulsa promptius ferantur ac permanent in corpus? Quum quis ad mediocritatē & ad satietatē se impleuit, omnemq; cupiditatē tum ventris, tum reliquarum partium saturat se creditur, si crudus postredie se rursus ingurgitet, an non potius humor in uenas se protrudet, quàm partium vi prolectetur? Si hæc satietatem expleuerunt, cur pluribus & immodicis humorum ponderibus sese obruent? At (inquiunt) ventris ori ingenita vis est appetendi, quæ cum sensu quodam eximio indigentia atque plenitudinis molestiam percipiat, saturari quidem potest: reliquæ autem partes eo sententiis munere destitutæ sunt, quæ quoniã satietate nulla præmuntur, naturali quodam desiderio tanquam stirpes, ex uenis nullo puncto temporis intermisso alimentum rapiunt, neque fieri potest si materia suppetit, vt aliquando illæ trahendi finem faciant. Hæc mihi videtur delicatior ut ita dicam molliorq; ratio, quàm philosophi uis grauitasq; postulat. Si enim partes alii

Quomodo uenas possit supra modū impleri.

Multa alimentis tenuis raris impetu in uenas permeare.

Subrefugium quorūdam.

Confusio multis raris.

V duc

due trahunt, infaturabiliter explentur, estq; naturalis earum cupiditas insatiabilis. Hoc vero quid aliud est quam partes perpetuo & insanabili malo teneri? quam morbum cum integra ualitudine confundere atque omnia perturbare? Bulimum quidem & diabetem affectiones præter naturam dicimus, quod assiduo desiderio ad trahendum impellant, neque ullum agendi modum adhibeant. Similiter igitur & in nobis quantumuis bene valentibus, si partes corporis trahendi moderationem non adhibent, debent infirma atque etiam ægra ualitudine censerī. Iam vero quod illi proponunt partes corporis nullum sensum habere indigentia atque plenitudinis, quem exitum reperire possit æstimemus. Hoc fixum atque ratum omnes habent, venas & habitum corporis cū supra modum implentur, plenitudinis mole veluti pondere aliquo grauari: hinc grauissima mala impendere, quæ prospiciens Hippocrates iubet habitum soluere sine mora. Hoc & natura sæpe aggreditur, dum onere oppressa & quasi extincta, miris conatibus superuacua molem per nares, per uterum, aut mariscas à se tanquam à ceruicibus depellit. Deinde vero multis ante rationibus corroboratum est, partibus naturalem quandam sensum inesse conuenientis & aduersæ qualitatis, eoq; naturale desiderium incitari. Quod si est, cur non ita molesti ponderis atque grauitatis sensus inerit? Iam si quis inest ut certe uidetur, cum ad mediocritatem partes implebuntur, earū cupiditas & naturale desiderium expleri fatiarique debet. Quæ circa si supra hanc mediocritatem eas impleri contingat, non id solum trahentis facultatis desiderio, sed ijs maxime causis quas supra recensui, fieri necessum est.

Sanguinis & humorum in iecore procreatio. Cap. III.

Ex intestinis autem & uentriculo secretus a reliquo cibo succus is quo alimur, permanat ad iecur per quasdam illine vsque ad pylas, id est portas iecoris ductas & directas vias. Sic enim appellant uenam in iecoris introitu perampiam, ad quam tenues mesenterij venæ pertinent. Huc totus chylus confectus iam concoctusq; perlabitur, qui tamen mox rursus dispersus in omne iecur distrahitur. Quas enim venas ad portas natura in vnam coniūxerat, mox rursus in iecoris corpus dissecit, quæ quum tenues & admodum angustæ sint, non facile & celeriter potest succus distributionis impetu allatus per has euadere. Quæ circa is in iecore diu multumq; cunctatur, & in transitu hæret: estq; tarda eiusmodi transuectio loco retentionis & moræ, quæ absolutæ concoctioni necessaria debetur. Quum igitur tanta sit venarum per iecur dissecarum exilitas, succus totus ad eius carnem propriamq; substantiā proximè accedit, à qua vnuerfus vsquequaq; attingitur. Ob hanc vero morā diutinam, & ob exquisitam in iecore contagionem, chylo per minima quæque distributo, tum celerior, tum integrior sanguinis asciscit species, quam si ampla capacitate, qualis est aut cordis aut uentriculi, cōciperetur. Ad quod non parū confert quæ in iecore sunt venæ, tenuibus admodū tunicis sunt præditæ. Quem igitur chylum ope venarū mesenterij præparatum, & rudi quadā sanguinis forma adumbratum iecur accipit, hunc per eam moram & contagionem, vera & expressa sanguinis specie ornat & perficit: cuius operis non quæuis illius sine delectu particula, sed quæ duntaxat illius propria est caro atque substantia effectrix est quæquam reliquæ omnes in id vsum quandam & commoditatem habent. Dum ea caro quæ substantia ria concretum & coactum sanguinè exprimit allapsum ex ventre chylū sensim emittitur in propriam naturā commutare, sibiq; prorsus assimilare (est enim hic scopus vnus in quē vnaquæq; particula caloris sui munus dirigit atq; refert) primum

*Iecoris re-
tentio.*

*Caro iecoris
opifex san-
guinis, &
quo modo.*

minimū quidem crassiozem reddit & colore crubrum: quumque iam ad quandam mediocritatem accessit, sanguis vere est & appellatur, tanto a iocineris substantia deficiens, quanto ventris chylum superat. Ex quo percipi potest sanguinis concoctionē, nō modo caloris beneficio, sed maxime iocineris ingenita proprietate compleri. Huius proportionē eorum quæ in reliquis partibus gignuntur humorum, vt lactis, vt seminis, concoctionem æstimari velim: vt non aliud sit concoctio, quam imperfecta & inchoata quædam afsimilatio, seu gradus quidā & aditus ad afsimilationē. Geniti iam sanguinis portionē quandā familiarem ac benignā sibi iecur adiungit, agglutinatur, & afsimilat, nō vt uentriculus aut intestina chylum, sed nutritione perfecta illam in propriā naturam conuertens. Reliquam vero sanguinis partem ceu redundantem & sibi superuacua, in venam cauā perlabi sinit, a qua in totum corpus distribuitur per venas sanè quam multas, in oēs partes corporis pertinentes. Cæterum priusquam hanc distributionē oratione persequamur, sanguinis procreatione paulo altius repetita; inuestigemus quānam & quales quotq; humores vna cū sanguine gigni solent. Musum recens ab uuis expressum cōicētumq; in dolia, cernimus abinnato sibi calore effluere, mutari, & cōcoqui: hinc superuacua cōparere quæ prius quidē confusa inerant, ac tum primum concoctionis vi secernuntur atque secedunt, alterū quidem grauius, magisq; terrenum, quod in fundo subsidēs fecem appellant: alterū leuius magisq; acruū, quod per summā innatat & hos vini dici solet. Simili profecto ratione chylus in iecur transfusus, cum humidus quidam liquor sit, quodammodo feruct & concoquitur, tandemq; nō nihil crassum existit, feci respondens, non nihil etiam tenue & leue flori consimile, hoc bilem flauam dicimus, illud melancholicum humorē. Hæc quidē superuacua, quia sunt ad corpus alendū minus idonea, idcirco sanguini puro corporis alimentum permisceri non par erat. Quæ obrè natura illa segregans, flauam bilē in propriā vesiculā ad iecoris portas constitutā, melancholiā vero in splenē confert & reponit. Itaq; vesicula proprio ductu et via ex iecore bilē flauā attrahit, eaq; lycerā, nec alio quoquā humore adulteratam, tum quod viæ angustia crassiozem illabi non sinit, tum quod eiusmodi attractio maxime ex humoris familiaritate & occulta conuentientia incitetur. Quanquam enim mordax est & acris hic humor, vesiculæ tamē proprioq; receptaculo tristis non est aut infestus, sed inuua cognatione iucūdus & amicus, ex quo illa voluptatē & iucūditatis sensum percipit. Cæterū eo haudquaquā alitur, quod vsquequaque amarus sit nullo benigno succo perfusus, sed sanguine quē suscipit per venā conspicuā ex portis iecoris in suum ipsius collū insertam. Cum bilis copia supra modū turgescit, onere se leuat quod ab se in intestina exigit atque deponit, idq; via altera quæ magna ex parte in ieiunū intestinū contēdit. Hæc secretio tum intestina ad celerē reliquiarum deiectionē impellit, tum eas ipsas fuluo tingit colore. Lienis portio parte concaua venam gerit a portis iecoris allatam, qua is a squalido illo & melancholico humorē iecur expurgat. Hunc enim insita facultate, qua sibi gratus est & suauis, attrahit & in se recondit, per venarum tenuitates diffundens: assidua deinde opera summaq; administratione hunc elaborat, comminuit, ex terit, & in tenuiorē quoad licet succū cōmutat, ad hæc quidē actionem tum robur innati caloris, tum perpetuā arteriarum (quæ illic multæ sunt & ingētes) pulsationem accommodans. Qui in splenē allicitur sanguis eum qui in iocinere continetur crassitudine superat: verum cum in illius venis & arterijs elaboratus fuerit, non vnuerfus neq; crassior illius portio, sed tenuior duntaxat lienis sit alimentum, & in eius carnem sensim illabitur. Id autem quamuis tenue sit,

*Vt iecur
latur.*

*Quam
humorū or-
tus & pro-
creatio.*

*Bilis tum
flaua tum
atra secre-
tio.*

*Vt flaua bi-
lis in cyllim
trahatur.*

*Cistinali
sanguine.
Bilis ad in-
testina deie-
ctio.*

*Vt lien me-
lancholiam
trahat.*

*Lien quo-
modo alitur*

*Purgamen-
tum lienis
quomō mi-
tatur*

*Pituita pro
creatio et lo-
cus.*

tamen rubrum est, sed subnigrum lienis colore: quemadmodum qui sanguis se-
gnato sibi humore nutriti. Crassior autem melancholici humoris portio quæ
lienis vi nec molliori nec subigi potuit, tanquam ad nutriendum inepta, in os
ventriculi proprio ductu quasi eructando eicitur. Hæc quidem cum austera sit
& acerba, ventriculum astringit & in angustum adducit, ut inde omnis illius
actio firmior sit & validior. Deinde vero in ventris capacitatem relabitur: hinc
vna cum alimentis in intestina excidit, tandem vero quia inutilis in cibi reli-
quis inhærens cum eis foras propulsatur: non enim denuo in venas & iecur il-
linc traducitur, ut neque flava bilis quæ iam udum expulsa, alui superuacua infe-
cit. Rursum autem vini comparatio ante oculos exponenda est, si pituita ortu
atque substantiam placet animo percipere. Quod bimestre adhuc est, quam-
uis a fecibus & spuma expurgatum, gustatu tamen subcrudum, austerum & atrin-
gens deprehenditur, quod crudis partibus visum effugientibus persusum sit.
Has dierum numero vim calor concit & concoquit, indicio quod vinum an-
nuum aut binum qui degustabit, iam maturatum id, suave plenum caloribus & robo-
ris percipiet. Sic in sanguine a quo vtraque bilis secreta iam est, crudus quidam
humor confusus permisceatur, cui perpurgando natura nullum instrumentum de-
signavit, quod segregari excludisq; non deberet. Est enim quasi dimidio coctum
alimentum quod manens cum sanguine vna rapitur in venas, ut per inedia
cibi penuriam tempore mutetur & integrè coquatur, fiatque sanguis commo-
dus & salutaris. Hæc pituita non quemadmodum dictum supra melancholicus
humor aut flava bilis, superuacua censei debet, quum sit ad nutriendum apta:
neque præterea mucro mananti è naribus, neque ei lentæ crassæq; pituitæ simi-
lis est quam in ventre & intestinis necessario gigni perhibent. Hæc enim ventri-
culi cōcoctione deficitur, ut ne stercus quidem omnino sit: quam autem hic defi-
nimus ea succus est, ex bono & percoctochylogenitus. Reliquas tum pituitæ
tum bilis differentias paulo post fusius persequemur.

Omnes humores simul gigni, & ab uno eodemque calore. Cap. IIII.

*Lib. de natu-
ralibus fa-
cul. 3.*

*Expositio,
aut si manus
confutatio.*

*Vnde diver-
si humores*

Quum tam multiplex sit & varia humorum natura, fieri ne potest ut om-
nium vna sit procreatio, & ab eodem calore profecta? Sanguinem aiunt ex me-
diocri temperatoque calore nasci, reliquos humores ex immodico: quod ipsum
varijs argumentis fulcire nituntur, iisque ab hominum naturis, ætatibus, vitæ
generibus, ab anni tempore, regione & cæli statu ductis atque depromptis. Ex his
enim quæcunque in calorem propensiora sunt, bilem, quæ in frigus vergunt, pi-
tuitam: ut mediocria sanguinem gignunt. Si in hoc procreationis humorum sum-
ma causaque tota consistit, quum in vnoquoque homine calor vniufmodi sit &
simplex, vnicus duntaxat humor proferetur. Et cui acrior ille obtigerit, ex quo-
uis sine discrimine tum calido tum frigido alimento, nihil præter bilē gignet.
Contra vero cui natura aut ætate iam acta decursaque calor torpescit, tamen si
calidiora erunt alimenta, nec ram pituitam procreabit. Hæc autem per se &
perspicue sunt falsa & inter se vehementer repugnancia, quæ quotidie re &
euentis refelluntur: quandoquidem in omnibus eum naturis tum ætatibus
tum cæli constitutionibus, ex quocunque alimento, omnes humorum diffe-
rentiæ gignuntur in nobis. Dum enim alimentum sanguinis formam commu-
tatione nanciscitur, reliqui humores pariter ortum habent. Itaque quo-
niam hominis simplex est & eiusdem naturæ calor, consequens est hanc
humorum

humorum differentiam non calori, sed alimento ascribendam esse. Atque ut
apertius id explicem, locos eos penitus scrutabor ex quibus argumenta eruun-
tur. Nihil prorsus communi rerum natura ducitur & consistit, quod non qua-
tuor illa peruiulgata rerum primordia quadam mixtionis temperatione com-
pleant: maxime vero quæ alimenta dicuntur ex illorum quadam mediocrita-
te constant. Hinc fit, ut chylus ex alimento factus, quaquam simplex & vniuf-
modi intentibus appareat, reuera tamē partium diuersarum nutua permixtio-
ne concreuerit, quarum alia calida sunt & tenues, alia frigida & terrenæ, fri-
gida alia & humidæ, ut alia calore humoreque excellunt. Quorum igitur vnus
iocineris calor in tam varium & multiformem chylum agit, quid difficile exi-
stimes varios humores inde procreari, quando maxime à naturæ interpretibus
proditum est, ab efficiente causa simplici, complura diuersaque gigni, ob eam
que in materia est dissimilitudinem? Ut simplex omnino nullum potest alimen-
ti aut chyli genus haberi, ita fieri non potest, ne ex grauissimo quidem morbo,
ut omnes chyli partes in vnum simplicemque humorem commutentur. Etenim
si quis melle, allis, porris, aut capis vescatur & vino meraciore, sitque is cali-
dioræ naturæ & ætate florenti, non idcirco duntaxat synceram ex his bilē, quæ-
uis certè multam eam & ferridum sanguinem suscipiet. Cui iecur temperatum
natura obtigerit, id ex ea chyli portione quæ temperata sit & mediocri substan-
tia sanguinem, ex calida & tenui bilem flauam, ex frigida humidaque pituitam,
ex frigida atque terrena melancholicum humorem efficiet: omnia quidem sui
generis quandam mediocritatem adepta. Si vero vel alimentum, vel iecur, vel
vtrumque in calidum uerget, bilis quidem abundantior effretur, eaque calidior
quemadmodum & sanguis: & pituitosus, aut melancholicus humor minus erit
frigidus: nam unufquique humor certa temperamenti latitudine circumscribi-
tur, per quam diuagari potest. Ex melle non modo copiosior, sed etiam calidior
bilis quam ex lactucis progignitur: & cui iecur est calidum, plus bilis eiusque
calidioris ex simili alimento is coaceruat, quam cui id frigidum vergit. Est
igitur sanguis alius alio calidior frigidiorque, & bilis bile calidior, & pituitosus
melancholicusve humor alius alio frigidior, neque suus cuique ad unguē defi-
nitus est gradus. Ex quo intelligitur non omnes quæ in alimento ad bilē aptæ
sunt partes, in omnibus æque corporibus in bilem conuerti, nec omnes quæ pi-
tuitæ gignandæ sunt, semper in pituitam abire, sed varietatis plurimum affer-
ri, ex efficientis caloris vi & alimenti materia, quarum iusta comparatio gignē-
di humoris speciem definit. Rursum non omnem flauam bilem ab immodera-
to fieri calore, sed etiam à temperato, aliam quoque ab imbecillo: ridiculum
enim & absolum uideatur, si quis dicat temperatū aut frigidum iecur nisi pro-
fubum bilis habere, nec alimenta frigidiuscula illius quicquam proferre. Quod
obici solet bilem duntaxat fieri à natura, ætate regione, & alimento calidio-
re, non est usquequaque uerum, quod ab alijs etiam causis proueniat, attamen
ab illis maxime redundantia quædam sit & affluentia bilis supra mediocrita-
tem: quemadmodum iecur & alimentum si frigidiora sunt, pituita superfluet, si
temperata, sanguinis erit ubertas: si temperatus calor & alimentum terrenum,
melancholicus humor redundabit. Cæterum non simpliciter ex similibus dun-
taxat causis singulos ortum habere necessitas est, quum omnes ut dixi ex eodē
chylo unius caloribus beneficio producantur. Iam vero id multis ænigmatum
obscuritatibus inuolutum explicare consilium est, ut humores quatuor simul &
uno eodemque temporis spatio gignantur. Vnus quidem iocineris calor toti
chylo æqualiter se exhibet in eumque pari robore & conatu ubique incum-
bit:

*gignatur in
nobis.*

*Necessario
quatuor hu-
mores in no-
bis gigni.*

*Ex chylo tē-
perato in tē-
perato cor-
pore omnes
fieri humo-
res suo gene-
re tempera-
tos.*

*Bilem quan-
doque ab im-
becillo fieri
calore.*

*Omnes hu-
mores simul
gigni.*

bit: veruntamen non eius partes omnes parem mutationis modum sunt eunt; quæ non similis sit omnium constitutio. Hinc accidit, ut qui ex his diuersi sunt humores, eodem tempore emergant atque compareant. Pituita enim ex frigida & cruda chyli fit portione, bilis ex calida atque tenui, sanguis ex mediocri, melancholicus humor ex frigida atque terrena. Quoniam igitur vnus idemque calor in chyli partes omnes æqualiter penetrat, easque afficit, quocumque tempore ex mediocri portione sanguinem effecerit, eodem ex calidiorẽ bilem, ex cruda pituitam, & terrena melancholicum humorem proferet: quum enim omnibus per elaboratio accesserit, tanta necessario confluet humorũ varietas. At inquisit pituita frigidior est & crudior, ex hac deinde si perfectior coquatur, sanguis fiet, ex hoc denum caloris vi & exuperantia bilis: sic contendunt necesse esse vnũquodque prius leuiter quàm perfecte concoqui sic gradatim ad summam perfectionem perueniri. His quidem rationibus vrgēt & pungunt quasi aculeis, quas tamen refellere licet. Quãquam enim pituita dicitur sanguis leuiter & modicè coctus, aut sanguinis rudimentum & quasi adumbratio, & quæ vi caloris perficiatur, fiat; sanguis: non tamen contra necesse est omnem sanguinem parè concoctũ pituitam dici, aut ex hac prouenisse, ut prius pituita quã sanguinis speciem acceperit. Hac enim ratione quod id est quo alimur, siue cibis, siue vniuersus chylus, pituita dici deberet, quia nondum plenam concoctionem obtinuit. Quinetiam si ex pituita totus sit sanguis, ex hoc deinde bilis flaua, postremo atra, vnus duntaxat humor erit in nobis, neque simul complures consistent. Deinde vero quia omnibus humor coctione cogitur crassiorque; sit, flaua bilis sanguine crassior euadet, nullus naturalis existit melancholicus humor, si ex bilis ardore gigni debet: nulla reddi poterit fecernendorum humorum ratio, omnia funditus euertentur quæ de illorum ortu & differentijs veterum præceptis stabilita sunt. Non ergo humorum procreaciones atque differentias ex vnus caloris vi & gradu, aut ex solis qualitatibus, sed etiam ex propria materia æstimabimus, quæ sua est cuiusque humoris propria & familiaris. Alia quidem sanguini, alia melancholico succo, alia bili flauæ subiecta est materia: neque fieri potest ut ex puro sanguine bilis gignatur & prodeat: sed vnũquemque necesse est ex cõuenienti & idonea chyli portione gigni, idque simul & vnus eiusdemque efficientis caloris opera.

Vt sanguis a iecore delapsus per uenam cauam in omnes corporis partes diffundatur. Cap. V.

POSTEA QUAM succus quem in iecore confici & ortum accipere demonstrauimus, à superuacancis expurgatus fuerit, ruber iam & syncerus in eam uenam perlabitur, quæ in conuexo iocineris sita est & caua appellatur. Hoc autem loci aquoso & tenui humore sanguis perfunditur, quo tanquam vehiculo facile & expedite in graciles & perquam angustas tum mesenterij, tum iecoris venas permanat. Hic humor quoniam alendo corpori minimè est accommodatus, perfunctus iam illo vchendi munere, & ad reliqua deinceps inutilis, è iocineris conuexo fecernitur & trahitur in renes, vnde mox profunditur in vesicam. Idcirco enim venæ caue vtrinque renes affident mox subter iecur positi, ut expeditius celeriusque id muneris obeant. Cæterum non omnem eum humorem proluciant, propterea quod non nihil illius retineri conuenit, quo reliquus sanguis per venas in omnes partes corporis pertinentes traducatur. Itaque renes perductus venarum emulgētium vrinam eliciunt, ad id quidem incitata mutua & communi qua inter se conueniunt familiaritate. Per amplam eam ductuum laxitatem

Rationes eorum qui putant humores ordine quodam gigni.

Cõsuetudo.

Non omnem sanguinem ex pituita fieri.

Humorũ differentie specie et autem non modo ex qualitate, sed et ex materia modo.

Prime a sanguine secrecio.

laxitatem fieri vix potest, ut syncera illa atque pura trahatur, sed cum ea tum flauæ bilis plurimum, tum sanguinis humidi ac tenuioris non modum fertur. Vrina quidem & quæ cum ea tenuior est bilis, potest per exiles transitus qui sunt in tunica succingente interiorum rerum capacitatem elabi profundius in vesicam: at sanguis nempe illis crassior, inibi conseruatur, qui dein foris modo fusus renibus primum apponitur, hinc annectitur, demum assimilatur, & in eorũ substantiam facessit. Vrina quum prælongis validisque ductibus è renibus in vesicam depulsa fuerit, retro conuenire non potest, quod obliqua sit ductuum in vesicam insertio. Coarcescitur autem illic & continetur ut proprio receptaculo, ne continenter & intemptius eam reddere cogamur. Quum vero illius influxu vesica iam turgescit, aut acrimonia ad illam reddendam impellitur, contractis quas in se continet transuersis fibris, vrinam propellit: idque simul relaxato ex rationis præscripto eo musculo qui in orbem agitur, & qui tanquam custos aliquis in ceruice positus, inhibet ne sponte proprioque impetu profluat vrina. Qui in abdomine sunt musculi non parum eam expulsionem adiuuant, potissimum dum ad inuicem ventrem contracti vesicam intro protrudunt & impense contrahunt. Quin & musculus ille in ceruice custos, dum sub finem emittæ vrinæ se comprimit & coarctat, omnes quæ in ceruice sunt reliquias exprimit, maxime vero quum eæ aut acrimonia aut arenis molestæ sunt & graues. Vesicam vrina non alit, sed sanguis qui per peculiare venas vtrinque in illius ceruicem insertas influit, quemadmodum sanè tum uterum, tum bilis folliculum nutrire cõstat. Hæc est omnis viscerum inferiorum nutritio, & superuacancorum secretio, nunc quæ reliqua sunt simili compendio persequamur. Quando iecur quidem sanguinis officina atque principium est, è quo tanquam è fonte alimentum defluere & in omne corpus diffundi conueniret, ut iustitiam quadam medietate sanguis vniciquæ parti conferretur, uenas inde tanquam à fonte riuulos sanguinem delaturos deduci par erat. Hæc etenim si defuissent, quæcumque iecori viciniores sunt partes, exuperantis sanguinis copia obrutæ mergerentur: quæ vero longiore interuallo distant, ab hoc destitutæ penuria languerent: & extabescerent, quippe ad quas hic minime permaneret. Quemadmodum igitur qui hortum aliquem summo artificio irrigare cõstituntur, ab ipso fonte aut ab amplo quodam riuo tubos complures, tum magnitudine tum spacijs discretos, in omnes horti partes deducunt, sic existimantes humorem quocumque trahi commodius & consequi posse: ita profecto per uenarum productiones è iecore, partes corporis omnes iusta sanguinis mensura perfunduntur. At nõ ut aqua per riuulos, sic per uenas sanguis sua sponte & impetu perlabitur: sed is tum iecoris vi expellitur, tum à propinquis uenæ partibus attrahitur, quæ deinde in alias proxime consequentes extrudunt: ad huncque modum pellentibus quidè prioribus, trahentibus vero ijs quæ deinceps subsequuntur, commoda fit sanguinis in extremas corporis partes distributio. Huc non paruum momenti afferunt propria singularum partium vires, quæ naturali appetitu incitata, id ex præterlabente sanguine prolestant, quod sibi tota substantia familiare est atque iuendum, idque proprio uenæ ductu ad se pertinente. Quæ inter uenas media interponuntur spacia, quanquam ductus non habent in se directos, alimentum tamen suscipiunt, nec præparæ ut aliquis putauerit, sed abundanter: id autè halitus specie per tenues occultosque propinquarum uenarum transitus, tũ excidit, tum rapitur. Non enim ex solis uasorum finibus & osculis, uerum etiam, ut author est Aristoteles, per quæque angusta uenarum foramina alimentum effluit, & illabitur in carnem in aliasque particulas. Distributionis huius nõ prius finis

Vrina in uesicam profusa.

Vrinæ missio.

Vesicæ uideatur.

Venarum usus in corpore.

Quibus uenaribus sanguis permeat in uenas.

Vt sanguis illabitur in carnem & alias partes. Lib. secundo de gente animal. cap. 4. erit

erit quam in omnes corporis particulas nutritis substantiæ qualitas perlata sit. Verum hoc interim temporis spacio venæ maiores quem in se continent sanguinem (nunquam enim otio perfruuntur) multo exquisitius elaborant & conficiunt, idq; aut insita sibi vi & facultate, aut ea quam a iocinere illapsam acceperunt: id enim communi medicorum consensu firmatum est, sanguinem in venis summum perfectionis gradum adipisci. Sanguis autem simulac è venis anterioribus in angustioribus, quas unicuique parti natura dedit, attractus quasi derivatione quadam exciderit, omni tum qualitate, tum proprietate circumstantis particule sensim perfunditur, eaq; commutatione partis naturam assumens, fit primus humor ex quatuor secundarijs quos ante commemorauimus. Dehinc vero per oscula aut cæca exilium venarum foramina, roris modo multiplici lapsu & erratico in omnem partis substantiam influit, perque omnia spacia diffusus combibitur: fitque tum vera istius humoris appositio, quem non inepte quis rorem appellauerit, quanquam non aquæ similis est, sed superiore paulo crassior. Appositus iam hic continenter assiduo partium calore conuertitur, concoctione cogitur crassiorq; fit: deinde vero coactus parti agglutinatur & adhærescit; hic tertius humor ex secundis, qui partis tum qualitatem, tum temperamentum, nondum autem perfectam substantiam attingit. Ad extramum vero naturæ vi & vniuersa partis substantia ita concreuit, ita mutationem subit, ut ei demum perfecte & usquequaque assimilatur. Hoc opere quod ueram nutritionem perhibemus, partis substantia quædam fit carnosa, quam in secundarijs humoribus loco quarto collocauimus. Itaque sanguis ut primus in pusillas partium uenas adductus fuerit sensim mutatione ad illarum substantiam & temperamentum accedit, dum perfecte assimilatur, & ex toto expressam naturam referat, idq; nutritione quæ omnis concoctionis est finis, & summa totius functionis naturalis absolutio. Quocirca sanguis qui ossa cartilaginea vincula, membranas & nervos est nutriturus, quodammodo (inquit Aëtius) in angustiarum venarum extremitatibus iam albescit. Quum vero inter illarum partium fibras atque in media spacia illabitur, plenius sanè conuertitur, & quanda partis similitudinem gerit. Sic quæ in ossium caluiculis & medulla (hæc enim non autem quæ in maioribus capacitatibus concreuit, ossis est alimentum) perspicue iam ad ossis naturam accedit: cartilagineum mucosum simile quiddam circumfundit: vinculis, membranis atque nervis lentus quidam humor circumiectus conspicitur. Tale autem est proximum cuiusque alimentum, quod quidem appositum iam est: deinde uero plenius confectum calore coactumque parti agglutinatur & adhæret, in eiusque naturam tandem facefit, idque propria partium vi & facultate, quæ proprie assimilans est & alitrix appellatur. Hæc alia est in osse, alia in nervo, alia denique in alijs, ut sua insit cuique peculiaris. Simili prorsus ratione totidemque interpositis mutationibus, caro alitur, non modo ea quæ musculorum, sed & quæ iecoris & quæ reliquorum est uiscerum. Quum enim sanguis è venarum osculis in carnem incidens ei apponitur, calore mutatus similem parti substantiam sumit, nec fieri potest quin medio ferè mutationis tempore crassior iam factus ei affigatur & adhærescat. Cæterum in hac multo celeriores sunt mutationes, ut idcirco uix ullo sensu percipi possint, uixque fieri putentur. Carni enim proxima est sanguinis substantia, ut proinde leui facta mutatione ali possit: non sic autem ossa, cartilaginea, uincula & membrana, ut à quibus sanguinis substantia longius abscessit. Non dissimili ratione nutritur uenæ & arteriæ, quæ quanquam proximum in se sanguinem continent, quo aluntur, hunc tamen non possunt leui momento in se conuertere: sed quæ portio

tunicis

tunicis proxime afficit, primum commutata albescit, moxque tanquam ros in angusta foramina venæ aut arteriæ rapitur, quibus penitus apposita crassiorq; facta annectitur, tandemq; assimilatur.

Quot concoctionum genera, quis cuiusque proprius sit humor, quod excrementum. Cap. VI.

FUNCTIONVM igitur quæ natura duce ac magistra administrantur, summa atque suprema nutritio existit. Hæc autem à natura fit, quæ spiritus calorisque impulsu & opera alimentum assidue exagitat: id enim est tanquam subiecta materia in qua uersatur, & in quam vires exercet suas, dum plene & omnino in corporis substantiam sit conuersum. At non de repente, sed longa continuataq; rerum serie fit ea conuersio: multorum enim operis concurrentibus varie commutatur, expurgatur, in omne corpus distribuitur, huicque ad extramum assimilatur. In ea longa distributione, multiplex incidit concoctio, varij gignuntur humores, diuersa item superuacanea. Itaque assumptum alimentum quanquam ubique mutatur & omni corporis loco conuersionem subit (quandoquidem unaquæque corporis particula proprio calore, in id incumbit, & quasi culturam subigendo adhibet) non tamen ubique sit, concoctioque id uere ac merito aliquispiam dixerit. Non enim quæuis vel leuissima alimenti mutatio, qua id aut exterritur, aut mollitur aut odore saporeve mutatur, sed duntaxat quæ à nativo calore fit in alimento perfecta substantiæ conuersio, concoctio existit. Quæ perfecta futura est concoctio, haud quidem exiguo breuique tempore, sed mora & cunctatio ne quadam absoluitur. Quocirca firmum ratumque esse debet eo duntaxat loci hac fieri, ubi alimentum diu multumq; hæret, & uis illa continendi ualens est, simulq; concoquendi facultas copioso circumfluit & abundat calore. Hoc autem tribus tantummodo locis concessum videmus, è quibus etiam triplex existit concoctio, prima in uentriculo, secunda in iocinere, tertia in singulis particulis. Sua quanque antecedit preparatio, suaque sequitur absolutio, suum cuiusque alimentum tanquam subiecta materia, suus genitus humor, suumque excrementum. Itaque prima omnium est chylosis, quæ in uentriculo magna caloris ui perficiatur, uertiturque multiplex & uariarum alimentum in quippiam vnius substantiæ, candidum id quidem & pitiosanæ cremori persimile. Huius preparatio quædam prægressa est in ore, qua non atteritur modo & mollitur cibus, sed & leuem conuersionem subit qualem manifesto cernimus in subrubro uino, quod pauco momento ore conceptum tum ardorem tum ruborem deponit. Eius autem absolutio in intestinis est, quæ ipsa modicam concoquendi more uentriculi vim obtinet. Quanquam enim è uentriculo valente & cui integritas est ualitudinis, nihil prorsus excidit quod non plenam concoctionem acceperit, si quidem ad hanc aptum erat: quoniam tamen innatus partium calor nunquam otiosus conuiescit, necesse est quæcumque in intestina illabuntur perfectius quodam modo mitigari & concoqui. Secunda concoctio celebratur in iocinere, alijs uero Græcis appellata. Hac enim chylus è ventre haustus, propria iecoris ui quæ in eius substantia potissimum insidet, in ueram sanguinis speciem conuertitur, quam à chylo constat non modo colore, sed etiam vniuersa substantia planè diuersam esse. Hic sanè adurbationem quandam in uenis mesenterij prius accepit, in quibus iam ruber concoctio, perpolitur uero in uena caua alijsq; maioribus, in quas è iecore lapsus confluit. Vires enim habent uenæ non solum continendi distribuendiq; sangui-

X nis,

Sanguinem in uenis perfici maioribus.

Vt ex sanguine quatuor fiat humores secundarij.

Vt ex sanguine sensim fiat nutritio & assimilatio.

Caro citius alitur quam alia partes.

Vt uenæ & arteriæ nutriantur.

Perfecta concoctio non ubique fit.

Triplex concoctio.

Prima concoctio uentriculi.

Secunda in iocinere.

Tertia in partibus sin- gulis.

Dua coctio- nes commu- nes sunt.

Mammarum aut testiu co- ctio non est communis.

Prima coctio- nis quis humor quod excrementu.

Secunda hu- mor & ex- crementa.

Tertia co- ctio- nis hu- mores & ex- crementa.

Qui sudo- res sint na- turales, qui minus.

nis, sed etiam concoquendi, hasque a iocinere originis suae principio & qualitate, quemadmodum a uentriculo intestina mutuantur. Tertia concoctio in partibus fit singulari, qua apposita adiectusque sanguis iam a priore natura deficiens, in idoneam alendam parti substantiam conuertitur. Haec rudimentum quoddam & primordium capit in uenis exilibus, in quibus ante diximus sanguinem a partis natura & calore iam mutari eius autem absolutio est perfecta assimilatio atque nutritio, omnium concoctionum finis. Priores duae concoctiones in communem totius corporis commoditatem & usum comparatae sunt, at tertia peculiaris est & iam parti cuique sua, neque hanc iccirco pars vlla parat & molitur ut alteri cuiusque parti, sed ut sibi duntaxat commoderet atque proficiat. Mammarum quidem & testium quoque in eis sunt glandes rapti tractoque sanguine aluntur, hunc in suam naturam conuertunt: at insuper eadem ex redundanti functionis uertate lac generant, quo partus alatur. Sic testes per uasa seminis adducto sanguine conuertuntur, se nutriunt, qui adultis praestantia roboris excellentes semen efficiunt, ex quo deinde procreatio fit & generis conseruatio. Quamquam autem haec partes actione sua non se solum, sed alia quoque inuuant, quoniam tamen haec extra corpus sunt, neque in illius dominatu, non utique generalis, sed peculiaris duntaxat concoctio dici debet. Quot partium in humano corpore sunt differentiae, totidem statuere licet peculiarium concoctionum uarietates: Prima autem illius generalis ad nutriendum idoneus humor in uentriculo genitus, proprio nomine chylus appellatur, & primum quod in corpore consistit alimentum. Huius autem excrementum est steruus Graecis ἰσχυρόνμα & κούριον, quod reuera in uentriculo cum utili substantia confusum erat: sed cum postea e uentriculo & e superioribus gracilibusque intestinis chyli portio tenuior rapitur in iecur, reliqua crassior, impurior, & fecis aemula, in caecum intestinum uel in colu, mox in aluum irruit, ubi primum fex alui dicitur. Alterius concoctionis utilis humor est sanguis, aut si uniuersa complecti uolumus, omnis humor quicumque a Graecis ὑμός, a nobis succus appellatur, quo nomine non modo purus syncerumque sanguinem, sed eos etiam qui cum sanguine gignuntur humores naturales quidem & nutritioni accommodatos de signamus. Superuacantem autem eius est urina, quae e iecore & uenis plectatur in renes, ac profunditur in uesicam: similiter melancholicus humor quae lienis ad se rapit, ex crassa terrenaque chyli portione factus, quae naturae concoctione subterfugit, neque potuit iecoris uel mutari. Est & tertium eius excrementum flaua bilis ea quae in fellis uesicula recoditur: ex tenuissima haec calidissimaque chyli portione (qualis plurimum est pinguis atque dulcis) asilla & torrida, quasi flammae acrimonia assumit: quocirca excrementum uere est, omnino superuacantum nec alendo corpori accommodatum. Qui autem iam ab his ex purgatus est reliquus humor, purus est & mediocris succus atque secundum animantis alimentum, quod in omnes partes distribuitur. Tertia concoctionis opus & utilis succus est, uniuersum eorum humorum genus, quos aliquando diximus secundarios appellari, in quorum ordine est primum collocauimus, qui in exilibus est partium uenis, secundum qui tanquam ros in partes influit eisque apponitur, tertium qui affigitur, quartum qui iam in partis substantiam concedit eisque assimilatur. Huius quidem superuacanea sunt, quaecumque uaporis specie sine sensu per cutis spiracula exhalantur, & quae paulo crassiora sordidum strigementorumque specie cutis extrinsecus adherescunt, & sudores qui tanquam reliquiae sunt serosi humoris illuc euecti, tenui bile perfusi. Hi enim si corpus patens nec cutis densa est, plerumque modice crumpunt, idque sponte & naturaliter. Qui uero per se extra modum emanant, ab humore quodam inutili praeter naturam fluunt, neque possunt inter naturalia excrementa referri, ut neque puris, neque sanici, neque tuberculorum eruptio.

eruptio. Rursum qui a manifestis causis, ut a balneis, ab immoderata exercitatione, ab actu sicut sudores, non modo hoc excrementi genus, sed utilis quoque humoris, nonnunquam, & tenuioris sanguinis quippiam proliciunt atque dissipant. Isthac quidem superuacanea sunt communia & quae ab omnibus particulis promiscue dimanant, maxime a musculis & ab aliis quae extrinsecus circumiectae sunt partes. Praeter haec alia quaedam in conspectum se dant sua quibusque partibus peculiariter, quemadmodum pili & unguis partium solidarum sunt excrementa, renum autem & uesicae ea quae cum urinis redduntur, lienis quod in os uentriculi refunditur, pulmonum sputa quotidiana, cerebri excrementum est id, quod tum per palatum tum per nares defluit & emungitur, *βλενω*, id est mucus, aut *κορυζα*, id est destillatio solet appellari. Id enim ex cerebri nutritione tanquam inutile relictum est, retinetque, quandam illius constitutionem frigidam atque humidam, quumque ex uniuerso celebri corpore in amplos eius uentriculos abundantius congestum fuerit, tum demum illinc per palatum & nares exigitur. Quamquam autem id pituitae temperamentum accepisse videtur, nequaquam tamen uere pituita est, haec quippe in solo iecore gignitur, & in utilium succorum numero constitur: illud celebri plane excrementum est, haec potest in sanguinem concoctione conuerti, illud nunquam, sed caloris uel siccescit & in topbos cogitur. Huius speciei praefert ea quae in uentriculo & in intestinis gigni procrearique solet: pituitas enim non est, sed ne succus quidem omnino, concoctionis autem primae cruditas est quae euinci non potuit, uel ex cibi crassa & tenaci natura, uel ex uentriculi intestinorumque imbecillitate concretescens. Quum etiam exanguis membrana saepe sit uentriculi & intestinorum substantia, necesse est & propria illorum excrementa (fex enim a lui commune excrementum est) alba, frigida, lentaque inueniri.

De sanguine, utique is consistat in uenis.

Cap. VII.

LICET e iecore erumpens sanguis in uenas ab omni superuacaneo humore purus expurgatusque sit, non tamen simplex is omnino est ac uniusmodi: sed ex uariis eum substantiis constare demonstrat, tum ortus nostri tum alendarum partium necessitas. Harum enim alia calidior percipitur, frigidior alia, rursus alia mollior, alia durior, quae ut non omnes ex eadem similique substantia nasci, ita nec eadem nutririi sustentarique possunt. Seminis e quo gignimur materiam palam est non prorsum unius esse modi, sed ea partes consistere varias, adhiberi que crassiorem portionem solidis, humidam mollioribus, calidam calidioribus, frigidamque frigidis. Et quum deinceps corporis partes aluntur ex sanguine, singulas ex simili quadam & idonea materia nutririi & incrementi, ut iccirco non simplex sed mixtus atque compositus etiam in aetate prouectis, sanguis appareat. Quomodo enim partium naturae tam uarie & longissime a se distidentes, ex una eademque prorsus materia commode vitam suam tumentur? Semina in terram proiecta, itemque stirpes non uno omnes alimento sustententur, sed alia dulcem e terra succum, alia salsum, amarum alia, denique uisquaque quod sibi famiare est & amicium pro alimento haurit, a quo si forte destituatur, mox extabescit & emoritur. Tantumne in stirpes beneficium atque priuilegium natura contulerit, hominibus negauerit? In tam immensa hominum & temperaturarum uarietate, omnesne eodem similique cibo gaudebunt? Si non omnes una cibi substantia aequae feruati ac sustinet, neque profecto tam multis & uariis partibus quae in nobis sunt alimentis, simplex unum atque purum succi genus satis esse potest. Ita-

que sanguis qui è icore emerit maioribusq; venis concludit, exquisitè vnus & purus esse non potest. Id vero aperte in eo cõspicitur, qui sc̃ta vena ex integre sano corpore sit emissus. Nam præter serum in reliquo quod concreuit partes spectatur planè dissimiles: alia quidem tenuis, subrubra ac feruida per summa ionatans, alia imo crassa, subnigra ac vere terrena, alia medio situ in istarũ me diocritate consistens, per quas & quarta quædam portio crudior effusa est. Quicquid in hac concretionis cernitur, medici iuxta ac philosophi sanguinem appellant, qui communi sententia omnes corporis partes solo sanguine nutri ri, id est iuxta quatuor succorum commoderatione pronuntiat. Quid igitur (in quies) vitiosissime fuerit sanguinem purissimum in nobis contineri? Si enim de bet is ex varijs partibus ad nutriendum constare, videtur non esse procurandũ vt purus atque syncerus in nobis gignatur, sed alimentorũ vsũ varij, succi erunt in nobis accersendi. Est hoc (fateor quidem) necesse, veruntamen non idcirco quærenda sunt alimenta, quæ varios illos procreent, sed omnes ex optimo & purissimo quoque procedunt: vixq; vlla viuendi ratio & facultas efficit, vt syn cerus sanguis in venis coaceruetur, qui tamen si talis consistat, nihil incommodi quicquam est allaturus. Porro autem quicquid illud est in venis contentũ, quod in partium corporis substantiam facere debet, sanguinem id perhibe mus. Hoc quidem discrimine à cæteris sc̃is humoribus, quod è veni siue foras, siue in vterum, siue in vesicam, siue in vterum, siue in intestina, siue in tho racis spaciũ, siue in aliam denique capacitatem excidat, concreuit in grumũ, quod cæterorum humorum nulli est concessum. Proxima autem & continens concretionis causa fibræ eæ sunt, quas cunctorum animantium sanguis confu sas in se continet. Neque enim ceruus neque damas, de hoc numero, vt Aristo teles fecit, auferam & excludam, nimirum in quibus iugulatis etsi non summe, coire tamen sanguinem videmus. Quod si à concretionis alienus omnino is foret, nec corporis alendi, nec in solidiorem substantiam se conuertendi vim & potestatem haberet. Ita vero accurate diligenterq; sanguini confusæ sunt fi bræ, ita perturbatæ, nihil vt sensus in calido etiam nunc sanguine possit perci pere, nihil vt in eo qui iam frigore coitit & congelauit. Veruntamen se iun gi hæ separariq; hæ ratione consueuerunt, si vel calès tepidusq; sanguis per lin teum transfundatur, vel crebra agitatione bacillo manuue concutiat, dum re fixerit, quo modo solent mulierculæ suillum præparare. Quinetiam quum in cisa in malleolo saphena, sanguis vt mos est in peluum tepentis aquæ profundi tur, mox vt hæc refrixerit & ad exiguum tempus constiterit, tota tenuiore san guinis portione tingeretur, ad fundum autem delabentur fibræ illæ prorsus cohe rentes: & albæ, quæ quàm plurimos specie quadam assimilata pituitæ in errore induxerunt. Hæ quotiescunque exemptæ detractæq; fuerint, reliquus sanguis & à concrescendi ratione in quam sua sponte ferretur, & à nutriendi præstan tia longissime distabit. Fibras quidem chylus prima concoctione contrahit è ventriculo, qui ferè totus quum neruosus sit, suam illi substantiam quadam te nus impertit, qualem obtinere videmus tum eorũ plurima quæ vomitione red duntur, tum propria ventriculi intestinorumq; excrementa, summe nimirum pituitosa ac lenta, illapsius de in chylus in iecur, veram sanguinis substantiam eoloremq; adipiscitur. Itaque concrescendi vim sanguis habet è ventriculo, cuius errore corpus omne quasi atrophia pferunq; extabescit, sanguine fibris destituito. Hinc non paucos cernimus macie confectos, quibus tamen sanguis co piosus inest, isque bene temperatus: alios opimum corporis habitum & carnis molem consequi, licet sanguine consistat calidiore. Maxima igitur & admira bilis

Obiectio.

Solutio.

Proprie sã
guinis nota:Sanguis om
nis concre
scit ob fi
bras quas
habet.

10

20

30

40

bilis in sanguine facultas, sed & magna vis est venarum, quæ conceptum sangui nem coire nunquam sinũt, nisi fortasse ex rara quadam & abdita morbi causa, ex qua vidimus quæmpiam post diuturnum languorem de vita exiisse, cui san guis vniuersus in venis concreuerat, adeo vt demum coralli modo fruticans il linc eximeretur. Non igitur, quemadmodum Aristoteles affirmat, conseruandi sanguinis facultas in venis est ex caloris tepore, quum & reliquum corpus om ne tepescat, sed ex ingenita quadam vi & familiaritate, quæ profecto efficit vt hæ naturalis & legitimus locus sint sanguinis. Huius apertum id esto in iitiũ, quod in mortuorum venis refrigeratus etiam sanguis non concreuit, quem ta men in viuentium intestina, aut in ventriculum ac vesicam irruentem, tepor à concretionis non præseruat. Quicquid igitur venæ concludunt & intra se cohi bent, siue crassum id atque nigrum sit, vt liquidam picem repræsentet, siue fla uum, siue prorsus album aut liuidum, cuiuscunq; demum substantiæ sit aut ca loris, si ex is profusum mox durefcit atque coit, id vniuersum sanguinis appel latione complectemur: quanquam non omnis huiusmodi, secundum naturam esse, & vitio carere existimandus est.

10

20

30

40

Sanguinem in venis, non trium, sed quatuor humorum permissione contineri, quorq; eius sint differentie. Cap. VIII.

QUALISCVNQVE autem is fuerit, chymus id est succus appellatur, quũ interdum bonus est, vt in euchymia, interdum malus, vt in cacochymia: & vter que quoniam in partium substantiam effusus fibrarum vi concrefcit atq; coit, alere dicitur. Sed bonus, qualis in bono atque etiam in athletico habitu consi stit, probe, malus vero vitiosè, vt in vtroque ictero, in leucophlegmatia. Qui porro bonus ac laudabilis est sanguis, ex partibus constat & substantia & tem peramento & colore varijs. Has bonos succos appellant, quibus ex quadã tem peramenti affinitate humorum superuacuosum nomina sunt indita. Nam san guinis pars tenuissima calidissimaque, bilis etiam appellatur, melancholicus succus, pars quæ crassa, frigida siccaque est: pituita, quæ cruda nempe frigida est & humida: sola vero ea quæ tum substantiæ, tum qualitatum mediocritate quadam continetur, peculiari sanguinis appellatione notatur. Non desuerunt qui sanguinem vniuersum existimauerint non ex quatuor, sed ex tribus dunta xat permixtis succis constare, nempe ex pituita, & bile tum flaua, tum atra. Hi non aliud esse sanguinem putant, quàm trium succorum mediocrem & commo deratam permissionem: neque præter hos quartum sanguinem purum in venis contineri, sed ne cogitatione quidem percipi contèdunt, hac potissimum ratio ne, quod seorsum tres humores positi sunt, sanguis autem purus nullus extat. Addunt sanguinem dum corrumpitur, in tres eos omnino humores cõuerti ne que sanguinis quicquam seorsum manere. Cum igitur tres hi succi æquabiliter aucti sunt, sanguinem per id temporis dominari ferunt, su inæquabiliter eum duntaxat qui reliquis est superior, a quo totum sanguinè aut pituitum sum, aut biliosum, aut melancholicum dici volunt. Simillimam demum in lacte ra tionem haberi, quod tribus duntaxat substantijs continetur, præter quas nulla est quarta, quæ lactis nomine designetur, sed totum quod ex ijs tribus idonee temperatis consistit, lactis nomen sibi assumere. At vero si partes chylis inten tionibus spectabimus, non modo tres, sed quatuor sient earum differentiæ, ex quibus quatuor etiam succi proueniẽt. Quinetiam si partium corporis, quas hæc nu-

Perne ser
guinem con
seruant, ne
concrescat.

Ratione eo
rum, qui di
cunt sangui
nè esse triũ
humorũ per
missionem.

Confuta.

hæ nu-

hi nutrire debent varietas perpendetur, vt quædam se offerent, ad quas tres reliqui humores accommodari possunt, ita quædam etiam deprehenduntur calidæ & humidæ vt caro, quædam temperatæ vt cutis, quæ non nisi puriore sanguine nutrirî possunt. Quocirca necesse omnino est, præter tres reliquos succos, purum sanguinem etiam in venis haberi, cumque longe reliquos multumque superare. Incepta igitur & iniqua cæteri debet sanguinis cum lacte collatio: nec dñ sanguis corrumpitur, vniuersa eius substantia in bilem tum atram, tum flauam facescit, sed etiam pars quædam manet, aut nondum corrupta, aut corrupti sanguinis speciem ostendens. Itaque qui intra venas grãdiore coarctetur, quatuor illis succis perfunditur, sed ea proportione vt intemperata & mediocri constitutione, purus sanguis multum antecellat, cæterisque præstet: ab hoc deinde pituita, quia dulcis est potestque; id sanguinem conuerti, & compluribus partibus nutriendis est necessaria. Tertio loco est melancholicus succus: omnium autem paucissima est flaua bilis, tum ob nunc commemoratas rationes, tum et quod illius quàm bilis receptaculum capacius & plenius deprehenditur in nobis, quod quæ ex venæ sectione, si sanguis asseruetur, plus subsidet lutulenti, quàm per summum innatet biliosi. Ea quidem est quatuor succorum in sanguine permissio. Cæterum id nondum satis liquet, sintne ii veri humores, & quales in suis conceptaculis puros esse intelligentia sensuque comprehendimus, anue ad illorum duntaxat speciem atque similitudinem accedunt. Magna quidem & controuersia plena disputatio, quod difficile sit intelligere, vt humores, puri ac veri consistant in venis. Etenim quæ (verbi gratia) proprie vereque bilis dicitur, vsquequaque lutea est & prorsus amara, ad corpus nutricandum nequaquam habilis & accommodata, nimirum quæ ne propriæ quidem vesiculæ, à qua ingenti sensu voluptate allicitur, alimentum sit. Eius quippe substantia supra omnem sanguinis est mediocritatem, atque adeo à nutriendi benignitate desciiuit, vt nulla caloris efficientia, nulla concoctionis præstantia vnquam possit in familiarem atque alimentariam reduci. Nec est quod dicat quispiam non hanc synceram & puram, sed sanguini permissam corpus nutrire. Si enim omni substantia totoque genere alimenti ratione excessit quomodo benigniorum temperatione perfundatur, integram omnino pristinamque naturam reseruat, atque benigniore fortassis in corporis substantiam facescit, illa certe nunquam, quemadmodum neque lapidis aut ferri puluis tenuissimus, quanquam cum pane est accurate subactus, nutriendi vires consequitur. Quocirca bilis ea quam in sanguine atque in venis teneri fatemur, vera haudquaquam est, neque eius similitudinem speciemque gerit quæ in folliculum reconditur, maxime si integre sanum est corpus. Hoc & sensu comprobamus, nullam animantium partem (sed ne pulmonem quidem quem tamen vnum præ cæteris ea nutrirî assueuerant) commanducatum bilis amarorem referre. Quin & totus sanguis dulcis in sanis, qui tamen si amara bile perfunderetur, eius sapore inficeretur, quemadmodum si fellis tantulum lactis copiam iniicias. Præterea vera bilis si cum sanguine in corpus perferatur vt in ictero, corpus flauo defædat calore, nil autem tale sanis accidit. iisdem prope rationibus demonstrari potest, nec atram bilem, nec superuacantiam pituitam fieri posse conueniens vsquam corporis alimentum. Ex quibus intelligitur quatuor humores, qui insanorum sanguine continentur, synceros non esse, nec eorum naturam exprimere, qui in bilis folliculum atque in lienem coniecti sunt. At nihilominus ab æstu, ab exercitatione, ab alneis, à calidiorum causarum vehementiori cursatione, non ambigimus partem sanguinis venis sumam in flauam bilem eamque amaram conuerti, quemadmodum & reliquas sanguinis

Quatuor
humorū in
sanguine pro
portio.

Nō esse syn
ceros humo
res in uenis.

10

20

30

40

sanguinis partes persistente similibus causarum impetu, in affinem sibi & finitimum humorem. Idem prope accidit, & quum ex vehementi obstructione orta putredo, sanguinis molem inuaserit. His ergo ex causis præter naturam alii humores a sanguine gignuntur in venis. Quinetiam plerumque in has permeant, ex aliarum partium vitio: bilis quidem flaua quum iecur immodico calore flagrat, aut quum vesiculæ fellis, velut in ictero intercluditur: melancholicus succus quum lien vel obstructus, vel quauis ex causa imbecillior factus, non potest sanguinis limum prolicere: pituita quum ob frigidiorē intemperiem in gens oboritur cruditas, tum ventriculi, tum iecoris, vt in icuico phlegmatia.

10 Ab his igitur causis puri atque vitiosi humores in venis sanguini permiscuntur, è quibus illos demum cernimus per multa morborum genera foras subter cutem erumpere. Cæterum corpus quod omnino sanum & integrum est, quacumque etiam id temperie naturaliter sit affectum, si nec alimentorum vitio, nec aliis externarum causarum iniuriis laceffitur, puros atque synceros humores nullos habet in venis sanguini permixtos, sed eo duntaxat modo quem nunc ex posui: Viderine potest Hippocrates his contrarium attulisse? Libro quem de humana natura conscripsit, hominem ait quod vita fruatur omnia in se continere, sanguinem, pituitam, & vtramque bilem. Epoto enim medicamento quod pituitam educendæ sit idoneum, pituita euometur: eo autem quod bilem flauam

20 purgat bilis: eo quod atram elicere natum est atra bilis purgabitur: sin vulnus acceptum fuerit, sanguis profluat. Hæc autem accidere compertum est quouis die ac nocte, hyeme & æstate. Vere quidem hæc sunt ab Hippocrate pronuntiatæ, verumtamen quæ ex corpore, non è venis necessario, sed aliunde etiam detrahuntur, bilis quippe ex hepate & è proprio folliculo, pituita (si vera pituita dici ea debet) è ventriculo & intestinis, melancholicus humor è liene, in quibus locis solet eorum humorum aut potius excrementorum copia affluere. His etiam qui incorrupta sanitate sunt, idcirco difficiles fieri censuit purgationes, quod quum desint affines & cognati quos medicamentum trahat humores, sanguinem id & carnes colliquefacit, quo ex his proprium allicitur humorem. Qui bus quidem verbis significat, sana corpora cum sanguine reliquos humores in venis reuera non habere, sed potestate duntaxat: quia fieri potest, vt medicamento, aut aliarum quas dixi causarum vis & vehementia, ex variis partibus sanguinis, varios excitet & proliciat. Hinc iam constituit possunt & explanari sanguinis naturalis differentia, quod alius substantia sit mediocri & colore ruber, qui pulcherrimus & optimus appellatur: alius magis flauus & consistentia tenuis, alius crassior atque nigrior, alius demum liquidior & albior. Quum autem a pristina natura descifens, vitio corruptelaque deprauatur, & è limitibus iam excessit, non naturalis appellatur. Excedit autem bifariam, alias paululum ob leuem modicamque intemperiem substantia ve mutationem, nulla ex parte in aliud humoris genus conuersus: hic quidem etiam tum sanguis est, tamen naturalis minime, alias multum, quum vel proprio contaminatur vitio, vel alieno perfunditur humore atque hic non simplex sed ex multis permissis est humoribus. Hæc de sanguine, nunc ad cæterorum humorum differentias pergamus.

Hippocrati
cæ senten
tiæ interpre
tatio.

Sanguinis
differentia.

Sanguis nō
naturalis
duplex.

Pituita & vtriusque bilis differentia.

Cap. IX.

HVMORIS quidem appellatio quanquam proprie Latinis qualitatem duntaxat eam designat, quæ Græcis *ὑγρότης*; medici tamen ad omnem etiam profluentem

Humor quid .
Humorum differentie .
Succus quid .
Excrementorum differentie .
Triplex est uniusquisque succus .
Bilis excrementitia & vitilis .
Bilis naturalis duplex .
Bilis vitellina præter naturam .
Auenenna error debile .

fluentem & liquidam substantiam hoc nominis accommodant, ut id sit humor, quod etiam Græci *χυρρ* proprie dicunt: quicquid in corpore profluens liquidumque cernitur, siue id chylus est, siue mucus, siue sputum, siue vrina, siue sudor, siue sanguis, siue pituita, siue bilis, tum flaua tum atra. At quum genus hoc omne in species diuidendum distribuendumque erit, per censentur quidem humorum alij toto genere superuacanei, hos supra vniuerso excrementorum genere sumus complexi: alij vero ad nutriendum & corpus sustentandum apti. Horum autem genus duplex, chylus & chymus ille fortassis circior, hic succus recte nobis appellabitur. Est quidem chylus in ventriculo: at succus in iecore ortus, & ad corporis nutritionem præparatus. Succorum autem alij primi sunt & prægredientes, alij secundarij & consequentes, quorum iam ante rationem breuiter explicauimus. Primi succi quatuor numerantur, sanguis, pituita, & bilis, tum atra, tum flaua: hi enim singuli quemadmodum & secundarij, constitutionem acceperunt ad corpus alendum, licet id quandoque non præstent, neque præscripto sine potiantur. Itaque succorum alius naturalis, qui & omnino utilis est, alius non naturalis, qui non satis probe alere potest. Similiter excrementorum aliud naturale, quod in corpore optime sano naturæ legibus prouenit. aliud præter naturam. Naturale aliud utile quod usum quempiam confert in corpore, vt bilis in vesicula, & quæ in liene est melancholia, aliud profus inutile, vt fex alui, vrina vesicæ atque sudor. Non naturale est, quod citra naturæ præscriptum a causis præter naturam gigni solet. Itaque tã pituita, tum vtraque bilis triplex est omnino, alia ad nutriendum apta quæ alimentaria dicitur, alia superuacanea, quæ aut naturalis est aut præter naturam. Bilis alimentaria est sanguinis raris tenuissima, per venas distributa, tum vt affines naturæ suæ particulas nutricetur & alat, tum vt reliquo sanguini qui præcristudine, non sine multo negotio, per venas perlaberetur, transfusionis præcristudinem afferat: quod quum præstiterit, siquid minus utile restet ac superfluat, id una cum sudoribus desluit & foras erumpit. Superuacanea è sanguine tanquam excrementum in bilis vesiculam amandatur, proprio deinde ductu in intestina illabens, tum ea ad excrementorum deiectionem stimulat, unde & suluo colore infecta comparent, tum lentam & adhærescentem illis pituitam dertergit & ex turbat, quæ alioqui immodice aucta, in grauissima incommoda deduceret. Ea fere flaua existit & mediocritatem quanquam tum substantiæ tum caloris obtinet: ex qua tenuis cuiusdam humoris permissione, altera procreatur colore pallidior & substantia tenuior, utraque licet superuacua sit, naturalis tamen & naturæ legibus continetur in nobis. Gignitur & interdum bilis præter naturam, genere quadruplex. Vna est vitellina, Græcis *λευθιδης* appellata, quam flaua a naturæ modo deficiens profert, dum caloris non naturalis acrimonia torretur, vt ex fuluo igneum colorem, & ex tenui substantia crasiorum dispersione consequatur, quæ & colore & crassitudine omnino vitellorum crudorum ouorum speciem offerat, a quibus nomen sibi asciuit. Auenenna recte mihi videtur Auenennam erroris insinulasse, qui vt multa alia peccat, in vitellina opinione turpissime labitur, contendens nimirum hanc fieri, dum pituitæ aut melancholiæ portio flauæ bili permiscetur. Hinc in bile egressa illa cõminifcitur maioris & minoris famæ genera, quæ quam plurimos in designandis febrium differentiis, mirifice ne dicam ridicule implicatos & circumretitos tenent. Hac enim opinione vitellinam bilem frigidiorera redderet flaua & naturali, quam tamen multis partibus ardentiorera esse inter omnes constat. Adde quod simplicium humorum differentias dinumeraturus, quasi inconitans aut certe

certe iam sui immemor, ex eorum permissione noua quadam & inaudita simplicium genera inuehere conatur. Quas tres hætenus commemorauimus bilis differentias, omnes in iecore generantur atque in vasis. Præter has autem aliarum par numerus recensetur, quæ sæpius à præcordij originem habent: vna est porracea Græcis *πραρριδης*, altera æruginis similitudine *ιδιδης* dicta, tertia *ισατδιδης*: glauco aut ceruleo colore glastum referens. Harum gignedarum escu lenta quædam vitiosa & mali succi non modo occasio, sed etiam causa sunt, cuius generis censentur, allium porrum, cæpa, nasturtium, & sinapi, maxime eorũ folia. Dum enim nequeunt à ventre deuinci, neque in chylum conuertuntur, ac colorem suum magna ex parte retinent, primum ex illis fit porracea, quæ si infixa diutius hæreat & commoretur, persistente ventris incedio, in æruginosam comutabit. hæc demum in eam quæ glasti colore tincta apparet, minus quidem viridis quàm superiores, sed tanto illis deterior, quanto propius ad nigrum colorẽ accedit. Gignuntur, & hæc genera nonnunquã in venis ac iocinere, idque per morbos graues & ardentissimos, qui vehementi caloris incendio bilẽ vitellinã exurunt, & in hæc genera deducunt profus perniciosã quidem & exitialia. Ex his demum summe vitis fit & in conspectũ se dat atra bilis ea, quæ omnium est humorum deterrima, Melancholiæ autem multæ sunt differentie, vna quidẽ qualitatis mitior, quæ cũ sanguine in venas peruadens corpori alẽdo est idonea. Hanc medicorum præcipui visũ sunt *μελανα καλεϊν χυμδνθυ μελανων πολην*. id est atram vocare succum, non atram bilem. Sicuti plerumque melancholicum succũ vel melancholicum sanguinem, non atram bilem. Superuacanea est quam lien sanguinem expurgans, è iecore prolicet & in se recondit. Hæc quemadmodum & quæ in folliculo est bilis, sanguinis quidem non autem corporis excrementũ est quippe quæ & lieni & ventriculo non mediocriter conducit. Quocirca naturalis est, & nondum atra bilis, sed ater humor nuncupari debet. Quantũ vero huius vel exustione, vel non naturalis caloris vi putrescens, acidam aut acerbã qualitatem aut acrimoniam contraxit (idem enim putredo quod vehemens incendium solet efficere) id quasi in cinerem conuersum, conuenit atram bilẽ uncupare, quæ omnino præter naturam fit. Est autem ea triplex, vna ex melancholico succo vel humore profertur, quæ aut putredinis aut caloris ardore quasi in cinerem conuertitur. Hæc calida quidem, est acris & mordax, eo discrimine à superuacua naturali diffidens, quo fex vsta ab non vsta. Quem dico cinerem non ei parem existimo, qui exustis lignis manet, haudquaquam enim possunt humores omni suo liquore spoliari: sed ita summam dico humorum siccitatem & quantam maximam possunt in corpore ardoris vi consequi. Altera species ex ea fit bile quam vitellinam dixerunt. Exustione enim hæc primum in porraceam, deinde in æruginosam, post in ceruleam, nouissime in atram omnium perniciosissimam commigrat, quæ tanto certe deprehenditur malignior, quanto bilis melancholia est acrior. Ea enim est quæ in terram impacta, fermenti more & quodam quasi aestu effervesces, hanc iactat & excutit: quæ sua crassitudine parti se affigens adhærescensque, eam arrodit & exulcerat: quæ demum in perniciem semper excernitur: quanquam horum omnium vitiorum altera etiam quodammodo particeps est. Ex sanguine nulla proxime bilis atra profertur. Nam si sanguinem statuamus vel incendio vel putredine in uenis torreri & conflagrare, prius quidem necessario pars eius in bilem flauam, pars in melancholiam migrabit, ex quibus deinde non alia quàm duæ commemoratæ fieri poterunt atræ bilis differentie. Quum autem sanguis è venis illapsus fuerit in ventrem, in intestina, aut in aliam interiorera capacitatem,

Tres bilis species in stomacho generantur.

Melancholici humoris differentie. Vitilis et mri vriens. Excrementitia.

Præter naturam triplex.

Atra bilis que ex vitellina fit.

Atra bilis nulla fit ex sanguine.

Y illic

illic quidem primum concrefcit in grumos, tandemque putrefcit. Excernitur is plerunq; liquidâ picis modo nigerrimus, fumme malignam, ac ferè venenatam qualitatem adeptus: hic tamen tum nomine, tum re ipsa ab atra bile differt, quandoquidem extra venas à se difcedens non in alios conuertitur humores, sed totus concrefcens humor effe defijt, nec tum humor dici potest, sed corruptus grumus. Neque ex pituita dulci fit bilis atra. Nam quæ ex cerebro stillat, aut quæ in pulmonibus, in ventriculo, aut intestinis coaceruatur, vehementi calore durefcit, vti mox erit manifestius, nunquam in alterius humoris speciem mutatur: quare neque potest ex ea atra bilis fufcitari. At vero pituita falſa quoniam caloris cuiusdam præter naturam est particeps, si vehementius & prorsus torreatur, acrem, atram quæ bilem gignit, quæ tertia species est, vnde intelligi potest non omnem atram bilem ex melancholico aut bilioso humore nasci. Porrò autem pituita quæ vere & proprie dici meretur, siccus est alimentarius, totiusque sanguinis portio crudior, quæ & sanguis ex dimidio coctus appellari solet. Permanat hæc in venas, tum ut partes frigidas & humidas, cuiusmodi est cerebrum, alat: tum vt si aliquando penuria erit sanguinis, in eum conuerſa reliquis etiam partibus in alimentum cedat. Neque vero vt sanguinis forma plenè exornetur, necesse est in iecore ea recurrat, sed venæ ipsæ ad id operis perficiendum, satis virium & caloris obtinent. Cæterum neutra bilis potest vlla vi in sanguinis mediocritatem & benignitatem reduci. Licet enim quandoque adeo refrigeretur, vt fortasse qualitatum mediocritatem assequatur, non potest tamen substantiæ benignitatem recipere. Atque hæc quidem alimentaria pituita dulcis existit. Ex qua aliæ duæ præter naturam emergunt. Vna est quæ acida vocatur, fumme quidem cruda, & quæ præter primam ventriculi confectionem, vix vilam aut minimam in iecore atque venis accipit. Paucus admodum calor ei inest qui per facile dissipatur & euanescit, atque tum pituita necessitate quadam coalescit. Par enim atque vna ratio est ac in plerisque fructuum succis, qui si nõ multo præditi sunt nativo calore, posteaquã sponte sua efferbuerint, mox in breui coalescunt: quibus autè ualentior imperitus est calor a natura, vt in vinum generosum, diutius in integritate sua persistunt. Altera pituitæ species falſa appellatur, ex dulci hæc putrefcete: quum. n. portiones eius quædã vi putredinis aliæ, reliquæ dulci substantiæ permiscebuntur, salſum hunc sapore inducèt, quod & in maris aqua fieri demonstrat. Tres hæc pituitæ species consistunt in venis, prima quidè naturalis, reliquæ duæ præter naturâ: quarum omnium materia à iecore sumpta est & initiũ duxit, qualitas autè aliunde irrepsit à causis quæ contra naturâ sunt. Superuacua pituita ex tra venas cõsistit, cuius sunt differentiæ quatuor. Vna est pituita tenuis & aqua, qualis plerunq; aquæ modo stillat è naribus, aut è cerebro in plurimas corporis partes illabitur. Altera censetur mucco similis, quã corporis calor ex illa tenui ob modicũ lentorè cuius particeps est, ad mucci consistentiã coegit. Hæc si caloris vi & appulsu tantam adipiscatur crassitudinẽ, vt iã partibus conclusa possit adhærescere, vitrea tum appellabitur, quæ tertium genus est. Ad extremum vero cum ex concretionem sic iam durefcet, vt a lapidis aut gypsi duritia nõ procul absit, quarta tum emerget quam multi gypſeam appellant. Hanc sæpe deprehendimus in pulmonibus & in digitorum articulis, accepto quidem ex distillatione principio, tandem in extremam topi & calculi duritiem euassisse. Ea certe omnis est atq; integra humorum explicatio, ex qua liceat cognoscere qui ab excrementis, quive à venarum succis, ortus sui primordia acceperint, nunc de animalibus functionibus transigendum nobis est.

De ani-

De animalibus functionibus.

Cap. X.

QUEMADMODVM alitrix illa, quin potius tota naturalis pars animæ in vnum corporis alimentum profus incumbit, suasq; omnes in id gestiones confert: sic altera pars animæ quæ sentiens est & appellatur, in ijs rebus externis versatur, quæ circumiectæ sunt nobis, totaq; negotiatur vt illarum cognitionem capiat, suisq; ministris & nuncijs sensibus rerum omnium notiones in se comprehendat. Hæc illius molitio, hæc agitatio, qua assidue concitatur & impellitur, quæ qua ratione obiri perficiq; solet, verbis explicare conabimur. Sentiens anima quæcumq; illa substantiæ modum est adepta, cerebri corpus tanquã propriam arcem ingenitumq; domicilium eligit, omnium quas diu facultatũ vires in se suoque quasi sinu complexa. Has quidem proprijs quibusdam functionibus & munijs exponit, ad quas varia instrumenta confert & accommodat. Omnium primum spiritus est animalis appellatus, qui ex vitali per certis arterias in contextum admirabilem sublato, primum elaboratur deinde in interiore altero cerebri contextu, qui à secundis nomen habet, vt cerebri ingenta in animalem conuertitur. Illic noua specie & dignitate præfulgens, sentiens animæ vires consequitur, & ad illius cuncta munia illo se splendore aptat & comparat. Hoc plurimo conferri sunt venticuli, interioresq; cerebri finis, vnde tanquam è iugi fonte per neruorum ductus & canaliculos tum in sensum instrumenta, tum in musculos motores profluit. Hic autem quum iam insidet, aliam fortassis speciem ex partis natura suscipit, quæ particulatim illi adiecta est, eiusq; seruitio prorsus mancipatur. Quòd si est, non vnus idemque fuerit videndi, audiendi, odorandi, gustandi, atque tangendi spiritus, quin etiam ab illis longius distabit qui motioni destinatus est. Alterum instrumenti genus ex crassiore magisq; terreno corpore constat, vt in quo tum spiritus ille, tum externarum rerum imagines conceptæ seruari debent. Non vna id eademq; vbiq; substantia præditum, neque vniufmodi multiplex & varium. Interiorum motuum cerebri corpus instrumentum est, quod varia & multiplici sua conformatione ad omnes animi actiones agitationesq; sese iungit & applicat, visioni vero oculus & qui ad hunc pertinent nerui, auris auditioni, odoratori nares & cerebri papillæ, gustatui lingua, tactioni tangentium neruorum propagine, vt motioni duriores & musculi in quos illi se fundunt, ancillantur & ministrant. Varia hæc sunt instrumenta corpora, in hisq; spiritus siti dispares & varij: sic & facultates quæ ab illis omnem agendi rationem acceperunt, neque quicquam possunt citra illorum opem prestare, non modica varietate distinctæ sunt, tamen si omnium vna est eademq; substantia. Quæ igitur sic comparata sunt organa, vt in subiecta conformataq; materie familiarem quandam spiritum obtineant, in eoq; spiritu facultatem, quæ organi species est & ratio, ea quidem idonea sunt & concinna suis muneribus obundis. Quæ qualiter compleri absoluiq; possint, hoc iam contextu sigillatim aperiam. E sensibus externis alij contractando munere suo funguntur, ut tactus & gustus, qui non nisi coniuncta sibi percipiunt, alij medijs cuiusdam corporis interposito sentiunt, vt visus, vt auditus, & olfactus. Corpus autem id medium intercedens, aut aer est, aut aqua: vtrunq; enim elementum ad inuentionem eorum quæ sentiuntur idoneum est: nam colores & sonos per ærem percipiunt quæcumque terrenæ gradiuntur aut serpunt animantes, per aquam vero aquatiles. Dura itaque & solida corpora, quum aut in aere, aut in aqua inuicem colliduntur sonum edunt ac strepitum, in hac quidem

Sentiens
animæ nis
& materia.Spiritus
animalis pri
mum instru
mentum.Corporis in
strumenta.Varia sen
tientis aie
instrumenta.Quo distent
sensuum in
stiones.Sonus nis
si at.

Y 2 obscurum,

obscurum in aere vero perspicuum : maxime vero si illa leuia sint concaua & ampla, quæ celeribus & magnis ictibus configant . Aer igitur qui in ter dura corpora confertim & impetu in se incurrentia cõtinetur, primũ sonitum efficit . Hic quidem non illinc abiungitur, vt ad auditum ipse accedat, sed proximum si bi & continuum aerem cõmouet, atq; hic repente alium, donec successione continenter ad auditum motus perferatur : quo more in fluctibus cernitur alter alterum trudere, qui pulsus deinde sequentem impellit. Hinc accidit, vt nõ simul ac corporum alitio conflictusq; incidit, sed aliquanto post ictum sonus audia tur, priusq; à propinquo quàm a longinquo. Sic exterior aer agitatus impulsusque, per aurium tortuosos & flexuosos anfractus motu perplacido, citra vllam turbam fertur, peruaditq; ad usq; interiore illam aerẽ membranã obtensa cõ clusum, & auribus ingenitum. Huic autem membranæ assidens, blande eam ferit & concutit, vt ea agitatione tota strepat & perfonet . Externus aer tum, de mum cum interiore illo continuatur & adhærescit, illiusq; interuentu audien di spiritui, qui cum illo impicitus est, confertur: hoc demũ exploratore & mini stro recepta strepitus imago, ad sentiendi principiũ transmittitur. Sed hæc aper tius iudicabuntur æstimabunturq; ex odorandi ratione. Nã cedrus, thus, aliq; odores incensi calefactiq; suauem & iucundum odorẽ spirant, qui in arido quasi fumo situs est. Hic sensum tanquam vapor per intermedium interiectumq; cor pus conuolat & sparsus euahitur . Medium autẽ id corpus, aut aer est, aut aqua, nam pisces & aquatilia quæq;, quamuis spiritum non ducant, odorari tamen cõ probatum est . Quanquam vero iam odor propius ad nares appelletur, non ta men prius poterit respirantibus animalibus odorandi sensum mouere, quàm viæ quæ è naribus per os summum & meninges in cerebrum pertinent, patefiat, possitq; vna cum attracto ductoq; spiritu, odor ut ad pulmones, sic ad cerebrum olfactumq; permeare . At quibus promptus atque expositus in aperto est odo ratus, neq; operculo tanquam vallo quodam communitus, vt apibus & insectis (sic enim recentiores Latini, nec inepte appellant) ea ad odores è longinquo cõ ueniunt, & citra vllam respirationem olfaciunt, ipsiq; odores non attracti illo rum sensum ferunt & incitant. Quod ipsum piscibus & his quæ in humore de gunt accidit . Nam sine anhelitu & spiritus reciprocatione videtur odorari. Ad illorum similitudinem accedit & visio. Color enim aut fulgor perspicuum me dium collustrans, in conspectum oculumq; cadit. Id mediũ aut aer est, aut aqua, aut vitrum, aut cornu, aut aliud quod istorum naturam imitatur . Hæc autem si idonea futura sunt ad videndum, perlucida fieri oportet & luminis præsen tia collustrari . At lumen neq; corpus est, neque quicquam quod à corpore ex cidat aut desinat, alioqui pedetentim neque puncto temporis posset medium omne circumiectum illustrare, neque in perspicuum corpus omnino penetrare. Itaque lumen est actus & perfectio perspicui, ex lucidi corporis præsentia . Quicquid aspectũ cedere debet, id si simplex color est, in medio perspicuo eoq; illuminato oportet constitui: si vero splendidum & fulgens est, vt fungus, vt pu tre & præaridum lignum, vt vermis, & quicquid noctibus collucet, conspici qui dem non potest in lumine, quia exiguum eius lumen, maioris splendore effun ditur : at in tenebris istorum vnumquodq; videtur sensumq; ferit, quod proxi mum & circumfundentem aerem leuiter illustrat, ut se potissimum vendicat à tenebris . Ignis vero quod accipitis sit naturæ, & in tenebris & in lumine vide tur: noctibus. n. suo lumine propinquam aerem illustrat, vt nõ in modo, sed alia etiam videri possint : interdũ vero perspicuum iam medium tanquã color ali quis mouet. Fit autem visio quum perspicuum illuminatumq; aerem mediũ rei color

Auditio ut fiat.

Odorum ef fusio.

Insecta et pisces ut odorantur.

Color.

Lumen.

Visio ut fiat.

color aut imago afficit, aer deinde adusque oculum protensus affectusque aspe ctum concitat . Tum enim rei aspectabilis imago per pupillam in crystallino humore excipitur . Hinc demum prouehente spiritu, per opticos nervos in ce rebrium & commune sentiendi principium confertur . Hoc autem discrimine ab auditione & oratione sciungitur, quod in his motione non derepente, sed paulatim per mediã facta, sensus feriat in visione autem nõ progressionẽ, sed subito facta mediũ aeris mutatione, quemadmodum & luminis appulsu, rei spe cies cernendi obtutum statim mouet . Vnde intelligi potest non desluentibus quibusdam quasi exuuijs à reo conspẽta ad oculum demissis visionẽ fieri, quia non continuo vt obiecta res est videretur : & prius propinquo quàm distanti se proderet . Adde q; tanta coloris aut imaginis amplitudo exiguo oculo excipi non possit. Neq; præterea visio fit, foras à conspectu erumpete lumine, quod cũ alio externo iustum coeat: nec spiritus radio ab oculo per medium in obiectã rem incidente, qui pari angulo resiliens in obtutum referatur. Quomodo enim tantus prodire possit, qui repente ad astra usq; pertineat, omnemq; interiectũ aerem quantus est impleat? Quod ad istius fidem afferri solet de basilisco, aut muliere cui menstrua desuit purgatio, inefficax profus & irritum uidetur : nã neque basiliscus hominem interimit, neque mulier quum menses profuunt spe culum præsertim æneum polluit atque sædat, uidendi spiritu ab oculo manante, sed tetro quodam & diro uapore, qui foras ut ab ore & à reliquo corpore, sic etiam ab oculis erumpit & emanat. Hæc est eorum sensuum ratio, qui non nisi mediũ cuiusdam interpositu obiectas sibi res comprehendunt . Gustus autem & tactus medio corpore non indigent, sed coniunctione quadam & contrectatio ne functiones suas obeunt. Etenim si uel sapor in gustandi neruum, uel calor, pangensue stylus in nudum apertumq; tangendi neruum incidit, eximie & acri ter sentitur, quanquam nulla caro media intercedit. At vero si aut pupillæ rem candidam adiciat, aut aeri qui auribus est ingenitus strepitum inculcabis, aut in narium ductus odorem penitus immittes, nulla omnino vel obscura erit per ceptio . Itaque sapor succo humorique permixtus, aut (si rectius maui) in hu more constitutus (eius enim qualitas quedam est & affectio) simulac adhibe tur admoueturque linguæ, diffusus cum humore gustum incitat, moxq; species eius & imago vi spiritus in primatem sensum infertur . Quod si forte in duro concretoque corpore, vt in sale sapor erit . id non ante poterit sensum moue re, quàm calore liquefactum & dilapsum diffundatur. Quicquid autem molli tia fluere & effundi non potest, gustandi sensum profus non afficit: quemad modum neque cui arida & scabra lingua ex morbo torretur, is bonus esse po test saporum æstimator. Tactionem porro fieri constat, si tractabiles qualita tes qualescunque eæ sint, aut carnis, aut etiam nullius corporis interuentu proxime ad tangendi neruum accedant . Contendit Galenus in extremis cor poris partibus tactum proxime fieri, nulla qualitate per nervos in sentientis animæ principatum relata : neruum cerebri, veluti surculum arboris partem esse, in eoque cerebri totam vim contineri, quæ tractabilium qualitatum af fectiones discernat : in eo autem sensus facultatem consistere, in quo quidem & sensus inest doloris . Quod profecto si conficit, idem de alijs quoque sen sibus erat afferendum . Horum liquidem nerui tum molles sunt, tum substan tiæ cerebri finitimi, vt idcirco ad illius naturam propius debeant quàm tan gentes nerui accedere . Deinde vero quæ tangendi neruis interceptiones, & obstructions obtingunt, subditis particulis sensum motumque adimunt: quod dilucide demonstrat tangendi vim non esse neruis ingenitam, sed a cerebro quem-

Visio quo di ster ab alijs sensibus. Multarum opinionũ cõ futatio.

Qui sensus medio non indigent.

Gustatus ut fiat.

Tactio ut fiat.

Lib. vii. de placitis.

Hippo. & Platoni.

Expositio, au forte con futatio.

quemadmodum & reliquis continenter defluere & illabi: neque etenim tactū posse rerum qualitates diiudicare, sed instrumentum duntaxat eius esse facultatis, quæ princeps in cerebro confedit, illucq; oportere omnium sensa conferri. Hæc singula mihi satis uidetur Hippocrates duobus confirmasse aphorismis, quorum altero ait. Dolentes parte aliqua corporis, si omnino dolorem non sentiunt, iis mens ægrotat. Altero, Duobus doloribus non eodem in loco instantibus, qui vehementior est, alterum leniorem obscurat. Hoc igitur omni sensui commune est, ut perpetuo sentiat: primum enim sensus omnis ab subiecti corporis qualitatibus afficitur, mutationemq; subit. Hæc ista mutatio sensus nondum est, sed quæ sit eius apprehensio atque cognitio. Quum enim princeps illa sentiendi vis ab arce cerebri per neruos in sensus singulos distributa, affectiones quæ illis obtigerunt percipiet, tum quodammodo & ruidius sentire dicitur: prius vero quum eas cerebro communi, sentiendi principio renuntiabit. Sensum autem affici immutariq; ab externis qualitatibus, non sic proprie audiendum est, ut priore qualitate excussa nouam accipiat: neque enim a colore albescit oculus: neque a sono exacuitur aut obtunditur auditus, neque a dulcedine palatū dulcescit. Sed ut aureum sigillum in ceram, non aurum, sed imaginem imprimat, sic propemodū & res externæ sola forma sensum impellunt, eorumque simulachra & species sine materia ad sensum perueniunt, quas hic foris illapas intra se admittit præalte condendas. At vero quam sensus imaginum impressionem dicitur accipere, non partium eminentia, ut quæ annulo signatur, iudicamus. Nā color, sapor, odor, qualis figura decernitur? Nullam igitur ille conuersionem mutationem uesustinet, neque priorem statum exiit, quin potius dum in rerum cognitionem & iudicium incumbit, quem statum habebat, agendo gerendoque excolit, perficit, & confirmat.

Sensus interioris functiones.

Cap. XI.

Rerum species in sensibus aliquantulum consistit etc.

QUAE sic communiter in sensus omnes ab externis rebus inuehuntur imagines, non modo habentur & consistunt, dum sensus ingestione actusq; sunt, sed etiam, quum abiunctis rebus externis ab opera discessere, moram quandam in illis trahunt atque retinentur. Ita enim si quis de Sole in opacum se conuertat deflectatque, primum offusus nimio splendore nihil cernit, deinde ueluti albū quiddam aut uiride, quod in puniceum mox se conuertet, proxime in purpureū, atque ita deinceps in alia postremo in atrum, a quo demum euanescit. Si quid rubrum aut uiride conspexerit, quicquid deinde ob oculos incidet, con color apparebit. Si ocyssime in labentem annē oculos coniciat, ex ea vertigine quæcūque stant in littore moueri uidebuntur. In aliis porro sensibus a validis ingentibusq; sonis strepitus relinquitur: a vehemēti foedoq; odore, olfactus sceditatē aliquantum retinet, sitq; in reliquis similiter. Iam uero sensuum instrumentis acceptæ formæ illæ speciesque rerum, mox per neruorum capacitates atque ductus uehente spiritu in cerebrum commeant: adeo ut quum sensus exterior rerum quæ foris sunt occursum pullatur, interiorē pariter impellant & excitent illarum simulachra. Hæc enim sensus interioris obiecta sunt, in quæ is incumbit, quemadmodum externi in res externas sibi obiectas. Itaque species illæ rerum ab externis sensibus præteruehuntur & permeant in commune idemque principium, in quo sita est primaria sentiendi anima, huic sensus suis quique officiis omnia annuntiant spiritu inuecta, quæ ante se posita prima cognoscendi facultate comprehendit ac percipit. Estque illius munus perceptio atque cognitio: quæ

Cognitio.

quæ si fixa est, attentata & diuturna, cogitatio aut meditatio dici solet. Atque quantum expers ea sit corporis, indiuidua & una, quia tamen complurium potestatem habet, multa & uaria cognoscit, horum discrimina cernit, eaq; tandem diiudicat. At nequaquam illa componit connectitque, ut ex eis uerum aut falsum quicquam constituat, aut uillam argumentationem concludat: id enim solius est mentis & intelligentiæ, de qua mox dicitur. Verum quæcunq; comprehenderit simplicia & indiuidua simulachra, aut seorsum illa discernit, aut temere congesta, nulla copulatione, nulla complexione in aceruum confert. Quo fit, ut actio ea qua uel gallina pullos primū cognoscit, deinde discernit, uel ouis lupum inimicum prehendit, secretio potius censi debeatur, quam iudicium aut existimatio. Sub hæc autem insurgens & in opus erumpens conseruatix illius facultas, suscepta è sensibus simulachra amplectitur & continet, moxq; tum propria uis & potestate, tum illorum adnixu & impulsu, in cerebri corpore illa insculpit & consignat, citra uillam materiæ uestigium, ea autem diutius manent abeunte & cessante omni rerum cognitione. Hæc quidem eorum conseruatio quædam est memoria, quam frequens stabilit meditatio. Spectra cerebro inusta alias alia se magis minusue expromunt & obiciunt animæ sententi, prout illustrius obscuriusue impressa fuerint. Inter uigilias igitur quū externarum rerum turba & occurfatio primarius sensus non admodum distractus tenetur, tum si mulachrorū stimulus agitatur in ea penitus incumbit, atque tum usus communi scēdi illa & fingendi facultate, quæ Græcis est phantasia, illa quidem per se, & ut simulachra sunt, obuertit, alias quidem simplicia & qualia fuerant insculpta alias commista atque confusa citra uillam cōpositionem aut copulationē. Neq; hoc tantum, sed ex illis quoque nouas formas & simulachra effingit, quæ nunquam sensibus percepta fuerant, & in ea plerunq; trahitur, quæ rerum natura & uniuersi ordo non admisit, ut in Sphinges, Hippocentauros, tricipites homines, atque in huius generis monstra innumera. Hæc eadem altius sese attollens nonnunquam (ut ouis uiso lupo) ex spectris horrendum quiddam & formidolosum comminiscens, inimicitiam elicit sensu non perceptam: at si delectamentū quoddam iucunde comprehendet, ut ouis conspecto benigno pastore, amicitiam suscipiet & inducet. Sic tamen illa fingens omnia commiscet & congerit, citra aptam compositionem, ex qua uerum aut falsum elici possit, & citra uillam rationis complexionem, quæ serie quadam rerum & sententiarum ex aliis alias connectat. Hæc quidem sunt beluarum functiones præstantissimæ, iis quodammodo respondentes, quas ratio & intelligentia in nobis efficit. Verum tamen quanto hæc interuallo distent ab illis, palam & apertum fiet de sequentibus. Ab actionibus autem discernentis facultatis hæc distant & eo discrimine seiunctæ sunt, quæ illæ sint comparationes & collationes quædam eorum quæ ex sensibus hausta acceptaque fuerant, hæc uero nouæ sunt confectiones formarum, quæ sunt supra sensum, ab his ductæ quæ aliquando sub sensum inciderant. Iam uero quum accidet primatem sensum sic derelicta seruataque spectra contueri, ut non illa per se duntaxat contempletur, neque ex illis in nouas effigies abeat, sed ex illis uisus opera facultatis memorandi in res externas se referat, unde spectra illa prodierant, simulque percipiat se aliquando illas cognouisse, tum meminerit earum, eritque ipsa illius actio memoria, non illa quidem patiendi, sed planè efficiendi. Eæ quidem sunt functiones omnes, quas primarius ille sensus & promiscuus, inter uigilias facultatum suarum opera obit & exercet. At quando fieri non potest ut perpetua sit sensus agitatio, sed necessum est, quum spiritus uigiliis supra modum disperditi fuerint atque dissipati, agitationis uigorem prolabi

Cogitatio

Discretio seu distinctio

Memoria conseruans.

Imaginatio

Memoria efficiens.

Somnus.

prolabi & quietem cessationemq; suffici, tum proculdubio arctior somnus ob-
repet. Aut quum multa corporis vaporis exhalatio vi caloris è vino & cibis
in principem sensum efferetur, quod pueris & temulentis ferè obtingit: aut
quum larga frigidi humoris eiusque superuacanti copia superioribus sedibus
se immiscuerit velut in lethargo, vbi quasi nexu quodam & impeditum, sic
primus sensus offunditur, vt se minime possit extricare: somnus utiq; interce-
dit, & functiones omnes concidententes deiectioneque, manus dant sopori. Si arctior
atque profundior somnus occupat, non modo externi sensus, sed & interiores fa-
cultates confopitæ iacent, ut neque discernere, neque fingere & cõmisci quic-
quam possint, nullamque in illas vim habet spectrorum turbulenta concursio.
Vnde tum nul um insomnium offendit, aut obnerfatur: eaq; ratione statim à ci-
bo non somniant animalia, neque quum primum egressa in lucem sunt, vt infan-
tes. Si vero contra accidat, vt leuiter quis obdormiat, neq; vaporis humorisve
copia discernendi comminiscendiq; vires obterat & præstringat, licet tum for-
tasse multa ante sensum visa, multæ quæ motiones obuerfentur, eas tamen in-
somnia non dicimus, vt neque is vere somnus est, qui minimum à vigilia defi-
cit. Quum enim hoc tempore & statu incolumis sit & libera vis discernendi,
quæcumque tum simulachra uim illam ficticem exagitant & impellunt inter-
noscit & detegit, neque illorum errore trahitur sed quum nocturna spectra oc-
current, agnoscat tum se dormire, tum somnia, ea esse quæ videntur, neq; illis
tanquam veris assensum adhibebit. Eodem prorsus modo afficiuntur, qui in le-
ni nec profunda quiete, aut canum latratus, aut gallorum cantus excipiunt, de
quibus tum quoq; sibi somnia confingunt. Cæterum dum ex causarum medio-
critate sic placidus & moderatus somnus obrepit vt discernendi quidem vis of-
fundatur, fictrix autem facultas libera sit, nullisque, quasi vinculis irretita ex
rebus quas vigilans gesserit, senserit, cogitauerit, spectra plurima in quiete ia-
stabitur, quæ tanquam res veræ sint dormiens intuebitur ac ceruet. Vis enim
discernendi tum vincitæ constrictaq; non obstitit, atque iccirco ad ea quæ visa
sunt quasi accepta sensibus veraque sint, assensum dormiens adiungit, nesciens
se dormire. Atque id proprie somnium est, nempe uisum quod in quiete occur-
rit, tanquam uerum sit existimatum. Eadem propemodum ratio reddi potest
eorum quæ delirantibus per morbos apparent. Cur autem & unde accidat, ut
tam multiplex & inaudita uisorum copia obuerfetur, & unde possit tanta illo-
rum uarietas trahi: non alio sanè potest referri quàm ad corporis humorumq;
affectionem uariamq; perturbationem. Affectio enim & constitutio causa est
ut in somniis atque delirationibus, alij metuenda & horrenda terrorisq; plena
iactent animo, alij iurgia quædam furiosa & effrenata, alij delicias & uolupta-
tes plenas incunditatis. Sic & perturbatio quæ corporis aut spiritibus aut hu-
moribus obrigerit, causa est omnino vt spectra & effigies rerum vehementius
agitata appareant, non quales vere sunt, sed distortæ, præposteræ & portento-
sæ, quod frequens esse solet in temulentis, & in iis qui febre iactantur. Quibus
autem quieta & tranquilla omnia consistunt, nec fluctuantia nec immoderate
agitata, solidæ & incolumes à sensibus effigies se obiectant, distincta digestaq;
somnia occurrunt, ad veri similitudinem expressa.

Vt fiant appetitio atque morales actiones.

Cap. XII.

APPETITIO motus est & interior quædam agitatio, qua quod bonum
est & utile queritur. Quum autem vt anima triplex sit omnino, ea quæ natu-
ralis

ualis appellatur cunctis rebus est ingenita, & nunquam, separabilis semper il-
lis insidet, reliquæ non itè. Quæ sentiens & animalis dicitur, fit dum appetitus
aut ab iis quæ intus sunt rebus, aut ab iis quæ extrinsecus irruunt impellitur.
Res interiores sunt ueneris ardor & stimulus in pudendis ortus ex semineque
triculi, maximeq; stomachi, exinanitio & immoderata siccitas: sanguis aut
bilis in cordis sinibus efferuescens. Externæ autem res sunt, quæcumque subie-
ctæ sensibus illecebris & cupiditatum lenociniis eos prolectant & irretiunt.
Itaque si in pudendis congesta est seminis copia, ea primo pruritus quendam
& titillationem naturaliter inuehit, hæc deinde sensum, mox uero interiore
sentiendi facultatem mouet, non modo vigilantibus, sed & plerumque dormie-
ntibus nobis. Ab animaduersione demum rei delectabilis vt appetitus impulsus
fuerit, eam quàm mox ardentè expetit: atque tum in conditionem stimulan-
tis rei se conuertens, libidinem parit, quæ ipsa est propria uenerorum cupidi-
tas & appetitio. Quum stomachus supra modum exinanitus tristi quodam sen-
su afficitur, comprehendens uis illa interior irritata, cibum & epulas concipit,
illarumque spectra sibi obuersat, quæ deinde appetitui oblata, eum inuitant &
alliciunt, hic demum concitus captusque rerum suauitate, in illarum deside-
rium fertur, & in eam cibi auiditatem irruit, quæ fames appellatur. Haud dis-
similiter aridiorè factò stomacho, sitis accenditur, quæ humidi frigidique de-
siderium est. Vtranque appetitionem, sitim inquam & famem genus unum cõ-
prehendit, quod est cupedia. Cæterum circa cor bilis aut sanguis efferuescens,
illud usque adeo incendit, vt odij, inimicitia, aut uindictæ imagines communi
sensui obiecerit, quibus apprehensis excitatur animalibus appetitus, qui cordis
irritatum, compulsus in interiore animi perturbationem, ceu boni quod-
dã sit, incurrit: uniuersum hoc appetitionis genus Græcis est thymosis. Quum
porrò rerum externarum blandimentis pulsatur uis illa interior apprehensens,
mox in illarum desiderium communem sentiendi appetitum adducit, qui ar-
denti rei uilis desiderio inflammatus, mox deinde peculiarem quendam appe-
titum irritat & illicet tanquam administrum, vt amborum communi concursu
& opere appetitio proueniat. Quæcumque boni malive specie nobis obiecta fue-
rint, ea si cum ratione sequimur aut fugimus, tum appetitio est rationis parti-
ceps: quum autem aduersus rationem incitatur uerèmetius, & detestationis
vis est maior quàm rationis, tum contra mentis decretum allicitur appetitio
quæ ratione vacat. Primum igitur ab obiectis illis turbido motu & inimicifi-
simo mentis uiteque tranquillæ ratio concitatur & inflammatur, quæcumque illa
se sæpenumero iactant inconstanter vt animi statum conturbent, perturbatio-
nes insunt. Hæc autem cum iam diutius inueterauerint, & tanquam in uenis
medullisque infederint, tum morbi existunt & agrotationes, quarum omnium
fons & ueluti genus est intemperantia. Sic enim quum insurgit uehemens uini
appetitio, neq; adhibita ratio hanc ipsam persanat & restinguit, tum excitata
iecoris & stomachi cupedia se fatiat ebrietate, quæ si frequens erit, nascetur
demum ebriositas: hæc quidem agrotatio est & affectio manens, illa uero per-
turbatio mouens. Similiter solent cæteri intemperantiæ morbi enasci, inhæ-
rere, & penitus inseri. Sic iugi formosæ mulieris intuitu & apprehensione, com-
munisq; illius & promiscui appetitus incitatione, in testes & pudenda promo-
tio fit & illapsio feminis ac spirituum: vnde licet nulla prius subesset interior
causa, tum nihilominus libido incenditur. Sic non modo homines sed equi &
beluæ, auditò tubarum sonitu strepituq; armorum, excandescunt animiq; im-
petu rapiuntur. Sic quum quis læsus est iniuria, eius apprehensione uis animosa

Causa quæ mouent appetitum.

Vt fiat appetitio quæ libido dicitur.

Animi perturbationes & cupiditates ut fiat.

Appetitus ut ab externis causis moueatur.

Appetitus rationis particeps.

Perturbationes morbos præcedunt ut actus habitum.

Vt a causis externis incitetur omnis appetitus.

Z cordis,

cordis, quæ eius est appetitus Græcis dicta thymosis, & incitatur, quæ cum eam vindicare & vlcisci cupit, neq; rationis mansuetudine lenitur, tum i. a exardescit: hæc si mox desistat, excandescencia dicitur. sin inueterata sit, odium: si acerbior, discordia: si vlciscendi tempus obseruat, inimicitia. Horum omnium offensio contraria est verecundia. Quum vehemens est de diuitiis expetendis opinio, cordis appetitio non refrenata rationis liberalitate, in auaritiam effertur, cui contrariam offensionem habet prodigus. Quum denique maximam fieri optiniqui; iuuabuntur honores, horum stimulis hæc vis inflammata, in ambitio nem trahetur, cuius cōtraria est animi demissio & abiectio, mediocritas autem animi magnitudo. Sic quidem futuri boni opinione excitari solēt cupiditates. Cæterum futuri mali apprehensio, si adeo vehemens erit, vt superato spretove rationis imperio animus fortitudine non consistat, tum metu conturbabitur: qui si malum propinquum est, timor: hic autem si permanet formido: si laboris metus erit, pigritia dicitur: si valde concutiat terror: si mentem de loco mōuet, pauor: si vltra processit, exanimatio. His modis quæ cupiditas mala & contraria censuerit, solet effugere. Vbi vero iam mala instabant, aut sperata bona non accedent, animi fiēt ægritudines: dolor quidem crucians, angor præmens, luctus ex interitu, mœror cum fletu, lamentatio cum eiulatu, ærumna cum labore afflictio cum uexatione corporis, sollicitudo cum cogitatione, molestia permanens, desperatio sine ulla rerum expectatione meliorem. Contra vero si potiatu rebus secundis, aut aduersis ipse careat, voluptate perfructur, hæc autem si placida est atque constans, gaudium dicitur, si profusa & inanis, lætitiā: si magis gestiens & se effrensus insolentius, iactatio. Ex quibus intelligitur animalium appetitum vnicum esse, qui cupiditas appellatur, sed dum singulis sese accommodat, varias parit cupiditatum differentias, honoris, gloriæ & diuitiarum ambitiones, quæ ad thymosin & animi impetum referuntur, quasq; Plato ex corde nasci commemorat: quum vero corporis bona procurat, cupidiam & libidinem exuscitat, idque primum è icore. Vnde quum tria sapientia studiosi bona statuerint, alia corporis, alia fortunæ, alia vero animi: quumq; omnibus appetitio boni cuiusdam aut veri aut ementiti gratia sit, in idq; referatur, quæ ex icore surgit concitaturque appetitio, in corporis bona duntaxat irrūpit: quæ autem ex corde manat in fortunæ externis bonis versatur: quæ animi sunt bona, hæc sola voluntas appetituum regina cōsecratur de qua seorsum mox disseretur.

Offensio seu defectio contraria exuperantia. Cupiditas est futuri boni Merit futuri mali.

Ægritudines animi.

Voluptates animi.

In quæ bona fertur unum quod que genus cupiditatis.

De progressionē & tactione.

Cap. XIII.

Quoniam vero una appetitio cuncta animantia ad mouendum impellit, proximum his est vt de incessu atque tactione contemplemur. Harum quidem operum facultates una continentur essentia, quæ in cerebri corpore collocatur: sed quæ tamen variis instrumentis vsa, unicuique tum operi, tum facultati peculiare quoddam & idoneum accommodat. Non enim tutum fuerat essentiam illam animæ in cerebro tanquam in arce positam, in longinquis & extremis corporis partibus munia quædam obire, nisi satellitibus & suarum uirium quasi internuntiis uteretur. Quocirca in omnes sensus externos, in oēs corporis partes, quæ extra arcem illam & extra calnam positæ sunt, anima spiritus emittit tanquā ministros & portitores uirium quas à se diffundit, minus quæq; sui expleturas. Interiores autem functiones & munera plenè exequitur, citra ullū spiritus subsidium. Itaq; spiritus is uere primum cēseri debet animæ in-

Animam externas functiones instrumentis perficere.

mæ instrumentum, quod ad externas functiones accommodatur: deinde nerui, mox sensuum organa & muscoli. Quod magna quidem assidua fiat in motibus sensibusque spirituum dissipatio, necesse est magnam istorum vim & vberitatem in arce contineri. Eorum materia continenter è corde per carotides suggeritur, preparaturque in admirabili contextu, ac dein in choroide vi ambientis cerebri in animale spiritum conuertitur, qui priores ventriculos prorsus implet. Ex his autem in sensus & musculos, hæc ferè lege distribuitur. Cerebri corpus iugi constantique agitatione, cordis more, ex se & sua sponte mouetur, nunc se in amplum diffundens, nunc in angustum reducens: quapropter inter meninges inane spatium natura neliquit, quantum cerebri dilatationi conueniret. In eo motu dum cerebrum se contrahit, compressisque lateribus interiores sinus coarctat, spiritus è prioribus uentriculis, tum in posteriores, tum in sensuum instrumenta profundit. Dum autem sese latius explicat & aperit, ex cōtextu arteriis vitalem spiritum, ex naribus aerem allectat & attrahit. Hoc ipso temporis momento via quæ ex tertio uentriculo in postremum ducit, prorsus conuiuet, & ab insidente epiphyssi cui a uerme nomen est, inter glutia concidente atque prolapsa intercluditur, vt nihil spiritus possit tum ex postremo illo sinu in medium remigrare. Contra vero accidit in cerebri contractio ne: epiphyssi enim sualata, ipsisque glutiiis amplius diductis, via patet liberior, qua spiritus ex tertio sinu in quartum influat. Quantum igitur cordi valuz, tantum cerebro uermis & glutia conducunt. Sic diffusū disperisque spiritus irrigant implentque sensuum instrumenta: sic postremus ille uentriculus. Spiritu semper confertus est, qui leui quadam mutatione accepta in eam capacitatē illabitur & influit, quæ per spinæ longitudinem porrigitur. Excavata enim est tota hæc medulla medio intimoque ductu: & qui ab hac prodeunt nerui maiores suis ij quoque exortibus & intris luculenter caui sunt. Quocirca in hos etiam animalis spiritus è medulla defluens illabitur, qui demum in extremas tenuissimasque neruorum fibras diffunditur, tametsi hæc præ exilitate cauz non sunt, neque vllam viæ productionem sustinent. Hoc igitur loco quàm plurimi in quæ stionem disceptationemque vocant & quarunt, ipsane spiritus animalis subtilitas dum motus sensus ve instituitur, commeet in neruos. Hanc quidem vique eo influere, dum manifesta sit medullæ & neruis capacitas, perspicuum quidem est, de quo etiam inter omnes planè constat. At longius in reliquis partes dimanare, pauci admodum sibi persuaferant. Quamobrem? Quoniam, inquit, hec excavata non sunt. Quasi uero spiritus qui tenuissimus est patentem aluicum vbique desideret, neque sensum illabens possit neruos irrigare. Si alimētū quod neruos nutricatur & alit, in eorum substantiam irrepit & penetrat, si crassus & lētus humor, si pingue oleū instillatum penitus illos subit, quid causæ est cur spiritus animalis, tenuis ille quidem & æthereus, non possit omnem eorum substantiam quoquoersum peruadere? Quemadmodum igitur in neruos opticos oculorum, & in medullæ capacitatem, inque neruorum origines hunc illabi & influere sensus iudicat, ita & eundem in reliquam illorum substantiam pertinere, hæc rationum momenta confirmant. Adde intelligi vix posse qua ratione conueniens uirium facultatisque distributio fiat citra vectorem spiritū. Quum vitalis spiritus in animale commutatur, a cerebro eiusque meningibus nouam speciem, & vires nouas assumit asciscitque sibi: quas demum tanquam actionum opifices in neruos sentientes, tangentes, ac mouentes secum prouehit. In his autem semper præfens adest, quoniam iugis illa quam comme morauit cerebri agitatio, eum assidue profundit atque distribuit. Quâquam ue-

Spiritu aia leni nō sōlū per manifestum canalē distribui.

Spiritus aia lis diuersus animalis, ue est factus.

Spiritus animalis nervorum dicitur at robur continet & servat.

Voluntas propria est motus causa efficiens, sed non principia.

Animi intentio ad motum est necessaria.

Tria que motum efficiunt.

Que consuetudo fit multo laboriosa, et que naturalis.

ro semper in nervis dum sani sunt spiritus hic adest, non tamen necessario motum efficit, sed nervorum duntaxat & muscolorum robur & firmitudinem tuetur ac continet. Quidnam ergo aliud præter hunc spiritum, motionem sensumque conferet? esse hoc ipso quicquam præstantius? Explicandum hoc planius & fusius est. Sensuum instrumenta nerviq; omnes & musculi, spirituum viriumque animalium continent illapso & aspiratione firmantur, simulq; stabilimentæ & præparationem quandam ad obeunda munia assument: hoc certe argumento quod præpeditis & obstructione quadam interceptis viis, velut in paralyti, non modo sentiendi aut movendi spes adimitur, sed omni prorsus robore dissoluto languescunt. Dum vero accepto spiritu omnia suo robore constabunt, bene instrumenta & composita erunt ad opus, & tunc integre functiones suas obibunt, sed modo planè diverso. Sensus enim externus per seipsum percipit, quæ subiectarum rerum incidentibus qualitatibus mutatur & afficitur. Non sic autem motus, sed sola actione is perficitur, nulla re extrinsecus irruente: quum primum enim appetitus aut voluntas moventi facultati per nervos & musculos cum spiritu diffusæ imperaverit, in quancunque illa partem intenderit, continuo illius monens facultas concita motum exercet & imperio pareat. Est quandoque hoc voluntatis imperium, promptum quidem & evidens, sed plerumque obscurum vsque adeo ac tenue, ut nos prorsum fugiat, velut in oculorum & palpebrarum motu, in plerisque tum capitis, tum manuum gestibus, in dormientium respirationibus & corporis iactationibus, ad quas nihil aut minimum intèti videmur. At quum paralyti artus occupat, quia tum nervi a spiritu & facultate destituti sunt, nulla vel efficacissima voluntas motum potest efficere. Ex quibus intelligi potest præcipuam motus causam ad spiritum & facultatem potius quàm ad appetitum pertinere, illucq; refundi: & præter appetitum seu voluntatè, aliam propinquiorè atque coniunctiorè motus causam haberi. Hoc porro voluntatis imperium parum omnino efficax videbitur, nisi conatus quidam & intentio animi tãquam comes accedat. Non enim si quis velit aut oculos in diversa contorquere, aut omnes simul partes motibus impellere, aut sensibus omnibus pariter & perfecte quippiam percipere, omnia statim efficiat, etiam si bene valeant, & integra sint instrumenta. Cuius sanè hæc vnica est causa, quæ non potest animus omnia simul animadvertere, neque esse ad singula intentus. Ergo non sola voluntas satis est, sed animi quædam est intentio necessaria, quæ facultatem in partem alioqui sopitam & languidam concitet in opus. Hæc autem facultas animalis quæ vectore spiritu in quancunque particulam per nervum influxit a cerebro, dum voluntatis imperio & animi conatu intentioneq; pulsabitur, motum faciet: primumq; dum nervum ac musculum contendet, & in seipsum firmiter contrahet, simul eam particulam adducet, in quam inseritur, siue os est, siue membrana. Dum enim facultas musculum intendit & contrahit, simul & os movet in cuius caput inseritur, & totum membrum cuius id fundamentum est. Ergo contentio ea & contractio propria musculi est functio, extensio autem & relaxatio ceu remissio quædam est: hæc autem oppositorum muscolorum est contentio. Laborat musculus quoties impendit aut contrahitur, aut extenditur: neque membrum citra laborem & defatigationem diu multumque extendi potest aut contrahi. Ea autem duntaxat figura & constitutio quæ inter extremas exquisitè media sit, & in qua musculi omnes quasi dissoluti cessant, prorsus lassitudinis & doloris est expertus. Quocirca dum vehementer tensum aut contractum membrum est, ut in brachii porrectione, licet id tum fortasse fixum sit, nec de loco aut statione sua decedat, moveri tamen dicimus, quatenus laborat

rat & operatur, idq; frequentius cum dolore. Quinetiam quæ media figura dicitur, si cum intentione omnium muscolorum immobilis continebitur, quia tamen ad postremum, laborem affert, in quiete non est, sed motu & labore concutitur. Eiusmodi motus est, qui tonicus appellari solet, ei similis quo autis alarum nisu vno eodemq; loco quasi subnixæ se diutius immobilè sustinent.

De mentis functionibus. Cap. XIII.

10
20
30
40
Eius partis animæ quæ rationis atque consilij particeps est, sic omnes intellectus abditæ functiones delitescunt, ut nunquam foras & in apertum sedent, neque ullius illa aut externi interioris instrumenti egeat subsidio: sed quum sit omnis expertus materiæ, in eas duntaxat res incumbit, quæ neque in materia subsistunt. Subiecta enim illi sunt ea rerum simulachra, quæ supra dixi in principe sensu conservari, & quæ verè sunt rerum notionis perceptæ sensibus. Hæc quidem in mentem & intelligentiam altius penetrare non possunt, quia tametsi sine corpore sunt, materiæ tamen impuram quiddam redolent: sed mens quæ ex duplici intelligentia tum agente, tum patiente condita est, dum illas agentis vi & impulsu contuetur, puras individuas atque simplices ex ijs rerum singularum notiones elicit quas dein patiens intelligentia continet atq; servat. Non sunt hæc quidem simulachra atque spectra rerum externarum, sed aliæ quædam ex his tractæ atque conceptæ animi notiones: est enim notio, actus mentis & animi è subiecto simulachro ductus. Itaque agens intelligentia tanquam architectus quidam & fabricator est notionum: has autem omni materia libera & exuta suscipit, & continet patiens intelligentia: neque tamen ab eis quicquam patitur, sed in earum materiam quodammodo transit. Hæc igitur quia rerum omnium notiones erat acceptura, omnium capax formarum, peculiarem nullam formam obtinuit, ne hæc vna cæteris formis tanquam peregrinis & adventitijs aditum intercluderet. Hinc recte animam seu mentem formarum omnium præstantissimam atque summam appellauerunt, quod vna reliquas omnes cernat atque percipiat. Cæterum non in illis duntaxat singularis versatur & consistit, sed in notionem quasi sylvam ingressa, ex singulis vniuersales quasdam colligit? neque ex his modo, sed è singulis etiam rebus quæ nobis obuersantur vniuersales formas a materia diuellit & exiit, propriamque essentiam ab ipsis quibusque rebus discernit. Ea est simplicium notionum tum singularum tum vniuersalium ratio, in quibus veritas aut falsitas nulla versatur. Ad has porro quum mens componendi facultatem adhibebit, temporis copulatione interiecta, plurima apte componet, in quibus veritas aut falsitas iam est. Deinde vero de compositis istis planum iudicium proferet, hoc aiens bonum esse, illud inficium esse honestum: in quibus ut quædam rectè diiudicat, sic plerumq; dum distorta, & falsa pro veris sumuntur, iudicij error incidit. Hanc ut iudicandi ita discernendi functionem possis appellare, sed quæ tamen multo sit ea præstantior, quàm communis sensus proferebat. Mens porro se ad ratiocinandum erigens & excitans, ex illis plurima admirabili eoque libere contextu completitur & colligit, aut inductione aut argumentatione. Nam ex singulis primum tanquam ex quibusdam exemplis vniuersalia inducit theoremata, communesque rerum generum & summas. Ex his deinde argumentatione plurima comparat, de quibus scientia habetur vel opinio. Si ex necessarijs principijs atque theoremata argumentum concluditur, scientia sit, quæ ipsa necessariorum duntaxat & æternorum est: si vero ex probabilibus, opinio.

Mentem instrumentis non indigere.

Ut mens intelligat et rerum notiones concipiat.

Notiones generales.

Compositio. Exiimatio seu iudicium.

Ratiocinatio.

Inductio. Argumentatio.

Scientia. His

Opinio. His iam partis interdum mens & intelligentia nostra non vltra progreditur, sed infixata in eorum contemplationem, illic tanquam in extremo consistit, quid in illis verum falsumve sit perspicere, his saturata bonarum cogitationum epulis. Ea est quae comtemplantem intelligentiam appellant, quae maxime & duntaxat circa res est vniuersales, necessarias & sempiternas, quae eadem admirandae sunt difficiles atque diuinae. Habitus quo haec efficit & facultas sapientia est, eiusque functio studium est sapientiae, quod qui colunt sapientes appellantur, quoniam propria commoda negligentes, aeternorum contemplatione viuunt. At vero quum mens intelligentiaeque nostra in rerum caducarum & fortuitarum cognitionem consequutione quadam & progressionem adducetur, si in illis non prorsus inhaerescat, neque illarum cōtemplatione tota teneatur: sed iam cognitum habens & compertum illas posse mutationem subire, quaerit & inuestiget, moliturque ad quandam hominum commoditatem & vsum illa referre, tum sanè practica erit intelligentia, quae tota in actione versatur, omnesque ratiocinandi progressus in hominum comoda tanquam in finem supremum dirigit. Vt autem hominum bona alia praestantiora sunt, ut rei domesticae aut publicae administrationis, alia his vtiliora: ita vis intelligens in illa aliter atque in haec incumbit. Nam prudentiae facultate, praestantiora illa tractat, & in hominum commoda fructusque refert. Quae quoniam commutabilia sunt & opinione dubia, de illis consilium captat, consultat, deliberat. Atque si non hebes est, sed sagacitate polens ac solertia (quae perspicax quaedam est prudentia) boni atque honesti desiderio tenetur, non festinanter & cito quasi auguratione quadam, sed recta ratiocinatione & inuestigatione accurata multo maturoque tempore, quodcumque bonum inconsultationem positum est, affequitur: atque ea bona est consultatio ex prudenti sagacitate genita, mala vero consultatio si quid horum è contrario accidat. Qui ad bene consultandum aptus idoneusque fuerit, quo aut publica bona, aut priuata augeat atque moderetur, is omnino prudens censetur: contra vero imprudens, qui non poterit recto consilio bonum finem prospicere atque consequi. Ceterum quum agens illa practicaque intelligentia, quae conceperit noveritque theorematum, non ad bene beatumque viuendum, sed ad vilius quoddam opus & artificium refert: hoc si bono consilio & maturo, rectaque ratione facit, arte quidem facit, quae ipsa certam rationem atque viam praebet operis faciendi. *Voluntas.* Vbi practica intelligentia prudentiae bona consultatione hoc illud augendum esse deliberauerit, quia bonum & vtile: aut vbi artis bono consilio statuerit opus quoddam subeundum faciendumque, quia item vtile tum sanè rationis participem appetitum mouet allicitumque. Is demum quicquid bonum existimatum est, eligit, idque non simplici & pura voluntate, sed ea quae bono consilio & deliberatione confirmata est. Haec autem tanta est efficacitatis, ut quaecumque bonorum specie agenda faciendave selegerit, illa mox perfequitur & perficiat, & idcirco vna videri possit omnis actionis effectioisue causa atque principium: contra si quicquam reiecerit tanquam noxium & infestum, mox illius fugam arripit. Ergo dum quippiam nobis occurrit quod ardeat & iucundum sit, si continuo ut pecudes illius lenocinio, nulla deliberatione praegressa trahimur, simplex ea voluntas est, quae si incontinentes sumus, saepius à bruto appetitu praualere lascivit & euenit. At vero si consultatione adhibita nec temus multa & cōferemus inuicem, ex quibus colligimus, sic hoc aut si illud fiat, mala multa impendere tum sanè id effugimus & declinamus, quod primum oblectamentum speciem pra se ferebat. Haec sunt omnes intelligentis animae mentisque functiones, ad earum imitationem explicatae, quas sentiens anima protulerat. Quid omnes

nes dico, nonne insuper illa tum meminit tum reminiscitur? Meminit illa quidem atque ad vsum memoriae eas quoque vniuersales notiones reuocat, quae intelligentia menteque capiuntur: Nulla quidem generum aut formarum haberi possunt spectra & simulachra, quae in mente aut in communi sensu quasi sopita seruentur, & quae aliquando posthac mentem ipsam & intelligentiam denuo concitent: sed à generibus atque formis solum notiones emergunt. quae super intelligentiam mouentur & impellunt. & quae in sola mentis contentione consistunt. At simulachra, ut quae ab indiuiduis duntaxat eliciuntur, omni animae conatu actioneque sedata & prorumpit anima quiescente seruantur. Sic autem mens & intelligentia meminit. Quum notiones illae generum aliquando disperditae euauerint, singulorum simulachra ex quibus illae haustae conceptaque fuerant, & quae sensus communis retinet, rursus intelligentiam incitabunt & impellent, ex quibus illa similes atque olim generum notiones eliciet. Haec dum in mentem veniunt, si praeteriti temporis ratione suscepta, mens pariter sentit se illas prius tenuisse atque nouisse, id profecto est intelligentiae memoriae. Quocirca mens aut intelligentia non per se atque primum meminit, sed principis sensus interuentu atque auxilio: in quo, ut inquit Aristoteles, memoria per se & primo inest, non sic autem in mente. Quamdiu itaque constans & dilucidum, erit externae rei simulachrum, id è principio sensu mentem impellens, memoriam rei à qua ductum est poterit excitare. Quod si in vniuersum id retinebitur, sed vel temporis diuturnitate, vel morbo, uel alia quavis iniuria pars deleta est, pars vero tam pusilla reliqua est, ut neque animam cire, neque rem externam representare integre possit: tum profecto illius perisse memoriam dicemus. Ceterum si pusilla ea pars tanquam origo & seminaria quoddam poterit vel minimam excitare & proritare, haec confestim conrectu & serie in proximum & affine quippiam migrabit, mox in tertium, deinde in aliud, donec admirabili rerum continuatione & serie pristinam cognitionem capiat. Hoc quidem modo mens reminiscitur, ipsaque illius actio recordatio est, collapsae memoriae reuocatio. Haec idcirco non beluarum, sed solius est hominis, quod non nisi connexionem rerum & ratiocinationem quadam comparatur. Neque etiam beluis proprie inest memoria, quod praeteriti & futuri temporis perceptionem nullam habent, sine qua meminisse non possumus. Quae bona aut mala iam saepius senserunt, agnoscunt illae quidem, sed tanquam praesentia sint, nulla elapsi temporis obseruatione. Neque, n. apes, neque formice, quae alimenta sibi in hyemem recondere putantur, in futurum prospiciunt, verum ea solius est naturae quaedam inconsiderata nec praemeditata molitio. Mortuis nobis statim omnium rerum quas in vita cognouimus memoria deletur: quoniam haec ex communi sensu pendebat, qui ipse patibilis est, & pereuntibus nobis simul occidit: quare ab illo seiuncta mens immortalis, illiusque subsidio destituta praeteritorum meminisse non potest. Est vbi Aristoteles communem sensum susa nominis appellatione intelligentiam appellat, eaque patibilem & quae in nihilum occidat. Non recordamur (inquit) ab occasu, quia intelligentia quae patibilis est extinguitur, sine hac autem nihil intelligit separata illa mens impatibilis & immortalis. Idem alio loco, Amare, odisse, affectiones continentis, non illius sunt quatenus ipse est. quapropter continente corrupto neque meminit, neque amat, quia non erant illius haec, sed communis quod iam perijt. Mens illa & simplex nostra in intelligentia quum è corpore discesserit, patiendi ratione deperdit, alteram duntaxat agendi vim conseruabit. Non enim tum ea sensuum ministerio indigebit, neque ab his haustas rerum notiones suscipiet quibus cognoscat: sed ipsa per se omnia spectans nihil aliud quam merus erit actus, à sua simplici natura id obtinens,

Vt fiat memoria.

Lib. de memoria.

Recordatio.

Solus homo recordatur. Solus homo proprie meminit.

Post mortem non meminit.

Tertio de anima.

Primo de anima.

mens, vt tum se aliaque intelligat, tum intelligatur a se. Ea neque componit quicquam aut diuidit, neque vlla connexione ad rerum cognitionem accedit, sed formas rerum omnium in se continens, vna comprehensione simul aggreditur & intelligit omnia. Vnde semper intelligit & intelligitur à se, nunquam de fatigatione ingrauescit, tota æterna & immortalis.

Principes animæ facultates non esse sedibus distinctas. Cap. XV.

LIBERANDA hic postremo fides est quam supra dedimus, dum quæstionem illam explicare sumus polliciti: nunquid fingendi, ratiocinandi, & memorandi functiones discretæ sic habeantur, vt vnaquælibet lædi deprauariq; possit, alijs ne vel minimum quidem offensis. Id quidem omnino fieri posse quamplurimi sibi persuaserunt, simplici quadam ratione eaq; non planè comprehensa. Aiunt enim eos qui febre iactantur, nonnunquam floccos & paleas euellere, monstruosa visa obuersari, esseq; in his simulachrorum comprehensionem, ipsanq; ficticem facultatem offensam constante ratione ac iudicio, quo hæc plerunque agnoscunt ac iudicant falsa esse ac mendacia, quemadmodum & dormientes quæ vident in somnis, sæpe iudicant non vera illa, sed commenta somniorum esse. In his igitur læsa est confectio, salua & constante tum ratiocinatione, tum memoria. Alij in delirio peruersè iudicant & ratiocinantur, qui tamen & familiares, & quæcunque obuersantur agnoscunt, satisq; præteritorum meminerunt: in quibus constat rationem turbari reliquis duabus illæsis. Ex his statim concludunt isthæc obuenire non posse, nisi quæ effectrices earum sunt facultates locis sedibusq; disungantur. Quum firmissima sit hæc eorum ratio, experiamur, si possimus eius cornua summo uere, vt hac minuta contouersia quid lateat veritatis fiat perspicuum. Philosophorum id quorundam auctoritate celebrari video, similem imo & eandem animæ essentiam cunctis inesse hominibus, neque in hoc quàm in alio vspiam perfectiorem inueniri, quod omnino simplex & indiuidua sit, cui nihil addi minuiue potest, quin specie mutet. At nihilominus simplex illa in hoc quàm in alio facultates exhibet perfectiores, & alias expeditius, alias segnius functiones edit. Ita quippe alios natura animaduertimus cogitatione & ingenio valere, quibus infirma est memoria atque ratiocinatio: alios tum rerum tum literarum memoria præstare, qui bus nihil aut minimum sit rationis ac iudicij: alios solidos ac bene naturali esse iudicio, quorum non æq; prompta sit cogitatio, aut firma memoria. Has autem facultates varias efficit, non animæ essentia, sed corporis & instrumentorum eius varia constitutio, ex temperamento & conformatione contracta: horum quippe conditionem animæ facultates atque mores sequuntur. Neq; vero insita solum & congenita nobis, sed & adscititia constitutio animi facultates moresq; mutat: & corpore puro omniq; sorde vacuo candidi sunt mores vegetæq; animi vires: impuro autè & fordibus inquinato perturbati mores & hebetes vires animi. Quòd tam multa tamq; varia sint hominum ingenia, tamq; dispares eorum mores, alij sobrio, alij vinoso, non aliunde petendum, quàm ex corporis aut naturali aut adscititia constitutione. Iam vero si corpus grauius morbo conflabitur, quis dubitet occupata impedita ve animi sede illius vires grauius aut impediri aut perturbari? Si corpus spiritusq; vehementer concutitur, vt in febrium ardoribus, mens constare non potest, sed concita turbido motu commouetur. Sin vero corpus morbo prosternitur, animæ vires pariter elanguescunt, neque laboranti integræ possunt consistere. His ita ad rem subiectam

etiam constitutis non difficile sit aduersariorum rationes diluere. Dum anima turbulentis ita causis concutitur, ipsi quidem fatemur non protinus omnes perreque illius facultates offendi. An idcirco necessum videtur sedibus illas discludere? Minime. Vndenam igitur hæc affectionum varietas? Quæcunque facultas natura aut vitio infirma existit, irruentibus causis minus obstitit propiusq; offenditur: quæ vero firma est ac valida, minus offensionis & iacturæ suscipit. Quum itaque leuior erit delirij perturbatio, cui comprehensio fictiove infirma erat, is sola comprehensione delirabit, multaque aliena cogitatione finget: cui vero iudicium inualidum fuerat & imbecillum, is duntaxat præpostere iudicabit & ratiocinabitur. Quum autem vehemens incidit delirij perturbatio, omnes pariter principes facultates peruerterentur, alias pari iactura, alias dispari. Non absurdum est in cæteris facultatibus ratio: quum enim in illas aduersa vis peræque irruet, imbecillior quidem prosternetur, validior obstitit irruenti iniuriæ, etiam si eadem sede consistant. Itaque ex leuibus assumptionibus nec planè cognitis rationem suam concludere, qui cogitationem, ratiocinationem, ac memoriam sedibus atque instrumentis seiunxerunt. Indignum erat Philosophi grauitate atque constantia, quod nõ satis explorate perceptum fuerat & cognitum sine ulla dubitatione confirmare. De animalibus functionibus hæc tradidisse satis, nunc de vitalibus, quibus pulsus & respiratio assident.

Calorem nostrum perpetuo refrigeratione, pabulo, & expurgatione indigere, aliaque extinguunt ipsum & extabescera.
Cap. XVI.

SIC eximia & illustris illa rerum natura tulit, vt omnia quæ aluntur & quæ crescunt, contineant in se vim caloris, sine qua neque ali possent neque crescere: inter hæc vero animantes quarum quàm stirpium perfectius erat vitæ genus futurum, vberiore hunc acceperunt, cuius nimirum temperatione vitæ itatus omnis conseruaretur. Rursum in animantibus quæcunque sanguine prædita sunt, hoc ipso amplius circumsflunt & abundant, quàm quæ sanguinis sunt expepetes. Hic autem noster calor quanquam æthereus, frigidum tamen aeris appulsum continenter desiderat, cuius defectione mox prorsus extinguitur. Vt enim flamma medicis concurbitulis aut angusto conclauis coercita marcescit, ita & quum animanti fauces præcluduntur, obturaturq; omnia cutis spiracula, quàm mox caloris sequitur extinctio. Huius quidem causa triplex, quòd denegata sit refrigeratio, quòd idoneum deficiat pabulum, quòd offusus aer nullus sit, in quem fumosa ignis calorise excrementa pellantur aut erumpant. His enim tribus de causis consequitur caloris interitus & extinctio, quandoquidem is trium contrariarum administracionum ex necessitate indiget. In balneis, in caldariis & in æstu vehementi, qui nos regit & moderatur calor, idcirco languet & extabescit, quòd frigoris occursatione nequaquam reficiatur. Qui enim nos circumsepit æstus si immoderatus est, haud secus calorem nostrum atque lucernæ flammam foras euocat prorsusq; dispergit, nihil aut certe perquam exiguum illius reliqui faciens: hinc virium infirmitate tentamur & affligimur, intabescimus, & ad extremum vitam cum morte commutamus. Contra frigus moderatum & æquabile perinde vt flammam, ita & natium calorem continet & à dissipatione tutatur: tamen immensum & immodicum frigus si diu multumque adest, flammam & calorem ad materiam intro reprimens, æque vt aduersus calor vitam eripit. Neque nos ambiens calor ex eo duntaxat quòd interiozem nostram dis-

Quibus ingense est caloris, is refrigerari desiderat.

Refrigeratio denegata.

A a si per,

spet, offensionem affert, uerum hinc etiam quòd neutiquam refrige. et, imo vèro cor & interiora viscera magis ac magis inflammet, vnde propria illorum substantia consumitur & in perniciem agitur. Tale quiddam manifestius infert calidus seruidusque aer diutius inspiratus. Eadem ex causa in paucis eodemque aere continenter & assidue versati suffocamur, æque vt in aqua modica pisces. Qui enim exiguus est aer reddito spiritu facile concalescit, vt deinde nequeat refrigerationis auxilium prestare. Quin etiam motio uehementior, æstus aut balnearum ritu, innatum calorem diffundit, disperditque, moderata hunc conseruat & excitat, quies autem sopit & ignauium inertemque reddit: quemadmodum mediocris ventilatio flammam auget, nimia dissoluit. Cæterum neque in balneis, neque in solis ardoribus calori deest alimentum, sed hac vnica causa extinguitur is & occidit, quòd frigoris appulsu non recreatur. Vt autem respirationis maior iniecta corpori necessitas est quàm transpirationis, ita haustu frigidus commoditas maior est, quàm nos vndique cingentis. Ex quo fit ut qui ex lebeti calidum aerem spiritu trahunt, etiam si reliquum corpus frigido aere circumfunditur, celerius extinguantur & intereant, quàm qui in hypocausti constituti ore atque naribus frigidum aerem ducunt. Porrò autem ob alimenti egestatem is vitam amittit, cui os & nares vel fauces præcluduntur: non modo enim refrigerationis defectio, sed eius maxime pabuli inopia premit, quod caloris substantiam conseruat. Id quidem planius declarat corpus quodcumque in frigidam demergitur: mox enim id suffocatur & perit, nisi aere & respiratione iuuetur, non quod a refrigeratione, sed quod ab idoneo caloris & spiritus alimento destitutum sit. Quum quis cutem plurimo attracto aere eoque frigido hunc vniuersum sic pulmonibus comprehendit, vt nihil deinde illius expiret, eum profecto tandem extingui & è vita discedere necesse est: non alimenti penuria, vt quod copiosum inest & abundans: non refrigeratione prohibita, quòd frigidius haustus sit aer, qui pulmones & cor potuit vel immodice refrigerare. Quænam igitur tum relinquuntur interitus causa? Ea nimirum quòd fumosa infanti caloris spiritusque superuacanea non reddantur: atque vt flamma a crasso multoque fumo, ita cor ab illis immoderate congestis opprimitur atque stragularatur. Huius id est iudicium, quòd qui sic grauiter vehementerque affliguntur expiratione alleuantur recreanturque, estque ea tum illis vnica medicina, quæ suffocantes halitus atque fumos euicit. Has tres causas ad infanti caloris, & omnium terrenorum animantium custodiam condonaras, ambiens non aer in se vnus continet, si tum qualitate tum substantiam mediocritatem quandam acceperit. Aquatilia autem non aer, sed aquæ humor tuetur, vt qui refrigerationis vsum & commoditatem illis suppeditat, nisi quum immodice exardescens robur eorum adimit, omnibusque orbat viribus. Ab humore non nihil etiam vaporis & halitus pro caloris spiritusque pabulo trahunt, in quem commode fumosa caloris superuacanea depellunt. Id inter animantes discriminis peperit innati caloris varietas: quum enim in terrenis animantibus multo sanguine eoque puriore præditis, copiosus & vberimus sit vitæ calor, celeri quidem & prompta refrigeratione atque nutritione indiget: quæ sanè aer facile confert, quia leuitate subtili celeriter in omne corpus penetrat, moxque partibus singulis præsens est & obuius. At vero pisces quibus multo minus tum caloris, tum sanguinis inest, cum non æque subito tantum refrigerii desiderant, solius aquæ contagione appulsuque satis accommode.

Pulsus

Pulsus & respirationis usus: utque inter se dissent.

Cap. XVII.

IN ea corporis parte quæ immensa æstus ac caloris vi quodammodo effectus, natura gubernatrix, & quasi magistra animantium, vim posuit cientem agitantemque motionibus perpetuis, cuius tamen impetum reliquæ etiam corporis partes minus calidæ percipiunt, vt in quas fundi ac dimanare solet. Ea est vis & facultas quæ cor suis motibus exagitans aerem idoneum in idipsum rapit, & ab eodem excrementa quæ plena sunt fuliginis foras expellit. Eadem ex corde per arteriarum corpora peruadens illas distendit atque demittit, vt partes in quas distributæ sunt, frigore reficiantur, & earum superuacanea propulsentur. Quandiū ergo harū omnium partium ingeneratus calor moderatus erit, isque exiguus, hunc quidem satis conseruare videbitur arteriarum pulsus, quem eo nomine incredibiliter natura machinata est. Vis enim quæ a corde initium ducens per arteriarum tunicas demittitur & influit, illas quidem eodem modo ac eodē tempore atque cor attollit & summittit. Cum attollitur ac dilatantur, sese sua que spiracula aperiunt, & vndique ad se tum ambientē nos aerem, tum proximū sanguinis tenuē portionē trahunt. In his. n. communes transitus existunt p̄vnicarū spiramēta & oscula, alii in cutē, alii in intestina & viscera, alii in venas, hoc in dicio quod vulnerata magna arteria vniuersus animantis sanguis profunditur. Cū verò summittuntur atque cōtrahuntur, fumida & halitosa superuacua, quæ ex humorū & spirituum vitiōe proueniunt, tum in cutem tum in alias partes expellunt. Sic igitur perflabile corpus est, & arteriæ suo pulsu tum ex omni parte trahūt, vt natium calorem conseruent, tum in omnem partem transfundunt, vt eum ipsum ab omni eluui liberent & expurgent. Cæterum cor quod calore ingenti tanquam flamma exardescit, non satis commodè potest arteriarum pulsatione conseruari, sed maiore quodam adminiculo quasi flabello indigebat: cuiusmodi in his animantibus quæ multo sanguine & calore vigent sunt pulmones, in piscibus verò branchiæ. Dum enim cor ardoris incendio flagrat, nec satis valet pulsatione agitationeque sua refrigerationem consequi & sibi aesciscere, tum temporis pulmones ipsamque sentiendi vim premit & irritat, efficitque necessitate quadam, vt mouendi facultas diaphragma & thoracem hincque, annexosque pulmones crebro tollat deprimatque. Dum autem pulmones attolluntur, in eos tanquam in sollem spiritus adducitur, redditur vero, cum deprimuntur & concidunt in se se. Hoc igitur modo qui inspiratione haustus est frigidus aer, cælerime ad intima quæque penetrat, vsque refrigerationis commoda subministrat. Vt vero reliquarum partium calorem arteriarum pulsus, sic cordis ardorem inspiratione, tēperat, eundem purgat expiratione, fumosa excrementa propellens. Quo circa inspirationi recte comparatur diastole, expirationi systole. Ergo vnus eiusdemque usus causa respiratio & pulsus dati sunt animantibus: hoc solum distant & dissident, quòd illa ab animali facultate, hic autem a vitali manat: hic continuus est neque interruptus, extra omnem arbitrii nostri potestatem, illa pleunque cessat libera quidem & in nostra potestatem. Quod enim respirationem excitare possumus cum volumus & eandem crebriorem aut rariorem, tardio rem aut velociorem reddere, contraque sedare & cohibere cum volumus, aperte commoustrat eam esse motum voluntarium, nostroque subiici arbitrio. Non sic autem motum cordis & arteriarum, quem nec excitare, nec sedare, sed ne mutare quidem aliter possumus & si volumus. Respirationem prorsus continere & cohibere arduum in primis est & difficile, quòd si exiguo

A a 2 quodam

Pabuli inopia.

Superuacaneorum retentio.

Tractū aerem aptius esse conseruando calori.

Aquatilia satis refrigerari circa aeris appulsu.

Cordis pulsatio.

At pulsus calorem refrigeret: & quid prestet commodi.

Respirationis usus & necessitas.

Respirationis & pulsus differentia.

Respirationem esse liberam.

*Liberos nūm
eius duo ge-
nera.*

quodam tempore aut certa mensura, non tamen perpetuo possumus. Quocirca non illa similiter atque ambulatio aut locutio prorsus est libera & in nostra potestate sita, sed quadam affectus necessitate ducitur & incitatur. Erunt igitur in motibus voluntariis alij prorsus & absolutè liberi, quo quoties & quantum volumus impellimus, nulla ad id nos urgente necessitate: alij liberi quidè, sed à quibusdam corporis affectibus incitati atque lacesiti: quod genus sunt respiratio, vrina & excrementorum alij retentio. Fiunt hæc quidem ab animali facultate, idque musculorum beneficio, vnde & arbitrio nostro fieri dicuntur, ceterum quoniam multa plerunque actione illas perturbant, magnaque necessitate lacescunt, non quantum & quomocumque volumus, illas complere possumus. Quare quanquam liberæ sunt & voluntariæ, non tamen absolute, sed corporis affectibus subditæ.

Qua ratione fiunt respiratio atque pulsus. Cap. XVIII.

*Respiratio-
nis instru-
menta.*

*Inspiratio-
nis & expi-
rationis effe-
ctus.*

*Inspirati-
o-
nis prepara-
tio.*

PULSATIO tum cordis, tum reliquarum partium calorem fouet: sed & cordis calorem respiratio continet, ad quam pulmones planè accommodati sunt & à natura contributi. Huius quidem efficiens causa est, libera illa & voluntaria facultas, cui instrumenta præsto sunt, diaphragma & thorax varijs musculis agitatus, tum iis qui inter costas positi sunt, tum iis qui extrinsecus sunt adhibiti, interdum & iis qui sunt in abdomine. Est & aspera arteria respiracionis uia, & pulmo receptaculum materiæ, quam inducimur. Materia vero aer, qui tum per os, tum per nares attrahitur. Itaque mouens illa & uoluntaria facultas, dum ardoris necessitate tanquam stimulo impellitur, musculorum ope thoracem, simulq; quadam consequutione pulmones distendit, qui lenes atque rari facile sequuntur quocumque ducas. Dilatati autem necessario implentur leui quodam profluenteque corpore per asperam arteriam irruente, cuiusmodi maxime est ambiens nos aer. Compresso autem thorace vna pulmones demittuntur, & qui in illis superuacui sunt spiritus per arteriam excluditur. Si modica ad respirandum astringimur necessitate, huic obeundæ vnum certe diaphragma suffecerit, quod deorsum impulsum pulmones secum adducens leuiter attollit, reductum autem eosdem comprimit colliditque. Sin autem grauior vrget necessitas, præter diaphragma thorax modice attolletur, eorum musculorum ope, qui inter costas positi interioriorem sedem habent: contrahetur autem sua ipsius grauitate concidens in mediocrem naturalemque situm. Cum autè maxima sit inspiratio, illis omnibus actionem suam conferunt ij musculi, qui thoraci extrinsecus incumbunt, & quos maxime ab humeris ad thoracis superiora deriuari diximus, omniumque vno impetu atque conatu thorax plurimè distenditur. Plurimum autem contrahitur in vehementi expiratione, qualis est appellata exufflatio, ita quidem thoracem infra naturalem situm comprimentibus iis musculis, qui inter costas positi exterioriorem sedem habent, suffragantibus etiam alijs qui extrinsecus thoracis inferiora tegunt. Alterna igitur horum musculorum actione respiratio completur partibus duabus absoluta, in spiratione & expiratione. Inspiratione ambiens aer per os & nares in asperam arteriam insiliens, non modo eius ramos per pulmonis substantiam diffusos, sed & omnem ferè eius molem implet, adeo vt vniuersam thoracis capacitatem inflatus spirituque turgens pulmo occupet. Qui haustus aer fuerat, primam in pulmone elaborationem sumit, illicq; concoquitur & præparatur ut carnis quæ planè tenuis est, mollis & aerea, vt proinde huiusce operis, quemadmodum & caro

caro iocineris, sanguinis concipiendi causa maxime constructa esse videatur. Non enim externus aer, rudis, frigidus, & impurus, & de repente irruens fieri potest interioris spiritus conueniens pabulum, sed hunc quemadmodum & alimèta necesse est paulatim mutari & familiarem innato spiritui qualitatem, longiuscula mora recipere. Posthæc autem elaboratus diligenter spiritus in sinistram cordis ventriculū arripitur, ex quo accedente etiam sanguinis vapore, qui ex dextro ventriculo permanuit, vt cordis insita, eiusque innato spiritu & ingenti caloris incendio, haud secus atque in fornace spiritus procreatur vitalis, qui denum in omne corpus per arterias effusus, salutarem impertit toti calorem. Qui ex hac concoctione fiunt torridi vapores, foras reiciuntur tum cordis & arteriarum pulsatione, tum pulmonis expiratione. Quum igitur thorax attollitur, asperæ pulmonum arteriæ aere per inspirationem implentur, simul autem læues implentur fumoso excremento, quod ex sinistro cordis sinu de pellitur, ne id prauitate suffocet: venæ arteriosæ tenui sanguine distenduntur, qui ex dextro cordis sinu ad pulmones nutriendos eiicitur. Quum autem depresso thorace pulmones in se concidunt, vasis hisce omnibus quodammodo coarctatis, per asperas quidem arterias exspiratio fit excrementi fumosi, per læues autem quas venosas diximus appellari, præparatus & quasi concoctus in pulmone aer, in sinistram cordis sinum conijcitur. Qui in venis est tenuis sanguis, pulmonis coarctatione in dextrum cordis sinum haudquaquam remeat, sed in carnem pro alimèto truditur, ab eius singulis partibus familiaritate quadam raptus, veruntamen hæc venæ, vt quæ ex duplici constant tunica, sanè quædam parum comprimi possunt expiratione, vt neque dilatari inspiratione, sed eos motus præsertim subeunt arteriæ, quæ propria sunt spiritus instrumenta. Eo autem ordine collocata sunt tria hæc vasa, vt aspera arteria vbique media & inter leuem arteriam atque venam interposita cernatur: non hæc quidem extremis continuata sunt, neque qui in aspera arteria est aer, mox in leuè transfertur: sed cum extrema omnium fibræ in omnem pulmonis substantiam dispersæ sint, quicquid in illis est conceptum, id omnè in pulmonis substantiam illabitur. Per hanc (quia mollis est & summe rara) tum aer, tum fumosum excrementum facile com meat, & expiratione in idonea vasa relabitur: sanguis vero cum ex venis in carnem effluerit, in illius substantiam conuertitur, nec potest (nisi propter vlcus quale est in tabe) in asperas arterias retro commeare: quanquam quæ ex pulmonis nutritione quotidie progignuntur excrementa, per eas vna cum spuris redduntur. Hanc cuiusque materiæ distributionem efficit pulmonis respiratio, cui & maximam vim addit cordis motus & pulsatio. Cor enim diastole ex pulmone per læues arterias præparatum aerem in sinistram sinum rapit, & ex vena cava sanguinem allicit in dextrum suum sinum, idque patefactis horum vasorum valuis. Systole ex dextro sinu per venam arteriosam sanguinem in pulmonem effundit ex sinistro vero confectum iam vitalem spiritum in maiorem arteriam (quæ aorta dicitur) simulque in minores emittit, quo tempore necesse est omnes illas dilatari. Quamquam igitur eorum motus cordis pulsationi similitudine quadam magnitudinis, celeritatis & frequentæ respondet, vt ex earum contactu cordis motum coniectura assequi liceat: hæc tamen dilatantur in systole cordis, committuntur autem in diastole. Dilatantur enim dum compressum cor in eas spiritum immittit. At non solius influentis spiritus & sanguinis in vapores extenuati copia implentur: nõ enim fieri tum possit vt omnes vno eodemque momento pulsarent, quod nequeat puncto temporis spiritus per arterias in corporis extrema peruenire. Ergo quum simul

*Vt aer fiat
spiritui pabulum.*

Aeris spiritus & sanguinis distributio p pulmones.

Cordis & arteriarum pulsationes distant.

Vt is pulsificus.

Vis pulsificae. simul omnes pulsareprehenduntur, quæcunque hosce diastole & systoles motus efficit causa, eadem sanè & quæ cor mouet. Ea est in arteriarum corpore posita, sed quæ tamen suam originem aut certe conseruationem cordi acceptam referat. Cæterum quæ in corde vis inest pulsus efficiens, ea vitalis nequaquam est quæ tum spiritum, tum vitalem in eo calorem gignit: hæc enim in solo corde collocata est & confedit, illa vero arteriis & cordi coniuncta atque communis est. Hæc vitalis, vires suas in ossa, cartilagine, carnem, in omnes denique partes diffundit quibus vitam & salutarem calorem impertit, nullaq; pars manet ab illius aspiratione & fauore destituta: contra, quum à corde & arteriis discesseris, quæ pulsu motioneq; agitur, pars omnino nulla in conspectum se dabit, nisi cerebrum fortassis in illorum numero reponendum esse videatur. Ex quibus profecto perspicuum fit, vim illam pulsantem plurimum à vitali discrepare, esseque tauquam ancillulam & ministram tum spiritus eius & caloris distribuendi, tum vt innato calori modus quidam adhibeatur, certa que is ratione gubernetur. Simili modo atque ratione à vitali eæ diuersæ sunt facultates, quæ excandescuntiam & alias animi affectiones concitant: de quarum operibus quum iam plenè cumulateq; verba fecerim, nihil superesse arbitror, quod huic tractationi videatur attextendum.

Libri Sexti de Functionibus & Humoribus,

F I N I S .

D E H O M I N I S
P R O C R E A T I O N E A T Q V E
D E S E M I N E , L I B . V I I .



P R Æ F A T I O .



10
20
30
40

ORPORIS totius constitutionem, partis cuiusque situm, vsum, figuram, ex elementis compositionem iam ante exposuimus, & quibus facultatibus adornatus homo singulas functiones edat. At quoniam nec elementa, nec quæ ab his emergunt temperamenta, facultatum causas statuimus, nunc ordinis ratio locusq; postulat, vt inuestigemus quænam sint earum causæ. Quapropter toto animo & studio omni perquirendum, sitne præter primam illam ex elementis compositionem communemq; rerum omnium procreationem, singularis quædam in animalibus uis, quæ facultatum causas in se contineat. Hoc enim pacto futurum est, ut hac serie sæpius repetita atq; paulo altius relata, ab iis quæ sensibus subiecta sunt, in occultas & abditiores causas demum penetremus. Itaque dum hominis ortum atque procreationem in medium proponemus, dumque explicabimus quas vires obtineat procreandi facultas, quomodo quoque ordine partes conformentur singularæ, utq; fetus in vtero gubernetur: tum simul omnium quæ libris superioribus tradita sunt à nobis summa causa & ratio perspicue elucebit. Neque profecto fieri potuit, vt prius hominis procreatio intelligeretur, quam is esset numeris omnibus cognitus & exploratus: quisquis diuersum doctrine ordinem instituet, eum necesse est in obscura multa & inexplicabilia inuolui. Primum enim (inquit Aristoteles) nouisse oportet, an sit vnūquodq; de quo futura est disputatio: deinde quid sit, tertio loco unde & à quo id sit. In hunc itaque locum hominis procreationem tradere distulimus, quauis forte nonnulli pulchrum putarent, ab hac factio artis exordio, ad alia deinde progredi.

Sexuum distinctio unde fit, & quid de semine sit ab Aristotele proditum. Cap. I.

QVÆ rerum omnium pulcherrimæ sunt ac summe diuinæ, id vnū præ cæteris diuinitatis suæ specimen obtinent, vt sempiternæ quidem sint & immutabiles, nulli affectionum impetui subiectæ. Hæc autem cum summa quædam sit perfectio, & præstantissimum supremumque bonum sit bene viuere, vitæque frui lætissima, iure ac merito quæ mortali conditione generata sunt,

Procreandi necessitas.

sunt, eo aspirant, & esse viuereq; natura desiderant. Quamquam autem fieri nequit, ut id perfecte & omnino consequantur, hoc tamen nata sunt, ut quo modo sempiterna sint: non numero quidem, verum specie, quæ semper est & æterna. quapropter immutabili æternitate continuantur viuentiu ortus & procreationes, ut quod singulari substantia seruari nequit, specie saltem persistat. Etenim vsu venit ut vnumquodq; indiuiduum cum mortale & dissolubile se sentiat, aliud sibi simile optet in suum locum reponere, in quod & languidam & inclinantem suam vitam quodammodo conf. rat, & per quod procreatione quasi repuerascens atque renouatum, quodammodo perpetuum fiat & æternu. Hæc est illa procreandi libido: quæ ut species in perpetuum salua conferretur, cunctis est viuentibus à natura tributa. Hanc enim & frutices acceperunt, quas procreare manifestum est, atq; etiam nutriri & crescere. Quum autem hæc alimento iugiter inhærescant altissimis defixæ radicibus, nec ad mouendu sint aptæ, ex seipsis progignunt nullo alterius congressu. Huiusce rei causa natura promiscuum sexum maris ac foeminae stirpibus attribuit, ut confusas ac perpetuo mixtas haberent maris ac foeminae vires. At vero animantes quia non solum in procreationem & nutritionem incumbunt, sed præterea sensus ac cognitionis participes ad alias quasdam præstantiores functiones comparatæ, maris ac foeminae sexu distinctæ sunt. Sic enim melius ad alia quædam præstantiora cognitionis munera se conferunt, nec penitus alimento affixæ omni impetu in procreationem ruunt. Si quando igitur generare debent, commisceantur coeantq; necesse est, & (ut inquit Aristoteles) ex ambobus quasi vnu fiat animal. Fieri itaque non potest, ut vel mas per se, vel sola foemina ex seipsa animal perfecte generet, quamquam plerunq; rudem quandam & inchoatam molem producit, quod de mola & gallinarum ouis, quæ nostri subuentanea dixerunt, compertum habemus. Insecunda enim sunt & irrita, quod maris societate sit opus, qui procreationem perficiat. Rursum neque omnis in mare potestas gignendi sita est, ut qui procreationis locum non habeat. Ergo quum in plantis tum in animantibus vtroq; sexu est opus foemina quæ corpus & materiam, mare qui animam speciemq; conferat. Est enim mas, à quo motus procreationisq; origo manat: foemina vero quæ materiam segetemq; subministrat: qua propter mas id animal est quod in altero gignit: foemina vero quod in seipso. Hisc de causis mas & foemina tum facultate, tum quibusdam corporis partibus, quæ ad procreationem atque coitum accommodantur, inter se plurimum discordant: hinc Aristoteles generandi principia facultate distincta constituit. Quum autem in procreationem incumbunt, fieri certe nequit ut inuicem omnino misceantur atque confundantur, uti neque ipsa illarum principia. Non enim quemadmodum ex veteri cicada aut ex phœnice nouum nasci prædicant, sic ex mare & foemina coniunctim confusis aut intereuntibus, nouus homo pro gignitur. At vero quum complexu coituq; generent, necesse est saltem ab vtroque materiam quandam emitti & conferri, in qua illorum vis & potestas continetur: atque tanquam confluentibus principiorum & facultatum vicarij aut instrumentis, tertium quippiam gigni. Est autem ea materia vtriusque semen, in quo tamen actu & re ipsa mas & foemina minime comparent, viribus tamē & potestate insunt, uti mox conspicue cernetur. Quamobrem aliquispiam id recte nostri ortus verum proximumq; principiumq; statuerit. Semen igitur est ex quo primo oriuntur ea quæ secundum naturam constituantur, non quidem ut ex materia, sed ut ex motus efficiente principio. Primam seminis naturam atque rationem, perferuntur Aristoteles, demonstrat planè id nec corporis nostri

Procreandi
vis stirpium

In stirpibus
confuse se-
xus.

Procreatio
animalium.

Sexuum ne-
cessitas.

Mas.
foemina.

Commissio.

Ortus no-
stri princi-
pia.

Semē quid.

In se ortus
Animalium
ear. 18.

nostri partem esse, nec alimentum, nec colliquefactum quippiam: concludens propterea id prorsum in reliquijs & excrementis haberi. Excrementum appellat reliquis alimenti: quæ profecto aut inutiles sunt & ad nutriendum prorsus ineptæ, aut certe vtilis quæ sola copia superfluant. Atqui semen non inutile excrementum esse inde constat, quod ijs qui vel ex ætate, vel ex morbo pessime se habent, inutilis excrementi plurimum in est seminis vero nihil vel certe minimum, & si quid è seminis vasis emittitur, id prorsum in fecundum est, nec quicquam constituere potest ob eluuii illius permissionem. Ergo (inquit) vtilis cuiuspiam excrementi portio quædam semen est. Omnium autem vtilissimum atque purissimum est vltimum, ex quo iam vnumquodque membrum alimentum capessit atque sustinetur. Id enim omnino paucum ex plurimo relinquitur alimento. Dum igitur purior ac planè confectus sanguis in membra distribuitur, accedensq; illis assimilatur: postremæ concoctionis atque etiam nutritionis redundans & superfluens utile alimentum, excrementum etiam appellamus, id autem seminis est materia. Semen igitur excrementum est & residuum alimenti vtilis atque vltimi. Id putat Aristoteles sanguinem esse: hoc indicio quod si vi nimioq; conatu reddatur, nondum calcitate restium plene conuersum, ut ijs accedit qui supra modum rei venereæ indulgent, cruentum id plerunq; prodeat. Imo & inspermatice vasis cruentum id plerunq; animaduertitur. Aristoteles semen ait magnam vim ob id obtinere, quod ad partes corporis accedens, similem atque proximum alimentum substantiam & facultatem conquisiuit: vtrumque enim iam partis vim & naturam accepit. Itaque semen aut manus aut faciei aut etiam totius animalis, manum indefinitam aut faciem, aut animal totum indefinitum esse colligit, & quale vnumquodque illorum reuera iam est, tale & semen posse effici. Ut autem id portio quædam sit vltimi alimenti, utque in solidis quibusque particulis gignatur, hoc loco suffus aperendum.

Seminis materiam in solidis partibus progigni, utq; ab illis restium
ni secernatur. Cap. II.

30

PRODITVM quidem supra iam est & rationibus confirmatam, partes omnes corporis sanguine nutriri: ex quo corporis (simplex enim non est & vniuersi-modi) vnaquæque pars quicquid sibi conueniens est & familiare proicit. Id halitus specie tractum, mox vnaquæque pars mutat & conuertit, inq; suam naturam demum perducit: ita enim particula nutritionem perficit, dum appositum alimentum perfecte sibi assimilatur, & in suam naturam substantiamq; mutat. Qualis itaque est cuiusque partis substantia tale prorsus euadet & illius alimentum. Prima autem solidarum partium substantia ex semine constituitur ac gignitur, ut posthac erit apertius. Onnis igitur alimenti illarum substantia, in seminis naturam atque materiam facessit. Non ex alia materia procreata sunt particulae, ex alia vero alimentum & vitam capessunt. Atqui partes omnes solidæ ex semine ortum habent: omnes ergo aluntur semine. Rursum pars vnaquæque spermaticæ dum nutritur, simile ei generat & refarcit quod fluore dissipatum est: at dissipatum est quippiam spermaticum, ergo spermaticum erit quod in eius locum sufficitur: id autem proximum est alimentum & sanguinis pars purissima pleniusq; confecta. Hoc iam fiat obseruationum meditatione planius. Vasa seminis quæ multis anfractibus in testes feruntur, si diligenter contemplare, conspicies sanguinem modice iam albescentem conti-

Bb nere,

Seminis na-
tura.

Prima rō.

Secunda.

Tertia.

here, qui tamen nondum testes attigit. Hic cum non è testibus eo reflux erit, arguementum est hæc vasa ex sanguine diutius concepto semèn quodammodo con-
 ficere: atque dum sanguinem in suam naturam vertere nituntur, hunc prius in
 semen commutare, pollent itaque hæc vi quadam feminis effestrice. Atqui se-
 minis vasa inter venas habentur, & communem cum eis substantiam accepe-
 runt, neque igitur aliis venis per corpus vniuersum disperfis, vis & natura deerit
 feminis gignendi. Si qua alia corporis regione venæ similiter atque hæc vasa
 flexuosa haberentur, posset in eis multo facilius humor similis animaduerti.
 Et certe in omnibus venis talis quidam vere inest, qui per eorum tunicas inter-
 tus, proximum sit eis alimentum. Iam vero si venæ hoc muneris & dignitatis vi
 natura sunt adeptæ vt semen generent, maiori profecto ratione in arteriis, ner-
 uis, membranis, & in ossibus, eadem vis insidebit, quòd hæc spermatica magis
 sint quam venæ. At nequis forte contentionis æstu conetur quas proposui ratio-
 nes diluere, dicatque nec vero semine spermaticas partes nutriri, nec id verum
 semen esse quod in spermaticis vasis reconditur: nihil equidem eiusmodi ratio-
 nibus efficere contendebam, sed id duntaxat quicquid est propius quàm sangui-
 nem ad feminis vim & naturam accedere. Siuc igitur id nondum semen, siue in
 choatum crudumque semen appellet. satis superque factum putabo si docuero,
 semen esse quod in spermaticis vasis reconditur, quod Aristoteli vtile ac vltimum
 dici solet, tum partium alendarum, tum vero feminis gignendi materiam suffi-
 ci. Quæ purior est in sanguine portio alendis partibus familiaris & accommo-
 data, ea vt facile & cito alit, ita cum tenuis si plenaque spiritus, quàm mox in
 feminis materiam conuertitur. Huius quippiam solidis partibus semper assi-
 stit, semperque sanguini spermaticis humor roris modo inspergitur. Hic tamen
 si vera est materia non tamen simplex est & vniuersi, sed alius aliam vim &
 naturam accepit, ex varia partis natura a qua mutatus est. Qua autem is ratio-
 ne secretus, in testes adducatur hoc loco narrandum est. Vt in liene vis qua-
 dam inest ad prolestandum melancholicum humorem comparata, in renibus
 alia quæ vrinam alliciat, ita & testibus conuenit vim quandam inesse qua semi-
 nis materiam sibi quidem perquam familiarem & idoneam, tanquam propriū
 coniunctumque alimentum in uitent & attrahant. Cum autem magna sit & ve-
 hemens hæc eorum vis quæ in corpus vniuersum permanat, ceu mox aliis mul-
 tis rationibus planum fiet, ii nimirum tum vberiore materiam quàm sibi o-
 pus est, tum vero hanc ex vniuerso corpore elicient & euocabunt. Vt ergo iecur
 ex intestinis succum rapit per venas mesenterii, sic testes per feminis vasa mat-
 riam sugunt a vena caua, quæ lumbis & renibus assistit, hæc vero ab omnibus cir-
 cuncinctis venis grandioribus, hæc a minutis, quæ iam uix capilli magnitudinem
 adæquant, & quæ partes singulas alunt. Ea enim attractio manet ac persistit dū
 vasa & testes impleantur, neque enim prius intermittit, quàm testes copia tur-
 geant atque saturantur: inaniti enim ex locis plenioribus veluti eripientes vio-
 lenter euellunt. Ex his potest intelligi Aristotelem iure optimo falsi insimulaf-
 se Polybium, qui libro de natura feminis Hippocrati ascripto, hanc ex toto cor-
 pore sacretionem in solo concubitu fieri censuerit, ipsumque semen ceu colli-
 quefactum quiddam esse, motu agitationeque secretum: neque id in vasis aut
 testibus aliquando subsistere & commorari, vt tempore mutationem subeat. In
 hæc autem quoniam ille plurima scite attulit, satis erit subiecta obseruatio
 quæ id funditus euerat. Animante enim quæ a venere diutius abstinerat dif-
 fecta, copiosissimum crassissimumque semen comperitur, quo & vasa & testes &
 epididimis turgent: quod non nisi summa vi trahendi testium fieri potuit. Cō-
 tra

Materiæ se-
minis in te-
stibus secre-
tio.

Semen in te-
stibus ali-
quandiu mo-
vari & con-
fici.

tra vero accidit si quod animal effrenata & indomita venere feratur. Testes
 enim è vasorum inuolucro rapient, eaque profus exinanient, vt si demum con-
 sectionem fieri contingat, nihil omnino feminis inesse deprehendatur. Ergo
 quodcumque in coitu semen emittitur, id necesse est congestum prius fuerit &
 coaceruatum, tractumque vi præpotente restium. Obscurior alia ac scopulo-
 sior dubitatio hic difficilis explicatus habet. Multa enim plerique proferunt,
 quibus persuadeant feminis quàm diximus materiam, & in partibus singulis p-
 gigni, & ab iis quotquot sunt in testes confluere, alioqui inutile id fore ac mini-
 me fecundum. Quæ tametsi firmissimis rationibus Aristoteles vitus est con-
 fringere, aliàs tamen subiungam, ex quibus id nequaquam fieri posse demon-
 stre. Si enim de minima quaque particula feminis quippiam decederet, cum
 nihil extare possit minus minimo, necesse esset vnico concubitu vniuersum cor-
 pus in semen quasi liquefactum diffundi. Quoniam vero minima particule
 quam cogitatione potius quàm sensu comprehendimus, nullum potest fragmen-
 tum haberi, non potest de illa quicquam decedere. Neque præterea ex omni-
 bus sensu manifestis tum simplicibus, tum compositis quippiam fecernitur ad
 feminis constitutionem: copiosum enim id colligi necesse foret quod fecun-
 dum euadit: nec fieri posset vt tantula quæ eiicitur substantia vim haberet ad
 procreandum foetum, quòd è singulis corporis partibus quippiam accepisse nõ
 possit. Quin etiam semen totum sensu simplex apparet, & vnaquæque eius
 portio fecunda vt totum esse ex iis animalibus intelligitur, quæ vnico coitu &
 ex paucis semine multiplices foetus procreant. Ergo cum qualibet feminis
 portio totius vim habeat, qua corpus vniuersum conformet, non sic potuit to-
 tum semen a toto corpore dimanare, vt de unaquaque parte fiat partis similis
 decessio. Quamobrem recte censuit Aristoteles, feminis materiam non a to-
 to corpore demitti. At nihilominus hanc necessum est de cerebro, de corde,
 & iecore, quæ tria sunt principia, decedere: plurimum autem de cerebro: hoc
 quidem illius argumentum est, quod cui vnum quodlibet istorum grauem of-
 fensionem acceperit, infœcundus is reddetur, quemadmodum si leuius erit vi-
 tium, prolem suscitabit ægra infirmaque valetudine. Ex quo fit, vt iis venis
 & arteriis quæ pone aures sunt resectis aut exultis, fecunditas adimatur. Se-
 minis ergo materiam ex toto deriuari atque dimanare sic accipiendum, vt ex
 illius principis principibusque partibus necessario profluat. Sunt qui putent
 hanc non modo è principis, sed ex omnibus quoque similaribus partibus fecer-
 ni: non quidem ex vnoquoque osse vel neruo, sed ex aliquo osse, ex neruo, ex
 membrana, ex cartilagine quiddam in feminis materiam conferri. Deinde
 de vero quod a neruo vel ab osse profluxit, non modo illius, sed etiam omnis
 nerui vel ossis in conceptu materiam fieri. Proinde ex tantulo semine tanquàm
 ex materia, similes omnes partes effici. idque eius facultatis opera, quæ in se-
 mine sita omnia conformat.

Semen non
ab omnibus
partibus se-
cerni.

Primarõ.
Secunda.

Semen non
ex omnibus
manifestis
partibus se-
cerni.

Primarõ.

Secunda.

Semen ex cri-
bus principis
bus partibus
secernitur.

De testiculis & eorum præstantia.

Cap. III.

MAGNAM quidem vim esse testiculorum feminis secretio decessioque
 docet, qua ii ex vniuerso corpore, materiam proliciunt: at multo maximam
 declarant tum vires, quas ii corpori impertiunt, tum vero completa feminis
 absolutio. Quibus enim execti sunt testes, etiam si eorum vasa Iesa non
 sint, vis illa & facultas effectrix feminis occumbit: vt licet ii ætate sint adu-
 lta, atque florète, non tamen rei venereæ voluptate oblectationeq; teneri possint.

Testium ve-
bur primo.

Secundo.

omnisq; generandi potestas sit erepta. Simul his extingui deprehenditur masculus & virilis animus, totaq; viriditas & flos roboris cum testibus excinditur. Quinetiam eorum natura infrigidiozem conuertitur, neque sanguis bonus neque color suavis aut formæ dignitas apparet: arteriæ paruum & imbecillum, quemadmodum in senibus pullum edunt: corpus albefcit, graue, iners, opimûq; redditur & minus hirsutum, atque (vt semel dicam) effœtum sit, molle & cfræminatam. Neque vero hanc solum roboris temperamentiq; mutationem incidere, etiam propriæ substantiæ naturam inuerti hinc intelligitur, q; castratorû animaliu carnes quadâ dulcedine & suauitate gustatum mouent, quæ autem è non castratis acceptæ fuerint, tum odore tum sapore testiculos referunt, euomuntq; graue quoddam virus acerbitalis suæ. Si testiculis exectis, totius corporis robur, temperamentum, propriæq; substantia inuertiur atque mutatur, testiculi dum aderant, istorum authores erant & effectores. Neque tantæ mutationis & præstantiæ causa sunt & principium, vt quidam existimant, quòd in se illabentem ex vnierso corpore tum calorem, tum spiritum densa compactaq; substantia tanquam speculum radios in vniersum corpus refundant. Neque quòd in illis congestum semen, robur & calorem eiusmodi corpori imperat, quanquam profecto illa non parum augere hinc animaduertitur, q; cum affluit & redundat, turgescens id impetu ardoreq; corpus perturbat, excrementum hoc placidum, lenè, tranquillumq; reddit. Sed hoc roboris & caloris ex se propriæq; facultate obtinent, hasq; suas vires in omne corpus effundunt, quæ admodum cerebrum neruis, tum sentiendi tum mouendi vim, eor arterijs pulsandi facultatem impertit. Ex quibus intelligi potest testiculos magno subsidio corp ori venire, quo perfectius id & salubrius vitam agat, esseq; ad meliorem vitæ statum & conditionem vtiles. Porro autem ad generis conseruationem, magna quidem est eorum necessitas, vt idcirco in principum partium numero censentur. At certe Aristoteles hoc vno argumento, quòd quedam animalia, vt serpentes & pisces omnes, semen fecundum profundant, quibus tamè testes à natura denegati sunt, visus est existimasse hos ad seminis confectionem & ad generis custodiam principatum non habere. Si quæ tamen eiusmodi sunt, vt sine semine generent, qualè esse perhibent insectorum genus: aut si quæ emisso semine sine testiculis generant, vt pisces atq; serpentes, omnium procreandi rationè mancama atque imperfectum censemus, quippe quæ non nisi temporis longinquitate perfici potest. In reliquis autem animantibus, quæ modo quodam perfectiori generant, & quæ in procreationem, non quemadmodum insecta & muscæ, tanquam affixa diutius incumbunt, testes additi sunt, qui plenus semen excolerent & complerent, idq; foras profunderent: nullam enim in his posse creationem sine testibus perfici, vna experientia satis confirmat. Ergo non (quemadmodum Aristotelis fert opinio) testes melioris duntaxat usus gratia conditi sunt, neque vt motum seminis stabiliozem faciant, neque vt pondera telis extorum sic vasis seminis adiecti sunt, vt illa contendant. Putant siquidem castratos idcirco generare non posse, quòd exectis testiculis vasa seminis intro se contrahant, ocludanturq; eorum viæ, per quas euadere iam semen non possit. At vero quid de ijs sentiet, quibus non exectis sed attriti duntaxat sunt testes, aut quibus inmodice refrixerunt, aut alia quapiam intemperie aut vitio aut morbo affecti sunt, velut in gonorrhœa? His enim tametsi reliquum corpus firma est & incorrupta sanitate, & viæ satis patent, vt per eas abunde id possit emanare, quicquid tamen effluit, imperfectum est & minime fecundum. Quamobrem efficiendi seminis testes primi sunt authores, vasa deferentia id quodam modo

Tertio.

Quarto.

Quo testes corpus mutant.

Testiculi vtilitas corpori. Vtilitas ad generis conseruationem. Nulli perfectum animal sine testibus gigni posse.

1. de gen. ani. ma. ca. 4.

17

20

30

40

modo præparant, iaculantia vero perficiunt. Etenim in his aialibus quæ sibi diutius à coitu temperarunt, omnia conferta semine videntur, sed quod (vt dixi) cõcoctionis varietate distinctum sit: hoc autem qua ratione fiat, explicandum excutiendumq; planius est. Vt seminis materia quam è singulis particulis paulatim testes magna vi traxerunt, in flexuosis vasorum anfractibus longo viæ tractu hæret cunctaturq; diutius: ita in arterijs quæ illis anfractu quodâ substracta sunt, spiritus quasi irretitus subsistit atq; retinetur. Hac mora & contactione vtraq; vasa nituntur, quicquid continent tanquã alimentû, sensum in simile sibi speciem mutare: & vt illius colore ita planè & substantiã totã paulatim conuertere. Quam ita præparatus humor in postremos illos anfractus qui testiculos inuolunt & circumplicant, tractus delatusq; fuerit, coquitur, aptusq; perficitur ad animalis procreationem: idq; tum robore & calore eorum vasorum quæ testes ambiunt, tum vero ipsorum testium ingenita vi. Glandes enim cum sint, & spongiæ modo rari, complures fistulæ seminis confertæ in eo ex vasis propagantur, per quas susceptum humorem propria vi conficiunt.

Quomodo semine in testibus & vasis conficiatur.

Quanam est seminis compositio, quid testes ad eius confectionem conferant. Cap. IIII.

SEMINIS ergo materiam è vana caua elici, idq; perfectam tum coloris tum substantiæ mutationem in testibus habere, vna sensuum fide confirmatum putamus. At vero in semine quod fecundum est & ad procreationem comparatû, præter eam materiam speciem quandam haberi, quæ spiritus & caloris vim summam obtineat, argumentis & rationibus oportet docere, ijsq; ex naturæ arcanis & ex recondita aliorum animantium conditione depromptis. In ijs ergo quæ semen non emittunt (quod genus maxime insectorum est) semina particulam sui quampiam inserit in marem, & veluti materiam ad opificem adhibet, in hanc deinde mas vapore quodam vitæ vim & facultatem conticit. Diu coit genus id animalium, quousq; constituatur aliquid: tam imbecilla enim his inest vis procreatrix, vt si quid quasi medium intercedat, nihil quicquam possit efficere: sed eam necesse est per se & proxime animal condere, & propriam cuiusque membri naturam nullius seminis aut instrumenti interuentu, sibi simile in alio membrum effingere. At in perfectioribus animantibus quæ non modo procreationis, sed præstantioris cognitionis gratia consistunt, mas tanto facultatis robore præditus est, vt cum de se vim quandam cû seminis materia in feminam emiseric, possit ipse vel absens seminis interposito prolè gignere. Itaq; quocumque fecundum est & vile semen simplex id non est, sed utique compositum, materiamq; habet vltimi alimenti excrementum, & in hac facultatem quandam opificem, quæ tota est ætherea, spiritusq; plena. Hanc insitam non esse materiæ id planè demonstrat, quòd in semine appellato, quod per morbum ceu per gonorrhæam præter voluntatem excidit, nulla facultas inest, sed id omnino excrementum est ad id gignendi neutiquam munus accommodatum. Hoc nemo rectè semen nuncupare possit, nisi forte inducta homonyma: quemadmodum manû quæ ab omni animæ facultate destituitur, manum: hominemq; demortuum hominem solent appellare. Cæterum quæ in secundo semine facultas consistit, ea est quæ per se agit, omnisq; motionis est principium: seminis autem corpore & materia vis ea tanquam instrumento vitur, quemadmodum anima vt apprehendat manum, & faber securim adhibet, vt ex ligno lectum arte construat. Vt igitur anima manum hæc deinde materiam ex qua quippiam efficit, mouet ac impel-

In semine vna summa esse cum calore & spiritu.

Vis et facultas seminis alia est ab eius materia.

ac impellit, ita in his animantibus quæ semen profundunt, hæc quid proxime mouet & agit, sed à propria quadã vi & energia quam gerit incitatu. In quibus ergo quippiam constitui solet secreto profusoq; semine (non enim omnia ut dixi emittant) non id quidem tanquam efficiens primarum & insitum generat, sed id quod primum mouet. Virtus enim quæ in seminis materia coeretur, vitam impertit, & partes conformat, summa illius facultas, non ex mole, sed ex viribus spectanda. Cum itaque duo in femine comprehensa teneantur, materia & facultas, illa quæ patiendi vim habet non ab omnibus corporis partibus, à quibusdam tamen necessario sacernitur: hæc uero quæ prorsus est efficiens, ab unaquaq; uel minima demigrat, quod nonnulli hac uerborum interpretatio ne explicant, semen non mole, sed uiribus à toto desluere. Cæterum qua uia qua uel ratione ex toto decessio fiat, utq; ex duobus illis unum semen constet, aperiendum. Seminis crassior materia, cum solidis partibus apposita erat, ab eis generandi vim non conquirebat, sed præparationem duntaxat & patiendi constitutionem, ob quam facile possit in illarum substantiam conuerti. Ea uero cum ad testes rapitur, uim suam etiam tum retinet, & præparationem habet ex qua poterit aliquando in partium suæ naturæ materiam suffici atq; substitui. Seminis materia quamquam uasorum testiumq; uel exquisitè adeo coquatur, ut crassior aliorq; euadat, nequaquam tamen semen inde absolutam fecunditatis naturam consequi potest, nisi magna ueritate spiritus influant, eiq; materia penitus confundantur. Quandoquidem horum causa arteriæ ab aorta ceductionem habent in testes, seminis uasa comitata. Ex quo intelligi potest, per ea uasa materiam per arterias uero formam & facultatem semini cõferri.

Seminis materia ex corpore lapsa, uim habet duntaxat patiendi.

Vis & facultas cum spiritibus in fluit.

Quid testes semini præstent.

Nullum in testibus esse generandi spiritum.

Per has quidem spiritus uitalis, per uanas naturalis à iecore, per neruos animalis à cerebro & spinæ medulla illabatur in testes. Ac ceteris autem particulis & ab uniuerso corpore credibile est non nihil spiritus atq; facultatis derèpète in testes irruere, idq; valida agitatione corporis & perturbatione, que in ipso sit coitu, cuius hoc est indicium, qd titillatio uehementis tum corpus uniuersum eximia uoluptate afficit. Hæ igitur vires & facultates quæ cum spiritibus ex uniuerso corpore, maxime uero ex principibus partibus confluerunt, illi demum seminis materiam insident tanquam procreationis magistræ & opifices. Quapropter non testes semini uim tribuunt qua fecundum est, sed hæc ab uniuerso corpore suscipitur. Quid est (in quies) quanobrè testes iter principes partes retulimus, & quid hi in semen conferunt? Non materiam, ut quæ ex corporis alimento rapta haustaq; nõ vires illas & facultates, ut quæ ab uniuerso corpore cum spiritu dimanarunt. Quenam igitur eorum est efficiencia? Ea sanè qd materiam seminis concoquunt, ac planè in alteram speciem cõuertunt, simulque ei formã eam a qua semen est & appellatur (quemadmodum mammæ facti speciem) ex se ij tribuunt. Quinetiam suo illi calore spiritus quos ex corpore acceperunt, diligenter commiscunt materiam eorumquæ facultates inserunt semini, & omnium temperatione unum efficiunt, hacq; facultates inserunt semini, & oium uiribus ornatum, tum facultatem, tum spiritum generantem in illis collocari. Neque igitur facultas, neque spiritus generans in testibus collocandus est: sed hæc propriæ totius sunt corporis, eorum animalium exemplo quæ uniuersi sui corporis calore & spiritu generant, nullo semine profuso. Neque in perfectis animantibus quæ semine generant, ullus est spiritus qui generans dici meretur. Non enim ut cerebrum ex uitali animale spiritum producit, sic testiculi uim habent ingenitam, quæ illapso uindicque spiritus in unius generantis eiusq; simplicis naturam commutent: sed si quis est in

in nobis generandi spiritus, is coniunctio & confusio quædam est omnium. Cæterum qui contentione uelit generantem uim ad spiritum testiculis attribueret, huncq; ex multorum congressu simplicem esse factum, uix fortasse possit rationibus conuinci, quemadmodum neq; si semen simplex ac prorsum uniusmodi, non ex multarum partium naturæ dissimilis adhesionem compactum & coagmentatum pronuntiet. Vt cunq; hæc cõstituta stabilitaq; fuerint, testes nihilominus iure possunt inter principes partes haberi: non quia singularis cuiuspiam animalis vitam, sed (quod præstantius est) quia eius uniuersum genus perpetuant, neque unquã id vlla mortali necessitate suunt occidere.

De seminis natura, præstantia, & uiribus, idque omnium tum spirituum, tum facultatum causam esse. Cap. V.

I AM uero ad seminis contemplationem reuerfi, ex procreationis modo seruitur quæ nam illius substantia, & quæ natura sit. Quodcunq; absolute coactum costumque est, id ut colore album, ita & substantia crassum redditur, planeq; imitatur uasorum ac testium naturam: cuiusmodi plerunq; ab animalis grandinis specie prodire deprehenditur. Cæterum non sicuti grandis uel nix id frigoris vi concreuit, sed ab ingenito & interiore uasorum ac testium calore. Neque tamen ut lac, ouum aut alia quæcunq; multum terrenæ substantiæ permixtum habent, coctione cogitur, in quibus uel caloris humore dissipato crassior portio subsistit. Nemo enim tam rudis est, qui semen quod planè aerem aut potius æthereum est, inter hæc terrena connumeret. Quid ergo restat? Ut aqua oleo permixta, aut oui cãdidum diutius agitatam, à coercito flatu in spumam densæ & albæ ingentem tumorem exurgit, ita propemodum quod in nobis est semen calore cogitur & albescit. Testium enim calor spiritum uitalem ac reliquos tanquam concoctione exagitant, materiam seminis omni ex parte permiscet, cumq; sit ea materia non parum cohærens & tenax, ab immixto spiritu facile in spumam eamque densissimam turgescit, cuius tamen bullæ cerni uix possint, ut neque in butyro. Ea certe causa ueteres fabulantur, Venerè & spuma progeneratam fuisse. Itaque semen etsi aerium est, multo spiritu eoque calido confertum, calore tamen in spumam conuersum concreuit albescitq;. Cuius etiam rei indicium est, qd sub dio positum liquefit, cũq; iam planè refrigerit, spiritusq; euauerit, nigrius id effectum dilapsumq; diffunditur. Remanet enim uelut aqua minimum quippiam habens terrenæ portionis, quæ dum exaruerit, manifesto deprehendi solet. Ex his autem quæ euentuum obseruationibus cõfirmata sunt, palam sit id quod proprie semen appellamus, natura calidum humidumq; haberi. Iam uero seminis vires quantæ sint uerbis explicemus, idque ex Aristotelis decreto. Quoniam alimentum quod ad membra diffunditur & accedit, simile ei est quod tanquam superuacaneum relinquitur, semen aut manus, aut faciei, aut etiam totius corporis, manus est aut facies, aut corpus totum, sed promiscue & confuse. Nam quale unumquodque istorum reipsa iam est, tale & semen euadere potest, aut crassitudinis mole, aut facultate, quam in seipsum continet. Semen igitur (inquit) tale est, motumque habet & principium eiusmodi, ut motu peracta pars quæque emergat, eademq; sit animæ uiribus instructa. Omnia enim quæcunq; aut natura aut arte fabricantur & ortum accipiunt, ab eo quod reuera iam est sunt, ex materia quæ habilitatem aliquã & adumbrationem habet futuri operis. Dehinc uero dum expressam atq; solidã perfectionem consequuntur, in actum erumpunt, quemadmodum ex seminis materia

Albæ crassumque semen.

Vnde semen albescit & densatur.

Seminis quantæ sint uerbis explicemus, idque ex Aristotelis decreto.

2. de gene. ani. ca. 1.

Cap. 3.

materia in vterum emissa homo tandem procreatur, cuius species quadam & forma præcesserat in semine. Hoc quidem nullis corporis particulis conformata non conspicitur, quoniam tamen ea illinc aliquando comparabunt & exfusciantur, viribus & facultate præditum est, omnemque animæ potestatem obtinet. Quum enim semen in animantibus vteroque conceptum non secus ac stirps vi ta fruatur & alatur, animam id in se continet naturalem & altricem. Ea quoque quæ sensus particeps est à qua animalis nomen assumit, temporis progressu accedit, quum moveri incipit, tum demum rationis vis cuius appulsu homo dici meretur: non enim simul animal fit & homo. Animam igitur naturalem in feminibus atque conceptibus nondum separatis haberi potestate statuendum est, non a se & re ipsa: priusquam eo modo quo conceptus qui iam separantur, cibum trahant, & officio eius animæ fungantur, principio enim hæc omnia vitæ

At a natura stirpis viuere videntur. De anima quoque sensus particeps similis atque eadem *lis et sensus* est ratio. Duo hæc principia, quoniam ad agendum indigent corporis adminiculo, sine corpore nequunt consistere. Ex quo fit ut in semen extrinsecus ea non *ex semine* prodierunt. appellant: neque enim solitaria & per se ipsa accedunt, quod à corpore seipsum non possint: neque corpore quodam suffulta, quod diuersum sit à semine. Re-

Mens diu- stat igitur ut semper in semine potestate fuerint, nunquam seiuicta. At vero *nitus acce-* mens illa simplex, nullius corporis terrena mole instructa vel indigens, sola *dit.* extrinsecus accedit, eaque sola diuina est, nihil enim eius actioni cum corporis officio commune intercedit: omnis enim huius animæ vis, alterius corporis est particeps, quod magis diuinum est, quam quæ elementa appellantur. Quoniam

Spūs & fa- vero protinus huius libri initio demonstrare proposuimus, omnium quæ in no- *cultates non* bis consistunt facultatum causas: iam ex his tanquam certa demonstratione cõ- *ex elemētis,* fici potest, spiritus & eas quæ in nobis vigent facultates, nec primam elemen- *sed ex semi-* torum temperiem esse nec ex ea, sed à semine solo originem habere. Quæquam *ne nasci.* enim quatuor elementa optima temperie conuenient, & ad moderationem se- se redigent, nequaquam tamen vllum animal vel stirpem efficiunt citra semi- nis, quod aut re ipsa aut actu, aut potestate duntaxat insideat, appulsu. Potestate dico ob stirpes, quæ à terra sponte sua emergunt, & ob ea animalia quæ

2. de gener- ex putridæ materiæ vi proueniunt: in vtriusque enim non minima vis percipi- *anim. cap. 1.* tur seminis, aut caloris qui eius potestatem habeat. Huius vero calor vis & naturam Aristoteles memoriæ propagauit, supra quam ad naturalem spectat. Dura (inquit) mollia, lenta, rigida, & quicunque alij effectus partibus insunt viuentibus, caloris & frigoris vi effici possunt. At ratio qua iam caro aut os est, non sic potest: sed à motu efficitur, proficiscente ab eo quod genuit, quodque energia tale est quale potestate est id ex quo gignitur. Ex quibus clarum & euidens est quæcumque in viuentium numero habentur, sui ortum non primis reum elementis, sed semini acceptum referre. Obiiciet hic fortassis, id semen ex primis constare elementis, omnemque vim suam ex illis adeptum esse. Hoc certe non est vsquequaque verum, sed à diuiniore quodam magisque excelso principio robur assumit, quanquam est ex elementis concretum. Nam (inquit Aristoteles) omnis animæ siue vis siue potestas, alterius cuiusdam corporis particeps esse apparet, eiusque diuiniore quam quæ elementa appellantur. Verum quemadmodum nobilitate obscuritateve animæ inter se discrepant, ita & natura eius corporis differt. Continet enim in se semen cuiusque fecunditatis suæ causam, nempe ipsum calorem, qui igneus minime est neque id generis facultatem aliquam æmulatur. sed spiritus qui in semine spumanteque corpore coercescit, & natura quæ in eo est spiritu proportionem respõdet elemento stellarum.

cap. 3.

larum. Quamobrem ignis nullum animal generat, neque constitui quicquam densis, vel humidis, vel siccis videtur. At vero solis calor & animalium, nõ modo qui in semine continentur, verum etiam si quid excrementi sit, quanquam diuersum à natura, tamen id quoque principium habet vitale. Cæterum calorem in animalibus contentum, nec ignem esse, neque ab igne originem ducere, apertum ex his est. Hoc itaque Aristotelis decreto perfacile liceat facultatum omnium & spirituum causas intelligere: quibus equidè in totum assentior & subscribo. Ab homine autem ad cætera quoque genita digressus, sciri velim omnium genitorum primam constitutionem ex elementis proficisci, omnemque materiam, omne temperamentum, & eas affectiones quas Aristoteles fecundas qualitates appellauit, molle durum, rarum densum, crassum tenue, & similia, ab iis sumptas esse. At propria cuiusque ratio & essentia, qua id ipsum est quod esse dicitur, nequaquam ex elementis emergit. Quemadmodum enim hominis essentia atque ratio, quæ illius est anima, diuiniorem quam qui ex elementis est ortum habet: sic & essentia ratioque carnis qua caro est, aut ossis quo os est, nenti quæ ab elementis his densis atque concretis, sed ab elemento stellarum planè celestem naturam sumit: & hæc in cœlesti quodam spiritu consistit hic autè spiritus est in semine per quod genito toti impertitur. Ad eundem propè modum tum reliquorum omnium animantium, tum stirpium propria natura cœlesti ortu profertur. Hinc facultates quasdam obtinent occultiores & recõditas, quas etiam cœlestes appellant nequaquam ex elementorum temperie profectas. Circumspectis rebus omnibus rationibusque subductis, hanc de semini summam facio. Seminis materia utilis atque sincera, eius alimentum quod partibus solidis attribuitur portio quædam est, quæ vi testiculorum attrahente, de singulis corporis partibus secreta decessit. Ex hac testes & vasa suo quo prædita sunt calore semen generant, quod tamen secundum atque fertile neutiquam habentur, nisi plurimus spiritus vitalis ex toto confluat, qui diligenter ei permisceatur. Quod ea confusione gignitur semen secundum, id substantia crassum est & spumans, colore album, pondere læue, natura æreum, temperamento calidum & humidum. Eius substantia & crassitudo ex elementorum constat temperamento: præter id autem calorem quendam diuinum atque celestem obtinet, nõ ignis aut alterius elementi particeps, in quo vita omnis consistit ac manet, in quo præterea potestas insidet tum naturalis & altricis animæ, tum eius quæ sensum, motum, & appetitum habet. Hic dum efferuescit, quæ compressæ atque tacite in eo delitescerant facultates, in actum erumpunt, & viribus sese ostendunt. Omnes has facultatum adumbrationes semen, non ab elementorum permissione, sed a parentis corpore consequuntur est in quo energia consistunt. Ex quo intelligi potest cum hominem qui emisso semine generat, omnes quoque corporeas facultates vna producere. Cæterum animum & eam animi partem quæ princeps est, quæque mens nominatur minime is confert, quia cum animus sit à corporis natura diuersus, eius substantiam non comitatur, sed extrinsecus in id illabitur ceu diuinum munus.

De seminarum semine.

Cap. VI.

FOEMINA S semen proferre, hac potissimum rationem doceri potest, quod testiculos & seminis vasa acceperint, crebris flexibus atque circuitibus intorta, haud secus ac in maribus enata. Quæ omnia si natura non frustra cõdidit, generandi seminis facultatè simul his attribuit, huiusque causa fabricata sunt. Rei veritas

Rerum omnium forma diuina sunt

Cc ritas

Fœminis se- ritas sensus testimonio comprobatur. Nam fœminis quæ diutius a coitu sibi
men inesse. temperarunt dissecis, in vasis semen circumfluere, idque iam albescere: conspi-
citur, æque ac in maribus: in ipsis vero testibus, crassius & perfectius. Quin etiam per insomnia ex interdum fatentur semen non minori se voluptate quam in coitu eiaculari. Viduis & iis quæ diutius veneris studia intermiserunt, ut per insomnia ita obscœnarum partium titillatione copiosissimum crassissimisque semen erumpit. Quæ cum integra sensum fides affirmet, non aliunde rationes petendæ sunt, quibus doceatur semen in mulierum vasis haberi, idque concubitus magna voluptate profundi. Non idcirco mulieribus id concessum est ut duntaxat imperum illis & quasi stimulum adderet ad venereos amplexus, sed ad alia quoque plurima conducit, quæ paulo post afferemus. Id autem vim habere procreantem atque fingentem inde colligitur, quod non alium in his quam in maribus ortum & a testibus & a vasis acceperit, quod etiam mulier quæ morbo comitiali, calculo aut prodagra affligitur, prolem gerit horum malorum hæredem: quod demum partus sit plerumque matri similis: quæ omnia non maternus sanguis, sed quod ab illa profusum est semen efficere potest. Ergo semen quod de mulieris partibus similibus decedit, ad similitudinem partium effectio- nem & conformationem vim quamdam obinet: tamen ea profectio minor est, & infirmior, quam quæ a maris semine confertur. Qualis autem & quanta sit ea vis, declarant ova quæ subuentanea dicuntur, & molæ quas mulieres quandoque proprii duntaxat seminis vi, nullo viri concubitu concipiunt. In his siquidem procreationis est quædam adumbratio, & rudis materiæ concretio, quam maris semen si suis instructum viribus accessisset, tanquam multo potentius numeris & ornamentis omnibus absoluisset. Neque tamen hoc per se & solitarium, sed fœmineo duntaxat permittum quicquam perficit. In aduersam partem multis rationibus contendit Aristoteles, ut demonstrat mulierem semen nec hære nec emittere. Eum certe humorem qui in mulierum vasis manifesto cernitur, & quibusdam in venereo complexu magna cum voluptate effunditur, satis quidem animaduertat: at is inquit seminis rationem non habet. Loci enim proprius est, & vteri velut quædam profusio, qualis etiam viris minime fœcundis sponte sua plerumque erumpit. Itaque cum ante semine id esse definiuisset, ex quo primo oriuntur ea quæ secundum naturam constituuntur, hunc istum humorem qui non fit ad generandum accommodatus, semen non appellauit. Eum humorem quia fœminis cum voluptate emittitur, idcirco nihil ad conceptum conferre putat, quod plerumque (inquit) sine ea voluptate quæ fœminis per coitu euenire solet, concipitur, si locus turget, & vterus proprius descendit. Non desunt qui eodem interpretationis genere, hunc mulieris humorem semen appellent: sed quod fœcundum non sit rationes autem quæ illi fœcunditatis vim adimunt hæc sunt. In omni rerum procreatione aliquid est ut efficiens, aliquid ut materia: quæ quanuis in fruticibus vnum idemque esse videantur, forma tamen & rationis dignitate longe lateque distant. In perfectioribus autem animantibus, ut hæc facultates sexibus distincte apparerent, ita efficiens & patientis tum naturæ, tum corpora diuersa sunt. Quocirca cum sit mas efficiens, fœmina vero patientis: hæc ad procreationem, non verum, semine, sed materiam duntaxat conferet. In quibus enim mas a fœmina separatur, natura generandi principia non miscuit, sed prorsum ut viribus ita & sedibus ea distinxit. Si fœmina semen gerit fœcundum, cum alterum principium nempe materiã contineat, poterit citra maris congressum, ex seipsa fœtum edere. Hoc si fieri potest frustra mas erit. Absona autem hæc sunt, fœcundum igitur non est mulieris semen,

semen, nec quicquam constituere potest. Oua subuentanea quæ gallinæ citra maris opem pariunt, imperfecta sunt & infœcunda. In piscium genere cum fœmina ova deposuerit, mas deinde illa semine conspergit: quæcunque id attigerit vitam assumit, reliqua autem irrita, & a maris calore destituta, cõtabescunt. Ex quibus perspicuum esse voluit, fœminæ si quo semen inest, id vim nullam habere efficientem & procreatricem, sed tanquam materiam maris semini subiici: quæ tamen ardoris stimulo fœminam ad coitum impellit, simulque vterum ad concipiendum parat & accommodat. Maris autem semen, tum materiam, tum vim & facultatem exitiam habens procreationis efficiens est & opifex. Quapropter has formas motusque principium, fœmina vero corpus atque materiã affert. Hæc rursus valida istiusmodi ratione stabilire contendunt. In perfectiorum animantium genere fœmina quem conceperit fœtum diu gestat atque alit: hoc autem efficere non potest, nisi superuacaneorum redundantiam frigidum humidumque suo temperamento congerat: cuiusmodi ergo cum sit fœmina, neque copiosum, neque crassum, neque calidum, idcirco neque fœcundum semen potest efficere. Hoc cum Aristoteles animaduertisset diligentius, mox subiunxit: si semen esset, menstrua non essent, idcirco autem illud decet, quoniam hæc insunt. Itaque fœmineum semen non eam elaborationem, non eo vitales spiritus, non eas denique vires quas masculum potest obtinere, quamquam similem ortus sui modum accepit. Hinc conficiendum putant, id non debere seminis appellationem sortiri, aut si semen dicendum videbitur, quia non fœcundum, id est & modicum, a menstrui sanguinis natura discescit, homonymiam comitari. At vero si aliter omnia scrutabimur, solui quidem hæc poterunt. Est enim rationibus inniti videntur, quæ ex philosophiæ theorematis depromptæ sunt, hoc tamen duntaxat efficiunt, maris semen præstantius atque fœcundius esse quam fœminæ: non autem illud solum vim habere efficientem, hocque prorsus infœcundum tanquam materiam subiici. Commentitium enim videtur, & anticularum figmentis proximum, solum maris semen ex materno sanguine citra ullam fœminæ opem, perfectum quicquam progignere, nec est profectio earum mulierularum dictis fides habenda, quæ asseueranter pronuntiant se nulla coitus voluptate vtero concepisse. Ut autem quæ a gallinis eduntur ova subuentanea, sic & quæ galli pariunt exigua, compertum habemus nequaquam fœcunda esse. Necessum est igitur amborum semina mutua substantiæ familiaritate & amicitia se copulent & prorsus confundantur, si qua inde futura est absoluta procreatio. Semen non idcirco fœcundum appellamus, quod solum ex sanguine quippiam generet, ita enim ne masculum quidem fœcundum haberetur: sed hinc quod alteri confunditur ad generandum conferat. Nunc autem quis demonstrare possit, fœmineum non opulari masculo? Si nobis permittetur Aristotelis rationem huc accommodare, ea certe quamuis ab aduersario petita, rem nostram omnem constituet, & quasi sepimento aliquo vallabit. Is enim naturam ait maris ac fœminæ vtrunque sexum in fruticibus miscuisse, quod sola vis mascula (licet terra materiã ei conferat) non satis sit quæ procreationem in stirpibus efficiat. Quod si in his, multo magis opinor in animantibus, quæ præstantiori sunt ordine, necessum fuerit maris ac fœminæ vires coniungi, non idcirco duntaxat ut fœmina materiã suppeditet, sed ut copulatis atque confusis amborum viribus, semen vni ex ambobus procreationi aptum proferatur. Hoc igitur integer absolutisque viribus præditum, tanquam opifex in subiectam materiã incumbit. Hæc de fœmine procreationis humanæ principio, nunc de materno sanguine differendum.

Quar. a. Quin. a.

Sexta.

Solutio.

Vnde semine fœcundum dicitur.

Controversia solutio ex Aristotele.

MENSTRUUM non quemadmodum semen ultimi alimenti, sed sanguineæ portionem quandam esse hoc est indicium, quod non mariscæ, non fluxus sanguinis & haribes, non varices, non tale quicquam mulieribus magna ex parte accidere solet, quandiu id profuit: si quid horum erumpit, deterior fit menstrua purgatio, quod huius materia alio rapta dissipetur. Eorum animantium quæ viuunt foetum edunt, feminas menstruo abundare necessum est, ut hoc foetum quem stato tempore utero gerunt plene alant ac sustentent. Quo autem hanc alimenti vbertatem natura suppeditaret. foeminam imbecilliore frigidioremque mare constituit. Hic quidem quia plurimo calore circumfiunt, omne quod susceperit alimentum perfecte mitigat atque coquit: & si quid præterea redundat, id potenter discutit. At foemina quæ haud ita multum a mare perfecte calido disiuncta est, alimentum satis quidem conficit, infirmiore tamen calorem obtinuit, quam ut quod redundat possit discutere. Proinde illi ex frigida imperfectaq; natura, menstrui sanguinis utilitas accessit. Quæcumque animantia ouum pariunt, nec foetum in se vitium continent, mensibus non purgantur: minus enim sanguinis obtinent, aues quidem quia siciores, pisces quia humore plurimo circumfluunt. Hæc una ratio efficit, ut in reliquorum animantium genere mulier plurimum menstrui sanguinis emittat. Calida enim & humida est illius constitutio, caretq; pilis, cornibus, ungulis, alijsq; particulis, in quas solet cæteris animantibus superuacua moles conuerti. Quæcumque porrò plenius gulæ ventriq; indulgent, & vitam inertem otiosamq; traducunt, quoniam exercitationis defectu & caloris inopia minimum superuacui sanguinis discutitur, eius plurimū coaceruant. Vnus ergo sanguis redundans, tum viris materia prima fit seminis, tum mulieribus menstrui. Ut enim maribus, sic etiam foeminis circa annos pubertatis in gens incidit corporis vniuersi mutatio: ac tum temporis crescente iam & vegetiore facti natiuo calore, pubes erumpit, ubera tumescunt, corpus libidine titillatur, exuberans sanguis calore veluti extenuatus diffunditur, vixq; suis receptaculis coercitus, viam sibi parat qua dimanet: Quamobrem hac ætate prodidit Hippocrates maribus sanguinis è naribus profusiones, puellis vero menstruorum eruptiones obtingere. Illis siquidem venæ quæ ad nares constitutæ sunt, his vero quæ in vterum inq; eius ceruicem inferuntur, facillius promptiusque referantur & patefiunt. Itaque qui in vena caua redundat sanguis in vteri venas perlabitur, hasq; copia & calore distendens aperit, ut ab earum osculis stillans dimanet, profluatq; è partibus obscenis. Inminuta copia circumcisaq; redundantia, quod reliquum est & corpori necessarium venæ retinet: dum vero menstrui nihil amplius erumpet, quæ ad vterum pertinent ora venarū, sponte sua occluduntur & conuolunt. Mensis vnus circulo tantum denuo congeritur & accrescit, quantum ante proflexerat, idq; simili prorsus ratione, naturæ impulsu per vterum deponitur. Non est autem quod aliquis spiam existimet, hanc duntaxat sanguinis redundantiam circuitus causam esse, quoniam ijs etiã quæ sanguinis exiguum congesterunt, quanquam parcius, statis tamen circuitibus profunditur. At huius circuitus causa, aut in naturæ consuetudinem, quæ omnia certis legibus statisq; periodis exequitur, aut in sempiternos & immutabiles lunæ cursus referenda est: quæ ut luminum varietate, tum crescens, tum senescens, mensem dimetitur, sic hominis ut sanè reliquorum omnium humores,

Menstrui necessitas et productio.

Quæ animalia menstrua habent & quæ non habent.

Quæ multum quæ parum.

Quo tempore menstrui erumpat.

Quomodo se fiunt.

Circuitus mensium.

res, rata ordinis constantia regit, atque moderatur. Ne quis porrò menstruum sanguinem existimet quasi affluentiam & exuperantiam esse sanguinis utilioris, & ei prorsus similem qui in venis pro alimento est, velim equidem hoc loco plenior de illo rationem institui. Plurimum in mulieribus fieri author est Aristoteles, & cum qui statis circuitibus profuit, genus esse quoddam sanguinis vitiatum, & quasi ægrotans. etenim à puriore sanguine secernitur naturæ beneficio, præsertim decrescente aut silente Luna. Hoc excidente, si nouella vitis tangatur, in perpetuum læditur, steriles fiunt tactæ fruges, moriuntur in sita, exuruntur hortorum germina. Si omnino mulier prægnans alterius menstrua supergrediatur, aut illis circumclinatur, abortum facit, ei autem quæ vterum non gestat, concipiendi spem adimit. Mulierum quæ purgantur spiritus & vapor ab ore, specula atque eboris nitorem obscurat. Gustatus hic sanguis canes in rabiem agit, homines autem miris cruciatibus affligit, comitiale morbum, pilorum effluuium, aliãq; elephantiorum vitia infert, idcirco à veteribus inter venena relatus, pari malignitate existimatur atque sanguis elephantici potus. Hinc dum in muliere suprimitur, nec statis temporibus emanat, ei etiam cui proprius est, debetq; familiaris esse, grauissima affert incommoda: viscerum obstructions, tabem, cancerum, morbum comitiale, huiusq; perniciæ quamplurima. Quum itaque tanta sit eius pernicietas, sitq; vis ei tam pestifera, vix animam indico fieri posse, ut ex eo foetus in vtero gestatus alimentum capeat. imo tum optime solet mulier vtero concipere, quum ab hac foeda eluuiæ munda repurgataq; fuerit, quumq; purus existet tum vterus tum reliquus sanguis in corpore, ex quo demum foetus aletur. Quamquam autem reliquo deinceps temporis circuitu, vitiosus similiter ac prius congeritur & accrescit, eo tamè haudquaquam foetus continetur aut viuunt, nec eum, sed quantum potest purissimum, atque suauissimum pro alimento rapit sibiq; inngit. Quoniam igitur corruptus ille sanguis, quem menstruum appellauimus in grauidis concedit. Pars exigua circa vterum inhaeret in venis, pars maxima reliquo puriori sanguini permiscetur. Hinc quia nequit naturæ vis omne illius virus mitigare aut euincere, grauidis mulieribus plurima mala obueniunt, corporis grauitas, foedus faciei color, lienis tumores, varices, malacia: atq; ut in genere dicam, ab hoc revento in omne morbi genus procliuiores sunt: quam quæ vterum non gestant. Hunc autem natura intus continet: ne si viam patefaceret, cum eo vitale foetus alimentum simul emanaret. Itaque natura nouæ proles procreationem instituens, in vitæ discrimen plerunq; parentem adducit. Non igitur menstruo foetus aliter, si hac appellatione corruptum cum sanguinem notamus, qui purgatio est & excrementum purioris. At vero quoniam hoc nomine omnem sanguinis ab vtero factam deiectionem sapius veteres significauerunt, ferè fit ut & foetum ali & lac gigni ex menstruo sanguine pronunciemus. De semine ac sanguine menstruo, quid sint, vnde & ex qua materia, & quomodo gignantur, dictum iam satis est. nunc vero de hominis procreatione tradendum.

De seminis conceptione, & prima homini constitutione. Cap. VIII.

QUONIAM in animantium genere conducebat marem & foeminam separari, solers & prouida rerum natura, ut eos quandoque ad generis propagationem inuitaret, & ne vniuersum genus intercideret, libidinem quasi stimulum ex seminis ardore vtriq; iniecit, & partibus obscenis illecebras & admirabile congressus desiderium, idq; ut sua semina in vnum conferrent, alioqui prorsus inutilia,

Menstrui natura.

3. de hist. ani. ca. 19. Menstruum quid.

Menstrui pernicietas et malignitas.

Gal. li. de vit. moribus præter naturam.

tilia futura. Quare præter testiculos quorum est semen generare, conitæ sunt partes obscenæ, ijsq; insigniores duo nervi eximij sensus inserti, quia viris desinunt in glandem, veneræ voluptatis sedem. Dum itaque qui concavus est in pene nervus, spiritus copia impletur, penem arrigit, viasq; distendit, per quas semen directe & impetu iaculemur. Veneris autem ingens facta delectatio, seminis vasa & testiculos irritat. Hinc mirifice impulsus semen turgidumq; spiritus ubertate, vix potest suis vasibus contineri, sed cogitur foras exilire ingenti voluptate, viris quidæ quasi saltu ob viæ flexu & longitudinè, mulieribus vero languidius. Vt aut omnes hæ causæ maiores sunt in viris quam in mulieribus, sic illos constat in coitu maiore voluptate teneri quam mulieres: quâuis hæ pluribus modis oblectantur, nepe dū semen erumpit, atq; etiã dum vterus uiri semen auide suscipit & amplectitur. Hinc Tiresias vates, qui vtrumq; sexū fingitur expertus, mulierum partes uisus est tutari. Porro autem seminis emissio non fit in vteri sinum, quoniam eius os internum cōniungere occludiq; solet, sed in cervicis fundum excidit ad os vteri, quo pleriq; seminis vasa & testiculos deriuari prodiderunt. Illuc igitur viri & mulieris semina confluit: hincq; (vt auctor est Aristoteles) in vterum angusto ore rapiuntur. Profusio (inquit) seminis non intro fit, vt quidã volunt. os. n. vteri angustum est, sed ante, quo femina mittit vaporè illum nonnullarum recrementum: eodem enim mas etiã mittit quod fuderit, & aut ibidem manet semen emissum aut intro ab vtero trahitur, si calidus est & modice temperatus. Cuius rei indicium, q; locus qui modo madebat, reficatus mox sentiat. Sic & Oribasius, Duo (inquit) orificia habet vterus, vnum interius, alterum externum, in quod viri genitale semen conditur, in illud quidem non ingreditur, sed trahitur vterus ad se semen, quemadmodum cucurbitula. Id ipsum videtur alio loco planius expressisse. Quæadmodum è profundis cuniculis ceruus serpentè nariū inspiratu allicit, sic vterus viri semen è sua ceruice. Miror ab his atq; etiã à vero Galenum descivisse, qui putavit mulierem semen per cornua in solum vteri sinum eiaculari. Quū illa uterū gerens fortasse concumbet, quonam tandem semen id vteri sinu susceptum euadet? Ob signatum enim tum adeo est os vteri interius, vt nihil vel minimū subire possit aut excidere. Hoc si in præscriptum pariendi tēpus intus contineretur, inutile prorsus & otiosum computresceret, & grauissima tum animi, tum corporis incommoda necessario inueheret. Hac forsitan ratione perterritus Auicennas, inconsiderate statuit gravidam mulierem, nullis virium conatibus, posse in concubitu semen effundere. Ad hunc itaq; modum semen proleat vterus, si quidem validus est & inanis, appetensq; veneris: atque si futura est conceptio, mulier quadã voluptate præsentit vterum gestire: miroq; seminis desiderio totum in partes obscenas prouolui, vt ei obuius ore quasi manu id excipiat, aut potius arripiat. Aceptum deinde continet auidissime ac in sinus suos recondit, adeo certe in vndique comprehendens, vt nullum intus spacium inane sinat: quin & in id sese contrahens, os suum adeo coarctat & claudit, ut ne uel minimum quidem dehiscat: cervicis autem os quod est ad partes obscenas, nunquam non patet. Sic quidem Hippocrates memoriæ prodidit, ijs quæ utero gerunt vteri os comprimi, hocq; testimonio, si obstetrices immisso digito, os vteri cōniungere sentiant, mulierem concepisse pronunciant. Cæterum si imbecillior erit uterus, quod in vitiosis affectibus fit, aut si minus appetens erit seminis, ut in gravidis & in iis quarum libidinis ardor euanuit, quæque expletæ iam sunt uenere: uiri semen in ceruice aliquantum confidens, mox foras excidit & elabitur. Id autem mulier fecunda fecali apprehendet & retinebit, si

Seminis eie-
ctio.

Seminis at-
tractio.

2. de gene-
ani. ca. 4.

Aphro. 23.
lib. 6.

Obiectio cō-
tra Galeni.

Vterus ut
semen cōpre-
hendat.

Concipiēdi
rationes.

bit, si integra sit valitudine, si pauco ante tempore repurgata & munda sit a mensibus, si pariter cum viro aut paulo post id ei aculetur. Ita enim si eodem impetu atque uiri semen emittit, aut si paulo ante cum iam libidinis furor plurimum incensus est, vterus ingentis voluptate & auiditate id allicit & in se recondit. Contra vero si multo post aut ante quam mulier, vir semen emittat, cum nempe vel nondum effruescit, vel iam cessauit impetus libidinis in muliere, vterus aut semen non proleat, aut certe non continet: neque si continet, vtile id redditur, propter ea quod nimia mora a femineo destitutum est, spiritusque totus euanescit. Neq; profecto seminis attractio neque retentio, conceptio est, tamen id ratio nominis videtur indicare. Non raro enim auidus vterus semen attrahit, quod diu continere non potuit, sed biduo aut triduo fuit elabi. Est & cum id diutius inutiliter reseruat, vt in mola quæ nec conceptio vera est, huius enim mole opprimitur & laborat, perinde vt ventriculus cibo graui & immutabili, quæ tamen traxit ac continet cōceptio propria & peculiaris. Est igitur vteri actio, quæ seminis potestas exuscitatur, & insitum sibi munus re ipsa obit & exequitur. Quæadmodum enim terra ferax & fecunda, excepti semine suo calore fouet, deinde excitat & ad parturicndū impellit: sic vterus fecundus ingenita vi, quæ alteri nulli parti est concessa, sopitam seminis vim & delitescentē in eo potestatem excitat, & ad agendū extimulat, vt energia fiat & dicatur. Tū tēporis semen opus aggreditur & suscipit, qd ante nusquā agere potuisset: alioqui. n. mas solus in seipso generaret. Itaq; seminis potestas in actū erumpit & exuscitatur vteri vi: atque ea ipsa exuscitatio cōceptio est. Auicenn. & qui eius institutionē sequuntur, perperā censuerunt seminis potestatem in actū erumpere ea corporis exagitatione, quæ fit in cōcubitu. Primū itaq; vterus semē attrahit, attractū cōtinet, cōtētū cōtipit: haud secus atque ventriculus tractū cōtētūque alimentū cōficat, ut. n. concoctio ventriculi, sic conceptio vteri propria est actio. Ex his profecto quibus perspicere possit, quæ ad pbā & exquisitā cōceptionem desiderantur. In primis enim necessariū est, maris semen recta affatumq; emissum, fecundū esse, nec tenue vt vel serū vel aqua, nec mole exigū, sed tale quale redditur a bene tēperatis viris, nō præter modū veneri indulgētibus. Deinde vero vterū repurgatū, seminisq; appetētē, auide hoc ipsum trahere è ceruice. Tertio tractū vndiq; amplecti ac cōtinere, in totū cōiumente illius osculo. Ad hæc vterū fecundū esse, qui ad seminis conceptionem fit idoneus. Is aut est, inquit Hippocrates, qui mediocrē ex omnibus obtinet temperaturā: nempe qui nec immodico frigore densior factus maris semen refrigerat, oraq; vasorū obstruit: nec humoris affluentia seminis fecunditatem tanquā terra palustris extinguit: nec ficcior alimenti ubertatem inhibet: nec calidior semen ipsum ardore torret & exurit. In summa omnis immoderata absit intemperies. At modice intemperati optime cōmodeq; generant, si coeāt cū intemperatis pari exuperantia in cōtrariū vergentibus, sese. n. temperant & certa ratione moderantur. Cū similibus aut si cōmiscantur, nequicquā valent producere. His ergo omnibus vniuersè cōcurrentibus, cōceptio naturæ legibus fit: neque si vnū desideret, fieri potest vt conceptus ad absolutionem perueniat. Sterilitatis aut impeditæ conceptionis causæ, huius loci non sunt, quod in præsentia ea duntaxat quæ natura duce ac veluti magistra profertur, persequi statui mus.

Prima animalis conformatio.

Cap. IX.

AGE vero iam vtero conceptum sit fecundū semen, quid id deinde præstet ac

Conceptio
quid.

Auicenn. error.

Quæ neces-
saria sūt ut
bona fiat cō-
ceptio.

ac moliatur enarrandū. Sunt quæ non ex feminis materia procreatur: sanguinea tamen animantia è femine omnia lucem accipiunt, oriunturque hoc a mare in feminam emisso. Maris ac feminæ fecunda femina, vbi consentanea quadam moderatione opportune conuenient, mutua quidem amicitia tanto complexu iungentur vereque permiscebuntur, vt fiat amborum vis vnica eademque natura. Mox deinde suscitata vis illa in semine latens, huius materiam varie distrahit, eiusque partes secernit: non enim est exquisitè vnum & omni ex parte consimile. Itaque statim primo & altero die, partes feminis tenuiores, calidiores, & spiritus magis participes, intro & in medium totius molis se recipiunt: crassæ vero ac magis terrenæ illas ambiunt & circumcirca obuallant: ex quibus durioribus factis atque coactis vteri contagione & calore, obuolentes fetum membranæ proferuntur. Omnium extrema ac prima fit allantoïdes, a sarcininis specie appellata. tenuis ea quidem & inualida, & angustior quàm quæ totum conceptum circumplicet & inuoluat, longis tamen & arctis processibus ad vtrumque apicem porrecta: per hanc membrana chorion dicta, vteri apicibus annectitur. Sub hac tota feminis pars exterior & magis terrena (semper enim semen sese colligit in angustum, & parte sui media vires obtinet multo maximas) qua vterum contingit, in membranam alteram concrefcit, quam Latini secundas, Græci *χρόσιον* appellant. Semen etenim quia lentum est, & omni ex parte cohæret, calore crassius fit & magis cogitur, ob idque externa & summa eius facies in membranæ constantiam coit. Leuis autem cum sit, vtero committitur & adhærescit per ora vasorum quæ in vterum desinunt: ea dicuntur acetabula, per quæ semen alimentum ad se rapit. perforatur enim membrana, vt quæ mollis adhuc & recens sit coacta. Præter has autem & tertia quædam amnios appellata gignitur, circumcirca vniuersum conceptum amplectens & inuoluens, valida certe & futura sudoris receptaculum. Ab his autem ad reliquum semen conuertamur, quod intro conclusum est tenuius, multo etiam magis calore diffunditur hinc mox turgescit spiritum concipiens, vt inquit Hippocrates. Per id temporis quicquid in femine tenue est, id in spiritum abit, non enim tunc vterus flatu turgescit, aut eius distentione torquetur, neque per vteri cœuicem flatu erumpit. At vero sic in spiritum id verti putamus, vt spiritus ille caloris omniumque facultatum moderator, & primus procreationis auctor, in feminis mediū se colligat: non enim vt multi Aristotelè interpretantur is euancescit, aut auolat a femine. sed in eo persistit omnium partium conformator & opifex, in quibus radicatus ac penitus inhærens prima fit partium omnium natura, hæcque vbi conformauerit, postea semper assistens, in omnem vitam quantum potest diutissime & saluberrime conseruat. Itaque hic spiritus non modo primum vehiculū & instrumentū est procreatricis facultatis (in eo enim constituta est summa illa diuinaque vis conformandi) sed etiam reliquas omnes naturales, quibus nutrimur & augemur, earumque auxiliarias is vnus in se omnes sustinet & cōprehendit. Ex quibus planum euadit spiritus, & omne facultatum genus ex femine initium originemque ducere. Hoc pacto quod nuper simplex semen erat a parentibus emissum, naturæ rationem sumit: aut si explicatius hoc dici mauis, quæ prius in femine sopita erat naturæ vis & quasi intercepta, tunc ad agendum exuscitatur, dum primum id in natum sibi officium peragit, quod diximus conceptum esse & nuncupari. Ambiguum enim est, an otiosum semen possis naturam appellare, quemadmodum nos recte vocare solemus dormientem muscum. Itaque hic spiritus facultates habens & naturæ instrumentū, tres bullas iam medio

Acetabula.
Amnios.

Spiritus in
femine opifex
qualis,
& unde.

Rudimenta
primarium
conceptum
paruum.

dio femine constituit quasi guttas perlucidas, quæ tum proximæ sibi rudimenta quædam & principia exhibent trium principiorum, cordis, iecoris & cerebri. Non tamen spiritus in his quasi fixus inhæret, sed per totum feminis corpus vagatur nunc quidem ad externa pergens, nunc vero crassiusculæ iam membranæ occurrens, & ad feminij medium resuens, vt ab Hippocrate commemoratum est. Nulla enim pars feminis ab huius contagione immunis est imo hic simul cum natura quoquo uersum se diffundit & cuncta tranat. Efficientis siquidem naturæ vehiculum est & instrumentum, quæ effingit partes singulas. Has autem quia totas per intima conformat, si verum est Aristotelis decretum, omnem actionem contagione perfici, necesse quidem est totas eas penitus attingat, neque distantiat extrinsecus vt statuarū fictor, qui in interiores materiæ partes minime descendens, neque his manum admouens, rudes omnino & impolitas relinquit. Iam vero ad institutum reuertor.

Vt de partium corporis principatu, ita & de conformationis ordine magna quidem contentione certatur. Cap. X.

ARISTOTELIS venarum quemadmodum & arteriarum originem, & tum mouendi tum nutriendi principium cor instituens, non abs re dum sibi suisque principijs vult consentire, hoc contendit primum effingi & seorsum consistere in iis animalibus quæ sanguine prædita sunt. Id enim primum cohæreere atque consistere necesse est, ex quo incrementum & motus partibus accedit. Quapropter (inquit) si quid tale est, quod in animalibus inesse necesse est, in quo omnis naturæ principium atque finis consistat, id primum quidem fingi & præ cæteris conformari necesse est. Eiusmodi autem cor esse ait, idque sensu primum percipi. Ad hæc quum per obitum cor postremum vita priuatur, id quoque aut primum viuere. Omnibus, siquidem commune est, vt quod primum constitutione & sortum acceperit, id postremo deficiat, quasi natura decursionem reducem agens, a calce ad cæceres, vnde initium sumit, redeat. Quod autem primum gignitur, id esse vitæ & animæ sedem, ab hoc deinde cætera membra suo quaque ordine conformari. Cuius nonnulli modestiorem interpretationem subiiciunt, vitalem calorem in corde fixum atque stabilem, in feminis materiam influere, ex qua partes omnes conformat. Hæc autem medici haud quaquam recipiunt, neque fatentur cor venarum esse originem. neque simularibus dissimularibusque partibus motionis natricationisve principium existere: neque id ante cætera gigni. Rursum neque nouissime id per obitum vita omni deficere, quamuis fortasse moto concuti, calere, ac vitales functiones obrinere videatur primum vitæ genus, quod naturale appellant, perfectiori quodam ordine statuant homini inesse quam plantis. Hæc quia aluntur & incrementum viuunt quidem, at non vitali eo calore & spiritu, qui animalibus ex corde proficiscitur, quando nimirum nec cor, nec quicquam quod illi proportionem respondet, obtinent. Fœtus ex femine recens conformatus, haud secus atque stirpium genus, iecoris beneficio viuunt. Hæcque illi prima est & simplex viuendi ratio, quæ quoniam ad vitam animantium tuendam non satis esse potest, temporis prolapsione perfectionem quandam consequitur ex corde, quod ingenti caloris & spiritus copia hanc actionem vegetiorem absolutioremque reddit. Solet tum temporis animantium vitæ, ipsaque vis & spiritus vitalis appellari, nempe quorum appulsu præstantiore quodam viuendi munere conceptum viget quam planta. His certe rationibus conficiant, non cor sed iecur primum viuere, & primum cōfor-

Cor ex Aristoteli
suo primum
conformari.

Conseruatio

De mari.

mari. Hæc ita quidem varîe disputari solent ratione, utrinque probat illi. Cæterum si de obscuris non modo ingenij acie, verumetiam obseruatione iudicandum est, conceptum intelligemus nunquam otiosum esse, sed statim initio partes omnes eius in suam quamq; opus incumbere: fœtus partes eæque omnes cõformationis suæ adumbrationem & rudimentum nancisci, licet nõ pariter omnes summam consequantur perfectionem. Nam ex puriore & vegetiore seminis portione quæ in vteri medium concedit, loci tempore suscitatur solidarum partium materia, quæ spiritus omniumq; virium & facultatum atque etiam opificis nostri sedes est. Hic protinus quasi discussio torpore ex vrgit, in actusq; pro prios erumpit: ac primum multo spiritu turgescens se diffundit, omniaq; permeans partes varias quæ sunt in semine (oc enim simplex non est & vniuersum, quãquam tale apparet) secer nit, calidas à frigidis, tenues à crassis & terrenis, vt singulæ demum in propriam naturam redeant, & his partibus effingendis suggerantur, à quibus olim decesserunt. Seminis portiones quæ à tribus parentum principis defluerunt, comparent in primis medio semine in tres quasi bullas digestæ spiritu facultateq; confertæ: eæ rudimenta sunt iecoris, cordis, & cerebri. Ac tum etiam generans facultas seminis materiam cõmutat aptaq; reddit eformationi: & idcirco aliæ portiones crassiusculæ apparent, quæ in ossa abituræ sunt, aliæ tenues ac liquidæ, ex quibus nerui fient & venæ atq; membranæ. Sic omnium præparatio quædam instituitur ad futuram conformationem. Huius operis nonnihil iam die septimo cerni potest, at multo apertius decimoquinto, quum in semine iam conspicuæ sint partes, & substantiæ & situ discretæ. Post id temporis ex idonea materia conformatrix facultas opus aggressa, primum rudia & inchoata principia, cor, iecur, ac cerebrum in propria loca seiungit, propriaque figura ac specie exornat: simul & membranæ fœtum obuolentes robur nanciscuntur. Mox in his venæ & arteriæ effinguntur omnes in fœtus vmbilicum deductæ, & quarum oscula polyporum modo acetabulis vteri cohærent. Tum temporis è iecore, tum vena porta, tum caua multiplici sobole dispergitur, è corde arteria, è cerebro spinæ medulla caudicis insit, è qua & nerui filis aranearum tenuiores emergunt, ventriculus, intestina, vesica, cordis inuolucrum, hypezocos membrana, atque peritoneos, duplex meninx, omnes denique membranæ firmo robore obtenduntur. Cutis crescit omnia cõregens ex ipso quoque semine, non vt quidam prodiderunt ex carne aridiore facta. Ossa figuram sensimq; duritiem conquirunt, ex coacto & vere concreto semine. Ab ossibus quicquid vi caloris spumæ modo emanat, id partim iuxta ossium extrema reponitur, ad uinculorum conformationem, partim circũcirca & in longum effunditur, vt membrana fiat periosteos Græcis appellata. Die quidem vicesimo septimo partes omnes & dispositæ & conformatæque quodammodo iam apparent, sed perfecte in maribus die trigesimo, in feminis trigesimo sexto. Hactenus sola existit solidarum partium conformatio ex puro semine, quod quantulicunq; initio conceptum est à parentibus, id nihil auctum, nihil amplificatum satis est partibus omnibus conformandis. Tum inde sanguis ex vtero prolucitur, qui primum circum iecoris spermaticas fibras atque rudimentum concrefcens, totam illius molem & substantiam constituit. Ita quidem sæpe obseruauimus die quadragesimo eiectum fœtum semi digiti, aut ut ait Aristoteles, formicæ maiusculæ magnitudine uere ac prorsus conformatum, & cuius partes omnes excepto iecore albæ ac spermaticæ cernebantur. Caput par erat auellanæ, & maius quàm pro reliqui corporis ratione: oculi vt cæcis exerciti: nasus, auriculæ, brachia, manus, crura, pedes, hisque secreti digiti: penis cõspicius,

spicius, sub quo secretum illij magnitudine, superiora autem inferioribus maiora, nullo ossium robore, sed flexibilia quocunq; ducerentur. Omnia contexta cute tenuissima & pellucida, per quam interiora cernebantur, alba quidem omnia, fibrosa & feminis æmula, nullo carnis aut sanguinis robore perfusa, vnum tamen iecur rubrum inerat, amplum & recens concreto sanguini persimile: in quod ex secundis per vmbilicum uenæ ferebantur sanguine confertæ fœtum posthac nutrituræ. A die trigesimo sexto aut quadragesimo, conformatæ partes solidæ nutriti incipiunt & carne fulciri, idque iecoris beneficio, quod omnibus alimentum conficit & ministrat. Sensim ergo natura carne eas implet capacitates, quæ inanes inter spermaticas fibras interciderant, pictoris exemplo qui primum imaginem rudibus lineis adumbrat, mox vario pigmentorum genere illustrat & perficit. Caro igitur ex materno sanguine accrescit mucosa & lenta cuique parti sua: fit autem ea tum in musculis, tum in alijs partibus, coacto frigoris vi quod in eas illabatur alimento, At vero quoniam magna est partium tum in dignitate, tum in facultatum robore varietas, fieri omnino nequit, vt gubernatrix omnium natura, omnes æque promoueat: sed dũ ipsa vniuersim in omnes, vires suas exercet, accidit vt aliæ partes citius, aliæ tardius formam consequantur, & genitæ appareant: ac tum primum vsu quodã dicere solemus naturam eas partes procreasse. Proinde si quis à veteribus conformatarum partium propositus est ordo, non agentis est naturæ, sed effecti operis. Sic quidem & eximius Hippocrates de his statuit. Membra simul omnia conformantur & crescent, nullumq; prius aut posterius altero: maiora vero natura priusquam minora comparent, quum tamen nihil priora sint. Non ergo pari tempore ornantur ac perficiuntur omnia, sed quædam citius, quædam tardius prout quæque ignem nutrimentũq; nacta sunt. Ergo si quis in genere procreandi ordinem spectens, ea pars primũ gignitur, id est genita apparet, quæ dignior est, motusque principium in se obtinet: valentior enim ea facultate, tum generante, tum propria agente prædita est. Post hanc vero cætera, quæ illi sunt vtilis, & quæ illius gratia consistunt. Sic igitur superioribus, interiora externis, & spermatica sanguineis prius orta apparent: ac inter illa quæcunq; præstantiora sunt, priora sunt cæteris, licet sæpe posterius compleri ac perfici cernantur. Sic enim tres principes partes cor, iecur, & cerebrum, priusquam vmbilicus aut cæterorum quicquam, procreationis suæ primordia sumunt, tamen si omnium primus vmbilicus perfecte consistit. Hac igitur uia & ratione, quid post quod fiat quærendum est.

De fœtus perfectione & complemento.

Cap. XI.

40 SPECIE atque forma modo adornatus fœtus, totus tenellus est, omniq; ex parte præ immodico humore lentus & mucis plenus, ob idque ad omnes actiones minus accommodatus. Reliquo deinceps tempore, dum vi caloris assiduo aridior fit & siccior cuncta firmantur, membranæ, nerui, atque cutis, vngues in extremis digitis, ac pili in capite radices agunt. Sensus autem facultate fœtus illustratur circiter diem sextum trigesimum. Vbi autem iam ad mensum tertium mas peruenerit, femina vero ad quartum, firmatis ossibus ac paulo duobus factis, moueri inquit Hippocrates, ac calcitrare incipit. At certe siue mas siue femina geritur, aliæ prægnantes semper die quadragesimo secundo, aliæ mense tertio, aliæ non nisi medio in prægnationis cursu cum loco dimoueri sentiunt. Eadem quoque prægnans alias secundo & quadragesimo die, alias

Quãdo primum sentit fœtus.

Quãdo primum mouetur.

Dd 2 quarto

quarto mense primos motuum insultus obseruat, quum quasi volitantis muscæ excussione vel titillatione percipit. Tanti causa discriminis non sexui, sed vel robori bonæque constitutioni fœtus, vel prægnantis naturæ tribuenda est. Quanquam hoc tempore vnaquæque particula conformata apparet, nondum tamen integre consummata est atque firma. Proinde hinc ad nonum usque mensem, quo fœtus lucem ortumque accipere consuevit, perficiuntur singule nutriuntur & incrementum. Tum deinde quum fœtus id magnitudinis & roboris cõsequitur est, vt seipso regi & ore sumptum alimentum conficere valeat, amplior factus, vberiorumque cibum exoptulans & aerem ampliorem, quem ad natium caloris refrigerationem spiritu ducat, viam & egressum ipse sibi facit. Vtero gestatus, incuruus totus ac contractus, talos ad nates applicat, manibus genua apprehendit, in quæ caput sic demittit, vt oculi manuum pollicibus veluti affixi hæreant, nasus uero inter genua procumbat. Prior corporis pars in matris abdomem, posterior in dorsum vergit, si mas geritur: nam fœminæ aduerso situ collocantur. Hac autem ratione aliter fœtus in vtero. Singulis acetabulis tum venarum, tum arteriarum alia adnata sunt vasa carne iussula per secundarum medias regiones dispersa, tandem in vmbilicum coeunt, ex quibus fœtus sanguinem & spiritum assiduo rapit. Duæ siquidem in vmbilico cernuntur arteriæ, in ramos arteriæ maioris lumbis subiectos insertæ. Totidem venæ ex vmbilico, in vnâ coeunt, & in iecoris caua pertinent: vt qui per has ex secundarum venis tanquam ex radicibus (alitur enim fœtus auctore Hippocrate vt cuncta humi nascencia) tractus est sanguis, rursus in fœtus iecore perfectionem suscipiat, & quasi noua mutatione familiare illi fiat alimentum. Hinc per venam cauam quoquoersum deriuatus, partibus singulis passionem affert: oēs quippe hinc alimentum capeffunt. Concoctione iecoris quæ perfectior quædam est *αιματώσις*, quatuor humorum differentia gignuntur in fœtu aut secus ac in adultis. Vrina licet pauca (quo n. sanguine fœtus aliter, is iam in matre ab vrina magna ex parte fuerat purgatus) in renes & vesicâ seceratur: hinc autem effluit, non quæadmodum nobis per vesicæ ceruicem, sed eo ductu qui infundit vesicæ insertus, vbi collecta seruat ad pariendi tempus. Alterum vniuersi corporis excrementum, quod sudor est, sub amnion membranam excipitur, eoque fœtus circumfusus est ut cutem vsque quaque contingat. Inter allantocidem tunicam & chorion nihil incidit, sed hæ quasi continuatæ sunt. Nullum excrementum ex alio fœtus deponit, cum neque ore cibum capeffat, neque ventriculo concoquat: tamen recens in lucem editis ex alio elabatur quippiam simile crasso, nigro, & lutulento sanguini, quod iecoris recrementum est, ex cuius cauis in intestina excidit, in quibus cumulatam seruabatur in pariendi tempus. In hunc igitur modum alitur, augetur, perficiturque fœtus. Ceterum circa nonum mensem factus grandior, copiosiore (vt dixi) egens alimento & spiritu, diutius concludi non potest. Proinde primum sese conuoluit, caputque declinans pudendo offert, crura ac reliquos artus in sublime distendens. Id autem nonnunquam molitur vno mense ante partum. Ac sic se inuertens, nihil defringit, quod laxior sit vmbilicus, duos plerumque cubitos longus, multis modis & inuolucris fœtum præcingens. Instante partu ille calcitrans primum miscetur vrina sudori. Post hæc vero maiore impetu sese conuolutans, plurima acetabula dissoluit, quo tempore mater ventris tortione experitur, defluitque sanguis in uteri capacitatem. Postea vero secundæ ab acetabulis euelluntur, & reliquæ discernuntur membranæ, aquæ ex vtero defluunt: cumque nil amplius hæret fœtus, excidit ceu maturum malum ab

Situs infantis in utero.

Vmbilici vasa.

Vrina fœtus ubi conuincitur. Vbi sudor.

Infantis exclusio.

lum ab arbore, soluto fonte pediculo. Hæc quidem fœtus molitur. Vterus vero qui nomen continenter mensibus tota ceruice connexerat, fœtum ab uide cõprehendens, tum os paulatim aperit, ac primum quidem ita diducit, obstetricibus minimum in id digitum immittere liceat, dehinc vero amplius, vt obstetrices allantocidem tunicam, & quas vocant aquas ori obtuas percipiant. Ab his uero ore ad fœtus prolapsionem satis patente, vniuersus vteri fundus, quam proxime potest ad hos se contrahit, fœtumque foras propellit: cui & alia quæ circumstant partes suppetias ferunt. Ipsa quoque mulier non mediocriter sibi ipsi opitulatur, & viribus connititur ad fœtum strenue excludendum, contractis intentisque; his qui in abdomine sunt musculis. Fœtus in os vteri delapsus, capite corpori viam parat, seque foras dat per lubricam ceruicem. ut quæ copiosius effluens humor perfuderat. Multa igitur in tam difficili arduoque opere conueniunt, fœtus, mulier, & vterus, quem ipsi aliquando vidimus tanto impetu fœtum extrudere, vt simul foras excideret. Quo autem pacto os uteri tantopere dehiscat, vt per id fœtus elabatur, nescit Galenus, nec aliud quam admirari potest. Auicennas tamen in ea est opinione, vt existimet pubis ossa tum necessario se iungi, horumque commissuram quasi dissolutionem patere: quod tamen fieri nulla ratione potest, nec est vsu deprehensum: rectum tamen intestinum & pedicem grauissime premi constat. Ita quidem ex naturæ præscripto pariter infans, mas quidem facie ad matris podicem, fœmina vero ad partes obscenas conuersa quoniam in utero illis quoque contrarius situs erat. Fœtus exitus angustia secundas exiit & inuertit, quæ & mox fœtum sequentes cernuntur vmbilicum foris habere. Vix dum editus infans eiulans vociferatur: ac sine magistro, duce natura, lac è mammis exugit quod eo magna prouisione reconditum fuerat, sanguis enim qui mensibus singulis excerni consueuerat, subsistit non in ipso quidem utero (illuc enim concreveret in grumum) sed in uenis maioribus, in vniuersum corpus redundans. Hic in tres distribuitur portiones. Prima est quam fœtus per acetabula in sua pro alimento trahit, hæcque non modo mensuræ, sed etiam totius materni sanguinis (ut Auenzouari creditimus) pars est sincerissima & longe optima. Altera sanguinis portio, nullo ite contaminata vitio, cum primum fœtus mouetur in mammas concedit, vt naturæ mutationibus in lac conuersa, recens nato infanti familiare & conueniens suppetit nutrimentum. Tertia in ipso iam partu & multo post tempore copiose è venis per uterum dimanat. Tres hæc portiones in superuacuo mulierum sanguine continentur, & mensibus singulis naturæ impulsu foras exturbantur, hincque menstruum nomen inuenerunt. Vna tamen ea portio quæ in pariendi tempus reseruata foras propulsatur, verum est menstruum nutritioni ineptum, non mollis tantummodo copia, verum etiam qualitate noxium & infestum. Tanta autem cum sit mensuræ pernicietas, quemadmodum supra diximus, mulier si à partu non commode expurgatur, vita est in discrimine. Qua ratione motus Hippocrates, nec dies viginti, nec quinque & viginti, mulieri expurgandæ satis esse pronunciauit: verum omnino aut duos & quadraginta, aut certe triginta. Quæcunque grauidis sub partum incidunt symptomata, maxime vero malacia, cordis dolor, & appetentiæ deiectio, verus hic menstruum humor prorsus accersit. Veterum diuturna obseruatione animaduersum est, mulierem quæ profluentibus mensuræ forte conceperit, fœtum edere ad elephantiam sin propensum: definitumque est à quibusdam, quoto ætatis anno illa in conspectum se dabit. Huius causa statunt, quod per id temporis fœtus necessario augetur & incrementum ex menstruo prorsum vitioso & corrupto, quod sua perniciet

Pariendi modus.

15. de respiratione.

Purgatio mensis post partum.

Vteri mensuræ pernicietas.

niciei radices agens tandem suam prodit malignitatem. Si vero haud ita multum ante quam menses erumpere consueverunt mulier concipiat, quoniam iam quiddam in venis huius est menstrui, in lucem proferetur infans in multos certe morbos procliuis. Foeliciter autem & integra sanitate hic ortum accipiet, quem nuper expurgata mulier conceperit: nisi aliunde à parentibus vitium quasi hæreditate contrahat. Tam de infantis figura & similitudine.

Quibus ex causis fit, ut nati parentibus similes dissimilesve sint. Cap. XII.

10

*Triples
multitudo.
Species seu
genus.*

Huius questionis ardua & tanta obscuritate inuoluta est inuestigatio, ut quicumque in hac versati sunt veteres, de causa dissentiat. Quo autem hæc breuiter summamque perstringam, omissa Aristotelis de hisce sententia, triplex in primis similitudinis genus commemorem, vnum in specie, alterum in sexu, tertium in effigie. Quæ in specie existit similitudo, maxime ex subiecta materia proficiscitur. Hinc quod ex animalium diuersi generis concursu progignitur, proprius ad feminam quam ad maris speciem accedit. Ut ex oue & hirco, ovis gignitur pilis duris & longis: contracta vero ex capra & ariete, capra fit pilis mollioribus: hæcque proprio retinebitur si canis & vulpes, vel asinus & equa coeant. Qui certe euentus argumento est, multo copiosiore foetui materiam a foemina quam à mare conferri. Cum autem mas nihil nisi semen suppeditet, consequens est ipsum quoque semen foetui pro materia subijci: alioquin foetus matrem omnino exprimeret & specie referret, quod perspicue falsum est & inane. Sexus porro ex temperatura & moderatione agentium & principum quæ in feminibus insunt qualitatum emergit. Si enim vtriusque parentis semen calore siccitateque plurimum excellat, mas procreabitur: contra si frigus humorque vincat & exuperet, foemina. Sexus discrimen non solum ex partibus obscenis, sed etiam ex reliquo ferè corpore spectatur: ex barba partium amplitudine & uoce. Ergo ex robustis parentibus, calidis, si temperata quadam venerem exercent mas ferè exuscitatur: rursusque à dextri testiculi semine & in dextro uteri sinu, mares, à sinistris vero foeminae. Formæ & effigiei similitudinem robori facultatis conformantis quæ in semine opifex est, Galenus refert acceptam. At ne quis inferat, oportere semper foetum patri similem gigni, quod patris semen validius sit materno. Inquit foemineum quandoque præpollere, propterea quod nouem mensium spacio vim plurimam sumit ex menstruo, atque hinc accidere ait ut foetus nonnunquam matri similes euadant. Quinetiam contingit foetum vna parte matrem representare, altera patrem, nimirum cum neutrum semen reliquum prorsus euincit: sed foeminei pars altera excellit, altera vincitur à masculo. Nec raro vsu euenit, ut foetus sexu patrem emuletur, forma autem & effigie ad matrem proprius accedat. Primis duobus similitudinum generibus tametsi verisimile videtur Galeni decretum, ac nonnullam persuadendi vim adhibet: tertio tamen & postremo genere in quo vim effricem non modo foemineo femini, sed ipsi quoque menstruo cõcedit, vix fatis consistere potest. Nam ex ijs rationibus causam minime reperiet, quamobrem foetus plerunque alterius ignoti speciem similitudinemque gerat, qui nihil ad procreationem contulit. Aliud accedit quod nec perspicit nec cognosci potest: vbi enim mas matris effigie in lucem edetur, huius eam rationem statuit, quod in vtriusque semine, aut certe in masculo calor & siccitas excellant, quibus id nõ mediocri facultate præditum, possit pudenda foras protrudere, ac reliqua depromere quæ

mascula

masculi sunt sexus, ac nihilominus quæ tum in foemineo consistit vis effingendi, præpolleret. Si (quod is quam pugnacissime tutatur) vis & robur cuiusque facultatis temperamentum consequitur, qui fiet ut masculum semen temperamento sit potentius, fingentem autem facultatem habeat imbecillior? aut videntem accidere possit, ut tanta vis conformandi insit foemineo semini, quod nihilominus constanter asseuerat crudum esse, frigidum & aqueum, semperque masculo imbecillius? Quapropter speciei & sexus recte ab eo traditam causam putamus, effigiei vero non vsquequaque veram. Probabilius autem est, quod huc solet ab alijs afferri, vehementi comprehensione & firma grauidarum cogitatione vim eam quæ foetum conformat, duci atque gubernari. Huius enim quæ potissimum data est hominibus, tanta vis est & potestas, ut sicuti plerique corpus cogitantis immutat, sic & in conceptum semen vim suam conferat. Hoc testimonio quod dum mulieri quæ nuper vtero conceperit, vel cerasum, vel fraxinum, vel vinum in sinum effunditur, si animo id grauitè ferens vehemèter apprehendat, ibidem infanti nota inuretur. Par ac similis est eorum ratio, quæ in malacia accidunt, si grauida eo cuius flagrat desiderio minime potiarur, infans illius signum geret. Veterum etiam literis proditum est, mulierem albam, prolem nigram genuisse, hinc duntaxat, quod fixis oculis intentoque animo diu Aethiopsis imaginem comprehendisset. Si pau dum ovis suis incubat, linteis albis circumtegetur, albos omnino pullos, non gemmantis coloris edet: quæ admodum etiam gallina colore varios emittet, si varie picta oua foueat. Hæc quum multorum animaduersione comprobata sint, similitudinis quæ in effigie est, ea iusta causa videri potest, quam Plinius commemorat, è cerebri copiam auctore depromptam. Hauista (inquit) imago sub ipso conceptu, similitudinè reputatio est. Cogitatio enim vtriuslibet parentis animo subito transuolans, effingere similitudinem existimatur. Hinc alios auis similes, alios partibus enasci videmus: nonnunquam ex albis parentibus in Aethiopen partum ipsum degenerare. Suntque plures in homine, quam cæteris omnibus animalibus differentie, quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenij varietas, multiformes notas imprimit: quum cunctis animalibus immobiles sint animi & similes omnibus, singulisque in suo cuique genere. Hæc ille, quibus ego prorsus assentior, & vere ut loquar, omnino mihi persuadeo, vim formæ effricem à cogitatione duci & ab ea vna regi. Atque hæc de similitudinum causis, in quibus neque vitiosas neque monstrosas affectiones quæ præter naturam sunt, intelligi velim. De gemellis nunc reliquum est, ut breuiter differamus. Si quod semen vi ei aculatur, statim dilapsum vteri sinu ambos ex æquo subeat: hisque conclusum foueatur, affluente tum mulieri semine, gemelli procreantur, auctore Hippocrate, quæquam Aristoteles aliam causam refert. Si æqua partitio non est, contingit molam cum foetu haberi. Qui gemelli vnus sunt sexus, iisdem secundis inuoluti, simplici duntaxat membrana seiunguntur, suum quisque tamen vmbilicum, propriasque tum venas, tum arterias obtinet. Qui vero diuersi sunt sexus, diuersas quoque secundas acciperunt, easque prorsus diremptas. Ergo locorum in quos seorsum semen incidit distinctio, foetuum numerum designat quos (tametsi complures erunt) vnus idemque concubitus instituit. Si enim postea ex alio congressu semen vtero concipitur, quod mulieri perquam raro, canibus autem & alijs plerisque animantibus frequentius accidit, gemelli non fiunt, sed ea fit quæ superfoetatio dici solet. Non enim vno tempore, sed dierum interiecto numero eduntur ii foetus, estque ut concipiendi sic & patiendi tempus varium, Corporis

Vera effigiei causa.

Demonstratio.

Lib. 7. nat. hist. c. 1.

Gemelli vnus co sunt concubitus.

Sexus.

Effigies.

Disputatio de effigie.

30

40

40

Corporis moles ad alimenti sanguinisq; materni bonitatem & vbertatem, amplitudo solidarum partium ad paterni seminis copiam, proceritas ad eius naturam refertur: ea enim plerunq; artus ad iustam paremque magnitudinem porrigit. Mulier eadem ex pusillo viro pusillum, ex procero procerum foetum parit: raro tamen uir ex diuersis mulieribus dissimilem magnitudine prolem suscitatur.

Vnde & quoniam ordine animae facultate: conceptui tanquam genitrix accedant: nec esse praeterea dubitandum an semen pars fiat conceptus. Cap. XIII.

POSTEA QUAM vniuersam foetus procreationem sumus exequuti, tempestiue postremo loco de animae viribus & earum ortu (quisquis est) disseremus. Repetenda autem sunt quae femini inesse demonstrauimus: nempe foecundam animam in se continere, tum naturalem, tum sensus participem, idq; potestate non re ipsa & energia. Nemo enim semen animam iam habere, vt neq; profecto animal esse dixerit, quod tamen vt euadat, potestatem & vim habet. Præditum enim est diuino & caelesti calore, qui non in elementis, sed in spiritu quodam est aethereo. Hic autem spiritus sentientis animae sedes est & vehiculum, primumque agendi instrumentum: in omni seminis corpore penitus immergitur, eique foecunditatem conciliat. Hic à corpore inseparabilis est, nec per se potest solus constare, vt neque anima cuius est sedes. Quod si à materia nunquam seingitur anima, neque ea diuinitus, neque aliunde extrinsecus accessit. Quocirca vt in omni animantium genere mas præcipuam seminis substantiam, ita sanè & animae vim statim primo ortu vna cum spiritu confert. Primum tamen in femine delitescens, sensum latet nec magna ex parte cernitur, quo tempore potestate dicitur inesse: at in progressu vteri vi excitatur, & opere se ostendit. Nam mox simulac semen concipitur, vis conformandi exurgit, quam nonnulli aiunt velut idolum quoddam & ideam generantis esse. Hæc vbi foetum totum conformauerit, super vacua omnino intercedit & euelescit vt multorum fert opinio: at vero quoniam postea in adultioribus dentes gignit atque profert, rectius putem illam seruari, sed idcirco otiosam, quod ei desit materia. Nutriendi insequitur facultas perpetua, & quæ nunquam viuum animal deserit. Hæc à parente defluens non (vt putauit Auicennas) in foetu perit, ve ei mox alia sufficiatur vegetior: sed quasi repuerascens perpetua fit, non secus quam quæ in stirpium seminibus inest. Eadem de sentiente facultate ratio est, quæ in foetu redintegrata, interim otio sopitur dum foetus perfectior euadat, tum deinde in actum prodit, suaq; depromit opera, his demum mouendi vis appellit. Cæterum princeps ea pars animi, quæ mens appellatur, & rationis præstantia excellit, separabilis quum sit à corpore, nequaquam in materia potestate continebatur, ex qua demum temporis progressu erumperet. Alioqui enim immersa corpori, ipsiusque egeus perpetuo, nec ratiocinari nec intelligere, nec aliud quicquam citra organum corporeum posset aspicere. Ab summo rerum autem conditore primum creata, in præparatum instructumq; infantis corpus vniuersum, temporis momento commigrat, idque mense quarto fieri proditum est, quo tempore & cerebrum consummata iam sunt. Cæterum humoris redundantia, veluti in ebrietate, aut letargo sopita, nondum potest quæ sua sunt munera proferre. Si animus ille in quo inesse quiddam caeleste & diuinum doctissimi illi veteres putauerunt, potestate nequaquam inhærebat in feminis

Spiritus qui in femine est præstantia.

Infantis sentiens anima ducta est a parentibus.

Naturalis facultas.

Sentienti facultas.

Mens & intelligentia.

Questio.

minis materia, quid cause est cur non similiter vt hominum sic etiam equorum canum, brutorumq; cæterorum foetidus accedit? Quoniam sic summus illerum omnium conditor singulari sua erga hominum genus bonitate contulit. Veruntamen si naturæ ratione penitus introspicimus, loculenter profecto deprehendemus, in humano foetu quandam corporis præparationem, partium temperaturam & compositionem à vi effestrice produci, quæ vel diuinam illam mentem ratiocinandi facultatem elicit, vel eam saltem admittit & conseruat, tanquam convenientem, & cunctis functionibus obeundis consentaneam. Quamquam enim (vt Aristoteles est author) nihil cum eius actione communicat actio corporea, corpore tamen male affecto, aut non congruenter præmunio, eius actio deprauari percipitur. Hoc itaque secessus ordine animæ partes in foetu ex Platonis sententia comparant, qui tres eas situ atque substantia seinguit. At minime putes sentiendi anima appellente, altricem perire, & cum summa illa rationis particeps accesserit, quam omnium vim habere existimât, cæteras intercideret. Illi enim hæc semper assident, essentia sedibusq; distinctæ. Aristoteles de hoc ipso facultatum ordine inquit, non idem simul animal & hominem fieri sed prius quidem animal, deinde vero hominem, postea & huc quoque hominem. Quum in foetu primum simplex & solitaria inerat anima naturalis, frutex is vtique non erat: neque quum sentiens anima accessit, brutum is certe fuit. Non enim quicquid stirpium modo viuunt, id pro stirpe ducendum: quoniam iam sæpe admonuimus naturalem hanc partem in animantibus quam in stirpibus quodammodo perfectiorem haberi, & quæ semini inest, potestatem in se hanc continere sentiendi: neque quod eandem cum animali vitam agit, animal statim est, neque si animal, continuo brutum aut bos, aut leo, aut canis, aut eorum quiddam quæ per se viuere ac sentire conspiciunt. Et quanquam, vt alibi à nobis proditum est, quæ in absoluto iam animali sunt animæ partes, adeo connexæ sunt, vt seingi aut diuelli nequeant, nec vlla possit occumbere alijs saluis & constantibus, gigni tamen possunt & in actum erumpere, eo quem diximus ordine. Multo enim aliter occumbunt quam genitrix sunt: non enim interitu in semen redeunt, vnde emerferunt. Quare omnium simul facultatum interitus, momento fit. Cæterum si Aristotelis sententiam institutionemq; prosequimur, quæ ad veritatem propensior videtur, hæc facultates & animæ partes, non ex crassa seminis materia prodierunt, sed ex caelesti calore & spiritu, in quo omnem vim & potestatem consistere, à nobis est explicatum. Est enim eo authore in spiritu & calore vis atq; facultas nondum re ipsa agens: sed potestate: huius autem instrumentum est spiritus, vtriusq; uero sedes & materia est seminis pars terrena atq; crassa. Hæc igitur seminis potestas, & quæ in spiritu vis delitescit, tota in foetus facultates conuertitur, spiritus in spiritum, quemadmodum terrena eius materia in solidarum partium, & spermaticarum substantiam faceffit. Ex his autem intelligi potest, eos aut perperam aut contumeliose Aristotelis sententiam detorsisse, qui eum dicunt statuisse semen solius opificis, non autem subiectæ materiæ rationem habere. Sæpenumero enim hic seminis appellatione eam facultatem designauit, quæ in terrena crassitudine consistit: hanc autem demonstrat constituti foetus partem non fieri, sed opificis vim obtinere. Nec enim mas omnis (inquit) semine emittit, & quibus emittitur maribus, nulla pars foetus hoc est: sicut nec à fabro quæquam secedit ad lignorum materiam. Quibus certe nihil aliud inferre conatus est, quam opificem quatenus opife est, partem non fieri constituti artificij. At seminis corpus ille foetus pro materia subiecit. Ossa (inquit) in prima constitutione

2. de gene. ani. ca. 3. Obiectionis quorundam solutio.

Ex qua seminis facultates oræ sint.

Ari. interpretatio.

1. de gene. ai. 6. vi.

Ee titutione

Li. 3. cap.

stitutione gignuntur ex seminis excremento. Paulo post, Nervi etiam eodem modo quo ossa instituuntur, & ex eodem seminis excremento. Iam vero si maris semen, multo magis foemineum pars sit constituti foetus ex hoc enim tum membrana allaontides dicta, tum etiam masculi seminis incrementum fit, unde partium quoque solidarum materia sufficitur. Vt enim in bicoloribus ouis, animal (inquit Aristot.) ortus sui materiam a candido sumit, cibum autem a luteo (origo quippe pulli in albumine est, cibum per umbilicum ex luteo petitur) amboq; a foemina proficiscuntur: quod autem in ovo est maris semen, tepido calore excitatum, pullum constituit fingitq; ex candido partes singulas, eas autem alit ex luteo. Ad hunc eundem prope modum, vel eo authore, in mulieribus atque iis animantibus quae vitum partum edunt, masculum semen ex foemineo auctum solidas partes constituit, quae dein menstruo aluntur. Oui quippe luteum mulieris menstruum, candidum vero terrene seminis substantiae proportionem responderet. His omnem iam videor hominis ortum atq; adeo uniuersa in Physiologiam complexus, quae hominis (dum prospera fruitur valetudine) constitutionem naturamq; continet. Nunc qui affectus illi praeter naturam obtingere possunt, & quae horum sint causae, proximo deinceps opere narrandū.

Foemineum
semen partem
foetus fieri.
3. de gene.
ani. ca. 1.


Libri septimi Physiologiae, de hominis procreatione.

F I N I S

I O. FERNELII

AMBIANI, PATHOLOGIAE

LIBRI SEPTEM.



DE MORBIS EORUMQUE CAUSIS;

LIBER PRIMVS.

Morbis definitio, quid affectus, quid affectio. Cap. I.



XTIMIAM corporis humani structuram, si natura qualem instituit integram tueri atque conseruare potuisset, ars utiq; nulla medendi inuenta vnquam exultare foret. At quonia vt rerum omnium quas mundus ambitu suo continet, ita & hominis certus interitus isq; variis externarum iniuriarum incursionibus tanquam procellis vndique lacescit, perfecti quidem medici praecipuae partes fuerint, hominis valetudinem, cuius permagna est varietas & inconstantia, & omnes quotquot infliguntur illi affectiones, diligenter penitusque perspetas habere. Illius quidem naturam, facultates, & quibus haec modis suas quaeque functiones edant, corpusque conuenienter naturam regant atque moderentur dum integre sanum est, totam denique naturalem contemplationem, in Physiologia, quae totius artis quasi solum quoddam atque fundamentum est, suscipere demonstrandi via sumus persecuti. Nunc igitur pressio contractoque stylo de aduersa corporis valetudine, quae vere medica est consideratio tradendum, & expendendum qui morbi, quae symptomata illi impendere soleant, quibus ex causis haec orta procedant, & quibus signis adesse noscantur. Hisce enim absoluta videbitur omnis eorum tractatio, quae in salubria & praeter naturam sunt, quorum vi & impulsu homo de optimo vitae statu decedit. Sigillatim horum vnumquodque excutiam, & in singulis, quantum exercitatio vsusque medendi exposcit, commorabor. Quoniam vero nulla est singulorum scientia, vt omnia certa via & ratione stabiliam, doceudi initium ab vniuersis illorum ducam generibus. Haec autem tria sunt, morbus, causa, & symptoma. Morbus est affectus contra naturam corpori insidens. Quae Graecis est *δυσθεσία*, affectus nobis appellatur non ea quidem praecisa ar-

Ec 2 guta-

guraque significatione, quam Aristoteles usurpauit, sed admodum ampla & multiplici verbi potestate, quæ omnem corporis constitutionem contineat siue in substantia, siue in qualitate & temperamento, siue in conformatione & figura, siue in magnitudine, siue in numero ea consistat. Affectus autem omnis mutatione quadam motuque facto induci gignique solet: quumque causa præter naturam efficiens, obiectum corpus inmutat eique vim infert, aliquid ea quidem efficit, hicque eius motus effectio dicitur, Græcis ἐνέργεια: obiectum vero corpus patitur & afficitur, hicque eius motus affectio est atque permissio, Græcis πάθος vel πάθησις, sic ex affectione tadem proficitur affectus, qui Græcis, est δὴδρασις, quasi impressum affectionis vestigium. sublata causa 10 protinus omnis eius cessat effectio, cessat & patientis corporis affectio. At genitus affectus interdum manet ac persistit, manifeste ab affectione seiunctus: eiusmodi est vlcus a candente ferro corpori inustum, aut vulnus inflictum gladio. Interdum minimum subsistit, nec certe permanet, sed seiuncta causa aut pariter cum affectione aut quam mox deletur: sic putrida febris, quæ calor est præter naturam omnēs corporis partes occupans, uacuo humore putrido, qui eius efficiens est causa, nihil aut minimum persistit. Est tertio & quum ex affectione nullus emergit effectus, si leuis eius nec magna vis est: ut quum leuiter pungente acicula aut igne acrius ardente dolor affectioque premit, qua tamen desinente nullum sæpe manet punitionis aut visionis uestigium, nullus 20 que affectus. Et quum ex impuro ventriculo tenuis acæque vapor sublatus, cerebrum meningesque tentat, dolor quidem inest ac sæpe delirium, quo falsa rerum simulachra sese obiciunt atque representant: hæc quidem affectiones sunt capitis, in quo tamen nondum vllus contractus est affectus, quemadmodum neque in ventriculo quum eius concoctio male affecti iecoris contagione impeditur. Multo quidem euidentius timorem, moestitiam, excandescentiam aliasque perturbationes, animi affectiones appellant, quæ citra vllum cordis affectum hominem exercent. Quamquam igitur Græcis idem sunt δίκαιαι 30 δεινὴ καὶ πάθησις, id est affici & pati, diuersa tamen iisdem sunt δὴδρασις καὶ πάθησις: id est affectus & affectio seu permissio, ut rursus diuersa sunt πάθησις καὶ νοσήσις, ita sanè affici & ægrotare. Solum ægrotat quod morbo & affectu tenetur; afficitur vero tum affectu tum affectione. Etenim simplices quas recensui affectiones contra naturam sunt corpusque varie fatigant, morbi tamen idcirco non sunt: quòd minime in affectuum sint genere, sed numerentur in symptomatis.

Quid contra naturam, quid præter naturam.

Cap. II.

OMNIS porro corporis cõstitutio atque affectus, aut naturalis aut nõ naturalis existit: atque non naturalis alius præter naturam, alius contra naturam. Præter naturam, qui tamen ex naturæ præscripto non est, illi tamen nullam vim infert, eiusmodi est fœdus ietericorum color, & qui solis ardore contrahitur, & faciei lentigo, omnis præterea leuior affectus & præ exiguitate adeo obcurus, vt neque nostris, neque laborantium sensibus animaduerti possit. Sic vlcusculum quod neque sensum mouet, neque functionibus obest, præter naturam esse dicimus, nec tamen contra naturam, nec morbum: licet enim eadem sit specie atque ingens vlcus ad quod efficientium causarum continuatione perueniret (nã simile quum sit, non vt domus quæ exædificatur, incremento aut magnitudine speciem mutat) quia tamen non perspicue functionem lædit, contra natu- 40 ram

ram dici haudquaquam debet. Contra naturam affectus est, qui non modo naturæ limites excessit, sed & illi vim infert, eiusque vires & functiones manifeste interturbat, atque id modo proxime, modo alterius interiectu facit. Ita quippe medicus omnia ex viribus æstimans, manifestam potissimum offensionem expendit, & in hanc præcipue animum intendit, quæ medicam opem efflagitat. Quod igitur contra naturam, vnum & idem est, atque præter naturam actionem lædens. Nihil autem interest utrum lædens an impediens actionem dicas. Vt enim quum actio aut non fit aut male fit, idque proprio alicuius partis vitio, vere læsam actionem dicimus, ita & quum alienæ rei interuentu id fit, vt dum calculus vel grumus vesicæ ceruicem obstruit vrinæque perfusionem cohibet, tum quoque vt impedita, ita & læsa actio dicenda. Atque licet nulla sit partis similis, est tamen instrumenti offensio. At vero quum externo duntaxat vitio peccatui, nec læsa nec impedita est actio. Neque enim si vitiosum alimentum ventriculus non concoquit, idcirco læsus est: neque si vuarum acini integri nihilque mutati deturbantur ex aluo, cruditas est aut concoctio læsa aut impedita: costi fateor hi non sunt, sed minime tamè crudi.

Morbum omnem in corporis partisue substantia consistere. Cap. III.

QUICQUID in nobis consistit aut corporis pars est, aut in illa certe cõtinetur. Partem dico quæ ex solida substantia & carniformi, atque ex innato spiritu, in quo natiuus calor & facultas inest, constituitur. In corpore autem continentur spiritus vagi & diffuentes, sanguis, humores, & excrementa. Quintiã præter partes & contenta functiones quoque existunt ex iis profectæ. Itaque quoniã res ipsas non rerum umbras sectari consilium est, tria hæc semper animo teneri & quasi ob oculos proponi velim, contenta, corporis partes, & functiones. Horum cuiusque vitium & de statu naturali recessio, affectus est & cõstitutio præter natura. Quod autè in contentis est vitium, morbi causa est: quod in partibus, morbus: quod in functionibus, symptoma. Quum enim corporis pars sola primum & per se functionum sit opifex, eius duntaxat integritas & firma cõstitutio functiones perficit & sanitas est: infirma vero atque vitiosa, primum & per se functiones euertit, hæcque sola morbus censetur. Partis appellatione & similem & organicam complectimur, atque in organo tum pars præcipua, tum aliæ quæ vsum illi præbent, continentur: vt non solum qui in chrystallino humore, verum etiam qui in alia quauis oculi parte contra naturam affectus inest, morbus habeatur. Quum enim chrystallino partes ceteræ subsidio veniant, & ad videndi functionem magnum vsum afferant earum affectus primum ac per se visionem peruertit, quæ non solius chrystallini humoris, sed totius est oculi. Quocirca omnis partis siue principem ea functionem edat, siue duntaxat opitu letur, affectus contra naturam, morbus est. At vero contentorum, vt spirituum, vt humorum, & superuacaneorum affectus, etiãsi contra naturam sint, morbos non dicimus, quandoquidem in partis substantia non inhaerescunt. Atque hi quoniam in nulla parte consistunt, nec per se nec proxime sed morbi interuentu functionibus incommodant. Hoc vero luculentius explicandum. Anima eiusque facultates in vniuscuiusque partis innato spiritu & calore sitæ prima & principales functionum quæ eduntur, efficientes causæ sunt: partes vero earum duntaxat instrumenta, sine quibus nihil illæ efficiant. Et nihilominus partes ipsas hic principales statuimus proximasque functionum causas: siue quòd recondita penitusque abstrusa sit animæ facultatumque substantia, siue quòd

quod ad agendum in primis necessaria sit instrumentorum vis, siue q; fortasse, vt præstantissimis philosophis visum est, animæ facultatumq; substantia immutabilis, nulla vi, nullo morbo labefactari atterive possit, quanquam plerunq; instrumenti vitio interpellatur. Sed neq; partes ipsæ simpliciter functionū causæ sunt, verum constitutio earum atq; *διαθεσις*. Bona quippe constitutio, bonarū: mala malarum est functionum causa. atq; illa sanitas, hæc morbus existit. Contentorum autem, ut quæ sint morborum causæ, firma constitutio sanitatis, infirma morbi causa fuerit. Non igitur vesicæ non renum calculi aut grumi numerantur in morbis sed neq; intestinorum lumbrici neque ascarides, etiamsi toto genere contra naturam sint, sed duntaxat morborum causæ putantur: atq; id solum dū partibus corporis incommodant. Non enim si tanta capacitate quanta est cæci intestini, citra partis offensionem contineantur, morbum efficiunt. Ad hæc neq; humores si putrescant in venis, morbum inferēt actione mve lædent, nisi partes effētrices contagione prius attingant labefactentq;. Ad hunc modū febris intermittens, morbus comitialis, hydrophobia, aliiq; morbi complures causam intus habent in quiete & intervallo otiosam, & quæ non nisi quum partes lacefit morbum excitat. Ex iis, opinor, satis intelligitur multa contra naturā atque adeo ipsam necis causam interdum consopitā in nobis contineri, sine vlla offensione, & proinde sine morbo: quæ admodum & glandium & arrhenium nullo plerunq; incommodo circumferimus. Hinc & multos qui iamdiu mortis causam in rus conclusam haberent, derepente nulloq; antecedente morbo videmus mortem oppetere. Solum igitur affectus contra naturam qui in partis substantia consistit atque hæret, debet morbus censeri,

De affectu per consensum. Cap. IIII.

Quæ igitur per consensum morbus existit, nec simpliciter, nec absolute morbus appellatur. Est namq; affectus contra naturā duplex, vnus partis proprius, alter per consensum. *Ἰσοπαθειæ* affectus est contra naturam parti insidens, eiusq; proprius. *Συμπαθειæ* affectus est contra naturam parti alterius vitio impertitus. Eribus is quidem modis fit. Vnus est quum pars aliquid præter naturā aliunde illapsum excipit. Sic è ventriculo aut humores tenues, aut corrupti vapores in caput sublati, modo mentis actiones interturbant, modo meningum distentione vel excessu dolorem excitant, modo oculis simulatas, fictasq; rerum imagines obiciunt atq; repræsentant, in similes quæ per suffusiones cernuntur. Alter est quum facultas opifex in partem illabi & influere prohibetur, veluti spina inflammata vel obstructa, crurum resolutio incidit, omnisq; illorum motus sensusq; perit: & obstructis nervis opticis oculorum videndi actio concidit. Tertius per consensum affectus est, quum materia ad agendum necessaria accedere prohibetur. Exempli gratia: obstructis pulmonibus aut resolutis costarum muscularis, aut perforato thorace, quia non satis spiritus cum efflatu ad laryngē compellitur, vox quæ illius est actio aut supprimitur aut etiam perit. Quinctiā magna venarum quæ ad iecur sunt obstructio, impedit quo minus sanguinis fiat in omne corpus distributio, efficitq; vt alimenti penuria languescat corpus tandemq; atrophia contabescat. Iam vero quomodo, unque seu naturalis seu animalis pars consensu labore, affici ea quidem pariq; dicitur, quandoquidem & illius actio vel omnino perit vel quodammodo impeditur, minime tamen idcirco ægrotat, neq; ipsa illius affectio morbos est, quod parti non insideat, quare nec illi remedia adhibentur, nec si adhibeantur, magnopere iuuant. Itaque si cui

si cui parti morbus inest, necessario illius actio læditur: at non contra. Non enim si partis actio læditur, statim etiam consequitur illam morbo teneri. Porro autem pars quæ diutius ex alterius consensu laborauerit, quandoque proprium inde contrahit affectum, sitq; ex sympathia idiopathia. Hic vero quam proprius est affectus, non tamè primigenius, sed secundarius & posterior. Illum Græci *παροπαθειαν*, hunc *ἰσοπαθειαν* ἢ *ὑσροπαθειαν* dixerunt. Ita quidem ex morbo subinde morbus nascitur, atque idem plerunque morbus est & morbi causa. Hæc quidem de morbi notione satis.

Tum sanitatis, tum morbi amplam esse latitudinem, & inter hæc neutram constitutionem intervenire. Cap. V.

ET SI animal tam firma corporis constitutione nasci, tamq; iustis viuendi legibus contineri seruariq; potest, vt vitam ad extremum senium integra atq; incorrupta sanitate ducat: hanc tamen decursu & ætate progrediente mutari necesse est, & varias ac multiplices mutationes sustinere. Sed neq; omnium qui sani degunt, vna eademq; constitutio, nec vna igitur sanitas. Quinetiam hominis cuiusq; sanitas, aere, cibo, potu, somno, vigilijs, motu, balneis, ira, dolore, aliarumq; causarum vi & impetu laceffita plerunque commutatur, vt perspicuum esse debeat amplo illam spatio contineri. Iisdem rationibus intelligitur, neq; morborum angusta latitudine circumferibi: nec eadem constitutionis perniciem enim periclitari, qui nunc primum in morbum incidit, atque cum qui extremum uitæ diem breui conficiet, nec deniq; morbos omnes peræque graues existeret. Itaque corporis partisve absoluta & exquisita symmetria quæ ad summum peruenit, summa est sanitas. Quæ ab hac paulum deficiens constitutio, nec actionibus nostris nocua est, nec animali manifeste grauis, sanitas etiam nū est, at non perfecta. Quæ dein eo vitij processit vt iam homini conspicue molesta sit, eiusq; functiones grauius offendat, morbus est, qui sensum ingrauescens tandem ad extremum, quod mors est, perducit. Inter has media quædam interiecta est vtriusque obscura: quæ idcirco nec sanitas, nec morbus, sed neutra est constitutio. Neutrius enim est particeps, & neutrum corpus reddit nec sanum nec ægrum, sed inter vtrunque quodammodo medium: Argutas quidem & multiplices huius verbi potestates nonnulli percensent, sed profecto rei medicæ parum utiles, & quæ interpretes in varios sophismatum labyrinthos præcipitant. Neutra hæc constitutio latitudine circumferibitur in tres ordines distincta, in neutram obscure ægram, & neutram quæ inter has vere media interuenit. Omne conspiciue elucet, dum vel ex sanitate in morbum, vel ex morbo in sanitatē transitus est. Exquisite medicam ab utroque extremo quamplurimum distat. Quod una parte sanum, altera ægrum existit, haudquaquam neutrum, sed ægrum appellauero. Aristoteles sanum ex integritate actionum, ægrum ex quavis offensione dimensus, nihil inter hæc medium constituit, sed priuantia fecit, perinde atque videns & cæcum. Omnis porro corporis constitutio, tū sana, tum neutra, tum ægra in tres dispartitur ordines, vt sint totius humanæ vitæ constitutiones nouem. Extrema quidem maxime contraria sunt, integerrima sanitas & mors. Qui ab illa sensim ad mortem deducetur, has omnes vitæ constitutiones subibit, quæ hac sibi ferie cohærent. Optima sanitas, bona sanitas, sanitas leuis & parum firma: neutra constitutio ad sanitatem propensa, neutra assoluto sermone, neutra ad morbum inclinans: morbus simplex & leuis, morbus grauis & mediocriter periculosus, morbus grauissimus & maxime

maxime periculofus. Hæc proxime mors fequitur vltima rerum linea. Quæ omnium media confiftit, indiuidua eft: cæteræ ampla latitudine excurrunt, quas terminis exquisitè difcernet peritus artifex. Hæ quidem non in varias fpecies difiecta funt, fed fole gradu ordineque diftant.

Prima fummæque morbi genera.

Cap. VI.

QVONIAM quidem morbus omnis in parte aliqua corporis penitus infidet, consentaneum eft primas illius differentias ex partium differentiiis conftitui. Partes vero duplices funt, alia fimilares, organicæ alia. Morbus qui partis fimilaris euacuationem naturalemque conftitutionem peruerterit, fimilaris appellatur, organicus qui instrumenti rationem & fymmetriam infregerit. Quum autem vtrique parti commune fit, vt particularum continuacione earumque coagmentatione & adhæfio conftitatur, harum difolutio vtriusque morbus eft, & vtriusque functionibus peræque incommodat. Itaque prima fummæque morbi genera tria omnino funt, fimilaris, organicus, & communis qui vnitatis folutio dici confuevit. Atque hæc non ex morbi effentia: fed ex partium varietate deprompta funt.

Similaris morbi differentia.

Cap. VII.

HORVM vero inferiora genera fpeciesque veræ ac propriæ, ex uitiorum que contra naturam parti infident, ducuntur generibus, feu ex modis quibus pars unaqueque de optimo & naturali ftatu decedit. In parte fimilari tria fpectantur, materia, temperamentum, & forma, quæ totius eft fummæ perfectio. Horum trium naturalis conftitutio & fymmetria fanitas eft. uniuersumque fuis igitur immoderatio & ametria quæ contra naturam euafert, morbus cenfeatur. Materiæ morbus eft immoderatio, temperamenti intemperies, formæ corruptela: atque hæc in fimilarem partem incidunt. Huius proinde morbi tres exiftunt, materiæ immoderatio, intemperies, & formæ feu totius fubftantiæ corruptela. Tria quidem in fimilari parte diftincta contineri, totamque fubftantiam a materia & a temperamento fecerni, propria effe uniuersumque uitia, tres hinc oriri fimilaris morbis differentias, alio opere pluribus demonftraui. Iam vero intemperies octo numerantur, quatuor fimples, calida, frigida, humida, ficca; coniugata totidem, calida & ficca, calida & humida, frigida & ficca, frigida & humida quæ quum exuperant, actionesque manifeftæ lædunt, morbi funt. Alias hæc puræ exiftunt, alias ex humorum uel intemperiorum, uel putridorum vitio prodeunt. Materia, immoderata, mollis eft aut dura, laxa aut astricta, tenuis aut crassa, rara aut denfa: hæcque illius uitia morbi funt. Totius uero fubftantiæ nomine & inftrumtumque spiritum, & diuinum illius calorem, & facultates ipfamque formam complectimur. Totius fubftantiæ morbi funt, qui partium fubftantiam primum & per fe oppugnant. Horum alii manifefti funt, alii occulti. Manifefti qui partium corporisque fubftantiam manifeftis ex caufis demoliuntur: eiuſmodi funt vlcera maligna, phthifis, iecoris, lienis, aliarumque partium putredo ex prima qualitatatum intemperie nata. Et fpiritus innati difolutio per vigilias, labores, inediaſ, atrocesque dolores: & natum caloris extinctio in frangulatu uel in penetrabili extremoque frigore. Occulti morbi funt qui cæcis ex caufis totam fubftantiam oppugnant. Eorum, alii venenati, alij contagioſi, alij peſtiferi.

lentes. Hi ex aere cœleſtium corporum viribus in quinato fucitantur: vt febris peſtilens, vt carbunculus, & peſtilens bubo: hi que grauioreſ appellantur. Sunt & alij leuioreſ vt exantemata tum rubra, tum purpurea, quæ fummæ cute maculis minime extuberantibus efflorefcunt: & ecchymata, quæ pituitæ eruptiones dicuntur: atque vtrique conſueti funt. Præter hos nonnunquam alij emergunt inſolentes, nouiſ & inauditiſ ex caufis orti, vt Paraplegia quædam Hippocrati dicta, vrentes ardoreſ, grauedines anhelofæ, ſudorifica febris, quibus noſtro ſeculo regiones plurimæ percuſæ & afflicte funt: alios vero alia ſecula pertulerunt, qui veterum obliuione obruti extinctiſ iam funt, alios futuri ſeculi poſteritas animaduertet, cum nouæ ſyderum concuſſiones permiffionefque illorum effectrices obtingent. Contagioſi morbi externi cuiusdam veneni occuſu & contagione inferri ſolent, vt ſtupor a torpedine piſce vel ab odio, & hydrophobia, & qui ſcorpionum, beſtiarumque virulentatum morſu aut telorum iſtibus infliguntur. Huius quoque claſſis funt, lues venerea, elephantiaſis, quique ex horum conuſſione oriri poſſunt. Venenati morbi, ex veneno aut intus genito aut aſſumpto originem ducunt. Ex intus genito, morbus comitialis, ſtranguilatus vteri a putri ſemine, ſyncope ex putrido ſanguinis grumo, cordis quædam palpitatio. Ex aſſumpto veneno morbi eius veneni naturam imitantur, quod totius ſubſtantiaſ diſſidio nobis eſt inſenſum: eiuſmodi funt, quos aconitum, taxus ephemerum, cantaris lepſus marinus, huiusque claſſis plurima intulerunt. has quidem differentias omnes fimilaris morbi genus vni complectitur, quas a veteribus magna artis iactura aut prætermiſſas aut perperam ad intemperiem ſimplicemve putredimen relatas fuiſſe miror. Ita igitur quaſi figura deſcriptæ funt omnes fimilarium morborum differentiaſ, luculentius tamen poſt hæc figillatim explicandæ.

Instrumentarii morbi differentia.

Cap. VIII.

PROPTIA instrumenti cuiusque ratio eſt figura conformatioque ad ſuum munus obeundum aptiſſima. Ab hac & cranij & ſpinæ dorſos inſtrumtum nuncupamus, etiamli conſtitutione ſimplem & ſimilare exiſtat. Neque tamen muſculi portio, quæ carnis, venæ, arteriaſ & nerui non nihil retinet atque diſſimilariſ eſt, inſtrumtum nomine digna ſit, quandoquidem figura concinnitas perempta eſt: rudis enim & informis reſtat, minime apta pertungendis munibus. Eſt & certa inſtrumtum cuiusque magnitudo, extra cuius limites quodcunque egreditur, vitioſum cenſetur. Ad hæc vero quæ diſſimilariſ vocantur inſtrumta, ſimilarium partium ex quibus conſtant certum definitumque numerum ſortita funt. Hasque partes aptè inter ſe cohærente, ſibi que conſentire, & bene collocari neceſſe eſt. Itaque quod ad proprias functiones inſtrumtum & accommodatum eſt inſtrumtum, conformationem, magnitudinem, partium numerum, earumque ſitum naturæ legibus conuenientem obſtinere. Horum ſymmetria & naturalis conſtitutio, inſtrumtum fanitas eſt: vniufcuiusque vitium immoderatiſ morbus eſt inſtrumtariſ. Cuius idcirco quatuor funt differentiaſ, vna conformationis altera magnitudinis, tertia numeri, quarta collocaſionis ſue ſitus vitium. Hæc autem denuo conciduntur etiam minutius. Quum enim conformatio aptaque ad opus figuræ concinnitas in multis poſita ſit, ex multisque conſtet, ex figura, ex meatu, ex cauitate, ex læuitate aut aſperitate, vnaqueque horum permutatio, & de ſtatu naturali deſceſſio, inſtrumtum morbus dicenda. Figuræ morbo tenentur vtriusque, quibus fo-

Ff ras:

ras: & vari quibus intro crura contorquentur: & quibus caput vel rotundū vel oblongum nimis est. Meatum per quos feruntur distribuunturque contenta, morbus est dilatatio, nimia, qualis est pupillæ in oculo, & venæ in varice, & arteriæ in aneurysmate. In hoc genere dilatationi opponuntur astrictio & obstructio. Astrictio quum meatus ab externa causa angustiores euadunt, vt spiraculorum cutis densitas atque conuientia ex siccitate, vt asperæ arteriæ & œsophagi coarctatio ex premente angina. Obstructio quum meatus ab incidente, intusque hærente materia quasi infarcti angustiores sunt, quod vitium non modo cuti, sed & venis, & arterijs & intestinis, ductibusque omnibus frequens inesse solet. Canitatis (quæ excipiendi continendique gratia comparata est, hinc sinus & receptaculum appellata) morbi sunt nimia capacitas, vt ventriculi, thoracis, & seroti amplitudo: & coarctatio immodica, vt thoracis depressio, quæ ad phthisim deducit, ventriculi inducta medicamentorum vi tanta astrictio, vt idoneam cibi copiam excipere nequeat. Illius quoque morbus est repletio, vt quæ est ventriculorum cerebri in apoplexia, uteri in mola, vesicæ in calculo: neque tamen cum Auicenna calculum ipsum morbum dixeris, vt neque telum corpori infixum, neque humorem crassum venas obstructentem, sed duntaxat morbi causam: ipsa vero calculi constitutio, & vesicæ repletio, quæ admodum & obstructio morbus instrumenti habendus est, impediens ne vesicæ capacitas satis multam urinæ copiam excipiat contineatque. Læuitatis morbus est, quum læuis & lubricus aut ventriculus enaferit, aut uterus, quæ ut firmius continerent natura quodammodo aspera conformauit. Asperitatis morbus est in tracheia arteria, quum nimio opere exasperata raucitatem infert. Atque hi quidem morbi idoneam instrumenti conformationem labefactant. Magnitudinis autem morbus est, quum pars aliqua aut supra conuenientem naturæ modum increuit, aut infra substitit: vt linguæ tanta moles quæ ore comprehendere nequeat, capitis uastitas, cruris quale in quodam visitur reliquo corpore grandius. Huc quoque pertinent linguæ breuitas, capitis, digitorum, crurumque, concisa atque minuta quantitas. Hæc autem vitia, vel ab ortu nobis adnata sunt, vel ab alimenti exuperantia penuriave contrahuntur. Quæ vero ex humorum influxu processerunt, non huc, sed ad tumores præter naturam referri debent, quos statim dicemus morbos esse compositos. Numeri morbus tum in exuperantia, tum in defectu consistit. Exuperantia quidem uel est rei naturalis, ut sexti digiti, ut tertij testiculi, quem omnibus cuiusdam familiæ superare nouimus: uel est rei toto genere præter naturam, ut uerrucæ & calli. Defectus est solius rei naturalis: quæ uel ab ortu deest, vt quum quis mæncus nascitur, uel postea detrahitur, ut manus amputatio, idque siue partim, siue omnino deest. Quum pars quædam ab instrumento penitus eximitur, solius numeri morbus est, qui in instrumenti residuo dicitur inesse: exciso enim digito numeri morbus residet in manu. At dum non prorsum & radicatus, sed ueluti ex dimidio pars refecatur, tum numeri, tum magnitudinis morbus existit, idemque affectus sub utroque genere comprehenditur. Compositionis porro morbi sunt & in situ & in consensu. In situ quidem artuum luxatio, dentes exerti & prominentes, omenti vel intestini in serotum prolapsus, manus scapulis adnatæ, ut in ea muliere quæ sine brachijs oberrat. In consensu quum mutua partium societas & connexio peruertitur, vt iustrabismo. In hoc genere uitium est, quo vel digiti, vel oculorum palpebræ, vel podicis, uel vuluæ, vel oris labra cohærent, idque siue ab ortu, siue ab ulcere. Hoc nonnulli uiciatâ continuitatē appellarunt, & sub genere morbi cõis male sunt cõplexi. Tot sunt igitur organicorum morborum differentiæ.

De

De morbo communi, qui est continui solutio. Cap. IX.

ILLVD arte tenet accurateque defendit Auerrhois, continui solutionem proprie partis esse simularis, partemque organicam non alia ratione dissolui, quam quod illius ossa, nerui, fibræ, venæ, arteriæ, aut secentur aut disrumpatur. Eam quoque diuisionem cutis à neruo, aut nerui à venâ, aut ab ossè, quæ aut in manu aut alio sit instrumento, non continui solutionem appellat: sed vitium compositionis atque consensus eamque morbum statuit organicum: quoniam totum instrumenti rationem ex simularium partium connexionem deducit. At turpiter ille fallitur, quandoquidem, ut ipsi aliquando demonstrauimus, uera instrumenti ratio est conformatio, à qua & venam & arteriam instrumentum appellamus. Quoniam igitur continui solutio rei figuram & cõformationem uitiat ac peruertit, ipsa quidem per se & primum instrumenti morbus est: huicque perinde atque simulari per se accidit. Solutioni continui varia ex partium differentiis nomina posuerunt. Ossis enim solutio transuersa, fractura dicitur, recta uero fissio. Cartilaginis quæcunque sit solutio nomen nondum inuenit. Nerui solutiones sunt punctura, & incisio in transuersum, & fissura in rectum, & contusio. Venæ & arteriæ solutiones sunt, osculorum apertio & dilatatio, incisio in transversum, & fissura in rectum. Membrarum omnis solutio raptura dicitur. Cutis leuior solutio solam epidermidem diuellens exoriatio est, at quæ in ueram cutem aut altius in carnem penetrat, aut uulnus est aut ulcus. Cor ex partibus omnibus unum nullam solutionem tolerat quin continuo animans morte extinguatur. Aliæ complures extant, tum simularium, tum organicarum partium solutiones, quas quum necdum usus nominibus proprijs notauerit, cõmuni totius nomine appellamus. Hæc summa sunt genera, hæc differentiæ, in quas morbi omnes quicunque modo illo corpus exercent, referri conueniunt debent. A plerisque autem dubitari uideo de flauitie aut rubore ceratoidis tunicæ, qui cõmnia ante oculos proposita aut flaua rubra exhibet, oculique uidentur actionem peruertere. De aurium quoque tinnitu, qui quum magnus est, auditionem impedit: de foetote narium, qui odorandi uim interturbat: deque linguæ amarore, qui gustatus iudicium corrumpit. Hæc quidem uitia alij ad nouum morbi genus referunt, quod secundæ qualitatis morbum appellant: alij ad intemperiem, quandoquidem secundæ qualitates ex primis ortæ processerunt. Cæterum in maxima rerum ignoratione utriusque uersantur: illa quippe non morbos, sed symptomata esse apertissimæ rationes conuincunt. Nam si forte actionem labefactant, non tamen proxime, sed noui cuiusdam morbi interuentu. Sic profecto symptomata plerisque nouum morbum accessit eiusque sit causa: quemadmodum uehemens dolor, aut uigilia, uentriculi concoctionem impediunt, non per se quidem, sed quod frigidam intemperiem ingenerent. Si qui porro fortibus, incantamentis, alijsue perditis magicisque artibus, aut etiâ diuinitus morbi insiguntur, huius instituti limites transcendunt, atque tametsi causam omnino trans naturam habeant, possunt tamé singuli (quia in aliqua corporis parte consistunt) in sua quæque genera refundi. Ita quidem de singulis percontamur, ut discussa ambiguitate, res ipsa clarius eluceat, nec locus sit incurfantium cauiis. Hæc tamen traditæ sint simplicium morborum differentiæ.

CORPVS alias vnus alias multi morbi exercent & infestant. Vnus morbus appellatur qui in vna eademq; corporis parte cōsedit, siue vni, siue multis actiō nibus officit & incommodat: eiusmodi est ventriculi intemperies, quæ non, vnā aliquam, verum omnes pariter illius naturales functiones subuertit. Febris quoque vnus est morbus: licet enim partes omnes corporis similes occupet, quoniam tamen ex his apte inter se continuatis atque connexis vnū corpus efficitur, vnus quoq; omnium morbus censetur. Neque tamen febris in toto corpo re, vt quod organicum est, primum & per se insidet, neq; illius nisi ex accidenti morbus est. Cæterum inflammatio pedis & inflāmatio manus vnus morbus nō sunt, quia tametsi specie similes, nulla tamen continuatione iunguntur & cohæ rent. Iam euidentius multi sunt & diuersi iccoris inflammatio, & renum vel lie nis obstructio: quippe qui & generibus & partibus discreti seiunctiq; sunt. Morbus vnus duorum est generum, aut enim simplex est aut compositus. Simplex qui vnus duntaxat simplicisq; generis naturam accipit, siue in simularium, siue in organicorum sit ordine: vt calida intemperies, vt renum simplex obstructio. Hic rursus modo solitarius: modo comitatus existit. Quum nulla eius efficiens causa præsens adest, nullumq; graue symptoma, quod ad se curantis consiliū reuocet, tum solitarius est morbus, vt intēperies simplex. Comitatus vero quē præsens & continens causa intus fouet atq; alit, vt obstructio: aut quem horren dum symptoma consequitur, ut nephritis aut dolorem immanissimum aut syn copen inferens. Hæ differentiæ non modo ad simplicem morbum, verum etiam ad omnia, tum compositorum, tum implicitorum, distinctorumq; genera perti nent & accommodantur. Compositus morbus appellatur qui ex multis eadem parti insidentibus & quasi connexis concreuit vnusq; factus est, vt ventriculi in temperies calida & intemperies sicca, quæ vnā vt coniugatam, ita & compo sitam efficiunt. Sic ex vlcere & intemperie calida si in eadem sunt parte, mor bus fit vnus isq; compositus. Quum ab ictu violento depressus sinusq; factus est 30 nasus, figuræ quidem vitium est & naris obstructio, ex quibus compositus est morbus: quemadmodum dimidij digiti, vel dimidiæ linguæ circumcisio, ex nu mero & magnitudine cōponitur. Quum carneum tuberculum vt narium poly pus interiori canali adnascitur, obstructio fit & morbus in numero, vnus quidē morbus sed compositus, aut certe vnicus affectus qui duorum morborum ratio nem obtinet. Manifeste compositi morbi sunt, phlegmone, œdema, scirrhus, alijq; tumores præter naturam: in his enim & intemperies est, & vitiata partis figura, plerunque & continui solutio. Tot igitur morbus vnus differentias habet. Multos porro morbos dicimus, qui multas variasq; partes occupant. Atq; hi aut impliciti sunt aut connexi, aut disiuncti. Impliciti quum variæ partes 40 quibus insident in communem usum, aut functionem conspirant. Inuoluuntur enim & complicantur, quia vni eademq; functioni incommodant: vt pleuritis & asthma horum enim societate & concursu communia quædam emergunt sym ptomata, quæ vix explicari disungiue possint: vt tussis, vt difficilis respiratio. Consequentes aut connexi morbi sunt, quorum prior posterioris est causa. Id bifariam fit, alias ex ipsa morbi natura, quemadmodum pleuritis necessario & proxime febris consequitur, eiq; connexa est: alias ex partium conditione, qua rum vna cum altera affectum communicat. Id autem trifariam accidit. Primum ex communi partium societate, qua affecto ventriculo cerebrum, per nervos, & affecto

affecto vtero mamma per venas vitium contrahunt. Deinde situ proriore, qui renum vitia in vesicam, & capitis excrementa in pulmones, in ventriculum, in nervos, & in articulos procidunt, illincq; ortum habent asthma, tussis, paraly sis, dolor articularis. Tertio partium robore, quo validior atque nobilior in im becillam atque ignobilem excrementa sua deponit: vt male affectum iecur in ventriculum, in intestina, in alas & inguina, in omne deniq; corpus: eadē ratio ne illius inflammationē dysenteria, & scirrum hydrops insequitur. Ita quidem consequentes hi sunt, vt prior posterioris causa sit, nō sua essentia, nec proxime, sed extremetorum & defluxionis interuentu. Hos idcirco & connexos dicimus, 10 q; nisi sublato priore vix posterior eximi possit. Qui morbi cōmutatione qua dam sibi succedunt, & quorum prior in posteriorem abit consequentes quidem, at raro connexi dicuntur, q; raro prior sit posterioris causa. Hoc modo pleurit im nulla connexionē sequitur peripneumonia, & phrenitim lethargus, & colic um dolorem paralytis. Disiuncti separatiq; morbi sunt, qui in distantibus seiu ctisq; partibus consistunt, quarum nec functio nec vsus est communis, nec vna al teri affectum confert & impertitur. vt pedis ulcus & renum obstructio, linguæ amputatio & pedis luxatio. Partis autē appellatione non eā quā aliquādo pres se & anguste definiuimus, sed omne subiectā sedē significo, in qua quasi confusi affectus confederunt. Quum igitur complures morbi in eandem prorsus sedem 20 concurrent, compositus erit morbus, alias minime. Multiplex autem est morbo rum compositio. Interdum, n. similis similari permiscetur, vt calida intempe ries sicca: ex quibus coniugata fit intemperies: interdū similis cōmuni, quum vlcus est cum calore. Tertio instrumentarius instrumentario: vt in digito qui su pra modum increuit simulq; distorquetur. Quarto instrumentario cōmuni. vt quum accepto vulnere in manus inuertitur. Quinto similis instrumentario: sic ventriculi aut manus phlegmone, id est rubens renitensq; tumor, vnus mor bus est, vt & affecta sedes vna, sed is ex intemperie, ex vitiata figura & ex late nte continui solutione compositus. Apertius vero tria morborum genera cō ponuntur, quum phlegmone manifesto vlceri accedit. Posterioribus modis, 30 compositus morbus non in solo instrumento, non in sola parte similari, sed in utroque collocatur sedemq; habet: atq; idcirco vtriusq; actionem primum & per se subuertit, quanquam id ratione diuersa. At vero in oculo ceratoidis ero sio, rhagoidis exitus, pupillæ distortio, & apparens suffusio, quanquam uno eodemq; tempore consistunt, nequaquam tamen vnum constituunt compositum morbum: sed ij vere impliciti sunt, quia diuersis partibus quum insideant, uni ei demq; obfunt videndi functioni. Vniuscuiusque particulæ quæ ad instrumenti structuram pertinet vitium, totius instrumenti morbus censetur, quemadmo dum sanè & pleuritis, & nephritis, & arthritidis totius sunt corporis, licet non in toto sint, nec eadem parti inhærescant. Sic ceratoidis erosio & pupillæ distortio 40 oculi sunt morbi, at nec in toto nec in eadem parte siti. Partes quibus insident instrumentum vnum construunt, non tamen earum morbi compositum vnum efficiunt: alioqui fateri cogemur, pleuritim, nephritim, & pedis luxationem v num totius corporis compositum esse morbum. Quanquam autem hæc vera sunt, tamen qui in similari parte morbus est, non primum, sed ex accidenti debet instrumenti morbus censerī. Dum enim manus calida intemperie vel inflammatione citra tumorem laborat, nec instrumentum læditur, nec vllus in eo morbus est. Vndenam igitur, aut cur illius actio periiit? quod instrumentum ad agendum indigeat subsidio & bona constitutione partium simularium, sine quibus nihil efficiat. His ergo offensis instrumentum recte nequit functionem suam

suam obire: ac tum instrumenti functio subuertitur, eo tamē haudquaquam primum ac per se affecto: quo etiam supra de affectu per consensum confirmauimus. Licet autem morbus his similis instrumenti functionem secundario lædat, nulla tamen ratione contra potest morbus instrumentarius similari parti officere. Neq; morbus similis quod instrumenti actionem secundario lædat, idcirco morbi causa est: quanquam enim causa omnis secundario & per accidens actionem lædit, non tamen contra quicquid secundario actionem lædit, morbi causa statuitur.

DE MORBORVM CAVSIS.

Causarum genera & differentie. Cap. XI.

Vt philosophi qui rerum omnium contemplationi dant operam, quam acerrime in causarum inuestigatione notitiāq; versantur, q; nullius rei queat haberi cognitio, cuius ignorata sit origo: ita & medicis, qui omnia in corporis commoditatem usumq; referunt, in primis necessaria est causarum quæ morbos effecerunt obseruatio, sine qua neque morbos præcauere neq; curare licet. Causæ quidem genitæ ex se morbis adeo conserte contextæq; cohærent, vt hæc assiduo foueant atque conseruent, neq; vnquam morbi possint causis manentibus deleri. Quibus non illa empiricorū temeraria & fortuita, sed rationalis mendendi uia curæ est, ii efficientes illas conseruantesq; causas primum demoliri & circuncidare contendunt, vt his sublatis facilius reliqua sit morborum curatio. Itaq; causæ omnes peruestigandæ, quæ ad morborum cognitionem curationemq; in primis sint necessariae. Earum autē genera quatuor sunt philosophis, materia, forma, efficiens atq; finis. Nascentis morbi subiecta materia est humanum corpus in quo (vt supra demonstraui) penitus is insidet: quemadmodum & in aere, hominis aut equi effigies. Non. n. (quod multos fefellit) vitiosus humor subiecta est morbi materia: quanquam efficiens illius materia quodammodo dici potest. Forma est morbi species in materiā impressa inductaq;. Finis actio-
num læsio & interitus. Efficiens causa omnium certe præstantissima atq; princeps est quæ corpus immutat, deq; optimo ac pristino statu deturbat. Hæc est cuius differentias atq; vires scrutari consilium est. Humanum corpus alias à seipso ab insitisq; principijs, alias externarum rerum iniuria læsitur: hinc efficiētium causarum duo sunt summa primaq; genera, aliæ insitæ sunt nobis & congenitæ, quas ab ipso iam ortu accepimus: aliæ aduentitiæ, quæ in nos iam editos extrinsecus inuadunt. Insitarum aliæ naturales, præter naturam aliæ. vtręq; vero aut ex parentum semine, aut ex materno sanguine profectæ. Naturales temporum ætatumq; decursu sensim nos immutant, & sine sensu in extremum senium mortemq; deducunt. Hoc genere est primordiorum, ex quibus constamus repugnantia, & insiti nostri caloris efficientia, qui tamen nos quoad viuimus aliat, tueatur & regat, nos tamen etiam tempore mutat & conficit, alios quidē ocys, alios segnus, vt sua cuique stata est uitæ periodus, quam nix quifquam naturæ legibus conficit. Præter naturam insitæ nobis causæ dicuntur, quæ vel ex feminis vel ex materni sanguinis vitio exorta morbos tandem nobis accersunt. Quale parentum maximeque patris semen obrigerit, tales euadunt similes spermaticæque partes. Bene temperatum temperiem, calidum uero atque siccum, aut frigidum atque humidum similem quocumque naturalem insitamque temperaturam similibus partibus inurit. Quo-

cūque etiam morbo pater quum generat tenetur, eum semine transfert in prolem: quandoquidem ex corpore uniuerso (vt aliquando demonstraui) decidit semen, tum morbi tum causæ eius vim in se continet. Sic senes & valetudinarij. imbecilles. nephritici, arthritici, & epileptici filios vitiosa constitutione gignunt, qua tandem in morbos similes, hæreditarios idcirco nuncupatos, incurrant, vt parentibus liberi succedant. non minus morborum, quam possessionum hæredes. Quinetiam maternus sanguis primum foetus alimentum, altera est temperamenti constitutionisque causa, atque is sua etiam vitia, at leuius quam semen, in corpus inserit. Hinc maxima temperamenti vis atque natura ex prægnantis constitutione ducitur: & cui cibo prægnans mater plurimum affluerit, is futurus est foetus iucundus, & vinosus, & quæ medicamentis crebro vritur, foetum profert in medicamenta propensum. Sic & de morbis animaduertimus, si grauius medio gestationis tempore quartana febris adoritur, partum edi qui diu postea quartana febre conflabitur: atque si non ea mente pleuritide prematur, prolem gigni in pleuritidem quoque procliue: quemadmodum & eius cui abscessus ex aure octauo mense proruperat, filium in omnem vitam habuisse purulentas aures. Vnde intelligi potest non modo prima conformatione ex semine, verum etiam toto gestationis tempore; tum ex materno sanguine, tum ex alijs humoribus atque alimentis morborum procliuitates in foetum contrahi. Maxima igitur ortus nostri vis est, nec parum felices bene nati. Quamobrem præclare humano generi consulum videtur, si soli parentes bene habiti atque sani liberis operam darent. Si enim agricolæ sementem facturi purum semen & foetum seligunt, experti frugem malam è marcido percipi, quanto id diligentius in procreandis liberis obseruandum? Iam vero aduentitiæ causæ genitæ nobis dum extrinsecus occurrunt, alias sæpe in nobis excitant morborum opifices. Quocirca causarum quæ in nobis iam editis morbos efficiunt, alia externa est, alia interior: hæc rursum duplex, antecedens & continens, quæ & proxima dicitur: vt tres sint omnes efficientes morborum causæ, externa quæ & euidentis, & antecedens, & continens. Euidentis quæ extrinsecus aut corpori aut contentis uim infert. Continens quæ in corpora sita morbo proxime adhærescit connexaque est. Insiti vulneris gladius idcirco continens causa non est, quod in corpore non consistat, licet proxima sit illi. Antecedens quæ in corpore prior continente, hanc efficit ac mouet. Euidentes omnium primæ maximeque necessariae sunt, ex quibus cæteræ ortæ defluunt. Illas vulgus in primis sectatur, quas & vetustissimi medici solas animaduertunt, obscuris (vt inquit Celsus) ab arte reiectis. Ea porro est adhesio copulatioque causarum, vt continens ex antecedente, antecedens ex euidente defluat: quumque omnes continuatione quadam & serie cōnexe sunt ordine prima est euidentis reliquarum effectrix, postrema est continens: quotquot inter has mediæ intercedunt, antecedens appellatur. At non omnis morbus tribus ex causis necessario ortum habet, sed alias ex duabus, alias ex vnicâ. Quum cibi potusque immoderato vsu summa cumulatur venarum plenitudo, quæ has tandem adeo vel diducat vel distrupat, vel pleuritis insequatur, pleuritis euidentis causa est cibi immoderatio, plethora, venarum ruptio vel diductio, & sanguinis effluxio causæ dicuntur antecedentes, omnes in corpore posttæ. At sanguinis copia lateri impacta putrescensque continens, tum illius, tum comitis febris est causa. Si ad stringentium balnearum vsu putrida febris accenditur, hæc causa sunt euidentis: cutis adstrictio, prohibita transpiratio causæ antecedentes hinc exorta putredo continens proximaque causa. Non possum au-

tem in neotericorum quorundam error conuiere, quos tantus stupor oppressit, ut nulla queant mentis contentione continentem causam a morbo interno scire. Hi ignorata maiorum doctrina sanguinem lateri impactum, pleuritim, humorumque putredinem, febrem appellant, quasi humores particulæ sint corporis atque in his morbi infideant. At certe febris nulla in humore, nulla in spiritu, sed in corde corporisque partibus tota inhæret: hoc tamen discrimine, ut in ephemera partium intemperies ex spirituum feruore pendeat: in putrida ex humorum putredine: in hætica primum ac per se in partium substantia consistat atque defigatur. In his quæ dixi omnia causarum genera connexa videre licet. At quum Australi statu destillatio fertur in pulmonē, eius arterias obstruēs asthmaque ingenerans: aut quum motu immoderatiore calculus è rene deturbatus vterem obturat, nephriticumque cruciatum mouet, duæ duntaxat causæ euidens & continens concurrunt: vnica vero eaque euidens quum vulnus gladij ictu infligitur. Ex quibus intelligitur causam externam & euidenter in omni esse morbo nec essariam, neque corporis neque causarum interiorum firmam constitutionem, nisi externarum graui impetu, labefactari contaminarique posse, & de naturali statu vnquam decedere, rursusque continentis quàm antecedentis necessitatem esse maiorem. Iam vero causarum morbos efficientium aliarum statuendæ sunt differentiæ. Earum quippe vnaquæque interdum per se, interdum per accidens opus efficit & edit. Per se quidem, quum propriis viribus proximè nulliusque interuentu id præstat: per accidēs vero quum aliud quippiam excitans & interponens id ipsum agit. A qua frigida corpori affusa id per se quidem & proximè nullius interuentu refrigerat: ex accidente autem calfacit, dum contracta densataque cute natiuum calorem foras erumpentem intro repellit, qui dein intus collectus & coarctatus, mutoque pabulo auctus, vi maiore in corporis summa remigrat recurritque. Intus vero scamonium vel reubarbarum corpus per se calfacit: at calidam feruentemque bilem expurgās accidente refrigerat. Causa porro omnis efficiēs triplex existit, aut enim principalis est, aut adiuuans, aut sine qua nihil efficeretur. Principalis & perfecta, in sita vi etiam sola id efficit cuius est causa. Adiuuans sola quidem nihil efficit, sed ad efficiendum adiumenta affert. Hæc Græcis *συνεργία*, id est causa adiuuans, & quasi concausa dicitur. Tertia efficiendi nullam planè naturam obtinet, neque quicquam in opus confert, sine ea tamen effici nihil potest. Sed hæc perspicuis exemplis illustranda sunt. In purgationibus quæ arte comparantur, causa principalis est medicamentum proprietate valens adiutrix causa illius ramentum calidum omnibus purgantibus concessum, quod & illorum vim corroborat adaugetque: in hoc etiam genere sunt quæcunque medicamento permixta illius vim exacuunt, ut gingiber nardus, eiusque generis plurima. Causa sine qua nihil efficeretur, est natiuus noster calor, sine quo medicamento vis sopita in æquum haudquaquam erumperet. Et in morborum procreatione, dum frigida cœli constitutio destillationem proritat in articulos, principalis perfecta que causa est frigida cœli conditio, & superuacuum copia: adiutrix est humorum tenuitas: causa sine qua non efficeretur, est articulorum imbecillitas, & viarum per quas humor fluxurus est laxitas. In causis sine quibus nihil efficeretur numerari solent, locus, tempus, instrumentum. Causa omnis quandiu operi assistit incumbitque, id ipsum conseruat & auget: sublata vero nihil melius quicquam efficit. Id eius opus alias persistat manet, alias omnino perit, idque vel breui vel multo post tempore.

Euiden-

Euidentiū causarum genera.

Cap. XII.

Quæ firma corporis constitutione ortus & in lucē editus est, si nulla externarum rerum offensione lacellit, incorrupta sanitate ad longissimum tempus vitam producet. At si illarum immoderatione concutitur, optimum vitæ statum diutius retinere non poterit, sed tandem de illo decidet prolabeturque in deteriorē, quem certe morbum appellamus. Naturalem igitur vitæ cursum complebit, qui turbulentis externarum procellarum fluctibus minime iactabitur. At vero quotusquisque toto vitæ curriculo ex his tutus emergit? Quem blandæ voluptatis illecebæ non aliquando irretiunt? Aut quem si moderatrix temperantia sedulo conseruauit, inconstans volubilisque fortuna præcipiti casu non obterit? Difficile profus quæ vndiq; nobis intenduntur retia defugere. Discendæ igitur res omnes & causæ, quarum vi aut pristinum statum retinemus, aut in morbum incidimus. Harum aliarum necessariorum, quæ necessario nobis ferendæ sunt & sine quibus viuere non liceat: aliarum non necessariorum, quas decline possumus. In necessariis sunt aer, in quo uersamur, cibus & potus, motus & quies, somnus & vigilia, quæ excernuntur aut subsistunt, & animi perturbationes. Non necessariæ vero gladij ictus, ruentis lapidis & bestiarum occurfus, omniaque fortuita. Harum impetus cæci nec arte præuideri nec declinari possunt: illæ possunt, in quarum obseruatione ars versatur. Earum aliarum corporis sanitatem tuentur, aliarum depellunt, aliarum restitunt. Hinc efficiuntur causarum aliarum insalubres sunt, quæ corpus de bono statu deiciunt, aliarum salubres. Hæc rursum duplices, vel quod sanitatem conseruent, vel quod deperditam restituant. Conseruant quæ moderatæ & corpori similes existunt: restitunt quæ sunt morbo contrariæ, & equaliter atque is à mediocritate in diuersum deflecterunt. Hæc opinor perspicuum faciunt eandem causam & insalubrem & salubrem dici, sed comparate & quum ad uaria refertur. Est enim causa ex eorum genere quæ ad aliud referuntur ac pertinent. Aer temperatus aliarumque causæ si æquabiles & moderatæ obtigerint, hominem temperatum & bene habitum, qualem acceperunt, tuentur ac seruant. Immoderatæ vero obterunt inferuntque morbos. Quum porro morbum inflixerit aer impense calidus ac feruens, eundem depellit sanitatemque restituit frigidus, qui pari sit à medio recessu. Qui huic sanitatem restituit eique salubris est causa, alteri morbum infert, causaque fit insalubris. Efficientes hæc causæ triplices ad tres quoque artis partes accommodantur. Conseruatrices quippe ad eam quæ sanitatem tuetur: salubres ad eam quæ morbis medetur. Solæ insalubres huc pertinent, de quarum viribus sigillatim dicendum.

Qua ratione ambiens aer corpora mouet, & causas interiores morbosque excitet.

Cap. XIII.

Ofvs v m nobis aerem sanguine præditorum animantium natiuo calori & spiritui, tum conueniens pabulum tum refrigerationem præstare, fumosaque illius superuacanea excipere: his tribus ex causis eorum vitæ tuendæ conseruandoque calori præfici in Physiologia diximus, vbi & illud animaduersum est, aerem nobis circumfusum arteriarum pulsu corporis vniversi calorem, cum vero quem spirando ducimus vnus maxime cordis calorem respiratione tueri & conseruare. Quoad viuimus necessario spiritum de cœlo ducimus, nec ani-

G g mus

mus sine anima, nec anima sine spiritu & aere teneri conferuariq; potest. Inspi-
 rati quàm circumfusi aeris tâto maior & efficacior ad immutanda corpora vis
 est, quanto vberius & violentius is intro subit. Respiratione primum quidem
 os, nars, cerebrum, asperam arteriam, pulmones, cor, omnesque arterias is cõ-
 fertè implet, ex is dein in omne corpus persilabile mox quasi momento diffun-
 ditur. Quacunquē is vel substantia uel qualitate præditus est, ea ipsa primum
 spiritus, deinde humores, postremo partium substantiam afficit. Serenus, te-
 nuis, purus, beneq; temperatus, spiritus nostros collustrat, sanguinem attenuat,
 cor exhilarat, mentem serenat, corpus omne peruadens raritate diffundit, su-
 scitato; calore appetentiam, concoctionem, superuacuorum dissolutione ex-
 purgationemq; procurat. Crassus, densus, caliginosus, & aliena permisione in-
 quinatus, spiritus obscurat, sanguinem & humores densat atque labefactat, cor
 mæstitia perstringit, mentem obumbrat, corpus degrauiat atque densat: & op-
 presso atque debilitato nativo calore concoctionem lædit, superuacuorumque
 dissolutionem cohibet. Qui porrò circumfusus est nobis aer, in intima queq;
 penetrans contagione nos etiam immutat: neque nos solum, uerum etiam so-
 lidissima queque & inanima, ut ligna, ut lapides, & metalla, que aliter sicco,
 aliter pluuioso cælo affici notamus. Tanta quidem uis est aeris per cuncta rerū
 meabilis. Huius autem quàm ceterorum, vis maior & efficacior ad morbos in-
 sigēdos, & plures temporum tempestatumq; mutatione, aut ex salubri loco in
 grauem transitu, aut exorta intēperie, aut quibusuis aeris inquinamentis, quā
 victus mutatione morbis pulsantur. Is quippe vnus plurimos pariter attingit,
 cuius non ut ceterorum incommoda facile declinet, in cor: uiscus nobilissi-
 mum, in cerebrum, in corpus denique omne prompte penetrans suis vitijs om-
 nia perfundit, acutorum ferè morborum author. Morborum vero hic opifex;
 est uel qualitatum immoderatione, uel substantiæ vitio, uel subita insolētiq;
 mutatione. Qualitatum intemperies calidior, frigidior, humidior, aut sicciori
 siue a regione, siue a situ, siue ab anni tempore, siue a cæli statu talis existit, sp-
 ritus, humores, ipsumq; corpus immutat. Regio quidem temperata, locus edi-
 tus, apricus, & persflatus, Veris cõstitutio naturalis, status cæli placidus & trāc-
 quillus, ut persflante Fauonio, salubritatem bonamq; ualitudinem tuentur, ne
 quicquam corpora permutant. Regio feruida & estuosa, locus Austro Solique
 expositus. Aestas ignea & torrida, austrinus cæli status, spiritus inflammant,
 sanguinem & humores ardoribus extorrent, bilē augent & exacuūt: quibus
 ex causis morbi plurimi hiq; acuti suscitantur. Sed & poros referant patefa-
 ciuntq; corpora laxant & extenuant, eorum substantiam colorisq; natui vim
 dissipant: & si diu perseverant senium mortemq; præpropere accelerant. Regio
 frigida, locus ad Aquilonem conuersus, hyemis gelida, statusq; cæli aquilonius,
 spiritus consopiant, humores incrassant, que certè causæ acutos quidem mor-
 bos reprimunt, sed diuturnos, destillationesq; concitant. Deinde poros occlu-
 dunt, densat firmantq; corpus, huius atq; natui caloris substantiā conseruant
 & augent, appetentiam præstant, concoctionem fouent, uitam deniq; longissi-
 me protrahunt. Regio humida, locus in Occidentem deurgens, humens plu-
 uiosaq; constitutio, tenebricosum spiritum facit, corpus multo humore super-
 uacuo onerat, cuius copia natuius calor infringitur, & debilitata concoctione
 cruditates fiunt. Quibus ex causis destillationes, diuturnæ febres, cachexiæ,
 vlcera putrida eaque curatu difficillima. Quinetiam corpora mollia, laxa
 infirmaque reddit & obeundis uitæ munij incepta. Regio sicca, locus areno-
 sus, in ortum apertus ac patens, sicca cæli constitutio, spiritus illustrat, humo-
 res super-

res superuacuos absorbit, utiles tæro à putredine tuetur: corpora dura, solida,
 fortiaque efficit, & articulos corroborat. quoniam tamen illa densat & hu-
 mores siccos duososq; reddit, obstructionem est opifex, minus tamen quàm supe-
 riores infensa. Tot ergo modis aeris intemperies morborum causæ fiunt. Vi-
 tiata porro aeris substantia gignendorum morborum maiorem multo vim ob-
 tinet. Hæc licet ad eo simplex sit & uniusmodi, ut fortasse corruptioni subiecta
 minime sit, variis tamen vndique inquinamentis conspergitur. Multa exhalatione
 & caligine humefcit: terrarum, aquarum, cadauerum, aliorum uel putre-
 scentiu expiratione graui inquinatur: pestilentie feminibus uel cælitus immis-
 sis uel in se genitis polluitur labefactaturque. Hæc igitur vna cum aere quem
 spiritu ducimus permanant in omne corpus, & contagione tum spiritus, tum hu-
 mores suo quæque modo contaminant, & varios eosque ferè occultos morbos
 proferunt. Tam vero subitæ insuetæq; temporum, locorum, tempestatumq; mu-
 tationes sæpe morbos attulerunt, præsertim si ex salubribus in grauia atq; de-
 teriora fiant. Quos temporum mutatio insigniumq; siderum exortus tempe-
 statum statuumq; conuersio morbos inuicere soleat, diligenter quidem Hippo-
 crates & Aristoteles literis prodiderunt, omnium certe cam facientes causam,
 q̄ ex contrarijs in contraria, atque etiam ex humidis in calida aut frigida gra-
 uis periculosusq; transitio fit. Multo his grauior est peregrinatio & omnis lon-
 ginq; tractatio, q̄ vnicuique regioni ex soli & aquæ natura, ex situ & statibus,
 quibus iactetur peculiaris inest constitutio, suaq; proprietates cui non facile sit
 aliuefere. Sed & quæ ex coarctato conclusioque in liberum perlabilemque æ-
 rem uel saluberrimum fit mutatio, imbecillis & his qui ex morbo conualescunt
 sæpe detrimento fuit: q̄ repente ac vehementer corpus humoresq; exagitet.
 Flatuum porò effrenata incurfio haud secus atq; valida exercitatio corpora
 fatigat: præter eas quas uel è terris, uel è cælo qualitates inuehant. Tranquil-
 lis autem aer nulla ventorum vi impulsus, quanquam mitis ac lenis appareat,
 nisi tamē tempestate huc illucque iactetur, quietæ & restagnantis aquæ more
 corrumpitur. Ventus uero saluber, præsertimq; aquilonius inspersa aeri in-
 quinamenta purgat.

Qua ratione quotque modis esculenta & potulentia nos afficiant.
 Cap. XIII.

EVIDENTIUM causarum ordine cibus atq; potus locum obtinent secun-
 dum, eorumq; uis est aeri proxima. Hic quidem celerius ac promptius in plu-
 res inuadit, at cibus atq; potus quoniam permanentem ac inhærescentē corpo-
 ri materiā suppeditant, id validius contumaciusq; afficiunt. Cibi potusq; vitia
 gignendis morbis pabulum materiāq; suggerunt, è qua & morbi interdū spon-
 te emanant, nullo euidētis causæ impulsu. Imo & quoniam uel ab aere uel ab
 animi perturbationibus, uel alijs causis euidētibus morbi nulli excitantur,
 nisi consentiat corporis præparatio, & humorum constitutio. Si hæc tota ex ci-
 bo, potuq; profecta est, maximā hi sanè in gignendis morbis uim obtinent, Ut
 semel dicam. Vna gula omnium est propè morborum mater: etiam si alius est
 genitor. Quicquid in corpus illabatur, aut temperamento aut materia aut to-
 ta substantia agit nosq; permutat. Temperamento & qualitate aqua frigida &
 lactuca corpus refrigerant, illa quidem re ipsa, hæc uero potestate: ignis at-
 que uinum calfaciunt, hoc potestate, ille energia. Materia agit, quod
 substantiæ tenuitate penetrat humoresque incidit, quod crassiore materia
 Gg 2 corpus

corpus adstringit & densat, & quod viscosum adhæret, aut contra detergit. Tota substantia quicquid totius substantiæ uel familiaritate nos alit, uel diffidio & inimicitia naturam nostram depeculatur atque depascit. Illud alimentum, hoc venenum appellamus. Totius substantiæ notionem alibi accurate expressimus, demonstrantes alimentum non quoddam vel temperamento uel materia, sed quoddam totius substantiæ affinitate nobis familiare sit, idcirco in nostram substantiam conuerti eiusque molem augere: proinde alimento opponi & è regione statui venenum. Hæc quidem simpliciter nos immutant: at non pauca bibariâ alia trifariam. Bisariam acetum, temperamento quippe & materia, & lactuca teporamento & tota substantia, panis azymus materia & tota substantia. Trifariam 10 vinum album quod calfacit, extenuat & alit. Quicquid igitur totius substantiæ familiaritate in corporis substantiam conuertitur, alimentum est, quod uero corporis firmam naturalemque constitutionem quoquomodo euertit, medicamentum. Si quid dum in corpus conuertitur, id ipsum pariter afficit atque commutat, alimentum est medicamentosum. Hoc ventriculo exceptum uique nostri caloris excitatum qualitates & vires etiam tacitas & quasi sopitas quibus præditum est exerit, hisque ventriculum in quo diutius hæret atque retinetur, exercet: licet ab eo interdum coquatur dometurque. Est ea quippe agentis patientisque naturalis consensio, ut quia materiam obtinent communem, mutuas operas conferant in sese, omneque; agens agendo non nihil etiam patiatur ac perferat. At uero si eius quod assumptum est validæ vires in domita fuerint, nec prorsus ventriculi robore enictæ, eæ uel substantia, uel quoquoersum expirante uapore, in omne corpus permanabunt, ipsumque cor & cerebrum atque uniuersum corpus concutient: ut in meraco uino, in allio, in cæpa, in aliis; compluribus perspicue animaduertitur. Hæc igitur dum è ventriculo in intestina, in mesenterij uenas, & in iecur illabuntur, suis qualitatibus quicquid attrigerint, imbuunt. Ventriculi quippe calore infra quodammodo sunt, non tamè prorsus extincta, nec pristinis omnino spoliata facultatibus, sed tum harum, tum pristinæ qualitatis non nihil etiamnum manet in sanguine, qui & in uenas maiores, & in minores, & in corporis singulas partes effunditur. Quamquam igitur sanguis alimenti ex quo genitus est formam perdidit, qualitates tamen 30 aliasque vires quodam modo retinet, easque impertit partibus alendis. Quamobrem quod ait Aristoteles, Alimentum initio dissimile, tandem nobis simile reddi, non de omnium qualitatum, sed de substantiæ & formæ potius similitudine audiendum. Etenim lactuca, tametsi coctione mutatur, ventriculum tamen & corpus refrigerat, ex eaque sanguis profertur frigidior. Sed & id quod veterum omnium literis & memoria celebratur, omne alimentum tum calidum, tum frigidum, quum in sanguinem abierit calfacere, ita quidem audire uelim, quia alit sanguis & innati calidi substantiâ, non autè qualitatem calorisque; gradum augere. Quisquis enim ex lactuca æque; calidum atque ex uino aut ex allio sanguinem gigni censuerit, omnes efficientium causarum vires & naturas euertet. Ergo lactuca frigidum, unum calidum sanguinem suæque; naturæ consentaneos profert humores. Azymus panis & castanea crassum atque lentum: vitellus & pullus gallinaceus tenuem: mora, persica, mala, horarijque; fructus uitosum, putridum uero quæcumque; alimenta iam corrumpi ceperunt. Hic corporis omniumque facultatum eius peruersio. Ut enim calx ad arboris radicem conuersa fructum accelerat, arborem uero perimit, ita calidius alimentum maximeque; uinû suscitato calore, spiritus facultatesque; erigit, mortem uero maturat. Dum enim corporis calorem auget, substantiam minuit: dumque; innati calidi spiritum & calorem

calorem halitu fouet, eius substantiam quæ humidum est primigenium dissipat exorbetque; omnem uitam alacriorem ac ueraciorem, sed tamen breuiorem facit. Sic suæ sunt unicuique cibo dotes, sua sunt incommoda. Ex quibus intelligitur, non modo spiritus & humores quibus conseruamur, sed & omnem corporis partiumque; constitutionem ab esculentis potulentisque; mutari. Hinc intemperies, hinc obstructio, hinc cacochymia, hinc plethora, quæ uitia grauissimorum morborum causæ antecedentes continentisque; sunt. Neque uero una cibi potusque; qualitas, uerum etiam illius optimi quantitas & exuperantia naturæ grauis insensaque; est, tum ea quæ receptacula uenasque; solum implet, tum etiam quæ vires grauat. Hæc enim quia supra vires est, neque integre coqui, neque in purum sanguinem uerti potest, sed cruditates multas cumulat, quæ quum ab inferiori debilitate; natura nequeant domari, corrumpuntur morbosque; generant. De hac recte Hippocrates. Vbi cibus præter naturam plus ingestus est, hic morbum facit. Quin etiam ea cibi exuperantia quæ uasa implet, nondum tamen vires premit, licet tota in optimum succum & in sanguinem faceat, tuta tamen non est, sed maxime lubrica & periculosa. Natiuum quippe calorem è sensibus, è mentis & animæ functionibus auocat, occupatque; in concoctione. Excrementorum flatuumque; ingentem facit prouentum, quæ præ copia non facile excludantur. Omnis generis humores congerit, obstructiones multitudine accerit, 20 uias contrahit, in angustumque; adducit, omnia arte coarctat ac continet, uix ut quicquam è corpore dimaneat. Hac onus turgidumque; corpus ingrauescit, atque; et si infirmum uictumque; est prosternitur. quia uero infarctum coactum, ac minime peruium est, nec perflari, nec uentilari potest. Hinc perinde atque a multo oleo lucernæ flamma natiuus calor opprimitur & quasi strangulatur, morbi que; frigidi (etiãsi calidus cibus erat) succrescunt, quemadmodum ab ebrietate cruditas, cachexia, paralysis, apoplexia. Quumque; diutius insedit redundantia, corruptelam demum putredinemque; acquirit. Quæ autem coagulatione assidua in summum iam excreuerit, aut extincto natiuo calore inopinata repentinaque; morte iugulat, aut uasa dirumpit. Quocirca hunc habitum recte commune. 30 facit Hippocrates esse periculosum & sine mora soluendum. Perniciosa admodum sentina est abdomen insaturabile, omnium tum corporis tum animi uitio rum fons atque origo. Non minus acute quam facete quis intemperantiam medicorum nutricem appellet. Cæterum quisquis cibus potusque; moderatus sit & ad naturam accommodatus, spiritus natiuum calorem, corporeque; substantiam tuetur & reficit, facultates omnes earumque; functiones corroborat, concoctionem, alimenti distributionem, humorum æqualitatem, & excrementorum propulsionem, motus denique, sensus mentisque; uires integras incolumesque; conseruat. Una temperantia totius est incundæ salubrisque; uitæ moderatrix. Nulla calamitate uel erunna premetur, qui uitæ fundamentum iecerit temperantiam. Iam 40 uero longior inedia, aut tenuior pariorque; uictus, non id apte resarcit & instaurat, quod tum natiui caloris, tum circumfusi aeris necessario dissipatur è corpore: proinde ex accidente siccat, quoddam in pabuli penuria, natiuus calor propria corporis substantiâ exorbeat. At profecto corpus peruium patensque; reddit, obstructiones expedit, flatus, alui fæces, urinas, cerebri, omniumque; partium excrementa mouet & excludit. Atque si impurum corpus uitioso humore perfunditur, cruditates concoquit & emendat, tenues humores ac inutiles exhaurit aut halitu dissipat: crassos uero cuique; parti tenacius inherentes proritant atque; mouet. Itaque per inediam humorum omnium uires se produnt. Biliofis. n. bilis effernesceat, & quasi ferocitate exultat quæ suo dein furore febrem, oris amarorem, iracundiam

cundiam, aliisque symptomata infligit. Melancholicis: proprius humor in eorum & metum incutit, vigilias terrores, oris aciditatem hisque similia. Pituitosis defillatio est capite in subiectas partes illabitur, & pituita in ventriculum influens, nausea, cibi fastidio, vomitione, animi defectione, hisque similibus hominem afficit. In magna quippe cibi potusque parsimonia, vitiosus humor aut in ventriculum irrupit, aut propria sede solus & purus ferociter subsultat, consueta videlicet alimenti benignitate destitutus. Quapropter qui impuro sunt corpore ægre ferunt inedia, & tamen dum conmittuntur humoris impetum & ferocitatem frequenti alimento sedare, non se, sed suam ipsi perniciem alunt. Per hos vero impetus si constanter perferatur inedia, quos primum concitauit, mox certe compescet atque domabit. Leuis inedia bilem accendit, quam illa tamen perseverans extinguit, corpusque refrigerat. Nam vitioso humore exerit, suo modo concoquit, domat & in vias deducit, per quas naturæ impulsu est corpore exturbent. Huius ope aliquando morbi periculosi & ancipites felicem cumque admirabilem exitum inuenerunt, ad quem ars nulla dirigebat: idque multo mitius ac leuius, quandum corpus medicamentorum aliena qualitate lacescit. Si quis obiciat natium calorem per inedias cum superuacuo & vitioso nonnihil etiam vitilis puriorisque humoris se haurire, sicque vires atterere. Id quidem consentaneum est, neque vllum flagitium admitti puto, vires sinere aliquantum collabi, ut pariter quod vitiosum est extimatur: quandoquidem earum iactura leuis prompte refarcitur. grauior autem omnino metuenda, quam sequitur exolutio. His, opinor, de causis tenuis & admodum exquisitus uictus ab Hippocrate iam pridem est explosus: quippe qui tum sanis tum ægris periculosus existit, si præsertim non modo sanguinem atque carnem, verum etiam propriam solidarum partium substantiam colligat, & in marasimum coniecit, a quo vix quisquam se recipit. Sed vix eo precipitant inedia. Carcerum, inquit Hippocrates, non satietas, non fames, non aliud quicquam bonum est, quod naturæ modum excedit.

Quæ excernuntur ac subsistunt morborum causas fieri.

Cap. XV.

39

Supra descripta causarum genera, secum humorum vitia & alias qualitates inuehunt in corpus: atque deinceps erunt, non extrinsecus, sed intus est corpore vitia suscitant. Quocirca distinctione adhibita illas externas, has autem euidentes causas proprie appellemus. Corporis superuacua, quia in corpore continentur & hærent, debent in causis antecedentibus haberi: at immoderata illorum vacuatio vel retentio causa est euidentis. illa morbos infligunt, non simpliciter, sed quia contra naturam & immodice in corpore coercentur. Quæ naturæ legibus est corpore deicienda exterminarique solent, si qualia, quantum, & quando oportet procedant corpus quasi sarcina leuant, idque robustius & ad functiones aptius comparant. Sin vero subsistant, morborum causæ fiunt euidentes, quæ dein antecedentes continentisque mouent, quarum morbus soboles est. Naturæ legibus ad vitam necessariæ vacuationes sunt alui deiectio vrinæ est renibus, & est vesica profusio, sudor vel uniuersi corporis exhalatio, bilis fluxus est suo folliculo, aut atræ est liene in ventrem effusio. Aliæ quidem non simpliciter sed vel in tempore, vel ex consuetudine necessariæ sunt: ut hæmorrhoidum mensiumque euptio, mucus est naribus & palato, sputum est pectore, lac est mammis, semen est spermaticis vasibus. Horum itaque suppressio, atque etiam parciore & non qualis aut quando expedit facta uacuatio, tametsi uere symptoma est, morbi

morbi tamen causa fit euidentis. Siquidem eorum quæ toto genere præter naturam existunt redundantia naturæ molesta atque grauis, morborum fit materia. Nam plerumque natium calorem vel premit vel obruit, cuius demum functiones periclitantur omnes. Nonnunquam eorum redundantia corrumpitur, putredinem & alienas qualitates sortita naturæ corporis; graues. Nonnunquam vias corporis; ductus obstruens, alimentorum distributionem, & excrementorum vacuationem defectionemque; cohibet. In uuluo, in intestini prolapsu, quoniam intestinum quasi vinculo deuinctum & constrictum tenetur, sæces præterlabi nequeunt, sed sua mole corporis partes ita plerumque onerant, ut vomitione redantur. Quod si hæc præterea putrescant, fetore & praua qualitate sic uniuersum corpus inquinant, ut etiam si illarum cursus redeat, sæpe tamen inquinatum corpus est uiuis excedat. Nec minus conspicua hæc sunt, quum vrina suppressitur, aut quum menses aut mariscæ cohibentur, quibus mala succedunt grauissima. Suppressis vacuationibus necessarijs varijs omnisque generis morbi prodeunt, neque vlla causa euidentis ad morbos excitandos est efficacior. Hanc enim proxime sequitur excrementorum proventus, morborum causa interior. Magna sæpe molestia torquent quæ iucunda effrenataque; voluptate fuerint assumpta. Immodica porro repentinaque; vacuatio, etiam si eorum sit quæ toto genere præter naturam sunt, procreatrix est morborum. Hinc censuit Hippocrates suppuratos aut hydropticos qui vruntur aut secantur, si pus aut aqua uniuersum effluerint, omnes commori. Multo magis periclitantur, quibus alius immodice profluit, aut vrina copiosior profunditur, aut corpus sudore diffuit. His quippe vires usque adeo sæpe dissoluntur, ut simul anima deficiat. Nam cum superuacancis non parum spiritus calorisque; desit: hinc tum naturales tum animales functiones languescunt, & crudi ac frigidi morbi emergunt. Recte igitur est ab Hippocrate dictum, Plurimum atque; repente vacuare periculosum esse & naturæ inimicum, maxime si insuetum id est. Iam vero sanguinis ex utero, ex mariscis, est naribus, aut ex vulnere effusio, si immoderata repentinaque; obtigerit, ocyus multo quam quiduis aliud, spiritus, natium calorem, viresque; dissipat & exhaurit, quæ in sanguine & sedem & pabulum habent. Multi quippe, ut ait Poeta, extremam fundunt cum sanguine vocem. Quibus autem moderatior fit profusio, his corpora quasi tabida liquefcunt, & cruditates, cachexiæ, hydropes, eiusque; classis morbi emergunt.

Motus & quies immoderatio, morborum est causa.

Cap. XVI.

Motus alius naturalis, alius voluntarius. Naturali quidem uentriculus, intestina, venæ, aliæque partes omnes alimenta ad sese rapiunt excrementaque; depellunt: & cor arteriæque; sic assidue pulsant, ut nihil intermittant. Voluntarius consilio voluntateque; suscipitur, qualis est musculorum & neruorum. Hi primū quidem & per se imperio voluntateque; mouentur: ab his deinde ossa, vincula, venæ, arteriæ, carnes, cæteræque; partes, idque; veluti ossis consequuntur, atque; idcirco ex accidente. Motus naturalis nihil defatigat, nec lassitudine unquam intercedit, sed potius exercendo corpus leuat & exacuit: voluntarius verò defatigat, huiusque; contentione corpora ingrauescunt & assiduo labore defessa languent. Hunc proinde quies necessario excipit, quæ leuamentum & remissio quædam est laboris. Itaque laboris quietisque; alternus usus animanti necessarius. Porro autem arbitrij motus velox est aut tardus, robustus aut imbecillus, vehemens aut

aut leuis. Veloces seu celeres motus sunt, saltatio, pilæ exercitatio, digladiatio: & quoscunque non robur, sed sola corporis celeritas exerceat. Robusti & validi sunt, fossio, maximi oneris gestatio & sublatio, luctarumque multa genera quæ corporis robore & vehementia nisu, non celeritate fiunt. Vehementes sunt, grauetelum iaculari, discum mittere, graui armatura testum currere aut saltare: & quicumque ex robusto celerique constant. Hi quidem omnes, quem admodum & omnis generis exercitationes, & artificum operæ vel labores, animantibus viribus eduntur ex hisque manant. Sunt & alij qui extrinsecus accedunt, vt navigatio, vectio, gestatio, frictio, equitatio, hisque similes. Motus omnis animali calorem non extrinsecus accersit, sed ex ipso corpore suscitatur, perinde atque ventilatio flammam. Calorem quippe partibus intimis quasi sopitum & torpescentem excitat, diffundit, foras euocat, in corpus omne & in multo plures quam dudum partes traiecit. Hic autem concoctionem, alimentum distributionem excrementorum omniumque superuacaneorum expulsionem iuuat. Quinetiam corporis partiumque substantiam perspicue mutat. Celer namque & velox, corpus densat & attenuat: tardus carnem rarefacit & auget. Robustus corpus vegetum durumque: imbecillus, laxum molleque reddit. Vehemens, corpus quidem extenuat & gracile facit, sed tamen compactum, durum, firmum & vegetum, contra leuis & languidus habitum quidem corporis opimum inducit, sed languidum, molle enervatum & infirmum. Hæc quidem præstat motus quicumque suo sit genere temperatus. Cæterum immoderatus siue supra corporis vires, siue perpetuus nec intercisus est, morbos infert. Multa quippe defatigatio spiritus viriumque substantiam exhaurit & dissipat, tandemque corpus refrigerat: musculorum, neruorum & vinculorum robur dissoluit, membranas adeo interdum laxat aut diuellit, vt Enterocæcem excitat. Sed & viscera concutiens, tenues plerumque venas dirumpit, ex quibus emittiones: vomitiones & exspuitiones cruenta, pleuritides alijque morbi. Sanguinem vniuersum ita plerumque in venis diffundit, vt concafactus liquatusque propriis conceptaculis coerceri haud possit, sed his apertis foras excides partibus phlegmonas infligat: aut si coercetur, capitis dolores, pulsationes synocosque febres procreet. Corruptos autem humores, qui alioqui tranquilli, ignobili loco conclusi & quasi consopiti tenebantur, quique a natura tempore concoqui, domari ac demum blande excludi poterant, irritat & quasi in furorem agit, qui postea tanquam mota camarin a tetro uapore corpus varie laceflunt: sed & ipsi quoquo uersum effusi scabiem, tubercula, omnis generis abscessus, putridas febres, alui profluvia, vomitiones, morbosque multiplices & varios inuehunt. Impura igitur plethoricæ corpora laborem ne subeant. Quies porro diuturnior & exercitationis intermissio, qualem habet desidiosa vita, inertem calorem, spiritus ignauos, ad omne sensus & mentis naturæque functiones seigniores facit. Corpus vniuersum degrauiat, languidum, molle, infirmumque reddit: ut tandem verum sit quod ait. Quædams. Ignauum corrumpunt otia corpus. Hinc etiã cruditates & obstructions, & excrementorum prouentus, quæ omnis generis morborum causæ sunt proximæ.

Somnum & vigiliam plerumque morborum causas esse. Cap. XVII.

His ut viribus, ta ordine connexi & affines sunt somnus & uigilia. Est autem somnus non solum motus, uerum etiam sensus omnisque animalis functio nis cessatio, in qua non modo ut in quiete nerui, musculi, artusque, sed & cerebrum

brum & sensus omnes consopiri solent, estque somnus omnium quasi per fugin laborum, requies animi, pars humanæ melior vitæ. hic spiritus labore uigiliisque dissipatos restituit, aliis uidelicet ad functionum frequentationem suffectis. Membrorum sensuumque defatigationem tollit, naturales functiones maximeque concoctionem & retentionem corroborat & auget. Tum siquidem natiuus calor minime dispersus, sed circum viscera intro se colligeas vegetiorque, factus, in cibi crudorumque humorum concoctionem validus incanduit. At uero attrahendi expellendique facultates per somnum languidiores sunt propterea quod conquelescat mouendi vis solita quidem illis opem ferre quodque corporis contenta uigiliis atque motu concitata, expeditius trahenti pellentique cedant. Quinetiam somnus sanguinis eruptionem, alui profluum, vomitionem immoderatasque uacuationes omnes præter sudorem cohibet. Licet enim (vt author est Aristoteles) corporis summæ & extremæ partes in somno frigescant: tumque pluribus tegumentis indigeant: sudores tamen uerius tandem emanant: quod humores intus conclusi alimenti concoctione distributioneque peracta: manifeste & affatim in extrema summaque corporis eruptionem faciant. In uigiliis maior fit per cutem dissipatio, sed humorum tenuium: qui obscure atque sine sensu exhalant. Cæterum somnus immoderatio spiritus offundit & obscurat: omnes sensuum mentisque vires torpore & ignauia debilitat: calorem obtundit: functionesque naturales infringit: crudos pituitososque humores & omnis generis superuacanea exaggerat. Corpus itaque refrigerans & humectans ignauum atque iners magis quam quies efficit: destillationum: frigidorum diuturnorumque morborum author. Nihil tam morti simile quam somnus: ipsius nimirum imago & simulachrum. Vigiliæ contraria atque somnis edunt. Et enim spiritus sensusque excitant: promptos: celeres: alacresque reddunt: & partium omnium vires omnes recreant & erigunt. Calorem in omne corpus diffundunt æquabiliter: alimenti humorumque distributionem, excrementorum dispersionem accelerant. Et hæc quidem moderatæ. Immoderatæ, spiritus exhauriunt, corpus præfertimque cerebrum sicant: & (vt inquit ille) Attenuant iuuenem uigilata corpora noctes: sensus obtundunt, & mentem perturbant. Bilem inflammant, phrenitidis, continuarum febrium, acutorumque morborum procreatricem. Natiuum calorem humidumque primigenium dissipant, sicque

Animi perturbationes morborum causas fieri.

Cap. XVIII.

SI QVIS animi perturbationibus omnino vacaret, posset & sine his integræ nihilominus sanitæ uitam traducere: at quoniam nulla disciplina nominis mores ita temperare & moderari, aut animi impetus ita comprimere & sedare potest, quin semper horum procelis & fluctibus iactetur, iure quidem perturbationes inter causas euidentes easque necessarias collocantur. Sex autem numerari solent, metus, moestitia, ira, gaudium, agonia, uerecundia. Quæ ratione & quibus ex causis fiant, & quam multas comit. s habeant, satis in Physiologia perpendimus. Perturbationum animi etiam si moderatæ sunt, nullus ferè usus, præterquam gaudii. Hoc exhilarans cor spiritusque læticia diffundit, natiuum calorem suscitatur, sanguinem humoresque extenuat, quibus salus comparatur conseruaturque sanitas. Tristitia nemini frugifera, nisi quis ebulliore gaudio dissolutus sit: nec ira nisi somniculosis & inertibus: nec timor nisi timorariis & furibundis: nec uerecundia nisi impudentibus & pallore sedatis. Ago

H h nia

nia omnibus aduersa infensaque est. Caterum hæc modum prætergressa nos grauius conuellunt, quippe quæ euentium causarum vim adipiscuntur. Gaudium profusum ac insolens spiritum caloremque tam uehementer à corde in summa corporis effundit dissipatque, ut id caloris beneficio prorsus destitutum, vel syncope vel morte repentina corruat, quod nonnullis obrigisse memoriae proditum est, qui tamen omnino uel senes erant, uel languidi ac imbecilli. Cæteris omnibus corpus duntaxat refrigerat. Ira uero calorem & spiritum è corde etiam foras, non ut gaudium sensim, sed repente permouet. Ex hac tamen nemo omnium prehensus est repente sublarus, nec dissipato calore exanimatus, quod soli audaces & robusti iracundia efferrè possunt, & iis solis ubertas caloris circa cor effluat. In his itaque dum cor ira cumulat & exardescit inflammatus calor in omnia effertur, ut tum homo extra sese percitus feratur. Ex spiritus primum, dein humores corpusque calcificat, inflammat, & plerumque in ephe meram uel in synochum agit: aut si cacochymia subest, in putridâ febrem, in aliosque ex bilis feruore & ex humorum confusione morbos. Timor & tristitia calorem spiritumque intro reuocante ille quidem subito et affatum, hæc paulatim impetuque nullo. Itaque corporis externas partes refrigerat, nec tamen ut somnus aut ambientis frigus interiores calcificat, quod is calor ac spiritus in cor solum recurrit. Ea quidem affectione cor uehementer premi et strangulato calore pene obrui fidem facit, quod pulsus paruus, tardus, rarus, et imbecillus euadat. Speciatim uero tristitia corpus omne, maxime uero cor refrigerat et exiccac, spiritus innatumque calorem obstrit et offundit, uigilias siccitate inducit, concoctionem labefacit, sanguinem humoresque in crassat, exaggerat que melancholicum succum. Quibus ex causis corpus atrophia liquescit, & in marcorem, in aliosque frigidis morbos præceps ruit. Eadem pericula multo uiolentius euidentiusque timor iniicit, quæ cæco et repentino impetu percellens, non paucis calore cordis uiolenter suffocato uitam ademit. Nam cuncti si uires subtrahit ipse timor. Quod timentibus alius interdum soluitur, aut urina profunditur, non mihi uidetur cum Aristotele iudicium esse sanguinis in aluum compulsi, sed potius remeantis in cor. Verecundia porro natium calorem spiritumque in intima primum cogit, eumque mox sensim foras reuocat, sed blande adeo ut neque cor oppressum frigescat, neque spiritus dissipetur. At uero agonia, id est certamen utroque motu uehementer concurrat: quumque ex timore & ira constet, amoborum pericula motu tamen in æquabili intendit. Quæcumque numerantur alia perturbationes animi, in hæc quæ dixi genera conicienda sunt. Excãdescencia quidem, odium, discordia, inimicitia, in iram: timor, formido, terror, pauor, exanimatio, ad metum: dolor animi, luctus, maror, lamentatio, ærumna, molestia, desperatio, ad mortificia: letitia iactatio, animi uoluntas ad gaudium. Neque duntaxat hæc morborum causa fiunt, uerum etiam cura, sollicitudo, afflictio, omnesque animi molestiæ, quas ambitio, auaricia, aut aliud feruentius desiderium infligit, quemadmodum mentis in reum inuestigatione assidua contemplatio acriorve contentio. Harum quippe omnium immoderatione spiritus & calor emarescunt. De necessarijs & euidentibus causis & quibus eæ modis nos immutare possunt, dicta hæc sunt.

Da causis euidentibus non necessarijs.

Cap. XIX.

CAUSAE uero necessariae quas declinare licet, & quibus nulla necessitate utimur, ad ea genera quæ supra de necessarijs posuimus referri possunt. In ambientium

bientium quippe genere collocantur æstiuaria quæ corpus, præter modum calcificiunt & excitant, demum calore dissipato refrigerant. Balneæ uero alix refrigerant & humectant, alix calcificiunt & humectant alix calcificiunt & exiccant: ut sulphureæ, nitrosæ, aluminosæ, marinæ, quacumque enim qualitate insignes fuerint, eadẽ corpus persulficiunt. Ad hæc unctiones & emplastra foris suas et uires contagione nobis impertiunt, dũ eas nostro calore suscitatas per cutis spiracula altius insundunt. Vestes & regumera quibus operimur, interdum per se ut calidum animantium pelles, interdum accidente calcificiunt, quod insitum corporis calore retinent nec exhalare sinunt. Florum denique & aromatum odor omnisque fumus aut vapor, siue manifesta siue occultavi præditus, dũ intro spiritu ducitur, luculentè intima quæque mutat. Et hæc quidem in ambientium genere. In eorum autem quæ suntur classe, numerantur medicamenta quæ quoties uel imprudenter uel ex causa uoluntate, primis, secundis tertiusue qualitatibus aut tota substantia spiritus, humores corpusque afficiunt. Inter ea uero quæ corpore excluduntur, non necessaria est sanguinis è uenibus aut è uulnere eruptio, quæ nimia, calor, spiritus, & uires exhaurit: neque integre sano erumpentis quoquam modo sanguinis ulla est commoditas. Neque profecto uenis quomodo salubris, nisi cui forte multo iam tempore præter consuetudinem sit intermissa. Huic idcirco moderata confert, quod titillantis aut turgentis materiæ exuperantiã quasi onus inferam deponat. Immoderata uero, spiritus calorem, humidumque primigenium exhaurit, concoctionem euertit, mentem & sensus infirmit atque conuellit, corpus eneruat, emollit inersque reddit. Horum nihil tamen extreme: quandoquidem ueneris modus quidam est nec ut cibo ita uenere circa desiderium quis uitur. Vix quisquam sine libidine uenere exercet, sine appetentia plurimi supra satietatem se saginant. Proinde cibi quam ueneris crebriora sunt grauioraque pericula. Ad motuum genus accedunt clamores & uociferationes, quibus interdum uenæ membranæque diuelluntur: eodem & dolores pertinent, diri immanesque cruciatibus, & externi motus: ut nauigatio, uectio, gæstatio: equitatio: & quæcumque corpus humoresque spiritusue durius exagitant. Singula quippe ualidas ad morborum gignendos uires sortita sunt. His finitima est frictio sicca quæquam in corporis summa præcipuas uires habet. Deinde attritus: contusiones, casus: uulnera: ferarum morsus, uenatarum bestiarum ictus: & quæcumque fortuito in nos irruunt: nobisque quasi fato impendunt, quorum periculis corpus uarie iactatur. Euidentes uero uires aut causas: quarum uel immutatur omnes iam quidem recensisse uideo: quas solas ueterum imitatione uulgo scrutatur: sedulo rogantur unde morbus unusquisque processit. Ab his autem defluunt gignunturque interiores: de quibus proxime differendum.

Interiores morborum cause: quot qualesque sint: usque ab euidentibus destituit. Cap. XX.

CORPORIS spiritus, sanguis, humores, excrementa, & quæcumque contentorum nomine complectimur: interiores quidem causæ sunt. He si naturæ legibus tenentur: salubres & sanitatis conseruatrices appellantur. Sin uero de naturæ bonitate multum decedunt: insalubres & morborum effectrices. Decedunt autem uel quantitate uel qualitate, quæ duo uitia illis contra naturam insunt. Quantitatis uicia sunt exuperantia & penuria. Spiritus exuperare quidem non potest, deicit tamen quum magna eius est inopia. Quæ toto genere præter naturam sunt, ut

Hh 2 calcu-

calculus, vt lumbrici, semper dum ad sunt exuperant, nunquā deficiunt. Sanguis humores, excrementa, siue immodice exuperant, siue deficiant, vitio dantur. Solum sanguinis exuperantia, plethora dici consuevit. Reliquorum omnium redundantia in cacochymia genere continetur. Quinetiam contentorum omnium intemperies, cum simplex tum coniugata, crassities & tenuitas, durities & molities, lentor & acrimonia, deinde putredo & totius substantia corruptio cacochymie species sunt. In his igitur contentorum vitij omnes consistunt interiores morborum causa. Evidentes autē sic illas proferunt. Spiritus quidem innatiq; calidi penuriam ambientis feruor, balnearum, dissipantiumq; medicamentorum vsus, alimenti penuria & inedia, immoderata vacuatio, labor, omnisq; motus vehementior, vigilia, insolens gaudium, venus intempestiua, dolor excrucians. Eadem quum increuerint, sanguinis succorumq; inopiam tandem inferunt. Spiritus, innatumq; calidum premunt & humores coarctant, aer densus & caliginosus, idemq; gelidus, alimentorum vbertas, excrementorum proventus, diuturna quies, somnus arctior & profundior, metus & mestitia. Eadem si violenta & intempestiua irruerint, haud secus atq; laqueus faucibus ceruicique inictus, natiui calorem strangulant & extinguunt. Spiritus, humores, excrementa, omniaq; contenta putredine contaminant aer putris & graeuolens, ingestorū corruptio, eorum putredo & inordinatus vsus, excrementorum suppressio, obstructio, hincq; cohibita perspiratio. Quies quoq; & somnus idem praestant, at non nisi ex accidenti & quia excrementa augent. Spiritus & innati calidi, sanguinis succorumq; totam substantiam corrumpunt aer aut pestilens aut quouis inquinamento contaminatus, hausta venena, recenti seminis aliorumq; superuacuorum pernicies, venenatorum contagio, & virulentarum bestiarū morsus. Intemperiem in spiritibus in sanguine, in alijsq; contentis, calidam quidem inuehiunt, circumfusi aeris aestus omniumq; circumfidentium feruor, & quacunq; cutim coarctant atq; densant. His accedunt, cibi, potusq; calidiores, medicamenta quoq; calida & acria, excrementorum suppressio, obstructio, atque hinc nata putredo, motus exercitatioq; vehemens, ira & vigilia, nisi extra modum excesserint. Frigidam vero intemperiem accerunt, aeris omniumq; frigidorum occurfus, alimentorum parciō aut liberalior vsus, eorumq; & medicamentorū intemperies frigidior, ingens vacuatio, & magna superuacuoꝝ suppressio, otii motusq; immodicus, somnus metus atq; mestitia. Sicca intemperiei effectrices causa sunt, aeris sicca constitutio, & eorum occurfus quibus exiccandi vis inest, cibi potusq; tenuitas & inedia, extenuantia dissipantiaq; medicamenta, immoderata uacuatio motus vehementior, vigilia, moeror, cura atq; sollicitudo. Humidioris causa sunt humidum & pluuiofum cœlum, balnea dulces praesertim a cibo, potus liberalior, humectantium ciborum copia, excrementorum parciō vacuatio, vita otiosa, somnus multus, læritia & animi tranquillitas. Crassos spiritus & humores similisq; naturæ excrementa proferunt, cibi atq; potus crassa compactaq; substantia: vt panis azymus: bubula caro, maiorumq; animalium & piscium esus: vinum crassum ac rubrum. Idipsum causa omnes quas refrigerare atque densare recensimus ex accidente praestant. Tenues uero gi gnunt alimenta & medicamenta extenuantia, potusq; tenuis & liberalior. Lentos aut acres alimenta aut medicamenta hisce uiribus praedita. Nam animalium extrema piscesq; complures & caues: lentum glutinosumq; succum reddunt: mel uero, hordæ cremor, similiaq; medicamenta: detergentem & minime viscosum. Sic sanè humores excrementave durefcunt aut molliuntur alimentis aut medicamentis quorum talis fit materia: atque etiam uehementer calidis atque

atque siccis: aut impensè humidis cum tepore. Corporis spiritus humoresq; exagitant atque conturbant: quæcunque humores valde extenuant aut inferiorem agunt: & quæ aut subito uehementerq; comprimunt: aut uehementiore motu incitant: vt dolor atrox: immodica exercitatio, ira, timor, omnesq; tum corporis, tum animi perturbationes. Ex his sciri potest quam uariæ sint euentium causarum vires. Aliæ morbis materiam suggerunt: vt alimenta & excrementa: quæ principales sunt causa. Grauisimam proinde morbis maxime obnoxij euadunt: qui gulæ abdominiq; dediti: tempestiuam aspernantur medicacionem. Aliæ materiam duntaxat immutant: solasq; huic qualitates impertiunt: ut aeris & occurrentium intemperies, motus & quies, somnus & vigilia: & animi pathemata: quæ rarius morbos excitant. Quot igitur qualesq; sint interiores morborum causa: & qua hæ ratione ab euentibus procedant: omnium denique efficientium causarum genera viresq; sumus persecuti.

Quæ sit uniuscuiusque morbi causa. Cap. XXI.

Nunc morborum ordine repetito particulatim scrutari par est quibus ex causis uniuscuiusque originem dicat. vt ex earum obseruatione omnis quæ ad medendi rationem conducit habeatur cognitio. Quum autem morbus alius a solis euentibus externisq; causis profectus sit: alius præter has etiā interiores casque vel antecedentes vel continentes causas habeat: prima quidē unius cuiusq; est origo discenda. Partium similarium: tum simplex tum coniugata intemperies: earum quoque putredo & totius substantia corruptio; ab euentibus plerumque causis fiunt. Hæ siquidem dum blande & æquabiliter in omne corpus irruunt: primum prompteq; spiritus: qui in tenui substantia positi omni affectioni patent: ab his deinde humores cæteraq; contenta: postremo partium substantiam quæ solidior est: quacunq; via aut qualitate insignes sint: afficiunt. At si valida causa ea sint, & diu multoq; tempore assistant: atq; ijs expositum corpus propinquū sit, idq; iā actioni obnoxium (illa quippe quatuor in omnem rerum actionem concurrant oportet) affectus etiā proxime in corpus immigrabit. Quinetiam ij morbi similes nonnunquam a solis antecedentibus, aut a continētibus causis emergunt. Etenim vitiosus putrisq; humor firmius parti adhærescens illius substantiam tandē corrumpit: quomodo & pulmones & iecur putrescere per sepe reprehendimus. Sic suppressi seminis & quorundam excrementorum malignitas in ueneni naturā faciens, principum partium substantiam contaminat. Quacunq; autē intemperie alienave qualitate spiritus, sanguis, humores, excrementa vt tenentur, mox contagione corporis partes eadem inurunt, eaq; interdum leui, interdum altius infixæ & permanente. Itaque morbi similes alias a solis euentibus, alias tum ab his tum ab antecedentibus continentibusq; causis originem habent. Iam de instrumentorum morbis. Naturalis partium figura inuertitur aut spermatis conformantisq; facultatis vitio, aut membrīs in partu postea dum adhuc mollia teneraque essent contortis, aut quod multo post tempore collisa contractave vitiose coalescunt, siue medicis, siue laborantis, siue alterius cuiuspiam inscitia & errore. Interiores etiā causa plerumq; figuram inuertunt, ut tumor præter naturam, sectio, conuulsio, & resolutio neruorum.

Concauitatis & meatus uitia quidē multa sunt, quorum coalitus maxime a causa fit interiore, dum capacitatis facies exulceratæ nec bene curatæ, inter se glutinantur & adhærescunt. Obstructio ab interiore quoq; causa, ut a caruncula, a du-

La, à duro tuberculo, à tumore, à callo, à grumo & ab humore crasso lentoque interiorum canalem ductumque; inferente. Angustia vero fit vel aliquo extrinsecus comprimente introque; impellente meatuum latera vel his in seipsa concidentibus, idque; cogente frigidorum adstringentium aut exiccantium vi. Sed & causam saepe habent interiorum, quum retinendi facultas validior, meatus eorumque; oscula quasi impetu coangustat. Laxitatis causae his contrariae sunt, medicamenta aperientia, quae incidendi, detergendi, expurgandique vim nacta sunt, & quae vehementer molliunt atque laxant: expultrix quoque facultas valida aut retentrix imbecilla. Asperitatis porro causae sunt medicamentorum, humorum, & excrementorum immodice acerborum, cuiusmodi sunt immaturi fructus, aut acrim, aut abstergentium vis eousque interdum in ualescens, ut partes ipsas vel corradat vel exulceret. Lavitatem vero efficiunt cibi potus, humores, tum vtilis, tum superuacui pingues atque glutinosi. In numero autem pars quaecumque; deest, aut naturae conformationisque; vitio, aut sectione, aut vitione, aut putredine, aut frigore perit. Si qua autem superest & accrescit, ea est valida naturae opus, quae ex vtili eaque; vberiore materia naturale quiddam progignit: cuiusmodi est in conceptu sextus digitus & in adultis tuberculum carnosum. Ex inutili vero materia sunt ganglia, melicerides, steatomata, atheromata, acrochordones, eiusque; generis tubercula. Partis Porro molem supra modum augent, vtilis materiae vbertas & valida natura, quae frictione, calore, picce aliisque; trahentibus iuuatur. Minuunt vero imbecilla virtus, & alimenti penuria: & aliae causae quas diximus de naturali numero non nihil detrahere. Partem e sua sede atque situ dimouent vinculorum solutio aut laxitas, vt in luxatis, siue repentino vehementique; motu, siue mollienti occursum fiat: continentium partium disruptio vel laxitas, qualis in Enterocele aliisque; ramicibus, & in abdomine discissio: & quum vulnerato pectore pulmo excidit. Vicinarum autem partium consensus deprauatur, quum illa inter sese coherent, aut commune illarum vinculum laxatur, intenditur, uel abrumptur. Continui solutionem efficiunt flatu humorve exuperans, uel acer, uel pungens, vel exedens: & in causis euidentibus modus immoderatus, & quae cunque contundunt, frangunt, vulnerant, perforant, aut vrunt. Atque haec quidem simplicium omnium morborum causae putentur.

[Implicitorum compositorumque; morborum cause. Cap. XXII.

N V L L A causa proprio atque; vni est semper addicta morbo, sed vna eadeque; simplex morbos plerumque varios infligit. Solis ardor destillationem e capite frigidam concitat, ex qua asthma, arthritis & paralyfis. Idem iecoris bilem accendit & extimulat, cuius febris est soboles. Sed & causae contrariae in morbi eiusdem procreationem saepe concurrunt. Vt enim solis ardor cerebrum dilatans illiusque ductus patefaciens excrementa diffundit, fluxaque reddidit, ita frigus immodicum quasi comprimens & coarctans, illa exprimit, depellitque. Quum itaque morbi complures erunt, vniuscuiusque interior causa scorsum peruestiganda: quod si multae deprehendantur, obseruandum implicitae ne sint an connexae, anve disiunctae: quandocumque earum non minus quam morborum obseruatio ad curationem confert. Implicitae vix vnquam scorsum eximi possunt. Ex connexis antecedens prius quam consequens delenda. Disiunctae separatumque; tolluntur. Quoniam autem tumores omnes praeter naturam, morbosque partium plurimos humorum defluxio parit, quae & ipsa plurimorum est morborum

borum causa, hoc loco expendendum, quid fluxionem moueat, & in hanc non illam partem deducat. Fluxionis materia sunt, sanguis, bilis, tam flatta, tibiata, pituita, aqueus humor, atque; quicquid ex permixtis conflatur. Omnis autem materia uel per se & sua sponte, uel impulsu fuit. Sponte, quae vel copiosior est, vel colliquescens, uel in aetate vehementius. Talis quippe nequit propria sede coeherere, sed suapte impetu effluit exciditque. Impulsa vero fuit aut vi partis expellens ea quoque; qualitate tum quantitate mollescit, aut vi frigoris, aut adstringentis cuiusdam aut comprimantis robore. Atque; haec causae fluxionis sunt effectrices. Cur autem in hanc quam in illam potius partem incumbat, causa est pars uel recipiens uel attrahens. Recipit autem quia imbecilla, aut quia prona & subiecta mittenti. Imbecilla est uel natura, ut cutis, axillae, linguina, adenes, & alia quaecumque laxa molliisque; genita est: uel morbo, ut quae contusa est, obruta, vulnerata, aliove morbo languida. Pars prona fluxionis subiecta est, si vias ad se directas & ingredientibus amplas habet atque; latas, egressibus uero angustas. Sic ad renes, ad pulmones, ad articulos, ad aliasque; sedes in quas humor illabi consuevit, prona est fluxio. Prona etiam fluxionisque; subiecta pars est, quae inferiore est situ: quandocumque materia grauis facilius deorsum fertur, & in procliuem deuoluitur, quanguam & flatus & vapor & tenuissima bilis facile quoquoersum excurrit. Attrahit pars quaeque; fluxione dolore, motu, frictione & calore: siue ab interioribus; siue ab exterioribus causis comparata haec sint. Humor in parte coaceruatur bifariam: congestu & defluxione. Congestus fit partis vitio & imbecillitate: quum allapsum alimentum nec conficere; nec absumere ualens; non pauca inde congerit superuacua; aut quum valida: ipsa plura allicit; quam ut possit concoquere: aut quum densior adstrictiorque; excrementa nec facile deponit nec dissipat.


Libri primi de morborum differentijs eorumque; causis.

F I N I S.

30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40



DE SYMPTOMATIS ATQVE SIGNIS LIB. SECVNDVS.



Quid symptoma, & qua id ratione a morbo & a causa distet.
Cap. I.



SYMP¹⁰ TOMA nunc genus restat eorum quæ præter naturam nobis inesse proposita sunt, symptoma tum nempe atque signorum: quæ ut ortu, ita & tractatione morbis succedunt. Licet autè morbi compluresquæ eorum causæ penitus lateant & intro condantur, symptomata tamè signaq; omnia foras sedant, & conspicua sunt nobis. Alia quidem signi, alia symptomatis est ratio: omne ²⁰ symptoma signum est, non tamen omne signum symptoma. Est autem symptoma, affectus præter naturam ubiuis consistens. Hic quidem affectus appellatio latius quàm in morbi finitione patet, ut & affectionem omnem contineat. Qui præter naturam simpliciter existit, nondum contra naturam est, nec corporis functionem vllam manifeste offendit. Morbus & morbi causa à symptomate distant, quòd functionem lædant, ille quidem primum & per se, hæc vero per accidens: symptoma neutro modo lædit, quia nondum contra, sed duntaxat præter naturam est. Distant & aliter, quòd morbus in aliqua corporis parte solum consistat, causa in contentis, symptoma vero tum in vtriusq; tum in functionibus ipsis. Hac quidem nominis ratione quicquid vel in corporis substantia, vel in contentis vel in functionibus præter naturam existit, si nondum functiones manifeste offendit, symptoma iudicandum, vnde cunq; id originem ducat. Itaque & corporis nigrities ex solis ardore contracta, & urinæ aliorumve excrementorum color odorve præter naturam citra morbum grauis, & leuiusculi partium affectus, adeoque tenues ut nondum functionibus incommodent, symptomata sunt, neq; in aliud affectuum præter naturam genus conijci possunt. Est tamen & altera multo angustior huius nominis ratio, qua solum affectus præter naturam ex morbo profectus symptoma appellatur. Hoc genus vniuersum morbi soboles est, quo nihil eorum pertinet quæ modo percensui: at nihilominus scædus icteri color, & putrida fœtensq; deiectio ex febre profecta, & omnis functionis læsio, huius sunt generis. Cæterum quum morbus vnus alium de se proxime gignit, ut dum iecoris feruor ventriculo calidam intemperiem inurit, posterior affectus ex morbo quidem natus est, non simpliciter tamen symptoma, sed morbus appellari debet: siquidem in parte inhærescit, cuius actionem primum ac per se manifestum lædit. Atque hi sunt quos supra consequentes morbos nuncupauimus, quorum prior posterioris est causa. Quis enim vel mediocriter eruditus ventriculi intemperiem symptoma censet calidioris iecoris? Nihil igitur ne diuersa

uersa quidem ratione potest morbi atque symptomatis rationem sibi vindicare, quoniam neque fieri vllò modo potest, ut vnum quippiam atq; idem actionem lædat & non lædat. Quinetiam quum imbecillum languidumq; iccur male sanguinem conficit, hæmatosis læditur, ex hac deinde corrupti vitiosiq; humores toto corpore succrescunt, qui febres & alios deinde morbos excitant: ipsa humorum corruptio, licet affectus sit præter naturam ex morbo natus, minime tamen symptoma cenferi possit, sed morbi causa, quòd in contentis subsistat actionemq; ex accidenti lædat. Nihil enim idem possit morbi causa & symptoma dici: quanquam fieri potest ut symptoma alterius symptomatis sit causa: ut quum ex eodem morbo complura symptomata continuata serie defluunt. A frigida ventriculi intemperie concoctio offenditur, ex qua ciborū est cruditas: hinc porrò lienteria, quæ est cita alui deiectio, ab hac demum impedita alimenti in totum corpus distributio. Hac serie quoties morborum, symptomatum & causarum ingens quædam sit concursio magnaque confusio, morbum neque symptoma proxime antecedit, neque causa vlla proximè insequitur: sed ea serie ita semper ex aliis alia neuntur, ut morbum causa antecedit, symptoma vero proxime sequatur. Quanquàm autem idè interdum morbus est & morbi causa, neutrum tamen symptoma dici potest. Nam & morbus morbi, & symptoma symptomatis interdum causa fit: at symptoma neq; morbus neq; proxima morbi causa esse vsquam deprehenditur. Quamobrem Auicennas tria hæc genera permiscens confundensq;, non planè uidetur rerum substantias dispersitum. Quum propter icterum dolor acerbissimus phlegmonem parit, symptoma ait morbi causam fieri: at certe dolor proxima continensve non phlegmones, sed fluxionis causa existit, fluxio vero collectionis, hæc demum, qui partem copia distendit, obstructionis, ex qua sequitur prohibita perspiratio, natiui caloris extinctio, humorum putredo, ipsa denique inflammatio, quam proprie phlegmonem appellamus. Tumoris igitur principalis causa est ingens cumulatorum humorum copia, inflammationis putredo, dolor vero incitans duntaxat causa est, & sine qua nihil efficeretur. Neros omnes contendit Auicennas, ut persuadeat symptoma in morbum verti commutariq;, quum capitis dolor ex stomachi vitio acceptus diutius persistit. At vero dolor hic ex sympathia tamen capiti fit proprius, nec tamen in morbum degenerat, nec pristinam symptomatis naturam commutat: sed vel ipsa capitis intemperies, uel alius quidam morbus ex ventriculo contractus, proprium hunc capitis dolorem infert.

Tria symptomatum summa genera.

Cap. II.

MORBVM proxime tanquam effectus sequitur functionis læsio, primum illius symptoma idque proprium & indissolubile, è quo dein alia defluunt omnia. Sunt autem hæc bipertita: nam alia in partium substantia, alia in excrementis insident. Itaque tria sunt omnino summa symptomatum genera, actio læsa, excrementorum vitium, & simplex corporis affectus. Posteriora duo ex læsa functione, hæc vero ex morbo proficiscitur. Exempli causa utq; omnia pateant apertius, obstructio fit in bilis folliculo: sub hoc vitio flaua bilis à reliquo sanguine expurgari nequit, hæcque functione læsa bilis cum sanguine manens in totum corpus refunditur. Hinc cutis scædo tetroque colore deturpatur, & icterus fit simplex quidè symptoma. Hinc etiam urinæ crassescunt flauescuntq;, & alui excrementa albicant bilis permissione destituta. Ea igitur serie simpli-

I i ccs

ces corporis affectus excrementorumque vitia ab actione læsa proficiuntur. Iam vero læsarum functionum differentia ex integrarum numero colligenda. Functionum alie animales, alie naturales: & animalium alie sensus, alie motus, alie principes. Sensus porro quinque sunt, tactus, gustatus, odoratus, auditus & visus. Principes vero functiones sunt, phantasia, intelligentia, & memoria. Harum unaquæque bifariam læditur, quia aut non fit, aut male: & male rursum bifariam, aut diminute aut deprauate. Cæcitas visionis est priuatio, hebetatio diminutio, hallucinatio error & deprauatio. His in auditu respondent, surditas, gravis auditio & tinnitus. Haud quidem difficile sit istorum imitatione cæteras animales functiones læsas, tametsi proprio adhuc nomine caruerint, numerando præcensere, si vniuscuiusque tres constituantur differentia. Eadem propemodum in læsis naturalibus functionibus numerandis ratio tenenda. Quum pars vnaquæque similis quatuor tum facultatibus, tum functionibus insignita sit, si quamlibet trifariam lædi contingat, quod vel minime, vel remissè, vel deprauate edatur, erunt vniuscuiusque partis, vt similis est symptomata duodecim. Si eadem quoque ex naturalium instrumentorum est ordine, quoniam præter eas quibus se alit & tuetur, alias etiam toti corpori communes vires accepit, alijs duodecim erit symptomatis obnoxia. Ventriculi apertio, bradypepsia, dyspepsia læsæ communis concoctionis vitia sunt: totidemque & in attractione, & in retentione, & in expulsionem consistunt, sed quibus propriae appellationes non superant: quemadmodum neque læsis functionibus duodecim, quæ illi qua similis est peculiare sunt. Tot igitur symptomatum genera functio læsa comprehendit, quorum alia in alias partes incidunt pro cuiusque functionibus connumeranda.

Symptomatum quæcum in affectu simplici consistunt, tum in excrementis differentia. Cap. III.

SIMPLICES partium affectus præter naturam qui functioni nulli incommodant, sensibus fere obuij manifestiq; sunt. Hos proinde sensuum quibus percipi solent numero, in ordines quinque redegerunt. Aspectabiles sunt fœdi colores, quos morbi infixerunt, qualis flauus est in ictero, pallidus in leuco-phlegmatia & in vitiligine, niger in elephantiasi. Odoratus sunt, teterrimi & graues odores, quos axillæ, aures, nares, os, aut corpus vniuersum expirat. Ad auditum, referuntur soni præter naturam, quales sunt aurium tinnitus, pulmonum fauciumque stertores, dentium stridores, ventriculi atque etiam colli rugitus, intestinorum crepitus. Ingrati sapores qui palatum & linguam inficiunt, gustatu deprehenduntur, cuiusmodi sunt oris amaror à bile flaua, sapor acidus melancholia. aut salus è pituita. Cutis scabra, arida, & rugosa symptomatis inquinatur, quæ tactio percipit. His ergo differentiis comprehenduntur symptomata generis secundi, quæ simplices sunt corporis affectus. Tertium porro genus in excrementis inest, quæ præter naturam vitium contraxerunt, aut substantiæ, aut qualitatis, aut quantitatis. Substantiæ vitium appellamus, quum quod excernitur toto genere præter naturam est, vt calculus, vt arenula, vt lumbicus. Aut quum non id quod excernitur, sed ipsa illius excretio præter naturam existit: vt sanguinis è naribus, ex auribus, ex ore seu sputo seu vomitione, è vesica vel aluo profluens, & quæcunque citra naturæ præscriptum sit eruptio. In excrementis qualitatis vitia insunt, quum aut eorum color à naturæ modo recedit, vt si vinarum, deiectionum, mensium, sputorum, aut vomitio-

num

num niger est color, liuidus, aut viridis. Quum etiam aut graucolætia ferit: aut sapor amarus, salis, acidusve subest: aut lentor vel acrimonia, & crassities vel tenuitas, aliæque qualitas præter naturam, tum his tum cæteris quæ manant è corpore inesse deprehenditur. Quantitatis vitium est quum iustus naturæ modus in his minime tenetur, sed ea vel abundantis vel parcius produunt. Hæc igitur excrementorum vitia in symptomatis connumerantur, si præsertim ex morbo originem sumpserunt. At quæ non hinc, sed ex alimētis profecta sunt, quorum vel qualitas praua, vel immodica quantitas permanet, nõ proprie symptomatis annumerari debent. Ipsa porro excrementorum vitia atque symptomata dum præter naturam intus coercentur, nouorum plerumque morborum causa fiunt. Haud equidem scio vllanc alia causa plures morbos procreet, quàm excrementorum prouentus. Symptomatum differentia hæc sunt, iam eorū causas breuiter perstringam.

Læsarum functionum cause.

Cap. IIII.

FUNCTIO læsa per se nulliusque rei interuentu ex morbo proficiuntur. Morbus autem qui sensum motumque offendit, vel in cerebro propria facultatis sede, vel in sensus motusve organo consistit. Qui facultatē eiusque sedē occupat & impedit, aut intemperies est, aut continui solutio, aut constipatio, aut obstructio, eaque vel à tumore præter naturam, vel ab influente humore profecta. Ab his siquidē coercita facultas prohibetur in sensus motusque instrumenta declinare. Qui instrumentum, modo partem eius principem & primariam, modo cæteras quæ illi subsidio veniunt, aut quouis modo vsui sunt, exercet. In primaria quidem (cuiusmodi in oculo est humor crystalloides) sunt intemperies, continui solutio, & situs mutatio: hic enim sæpe de sede propria decedit. In cæteris instrumenti partibus, præter intemperiem & continui solutionem instrumentaria quoque morbi consistunt: cuiusmodi sunt pupillæ amplitudo vel angustia, humorum penuria vel exuperantia, horum tunicarumque crassities aut aëneus color, suffusio, vnguis, & quæcunque ob pupillam succrescunt, deinde vicera, inflammationes, alijsque tumores, qui nihilominus & totius oculi morbi sunt, & symptomatum causa. Sic propemodum & aurum obstructio, vel à tumore nascitur, vel à tuberculo, vel à fordibus, vel ab ijs quæ in eas incidunt. Narium quoque obstructio ex attritu & tumore, vel ex polypo fit: & ossis spongoidis obstruatio à grauedine. At fœtores iis insidentes odoratum corrumpunt: quemadmodum linguæ lentor salis, acidus, aut amarus, gustatus iudicium euertit. Iam vero tactus motusque symptomata, vt stupor & paralysis, sunt neruis aut refrigeratis, aut vinculo aliove extrinsecus premete constrictis, aut crasso lentoque humore obstructis. Hæc causæ spiritum & facultatem animalem latius manare non sinunt. Ita igitur animales functiones causæ multiplices offendunt. At vero læsæ naturalis functionis causa omnis vel intemperies est, vel substantiæ corruptio: hæc enim vitia, similem partem actionum officinem inuadunt labefactantque, neque priuata vllius functiones naturales alijs ex causis lædi possunt: at publicæ, quales in naturalibus instrumentis insunt, alijs etiam quibusdam ex causis offenduntur. Etenim ventriculi, iecoris, alteriusve instrumenti ratio ab erysipelate, à phlegmone, ab alijsque tumoribus præter naturam interdum peruertitur, hincque diminuta aut deprauata concoctio hominem fatigat. Quinetiam non solum similis, verumetiam instrumentarius morbus attractionem interpellat. Sic tuberculo carnofo vel alio quouis tumore in gula suc-

li 2 crescente,

crefcente, quo cibus via præcluditur & intercipitur, vel omnino, nulla vel difficilis, vel deprauata, quasi saltu quodam aut tremore attractio perficitur. Eisdem ex causis & ex statuum turba præpeditur retentio, nec ventriculus cibos arte complectitur, nec eisdem firmiter adhærescit. Expulsionem lædunt morbi similes, & viarum angustia atque obstructio. Sed hanc accelerat excernendorum copia vel acrimonia: crassities vero aut lentor remoratur. Non alie profecto causæ quærendæ sunt, cur alimenti in vniuersum corpus per venas distributio, aut fecum alui deiectio, aut urinæ profusio, aut flauæ bilis in suâ cystim aut denique melancholiæ in lienem expurgatio vitiosa sit.

Simplicium symptomatum interiores cause. Cap. V.

AFFECTVS vero simplices siue in corporis partibus, siue in excrementis, citra vllam functionum læsionem inhærescunt, interiores causas has obtinēt. Color quidem præter naturam, succum & humores de optimo & mediocri statu delapsos, qui vel in cutem se extulerunt, vel cum excrementis excidunt. Fœtor omnis & graueolentia soboles est putredinis. Alienus sapor, aut humoris qui in os influit, aut qui excrementis permiscetur, naturam imitatur. Sonus præter naturam, rugitus & murmur, vel ab instrumentorum fit angustia, vel à flatus copia, vel ab eo huc & illuc impulsio. Ex quibus intelligi potest horum symptomatum quemadmodum & superiorum causas esse morbos. Natura iū autem excrementorum, vt deiectionum, vrinarum mensium & sudorum vitiosa qualitas, eas causas habere putetur, quas nūc simplici affectui ascripsimus. At vero quantitatem eorum supra modum augent, vel ingens ciborum copia, vel eorum corruptio & acrimonia, quæ expultricem vini stimulat, vel lubrica fluxaque materia, vel continentis facultatis imbecillitas, vel exquisitior corporis sensus, vel impedita alimenti distributio, vel excrementa aliunde refusa, vel corporis vniuersi colliquatio. His enim ex causis vrinæ, deiectiones, sudores atque menses validius, abundantius, crebriusque erumpunt. Quantitatem vero eorum minuunt, alimentorum parcitas, crassities & adstrictio, expellentium facultatis imbecillitas, partium expellentium sensus obtusior, viarum angustia vel obruratio, immoderata è cutis spiraculis facta dissolutio. Verum enimvero excretionem quæ toto genere sunt præter naturam alias causas habent. Vt sanguinis profusio sit rupta, exesa, aut aperta vena quæ sanguinis est receptaculum. Rumpitur autem nimia plenitudine & vi causarum euidentiū quæ superiore libro positæ sunt. Exeditur ab acri & mordaci humore, si præsertim ea mollis est & tenuis. Referatur patefactis osculis & copia, & tenuitate, & acrimonia sanguinis, interdum & à natura quæ laceffita ora venarum diducit, vt iis exigat quicquid est molestum. Nonnunquam & sanguis ita extenuatus ut feri speciem referat, è venarum tunicis rarioribus atque laxis emanat. Vomitiones autem mouent cibi assumptorumque copia, contentorum velut bilis acrimonia, & quæ pondere grauant, vt sanguis vel pituita copiosior quodam loco conclusa. Tres hæc causæ cerebri desillationes, oculorum lachrymas, expuitionem, gonorrhœam omnemque ex quâuis parte vacuationem contra naturam prouocant. Hic nempe continendi facultas excrementorū pondere defessa, omnia tandem elabi sinit: expultrix vero stimolata impetu eadem omnia deturbat.

Dolorem

Dolorem symptoma tactus esse, & quæ illius cause. Cap. VI.

SENSVS vnusquisque rei obiectæ vehementia pulsatur ac dolet: vt oculus nimio splendore, & auris aspero vehementique strepitu. Vnius autem tactus dolores idcirco maxime atroces existunt, quod crassissimus atque in compaciore materia positus, primus sit & omnium animantium communis quodque qualitates in quibus hic versatur maxime sint efficaces. Hæ igitur si quando exuperent, & tactum repente vehementerque feriant, dolorem commouebunt. Non ipsa noxiarum qualitatium perceptio, sed quæ hinc protinus exoritur affectio dolor est, quemadmodum & quæ ex inimici conspectu nascitur, tristitia aut ira existit. Vt igitur inimici conspectus non est ira, ita profecto neque rei noxiæ tactio, sed molestia ex tactione profecta dolor est. Itaque vt ira animi, ita & dolor debet tactus symptoma censerī. Galenus Hippocratis locum exponens quo dixit omnem morbum vlcus esse, dolores omnes non nisi diuisione & continui diuisione moueri contendit. Auerrhois Galenum insimulans suadet soluto continuo idcirco dolorem inferri, quod praua & nocens qualitas induta sit: hanc vnicam & proximam causam statuit doloris, quæ vna proximum est & proprium tactus obiectum. At vero vtraque sententia videtur sophismatum subtilitate instituta. Tactus enim non vnum est & simplex instrumentum, sed quod in extremorum caris & frigoris, humoris & siccitatis, mollis & duri, asperi, & lænis, grauis & leuis mediocritate, convenienti forma atque situ consistit. Hunc proinde in Physiologia demonstrauit a temperatis sui que similibus nihil affici, nec ea percipere, a dissimilibus vero & contrariis varie perpeti, eaque non nisi offensione & læsione sentire. Quamobrem quicquid supra modum calidum frigidum, durum actum, graue aut multum repente irruet in tactum, dolorem infliget, idque qualitates suæ vi & efficacia, quæ proxima est doloris causa: nempe calfaciens, refrigerans, contundens, secans excidens aut diuellens. Itaque doloris causam non vnicam, sed tot nimirum quot sunt tactus obiecta, statuere par est. Quæcunque violenter & repente in tactum irrumpunt, tandiu solum dolorem inferre possunt, quandiu agunt & sensum mouent: atque cum sensus mutatione illius pariter dolor conquiescit. Licet interdum sublato efficiente torpor aliquis, (perinde atque in oculo rei visæ simulachrum) aliquantisper remaneat, obscuram quandam doloris speciem exhibens ea tamen dolor haud quaquam est. Multæ quidem existunt dolorum differentia, quas inter signa demonstratiua collocandas esse duximus. Quamobrem de symptomatum summis generibus horumque causis istec attigisse satis superque videmur, de singulis inter particularum morbos paulo post aptius dicturi. Nūc de signis tradendum.

DE SIGNIS, QUOTQUE SINT ILLORVM.
differentia. Cap. VII.

MORBI in intimo corporis recessu conditi, qui neque cerni neque sensu vlllo percipi possunt, solis signis intelliguntur, quibus tanquam rerum inditiis mens recta ratione ducitur, & in recondita penetrans, quæcunque magna obscuritate inuoluntur sic aperit, vt oculis ea cernere videatur. Tanta est signorum necessitas, ut his sublatis medicinae fundamenta corruant. Quoniam autem præter morbos eos qui de partibus singulis posthac tradentur, alii plerumque aut

aut noui aut nouo modo impliciti ingruunt, neque literis, neque expressis signis doceri omnes possunt, generalis quædam signorum ars iure præmittenda est, quæ modum exprimat, tum morbi, tum causæ cuiusque interioris inuestigandæ. Quum autem tria sint prima signorum genera, hic quidem de insalubribus quæ morbos eorumque causas demonstrant, in opere prognostico de signis prognosticis, in opere sanitatis tuendæ de signis intergræ valetudinis discernendum. Quicquid igitur sensibus nostris obuium, aliud quippiam latens & occultum comitatur, id illius est signum. Sic symptoma quia conspicuum interioris occultiq; morbi è quo fluxit, expressum est signum: sic & causa euidens ut vitiosus corruptusq; cibus, morbi quem procreauit index est. Est autem signum genere duplex, demonstratiuum & prognosticum. His nonnulli commemoratiuum adiecerunt, quo præterita corporis constitutio memoria repetitur. Demostratiuis præsens indicatur constitutio, prognosticis futura præuidetur. Signa prognostica nõ continuo ut morbus inuadit, sed aliquanto post tempore se proferunt, hincq; mox apparentia & superuenientia nuncupari solent. Ea genere quidẽ triplicia sunt: alia cõtionis vel cruditatis, alia salutis vel mortis, alia decretoria, & in vnoquoq; genere alia salubria, alia insalubria, alia neutra, de quibus sigillatim aliqui fusius differetur. Demonstratiuorũ quoq; alia salubria, alia insalubria, alia neutra. Salubria quæ corporis naturalem constitutionem, & bonam humorum commodationem commonstrant. Insalubria alia quidem morbi speciem declarant, ut pulsus frequens, celer, & inæqualis febrem, alia sedem affectam, ut pulsus durus membranam, mollis & vndosus pulmones mollioremve partem affici: alia morbi causam, vel plethoræ & cacochymia signa. In vnoquoq; porro genere alia propria sunt & inseparabilia, quæ propriam rei essentiam perpetuo comitantur, neque possunt ab ea scingi. Statim pariter cum morbo inuadunt pariterq; desinunt, vnde comitantia & simul apparentia nuncupatur. Ita quidem lateris dolor pungenti similis, difficilis spiratio, tussis, & acuta febris, propria dicimus signa pleuritis. Alia dicuntur assidentia quæ aliàs cum morbo inuadunt, aliàs superueniunt, aliàs neque omnino adsunt proinde nec propria nec inseparabilia sunt, sed multorum communia. Sic dolor ad iugulum vel ad ilia pertingens, & in latus ægrum quam in sanum decubitus facilius, non propria, sed assidentia sunt pleuritis signa: quemadmodum & capitis dolor, qui febrili non assiduus comes assistit. Prætermisiss autem salubribus prognosticisque signis, insalubria duntaxat hoc loco exponenda suscipimus.

Signorum in salubrium quæ morbos eorumq; causas indicant summa genera. Cap. VIII.

TRIA corpori præter naturam insident, morbus, morbi causa, & symptoma. Postremum hoc, quia perpetuo sub sensum aliquem cadit, seipso non alijs signis percipitur. At morbus atque eius causa interior nostros plerumq; sensus effugiunt, nec in conspectum sedant, ex symptomatis tamen cœu ex signis innotescunt. Hinc artis medicæ pars maxima opinabilis & coniecturalis est, cuius veritas non aliter quam argumentis atq; signis illustratur. Quoniam autem ad curandi methodum, non modo morbi speciem, verumetiam corporis sedem cui is inhærescit, compertam esse oportet, conuenit ut signorum insalubrium alia sedem affectam indicent, alia morbum qui in ea consistit. Sedis affectæ signa sunt, excrementa, actio læsa, doloris proprietates, situs, & propria accidentia. Nõ semper omnia,

nia, sed tamen quædam necessario elucet in vnaquaq; affecta sede. Iecur. nõ inflamari plerumq; doloris proprietates, situs, & propria accidentia dilucide innunt, etiam si nec læsa videatur actio, nec excrementa profluant. Sic factum vlcus ex-famq; venam sola sanguinis exputio retinet, licet cæterorũ nihil se proferat. Excrementi quidem appellatione tum quod excernitur, tum ipsum excernendi modum complectimur. Quod excernitur, interdum portio quædam est affectæ sedis, quam certo coarguit: nam cartilago tussi eiecta arteriam, caruncula in urinis renes, & ramentum in alui fecibus, tenue quidem superiora, crassum & carnosum inferiora intestina exulcerari demonstrat. Interdum non ipsa partit substantia, sed quiddam illi adhærescens excidit, ut intestinorum adeps: interdum quippiam quod pars affecta complectitur, sic per acceptum vulnus si vrina profluit, vesica, si fex alui, intestinum fauciatur. Vulnerato autem pectore si spiritus efflatur, succingens membrana diuellitur. Excernendi quoq; modus affectæ sedem patefacit: nam ex vulnere sanguis quasi saliendo profiliens ex aperta est arteria: & portio sedis affectæ si pura & solitaria excernitur, è proximis est sedibus, sin vero & naturalibus excrementis ad vnguem exquisitèq; permiscetur, è distantibus atq; sublimioribus est. Actio læsa eã partem à qua edì solet affici ostendit, ut cæcitas oculum, surditas auditum, cruditas ventriculum. Partis autem affectus proprius ne sit, an per alterius consensum, non ex læsa actione, sed ex alijs signis discernendum. Quum. nõ solitarius consistit & perpetuus est nihilq; intermittens, neq; crescente alterius partis affectu augetur, sed quouis alio sublato persistit, atque illi accommodata præsidia conferunt, proprius existit. Atqui alterius incremento inualefcit illiusq; remissione mitescit, nec idoneis subsidijs parri adhibitis leuatur, alterius consensu fit. Doloris quoque proprietates seu species explicat quæ pars primario sit affecta: ut dolor pulsans, aut arteriam aut partem arteriæ proximam laborare: pungens membranam, conuellens nervos aut tendones. extensus venas contundens & profundus ossium membranas: laxus & mollis carnem: gravis & obtusus viscera aliamve partem sensus hebetioris. Situs porro tum doloris, tum tumoris, affectæ sedis est index. Nã si dolor dextro, hypochondrio penitus insidet, iecur non lien: si sinistro lien nõ iecur afficitur. Si dextri hypochondrij tumor per constarũ extrema produci-tur, iisq; subiectis lunæ figuram exhibet: in iecore est, si circumscrip-tus in ventris longum exporrigitur, in rectis est musculis abdominis. Hæc signorum generis sunt quibus affecta sedes deprehenditur, atq; ex his quæcunq; propria & inseparabilia dicuntur, quia maximam demonstrandi vim obtinent, certissima sunt: assidentia vero, quod multorum sint communia, non paruum interdum dubitationem habent. Iam vero affectum signa ex eisdem (ratione tamen paulũ diuersa) depromuntur, præterquã ex actione læsa: hæc. nõ quæ pars affecta sit, nõ quis in ea insit affectus exprimit. In excrementis igitur si partis cuiuspiam portio continetur, vlcus subest: ut quum intestini ramentum deicitur, aut asperæ arteriæ bronchium exputitur. Si arenæ rubræ subsident in vrinis, renes calor exercet. Si alui fæces semini cucurbitæ similes exeunt, ascarides vrgent. Doloris proprietates morbi speciem demonstrat: ut dolor inflammã calidam intemperiem, stupefaciens frigidum. Dolor pungens, exulcerans, aut pruriens, humoris vel æris, vel falsi soboles est. Dolor distendens, vel aquam tenuem vel flatum ostendit in tumore contineri. Loci quoque natura atque situs, quod vnus-cuiusque partis sui sint & peculiare morbi. Oculi soli suffusione tentantur, renes & vesica ferè calculo: intestina lumbricis, non autem ventriculus. Cor nunquam penetrante vlcere, ut neq; pulmo neq; syndesmus dolore,

Propria

Propria tandem accidentia, ut vngues adunci tabem, lingua nigricans ardentem febrem, citrinus vniuersi corporis color, iccoris, niger vero lienis obstructionem declarat. Ex iis igitur signorum generibus, tum sedis affectæ tum morbi cognitio capi debet.

Quaratione sit affecta sedes ex signis inuestiganda. Cap. IX.

OMNIS inuestigatio ab eo quod sensibus perspicuum est in abstrusas occultasque causas deducit: quodque ortu & causarum ordine postremum est, inuestigatione primum occurrit: nempe aut morbus aliquis manifestus, aut certe symptoma. Hoc autem siue læsa functio, siue excrementum, siue dolor fuerit, tum ex situ tum ex specie nos in aliquam partis affectæ suspicionem primum adducet: deinde percontandum num etiam alia existant suspectæ partis symptomata quæ primæ coniecturæ consentiant. Etenim nullum fere symptoma solitarium existit, sed vnius eiusdemque morbi multa semper concurrunt. Quum igitur omnia quæ tum narrando, tum percontando audita sunt, in vnius eiusdemque affectæ partis significationem congruunt, explorata compertaque est affecta sedes. Sin vero illa inter se dissident atque discordant, in alterius partis inuestigationem diuertendum, dum quadam deprehendatur, quæ certorum signorum testimonijs affecta confirmetur. Si omnium symptomatum significationes eodem pertinent, neque vllum alio quoquam deficiat, pars vnica laborat. De hac præterea disquirendum proprio ne affectu, an alterius partis consensu laboret, & quanam ea fuerit. Si proprius est affectus, isne etiam primarius sit, an ex alio antecedente profectus. Omnium quippe eiusmodi distinctio in primis est ad medendi rationem necessaria. Quendam (exempli gratia) statuamus de spirandi difficultate queri. Quum ex ea actione læsa constet instrumentum aliquod eorum quæ respirationi inserviunt affici, perscrutandum quidem faucibus an aspera arteria peculiari vitio tenetur. Si nihil in his apparet, causa aut in pulmones, aut in thoracem, aut in septum transversum, aut in vicinas partes conferenda. Quum stertor respirando obauditur, & tussis molesta est sine sensu doloris, pulmones in vitio sunt. Quum dolor in thorace premit, idque circa nothas costas dextri lateris, ex alijs signis dispiciendus is, discernendusque est. Si enim pungenti similis fuerit cum febre assidua, cum dufi qua maxime cruentum expuitur, pleuritidis est index. Grauis vero cum assidua febre cum tussi sicca, coniecturam adfert inflammati iccoris. Tū igitur obseruandum, num tumor aliquis in dextro hypochondrio lunæ speciem exhibeat, lingua scabrane sit & nigra, sitis inexhausta, inges cibi fastidium, vomitus biliosus, frequensve deiectio biliosa, vrina crassa & flammea: hæc enim si extant, iccor phlegmone tentatur. Sin multa defunt, alio referendus est affectus. Rursum vero exponat aliquispiam dolorem obortum super costas sinistri lateris. Doloris quidem specie perpensa, eius regionis loci omnes ad eundem animoque lustrandi sunt, coxendix, muscoli abdominis, lien, colum intestinum, & ren sinister, quorum est omnium magna affinitas. Hic vero dolor si infra deuergens in crus vniuersum exporrigitur, & incessu ingrauescit, huncque destillationis signa antecesserunt, coxendicus est. Sin manus contractu vel blandissimo deprehenditur, & tussi iternutamento, atque inspiratione exasperatur, in musculis est scriptus, estque molestus decubitus dexter, & status plurimum concoctione suscipi-

tati, aut ventriculum distendunt, aut ructu erumpunt: metus & morositia diu habent, in lienem referendus est affectus. Si dolor fixus ex eo cauo quod inter costas extremas & coxendicem est, vteris progressu per illam in vesicam fere porrectus, qui alio soluta haud prorsus conquiescit, vomitioque varia est, frequens melendi desiderium cum ardore, vrina uel substantia uel contentis a naturali plurimum abest, is in rene consistit. Colicus vero dolor & vagus & late diffusus est, qui alio citata & liquata mitescit. Ea sit igitur inuestigandi ratio. Quum autem res ipsa planè aperteque omnibus symptomatis instructa explicatur, non inuestigatione, sed acri duntaxat iudicio transigenda decidendaque est. Vt si quis ter quaterve quotidie synceri puris circiter selibram ex alio redat, interdum cum fecibus, nonnunquam seorsum, nec dolor fit vllus, nec unquam fuerit, nec sitis nec appetentia deiecta, nec febris admodum valida sed lenta solum, nec laborans decumbere cogatur, id vndenam emanare iudices? Hæc dubitatio aliquando multorum mentes occupauit. At certe ex quodam abscissu sub diaphragmate rupto id effluere constat. Non autem in ventriculo aut intestinis, quia in his sine sensu esse non potest. Non in renibus aut vesica, quod ex is non in aluum, sed in vrinas contenderet. Non in iccore aut in liene, quia horum abscissus laborantem omnino prosternunt, cum febre ardente, cum siti, cum grauius alijs symptomatis. Restat igitur in solo sit mesenterico, quod pars est ignobilis, sensus omnis expers: atque, in eius parte ima, è qua syncerum possit intestinum rectum confluere. Iam vero si multa indicia variaque symptomata sese exhibent quorum nec vires nec significationes in unam & eandem affectam se dem pertineant, simplex esse nequit & vnica sedes affecta. Hic autem imperiti & artis ignari signorum turbulenta concursione præpediri solent, tanquam in nouum, inauditumque morbi genus incidant. Et reuera confusos implicitosque, morbos dilucide explicare in primis quidem arduum & operosum est, maxime, vero quum affectæ sedes vicinæ sunt, & in communem quandam functionem conspirantur, quoniam pleraque illarum symptomata communia sunt. Vt tamen si fecernantur explicenturque, perpenis signorum viribus & naturis, quot quot in eiusdem partis significationem concurrunt, seorsum constituenda referendaque sunt dum tandem constet quot partes primario sint affectæ, ut & totidem morbi reipsa designentur. Quum igitur respiratio offenditur, tussisque vetus fatigat, & stertor, & sputum copiosum est quibus dein lateris dolor accidit: quoniam nec tussis illa vetus nec stertor possunt ex pleuritide proficisci, necesse est præter larum ipsos quoque pulmones iamdiu obstrui, esseque asthma ti implicatam pleuritidem. Rursum vero quum dysuria meiendo acri dolore & ardore distorquet, si mictionis initio pus emanet, idque interdum sponte citra vrinæ profusionem, & vrinæ cursum plerumque intercipitur, si præterea sub emictionis finem dolor acrius vrget, exciditque non nihil sabulosum aut viscosum, sæpiusque dolor in podicem incumbit: cui quæso morbi huius primus aditus circumseptus & difficilis non appareat? singulis tamen accurate explicatis varie sedes affectæ cernentur, & vlcus in penis meatu vesicæ calculo implicitum. At vero quum affectæ sedes longius distatæ sunt, quoniam symptomata edunt prorsus disparia, & quæ eodem pertinere nequeunt, earum secretio diremptusque multo quidem expeditior, in hisque morbi euidentiores sunt ac magis perspicui. Vt si purulenta vrina citra sensum doloris emittitur idque cum lumborum dolore, simul etiam fauces ceruixque tument ac rubent cum vorandique labore, atque etiam cum febre: promptum fuerit renis vlcus ab angina fecernere. Quoties porrò deprehensa erunt multæ sedes affectæ, vi-

dendum num vna affectum alteri impertiat, vnaque alterius causa sit. Tū siquidam connexi morbi erunt aut consequentes. Vtro autem genere sint, internoscantur, si exploretur vtra pars sit prior morbo prehensa, & an illius graue quoddam symptoma posteriori incommodauit. Sic quum in hydrope dextrum hypochondrium tumet ac renititur, difficilisque est sinister decubitus, & icterus multo ante tempore animaduersus, connexi morbi iudicantur, iecoris scirrhus & hydrope, atque ille posterioris causa. Sic & quum impurum multoque humore vitioso perfusum corpus, nephriticus cruciatus in febrem precipitat, nephritis febris causa statuitur. Pleuritidi autem febris connexa est fere symptomata: at si quando pleuritim præcessit, primaria est, illi tum quidem implicita, non tamen connexa, quod eius causa minime sit: atque hos consequentes appellamus. Non enim qui prior est affectus, sed qui in posteriorem vim obtinet, illius est causa: nec si post alium, idcirco ab eo sit.

Qua ratione morbus eiusque continens causa peruestigetur. Cap. X.

PERSPECTA affecta sede quis deinde in ea affectus sit quaerendum. Hic autem quoniam ex doloris proprietate & situ atque excrementorum genere cognoscitur, de affecta sede roganti multa etiam de affectus specie sese exhibent, iisdemque signis ambo plerumque innotescunt. Interdum sedes affecta, interdum affectus ipse conspectior atque manifestior est, ut excreto pure abscessus, sanguine vlcus intelligitur, etiam si nondum constet quæ pars laboret. Itaque his quæ dicta sunt signis exquisitè noscendum quænam affectus in laborante consistat, siue similis, siue instrumentarius siue communis sit. Deinde vero simplex ne is sit, an compositus: si compositus sit, ex quibus constet: ut si renis intemperies sit calida, an cum ea vlcus etiam consistat. Atque siue simplex siue compositus sit, scrutandum præterea siue solitarius & siue fouente causa (hic enim expeditius sanatur) an causa interior comiteretur: quum enim ea in primis summouenda sit curationem difficiliorem habet. Quocirca post affectam sedem & morbi speciem, causa omnis interior peruestiganda, primum quidem continens & proxima statim siue fit an aquosus aliusve humor, & pituita, sanguis bilis flaua, aut bilis atra, aliudve præter naturam, ut calculus, grumus, lumbricus, excrementive genus. Id autem indicant uartis color & natura, doloris species, excrementi genus, & quæ de humorum dominio mox afferentur. Aliæ siquidem partes aliis gignendis coaceruandisque excrementis comparatæ sunt, iecur bili flauæ, lien atræ, ventriculus, intestina & cerebrum pituitæ, renes & vesica calculo, intestina lumbricis. Pars quæ præter naturam aut consuetudinem incaluit, si rubet sanguine, si flauescit bile prætermo dum perfusa est: quæ friget, si albescit pituita, si niuet melancholia grauatur. Dolor acerrimus est a bile, mitior a sanguine, hebes a melancholia, a pituita, ab aqua & a flatu, nisi cum copia vehementer distendant. Quæ ex affecta sede prodeunt, si portio quædam sunt conclusæ materiæ, vel colore vel substantia quamnam ea sit exprimunt. Ex his igitur quæ proxima & continens morbi causa atque materia sit intelligitur. Deinde vero quaerendum solane ea sit atque solitaria, an ab antecedente quapiam foueatur. Quæ solius laborantis partis vitio quasi congestione quadam coacervata est, solitaria censetur. Quum vero vel corpus vniuersum, vel pars aliqua humoris copia premitur, hancque exuperantiam quasi molestem onus excutiens in partem laborantem deponit tum quidem antecedens causa subest continens comes: duplexque interiorum causarum genus adest remediis profligandum. In his por-

ro diligenter internoscendum quæ pars in laborantem superuacua deponere solet: & quæ materia quisve humor, tum ea in parte, tum in vniuerso corpore plurimum abundat. Quoniam igitur sapius ex vniuerso corpore in affectam partem vitium incumbit, atque etiam si nihil incumbat, nisi tamen perfecta corporis totius & viscerum constitutione, nullius partis affectus curatio recte suscipi potest, hoc loco subicienda signa sunt, ex quibus vniuersus corporis status intelligatur, & quis maxime humor in eo dominetur & exuperet.

Signa vniuersalia causæ antecedentis, & quis humor dominetur in corpore. Cap. XI.

eorum quæ toto corpore exuperantem humorem indicant, alia absolute signa, alia signa sunt & causæ. Signa quidem sunt, corporis faciei que color & habitus, animi mores, insomnia, quæ excernuntur, ut vrina, deiectio, sudor, creatio, & quæ vndeliber exeunt: functiones tum naturales, tum animales, ut concoctio, somnus, atque pulsus: & quæ læduunt aut iuuat. Signa & causæ sunt, totius laborantis natura: iecoris quod sanguinem humoresque progignat, & cordis cuius vis toti impertiat corpori, temperamentum: principium viscerum constitutio, parentum vitia, suppressa quædam vacuatio consuetæ, viuendi consuetudo in cibo atque potu, vitæ & exercitationis genus, ætas, regio, anni tempus, cœlique status. Deinde & præteritorum morborum quibus plurimum consistari consuevit recordatio. Faciei igitur corporisque color & habitus quis maxime humor in toto dominetur palam faciunt, quandoquidem humoribus similis color efflorescit: quum præsertim nec in altum corporis vel frigore, vel timore, vel tristitia compulsi sunt: nec in cutem violentius irruerunt, vel ira, vel pudore, vel aestu, uel balneo, uel exercitatione immoderata. Ergo si horum nihil corpus vehementer afficit, certissima est dominandis humoris ex colore cognitio. Nec minus quidem certa ex habitu & mole corporis. *Ευεξία* quippe, id est bona habitudo quæ in molis corpore mediocritate consistit, succore probitate atque mediocritatem ostendit. *Καχέξια* vero & *επιποσία* *κακοχρυσία*, ut *δυσαρτία* sanguinis copiam. Hæc autem coloris habitusque indicia, tum in vniuerso corpore tum maxime elucent & leguntur in facie. Quippe quæ omnium corporis partium una cutem obtinuit à subiecta carne minime diuisam, & quæ non aliud esse deprehenditur quam summa & extrema corporis portio ressecata. Proinde quæcunque in corporis mole effunduntur, conspectius & dilucidius in facie quam in reliqua corporis cute efflorescunt. Si icteri iacta sunt rudimenta, prima facies flauescit: si arquati nigri, liuescit: si elephantiasis, cum liuore crassescit & extuberat pilis; decidunt: si luis veneræ, pustulis frædatur: si leucophlegmatæ, pallefcit ac tumet: si pulmones inflammantur, rubore perfunditur: si iecur aut lien obstructione scirrhoue tentantur, obscuro colore marcescit, si phthisis est, cadauerosa euadit: si quod denique animi pathema premit, quot animi motus, tot commutationes & significationes erunt in facie. Sunt & qui ex unguium colore de humorum corporisque constitutione pronunciant: sed multo obscurius quam ex facie. Vt igitur vultus imago est anime, ita facies index est & quasi sermo quidam tacitus, non modo perturbationum animi, sed & interiorum corporis affectuum. Mores autem & impetus animi, nisi longo philosophiæ vtu sedati sint, humorum affectuumque corporis certi quoque sunt indices. Quum enim tres anime partes, sentiens, concupiscibilis & irascibilis, omnino brutæ sint plurimumque affinitatis cum cor-

pore obtineant, necesse est eius in quo penitus demerse sunt, naturam & vires sequantur. Sanguineo & adolescenti lætitiæ & hilaritatis plurimum inest, omniaque tanquam florecente. Vere iucunda obuersantur & arriident: seni & melancholico eadem tristitia & horrida, qualia visuntur autumno inclinante & senescente anno. Eam autem varietatem non res ipsa quæ spectatur, sed ætimationis discrimen facit, quæ corporis naturam constitutionemque imitatur. Quæ huius palato sapiunt & voluptati sunt, alteri sæpe ingrata sunt & iniucunda. Hic venenis illecebris incitatus furit: ille nullo unquam illius stimulo lacessitur. Huic sensus hebetes, tardi & pingues, illi, acuti, veloces & expediti. Ingenium vni eximium, alteri mens tarda. Ille iracundiam sæpe exercet, hic cohibet: ille iratus, hic propitius & quietus. Ille tristis & moerens, hic hilaris & lætus. Ille elato & insolenti animo, hic abiecto & demisso. Quum tanta morum diffinitudo & varietas citra occasionem cernatur, unde causa nisi à diuersa corporis natura quarri potest? Morum quædam semina nobis inferuntur naturæ primordiis consentanea. Sunt autem ea primordia, temperamentum & vis illa præstantior quæ nos conformauit. Calidi & sicci, concitato celeri expeditoque animo & corpore sunt: at non idcirco prudentes. Frigidi ac humidi, hebeti atque tardo. At multo efficaciores ex abditiore & præstantiore illa facultate mores eduntur, quos ex facili figura & conformatione indicari auctori est Aristo. Inferior maxilla magna hebetes ac tardos, breuis ac parua solertes & ingeniosos ostendit. Frons magna segnes, rotunda iracundos. Aures magnæ & erectæ stupidos ac tardos, paruæ versutos & fallaces: horum plena est, physiognomoniam. Præter mores cuique à natura inritos, alij ex victu, alij ex disciplinis accedunt. Vt. n. vinum immoderatus alios in melancholiam, alios in furorē agit, & delirio à sensu mentis abstrahit: utque aqua vel lactuca furoris impetum comprimit ac restinguit, nasturtium aut allium somnolentos efficit, hyoscyamus demittat: ita quidem & multo efficacius humores qui præter naturam exuperant, nos in mores suæ naturæ consentaneos inducunt. His ex causis dissimiles sunt hominum mores, & unius eiusdemque adeo plerumque varij, ut à seipso plurimum distare videatur. Hinc quoque phrenitis, furor melancholia, mæstitia, metus, iracundia, morositas, aliaque animi symptomata, præter consuetudinem & citra euidētem causam irrumpunt. Quamobrem diligens morum observatio morbos sæpe detegit aliis quibuslibet signis incomprehensos. Leiuinis autem sub longa inedia maxime conspicui sunt mores, quum humor syncerus & impermissus viget & exultat, nondum alimenti benignitate repressus. His finitima est insomniorum ratio. Quum enim per somnum sopitis colligatisque sensibus, externarum rerum occursum animus haudquaquam perturbetur & occupetur, tum sanè multo maiorem vim quam per vigilias humores animi exercent. Lacescit autem per somnum animus tum reconditis reueratisque spectris eorum quæ frequentibus actibus per sensus altius irrepererunt, tum aliena corporis constitutione. Nam insomniorum causæ sunt, quæ attentius videntur & audiuntur, & quæ curæ sunt, & tacita corporis constitutio. Quæcunque igitur insomnia nequeunt ad præcedentem meditationem referri, ex corporis ea statu originem habent, eiusque sunt indices. Quicquid enim corpus vehementer in somno premit, quandam de se imaginem animo exhibet, & insomnium facit. Famelicis epularum, sitientibus potionum, species sese dormientibus offerunt: & feminis copia turgentibus sæpe obuersantur mulierum formæ. In somnis graue quoddam pondus gestare, aut arctius premi videtur, cui corpus humorum sarcina onustum est. Et ex altissimo loco in profundum præcipitari, cui caput humore multo confertum epilepsiam, vertiginem,

iginem, aut apoplexiam minatur. At volare, aut celeriter currere, cui corpus leue ac purum est, aut caput tenui vapore perfusum. Somnium ictus aut vulneris quadam parte accepti, in ea doloris morbiue causam inesse portendit: quæ admodum graueolens odor humorum putredinem, iucundus puritatem. Itaque ut delirij, ita & insomniis constitutioni nostræ consentaneis animus concutitur. Quæ porro è corpore desuunt & excidunt, quia vel humorum portiones, vel partium excrementa quædam sunt, eorum sanè in quibus hæserunt naturam quodammodo retinent, & eam quum foras excidunt nobis ob oculos proponunt. Vomitus ventriculi, lienis, caorumque iecoris: alui deiectio horum atque intestinorum, vrina venarum, sudor corporisque halitus summarum partium index est, non modo quæ constitutio sit, sed & qui humores exuperent significans: quemadmodum narium mucus cerebri: sputum pulmonis est indicium. Pulsus ut cordis & arteriarum, ita aliarum quoque affectarum partium quæ cordi societate quadam iunguntur notam exhibet. Etenim humorum qui tum in vasis, tum in aliis sedibus exuperant vaporazione tentatur & afficitur, atque pro cuiusque humoris conditione se gerit & pulsat pariterque arteriæ omnes. Harum igitur pulsus dominantis cuiusque humoris certus est nuntius, ea quidem ratione quam postea trademus. Rerum autem externarum vsus quasi tentans & periculum cuiusque naturæ faciens, quæ corporis humorumque constitutio sit, exprimit. Bona constitutio in omnium extremorum medio posita, quoniam firma existit, omnes externas iniurias peræque feret, nec nisi summa illarum exuperantia offenditur. Vitiosa quæ tamen natua est, & nondum naturæ limites egreditur, omnino similibus gaudet, ut quibus sustinetur atque cõseruatur: similibus vero exuperantiis atque omnibus contrariis offenditur, quæ eorum vi de statu suo naturali deiicitur. Quæ autem præter naturam & morbosa iam est, tum omnino similibus, tum etiam exuperantibus læditur, quod horum vi multo magis de pristino & naturali statu recedat: contrariorum moderato vsu iuuatur, quæ sensim ac blande in natuum statum reducant. Omnis autem immoderatio & expurgantia grauis. Sic ergo ex facili difficilive cuiusque, tum aeris, tum cibi aut alterius externæ causæ tolerantia, corporis humorumque constitutio coniciitur.

Quæ signa sint & causæ.

Cap. XII.

IAM vero euidentes causæ morborum effectrices magnam quoque signorum vim obtinent: quos enim morbos quasque interiores causas genuerint necessario commonstrant. Harum alia inrita sunt & congenitæ nobis, alia ascititæ. Inrita sunt temperamentum, & totius natura à parentibus suscepta. Ascititæ vero, ætas, ambiens, aer, victus ratio, vitæ genus in exercitatione & studiis perturbationibus animi postum, vacuandorum suppressio, & regressorū morborum conditio. Euidentes hæ causæ tum sibi consentaneos humores, tum morbos qui horum vitio succedunt nobis ingenerant, qui & illarum animaduersione protinus innotescunt. Inritum corporis totius temperamentum iecoris atque cordis naturam ferè imitatur. Quum enim musculorum omniumque partium quæ ad cutem summaque corporis accedunt, substantia è iecore alimentum, è corde spiritum caloremque sumat, atque ex his quodammodo constet, eorum prorsus conditionem naturamque retineat necesse est. Quibus iecur natura calidum est, iis venarum inest amplitudo, eaque maior si humidum simul sit: at si siccum simul est, dorities quædam existit. Quum enim venæ quasi propagines sint è iecore profectæ, illius nimirum inritam

infinita temperaturam sequuntur, eamque; nobis ob sensum exponunt. Venter deinde & ilia pilosa sunt, & magis quam etiam sicca id fuerit, minus vero quam humidum. Contra autem quibus iecur frigidum est, venae angustae apparent, et si humidum simul est, molles, si vero sicca durae: veter & ilia glabra pilisque; nuda: Si cor temperamento calidum est, pulsus magnus, velox & frequens existit: si pariter sicca est, durus: si humidum, mollis. Spiratio pulsus quodam modo similis est, dummodo thoracis conformatio atque magnitudo cordi proportionem respondeat. Animus quoque; amplius est & excelsus, praesens & acer audax, iracundus: quum simul sicca id erit, tardior quidem, sed ferocior nec facile placabilis, quam humidum, promptus, placabilis ac minime ferox. Thorax quoque; hirtus est & magis in sicco, minus in humido. At vero si cor temperamento frigidum est, pulsus inest parvus, atque; his quidem mollis si humida temperies, durus si siccitas comes est. Respiratio pulsui persimilis, nisi quum thorax a cordis commode ratione recedit. Animus humilis ac demissus, propitius, in iracundiam minime propensus: idque; cum metu & ignavia si pariter humidum est, si sicca, cum pertinacia. Pectus glabrum & pilis nudum, magis in humido, minus in sicco. Sic igitur ex cordis iecorisque; signis de totius corporis temperamento iudicium fieri potest. Praeterea vero ex calore, ex mole, ex colore & pilo. Corpus enim quodcumque; calido est temperamento, tangenti etiam calidum apparet, acri quidem & mordaci calore, si simul sicca est: blando & halituoso si humidum. Pilo-
sum quoque; id est, magis quidem quam etiam sicca, minus vero quam humidum. Temperamento proximas vires habet corporis principumque; partium natura a parentibus inducta. Temperamenti notae interdum fallunt: ac tum si forte prospectum sit quales erant parentum naturae, quo maxime tempore genuerunt, conspectius erit proles temperamentum: neque; temperamentum solum, verum etiam omnis illius natura, & quas in se partes validas, quas imbecillas illa obtineat, & quibus cumulandis humoribus, quibus morbis sit opportuna. Nam pariter semina atque; etiam praegnantis victus, principum partium totiusque; corporis naturam constituunt. Causae porro ascititiae multo post tempore generis iam nobis hos illosve humores exaggerant: quandoquidem aetas, ambiens nos aer, alimenta, vitae exercitationisque; genus, animi pathemata, vacuandorum suppressio, humores morbosque; generant in nobis suae naturae finitimos, quorum etiam notae, hac ratione quam in singulis subiciam, conspicuae sunt.

Signa plenitudinis.

Cap. XIII.

PLENITUDO quidem statuenda duplex, una impura nec exquisita, cuiusque; sanguinis redundantia, siue biliosus is sit, siue pituitosus, siue scrofulosus: siue flatu lentus, siue aliter inquinatus. Atque; haec verius multa est cacochymia, quam & impura, plenitudine nuncupamus. Altera est plenitudo pura, quae solius sanguinis siue omnium succorum aequalis est redundantia. Nusquam enim tam syncerus sanguis cumulari potest, quin aliorum succorum atque; feri permissione sit perfusus. Ea autem excellentiae notae plethorae dici consuevit. Haec rursus duplex, una supra vires, in qua tametsi sanguis nec qualitate nec copia symmetriam & comoderationem excessit, vires tamen quavis alia ex causa imbecillas premit. Altera absoluta quae iam supra naturae symmetriam est, & copiosius increfcens naturalis esse definit. Quae ipsa aut leuis est, quam mediocritate paulum excedit, aut tensiva quam iam vasorum tunicas praeter copia distendit ac propere diuellit. Haec licet immodice exuperet, fieri tamen potest ut vires non premat: nam plerumque; (ut in habitu athletico) vires cum sanguine & carnis mole aequaliter increfcunt. At si vires infirmae subsistant, supra

pra vires erit plenitudo. Sed & plenitudo omnis impura, supra vires est & naturae grauis. Omnis autem plenitudinis vasorum haec communia sunt signa. Venarum omnium tumor aequalis. Hic autem obseruandus est quam omnes simul particulae eodem sunt statu, nec pars vlla caeteris est declinior in quam sanguis incubat. Et quam omnes aequali & moderato sunt calore, & sanguis nec frigoris vi in altum refugit, nec immodico calore siue aeris, siue balnei, siue vini, siue exercitationis siue febris, siue vllius causae calfacientis concitatus aut turgescens, aut quasi colliquatus venas distendit in tumore. Alterum signum est, tensio venarum cum quodam sensu doloris, quae non solius plenitudinis, sed exuerantibus plenitudinis est index. Haec est tensiva lassitudo spontanea, in qua & corpus & artus omnes aegrius praeter pondere mouentur, vixque; manus in pugnam adducitur. Si corporis moles iam plenior euaserit, & brachia, manus, tibiae inturgescant, non solum venarum, sed totius est corporis plenitudo. Pulsus etiam fortis, validus, magnus, & plenus inest. Venae siquidem plenioris anastomosi copia non nihil in arterias transfundunt, nisi supra modum crassi viscosique; humores existant. Plene autem arteriae pulsus edunt quale diximus, non in capso solo, verum etiam in tenetibus in digitis, & in extremis quibusque; partibus molesta pulsatione conspicuunt. Respiratio nec alta nec oino libera: etenim difficilior & crebrior (praesertim vero exercitatione) deprehenditur. Communia haec sunt plenitudinis signa.
Euentium porro causarum quae plenitudine ingenerant obseruatio demonstratiorum signorum vim obtinet. Cibus plenior valentisque; materiae, plenitudinis est pabulum. Insuetarum balnearum moderatus usus a cibo hunc quasi fusum liquatumque; celeriter allicat distribuitque; in corpus. Consuetae exercitatio neglecta, vita ve deses & ociosa nihil est corpore dissipat, omnia retinet: quemadmodum & cutis densior. Multo manifestus consuetae omnis vacuatio suppressa, plenitudini materiae suggerit. Haec igitur quum iam diu antecesserint, multo certius plenitudinem inesse demonstrant. At vero quae plenitudinis species sit non ex illis communibus, sed ex propriis cuiusque; signis internoscendum. Quum in plethora corpus nihilo magis ingrauescit & vires omnes aequales persistunt, sola est vasorum plenitudo. At si corpus artusque; ingrauescunt, & motus pigrior euadit, somnus grauis, profundus & inturbatus: & laborans per insomnia se grauiter premi aut onus gestare, aut loco moueri non posse putat, virium est plenitudo. Cuius autem humoris haec sit, quum in omne corpus aequaliter diffunditur, color ostendet. Rubens enim non ex sole, nec ex balneo nec exercitatione, nec ex acuta febre, nec ex iracundia aut pudore contracta, sanguinis est, sub pallida flauae bilis, alba pituitae, nigra bilis atrae. Cerebrum bilis occupans vigilias, pituita soporem atra bilis insomnia terroresque; incutit. Si os ventriculis, pituita appetentiam excitabit, bilis flaua sitim, nauseam oris amarorem: atra animi demissionem, morositate, tristitiam, copiosam ori saliuam. Quoniam autem haec non satis conspicue dominantis humoris speciem ob oculos proponunt, de vniuscuiusque; propriis signis accuratius dicendum.

Signa bonis sanguinis, & signa vera plethorae.

Cap. XIII.

GIGNENDO cumulatioque; sanguini apti quidem & accommodati sunt qui siue ab ortu siue postea iecoris cordisque; temperie sunt adepti. Etenim quam iecur in temperamenti mediocritate est nisi cordis vehementior intemperies obstitit, humorum mediocritate & commoderationem gignet, quae bonus est & temperatus sanguis. Hic etiam gignendo apti sunt, quibus iecoris cordisque; temperatura com-
memora-

memoratis signis calida humidaq; deprehenditur. Quinetiam ex ætatibus pueritia quidem & pubertas bonum temperamentumq; sanguinem adolescentia & iuuentutem copiosum, sed aliquantum calidiorē producant. In externis porro & euidentibus causis sunt cibi euchymi beneq; temperati, quiq; facile ac celeriter alunt: sanguini quippe & humoribus sui similem materiam subministrant. Moderata autem temperantiaq; exercitatio sine labore, somnus mediocris, vita curarū expers, gaudiorum plena, aeris clemētia, qualis. Vere & regione temperata existit, sanguinis humorumq; omnium mediocritatem si non efficiunt, saltē tuentur nihilq; immutant. Quum igitur eiusmodi causæ quasi connexæ consentiunt; euphemian, id est bonitatem sanguinis & omnium humorum quandā faciunt æquabilitatem: quum vero cogitatione sola & memoria repetuntur, dominantis sanguinis indices sunt notæ. Signa autem assidentia quæ sanguinem in corpore syncerum contineri dominariq; demonstrant, hæc sunt. Faciei corporisq; color supra consuetudinem rubicundus, & quasi ex albo rubroq; missus. Habitus carnosus, firmus, sine nullo adipe miti, blando & halituoso calore perfusus. Venarū valorumq; omnium symmetria, sed ab exercitatione vel ab æstu prompte turgens plenitudo. Pulsus fortis, magnus, & plenus: virium robur cum sanguine & habitu proportionem quadam pariter increfcens. Urina copiosa, colore, substantia, contentisq; mediocris. Animi mores tranquilli, hilares & iucundi. Somnus placidus in quo & res in somniis visuntur iucunditatis & lætitiæ plenæ, quasi floribus aut luce illustres. Externarum causarum atque etiam interiorum facilis tolerantia. Iam vero polyæmia id est sanguinis vbertas veraque plethora inesse credatur, si in ea corporis constitutione venæ & arteriæ intumescunt aliæq; comitatur plenitudinis notæ. Si euchymi cibi maximeq; vini vbertas & affluentia præcessit: nam potu quam cibo impleri facilius est. Vt autē vinum, ita & humida liquidaq; omnia celerius quam solida coquantur, atq; tum in venas tum in omne distribuuntur corpus. Hæc igitur plenitudinem faciunt si tempestiue conuenienti q; reliquarum causarum concursione accedant. Si præterea sanguinis è naribus, ex hæmorrhoidē, aut ex vtero consueta vacuatio superflua est. Si laborans morbis ex plenitudine iam sæpius conflictari conuenit. Atq; si plethora carnem ipsam corporisq; molem iam occupet, cæcæ exilesque venæ, quales oculorum sunt, rubent atque distenduntur, arteriæ omnes valide pulsant, maxime vero in capite & in temporibus, sudor copiosus, dulcis, nec graueolens occasione leuissima suauiter emanat. Quo autē plenitudinis signa grauiora obtigerint, eo plenitudo maior est atque periculiosior.

Signa bilis flauæ exuperantis.

Cap.

XV.

Qui iccoris cordisq; calido & sicco temperamento sunt, bilis flauæ copiam vel ex optimis & bene temperatis alimentis exaggerant, maxime vero si iuuentutem ipsamq; constantem ætatem agunt, quæ & omnium feruentissima est, & biliosis morbis facile conflictatur. Deinde si alimēta calida siccaq; antecesserint, inedite aut vitæ admodū tenuis, parca & raris. Exercitatio vehementis, robusta, multa & frequens: ætus feruidiorisq; aeris, siue à regione, siue ab ætate, siue æstuariis, siue à calfaciēte vitæ sit genere, frequēs occurritio: vigiliæ immoderate: curæ grauēs, attentatæ cogitationes & mœrores: suppressa bilis vacuatio spontanea aut intermissa, quæ medicamentis fieri consueuerat, per vomitum, per aluum, per vrinas aut sudores. Cui isthæc omnia obtigerint, is necessario bile multa redūdat. Quū autē ea iam molestius inualefcet, signa hæc

hæc apparebunt. Faciei, oculorum totiusq; corporis color pallidus, flauus aut citrinus, ad eum accedens qui ictericorum est. Interdum biliosa pustula erysipelatis specie erumpentes. Corporis habitus siccus, macer & gracillius, & qui tã gentem acri mordaciq; calore feriat: venæ & arteriæ amplæ, & à prima conformatione caloris vi distentæ: pulsus vehemens, velox, frequens & durus: vrina flua, flamma, & acris, sedimenti pauci, interdum vomitione, deiectione, vrinis aut sudoribus arde biliosa exeretio in iracundiâ & vindictâ & vindictâ propensio: somnus leuis nec profundus; magna corporis iactatione inquietus: insomnia belli, furoris, iracundiæ splendorisq; plena: frigidorum appetentia eorūque vsus gratus & delectabilis: bilis purgatio utilis toleratq; facilis. Hæc exuperantis bilis communia sunt indicia. Atque ex partiu in quas illa proruit impetumq; facit varietate, symptomata euariant. Siquidem illa in cerebrum insiliente, vigilæ sunt, deliria rixarum iracundiæ plena: in os ventriculi, sitis, nausea, inappetētia, oris amaror, animi defectio: in intestina diarrhæa & dysenteria.

Melancholiæ dominantis indicia.

Cap. XVI.

CVM PLANDAÆ melancholiæ apti sunt quicumq; iecur & cor frigidū siccumq; sinistrum vero hypochondrium distentum, in eorū obstructum imbecillumve licentem, aut natura, aut viuendæ cōsuetudine obtinent. His crassū lentūq; humores ac prorsus terreni succrescunt, aliās in vnum licentem, aliās in omne corpus effusi. Aetas iā inclinans primaq; senectus represso vitæ feruore in hanc prona est. Vitæ vsusq; frequens crassorum ac terrenorum alimentorum, curusmodi sunt bubulæ, ceruinæ, ac leporinæ carnes, & thumani, balenæ omniaq; cetaceorum genera, & maxime condita sale, atq; etiam vira crassa, rubra, aut nigra. Vitæ conditio tristis, multis curis, negocijs, contemplationibus, aut literarū studei, s implicita, nulla interposita animi hilaritate, aut corporis exercitatione: sub hac natiuus calor elanguescit, & omnia torpore sopita crasse fiunt. Autumnus, aut regio, aut cæli tēpestas frigida & sicca, inconstans & inæqualis. Consiucta melancholiæ vacuatio suppressa, siue à spontanea esset, vt per hæmorrhoidas, per menstrua, per alnū aut vomitionē, aut per varices aut scabieum: siue medicamentis ferri solita. His igitur ex causis melancholia coaceruatur & immoderatus exuperat, tumq; naturæ suæ morbos cognatos inuehit. Quum iam illa exuperat, hæc signa se proferunt. Faciei totiusq; corporis color fuscus, obscurus aut nigricans, interdum vniuersus & æquabilis, interdum maculis quibusdā inuictis. Nigra plerumq; & esuictis foeda scabies, aut cutis nigra vitiligine conspersa. Corporis habitus siccus & macilentus, aspectus incōstans, horridus, ac mœstus. Pulsus parus, tardus, rarus, & subdurus. Urina si nihil vna excidit melancholiæ, tenuis & alba, sin vero illius quiddā præterfluat, crassa, liuida, virefcens, aut nigra. Præ copia sponte erūpens melancholia vomitione, deiectione, vrinis, sudoribus, mariscis aut varicibus. In morbis animi metus & mæstitia, ta citurnitas, solitudo, inanis verū cōmentatio, somnus turbulētus, horrendis in somnijs fluctuans & agitatus spectris rerum nigrarum, fumorum, mortis, cadaverū, sepulchrorum, quæ plena sunt terroris. Appetentia sæpe corrupta interdū canina cum acido ructu. Medicamenta quibus vis est atræ bilis detrahendi conferunt laborantemq; leuant: omnisq; victus probum tenuemq; succum: profertens iuuat, contrarius vero lædit. Hæc igitur quoties ad sunt melancholiam exuperare demonstrant, quæ si in hanc illamve partem insiliat, propria quædam partis illius symptomata concitat. At vero atræ bilis quæ ex præaffatis quibus

Ll cunq̄

cunque humoribus, maxime vero ex flaua gigni solet, non hæc, sed mista quodammodo sunt signa. Huius causæ ædem atq; bilis flauæ sunt, sed quæ magnæ ac vehementes diu multumq; persistunt, & bilem flauam extra metas deducunt in atram. Reliqua quæ narrantur melancholiæ signa hic etiam apparent quidem, sed cum quadam caloris efferuescentia. Omnia quippe ex mediocritate in ardore summum deurgunt, quod ex atra quàm ex flaua bile calor acrior emergat. Hinc & animi mores & insomnia magno furore magnaq; feritate insurgunt.

Signa pituitæ dominantis. Cap. XVII.

PITUITAM coaceruare solet, cui cor, iecur, & ventriculus frigidus, humidusq; temperamentum sunt atq; iis consentiens totius corporis constitutio. Nempe habitus obærior, colore albicans aut liuescens, venæ & arteriæ exiles & angustæ: siue ab ortu siue postea tales euaserint. Aetas proprie quidæ senescens & præcipitata, ob natiui caloris penuriam: & ob voracitatem puerorum ætas. Frigidorum, humidorumq; alimentorum immoderatus vsus, & liberalior aquæ potus. Vicius plenior & liberalior, largiorq; potus, interpeffiue necdum priore confectio sumptus: omnis deniq; satietas & ingluuius. Vita sedentaria & in otio deses, locis præsertim aquosis & humidis. Aeris conditio frigida & humida, siue ex regione, siue ex hyeme, siue ex cæli statu, & artis quam quis exercet consuetudine. Somnus longus ac profundus, præsertim à cibo: itemq; balneum à cibo, uita sine curis, sine studiis, aut mœrore. Pituitæ per os aut per aluum uacuatio suppressa, quæ diu siue sponte, siue arte consueta fuerat. Hæc sanè pituitam congerunt, cuius deinde hæc in corpore signa apparent, Faciei corporisq; color albicans, interdum plumbeus aut liuidus. Moles ampla & obæsa, mollis & contractu frigida. Pulsus paruus, tardus, rarus & mollis. Urina alba uel pallida, nunc tenuis, nunc crassa & turbida cum multo sedimento. Pituita uomitio ne aut deiectione spontanea erumpens, corpusq; madore sæpe diffluens. Pituitosorum morborum ut oedematis, & destillationis atque similibus consuetudo & frequentia. Animi mores omnesq; corporis motus tardi cum grauitate & segnitie, sensus obtusi mens hebes, somnus profundus atq; grauis, aquarum, pluuie, niuis, aut submerisionis plena insomnia. Cibi potusq; calidi, omnisque causæ calfacientis occurfus iucundus & utilis. Pituitæ uacuatio quæcunque, uel arte uel sponte obtigerit, conducibilis. Hæc signa existunt, quoties pituita toto corpore æquabiliter dominatur & exuperat. Cæterum si uel in capite duntaxat, uel in uentriculo, uel in intestinis colligitur (his enim tribus maxime locis superuacanea illa coaceruari solet) affectæ partis propria symptomata illam detegent. Salsæ porro pituitæ non hæc, sed mista quodammodo signa sunt. Quæ enim uel bilis permixtione, uel inducta putredine calorem præter naturam acquirunt, ut mistas bilis & pituitæ causas, ita & illarum mista quodammodo signa obtinet. Eadem sapore, pruritu, & foeda scabie plerumque deprehenditur.

Signa aquosi humoris abundantis. Cap. XVIII.

TENUES serosusq; humores congerunt, quibus uentriculus frigidus, lien aëro aut iecur obstructum scirrhumq; est. Qui cibis humidis potuiq; liberaliori indulgent, ætate potissimum senili. Qui in otio uitam agunt, hyeme, regione humida, similiq; cæli statu. Quibus urina pauca, nec potui respodens profuit, & sudor nullus emanat: & lientericæ aut spontine uacuationis aquosæ consuetudo

fuetudo deleta. Aquoso autem humore in omne iam corpus effuso, facies, manus, reliquumq; corpus sub tumidum cernitur, non uiuido, sed pallido & obscuro colore, corporis habitus plerumque œdematosus, in quo prementis uestigium manet, quemadmodum in cachexia & in leucophlegmatia. Abdomen interdum mole tumescit, sub quo fluctuantis aquæ sonus obauditur. Urina cruda & aquosa, ac sæpe ut in diabete multa, alui deiectio liquida & mollis, cutis madida: ex puitio multa, simplex, sine tussi, è uentriculo plerumque redundans. Pulsus, animi mores, somnus, insomnia, omnia quidem iis similia quæ in pituitæ dominio.

Signa flatus. Cap. XIX.

FLATVS copiosos exuscitant uentriculus frigidus & humidus, omnisq; coloris imbecillitas, siue ex simplici intemperie, siue ex humorum vitio contracta. Lien melancholia turgens & obstructus, uentriculi concoctionem contagione offendens. Flatulenti cibi ut fructus crudi, castaneæ, fabæ, tubera: potus immoderatus, nimiaq; uentriculi è liquidis cibis fluctuatio, crapula & ingluuius. Otium, somnus multus, ætas, regio, cæliq; constitutio frigida. Quum autem ab his causis flatus multus in corpore congestus est, uentriculus & colon intestinum, sinistro præsertim hypochondrio, distenduntur & rugiunt quasi uentis agentur. Est enim colon præcipua flatuum sedes, quorum vi id nonnullis amplissime dilatatur. Tensui dolores in omne corpus euagantur vagiq; transcurrunt. Frequens ructu crepituq; auditur flatuum eruptio, cui mox leuamen succedit: frequens & aurium tinnitus & partium corporis palpitatio. Magna procliuitas in colicis dolorem, in aliosq; ex flatu morbos. Insomnia rei cecleriter currentis aut volantis, interdum etiam tonitruum & tempestatis. Signa hæc sunt omnia ex quibus corporis cuiusque constitutio innotescit, & materia quæ in eo dominatur & redundat. Ea tota est antecedens morborum causa, à qua & proxima continensq; illorum materia fouetur incrementumq; sumit. His ita mihi absoluenda videbatur generalis demonstratiuum signorum tractatio.

Libri secundi de Symptomatis & Signis,

F I N I S.

DESIGNIS
ET VRINIS,
LIB. TERTIVS.



Quid pulsus, quotque eius differentia.

Cap. I.



ON parvam demonstrandorum morborum vim obtinent pulsus & vrina: ille siquidem cordis & arteriarum, hæc iecoris venarumque constitutionem renunciat, quorum ad ministracione corpus vniuersum gubernatur. Pulsus primum & maxime vitalis facultatis totiusque corporis robor, at non obscure tamen cordis corporisque conditione refert. Vrina certo & manifeste iecoris humorumque statum, & morbos ex his genitos representat, at obscurius vium corporisque robur. De his igitur vt certis signis seorsum quantum artis vsus exposcit tradendum. Pulsus est cordis arteriarumque motus natiui calor moderator, ex diastole systoleque constans. Diastole, id est distractio, est qua arteria sese quoquoersum diffundit dilatatque, vt aere tenuique sanguine tracto insitum calorem temperet ac spiritui pabulum subministrat. Systole, id est contractio, est qua in se ipsa vndique confidet seque summittit, vt spiritus fuliginem exustione comparatam expellat. Inter hos motus quod omnino contrarii sint, necesse est media quiete intercedat, eaque gemina: vna supra quæ diastolen, altera infra quæ systolen terminet. Pulsum differentia: aliæ statuuntur a diastole, aliæ a quiete, aliæ ab ordine. A diastole quinque a quantitate, a vehementia, a tempore, ab arteria: qualitate, & ab arteria: perfusione. Quantitas longum, latum, & altum comprehendit: estque pulsus longus, quo in longum excurrit arteria, vt latus quo in latum & altus quo in altum: horum omnium concursu fit magnus, quo arteria se quoquoersum pandit. His contrarii pulsus sunt, breuis, angustus, humilis, & qui horum trium concursione paruus euadit. Qui in extremorum medio confedit moderatus appellatur. Omnes igitur hoc quantitatis genere pulsus erunt, longus, breuis, moderatus, & latus, angustus, moderatus, altus, humilis, moderatus. A distractiois vehementia sunt pulsus validus seu vehemens, qui valide ac firme tactum ferit: imbecillus seu languidis, qui contra: & moderatus. A tempore pulsus celer, qui breui tempore arteriam distendit, tardus qui longo, moderatus qui mediocri. Ab arteria: qualitate, mollis quum tenera laxaque arteria: tunica, durus quum durior rigidiorque est: & moderatus. Ab arteria: perfusione, pulsus plenus quo arteria in diastole non modo ampla & turgida, sed humoris perfusione plena occurrit: vacuus quo non humore, sed quasi flatu turgere tactu deprehenditur, prementibusque digitis nihil firmum solidum se subsistit: mediocris horum est medius. Sexta pulsuum differentia est a quiete seu ab ictuum intervallo. Hinc fiunt pulsus creber seu frequens, qui saepe & breui quietis intervallo arteriam distendit tactumque ferit: rarus qui ex longioribus intervalis. Septima

prima differentia est ab ordine: hic quum sui semper similis est, æqualis appellatur. Est porro genere duplex, in omnibus aut certe multis pulsationibus æqualis, sui semper vbiq; similis, sibiq; perpetuo constans, & in cuius pulsibus singulis similitudo & æqualitas omnino spectatur in magnitudine, in celeritate ceterisque differentiis. Æqualis in uno pulsu, cuius initium & finis omnesque arteria: partes æquabiliter procedunt. Inæqualis in multitudine, est quum multi pulsus comparati inæquales sunt & dissimiles, aut magnitudine, aut celeritate, aut vehementia, aut alio quodammodo, & qui modis omnibus talis existit, is absolute inæqualis appellatur. Rursus inæqualis bipartitus est, inæqualiter, & inæqualis inæqualiter. Æqualiter inæqualis, est qui inæqualitatem paræmque mutationem retinet: vt quum primo pulsu secundus paulo minor est, & tertius secundo, & quartus tertio ad plures vsque deinceps. Atque is est qui Græce myyros, Latine sensum imminutus & gracilesens appellatur. Hic si sensum ita minui perseveret dum ad quietem prorsum recidat, myrus deficiens est. Horum alii in ea paruitate vel quiete persistunt: alii resurgunt & ad pristinam magnitudinem, aut paræm, aut minorem reuertuntur: hi sunt myuri reciproci. Inæqualiter inæqualis nullam inæqualitatis similitudinem retinet. Hic si aliquando desinat, proprie inæqualis deficiens dici consuevit. Et si duorum, trium, vel plurium pulsuum ictibus prætermisissis iterum arteria agitari incipiat, deficiens reciprocus vocatur. Huic finitimus est inæqualis intermittens, cuius est quiete interdum longissima, isque circuitibus admodum rarus euadit. Inæqualis porro vno pulsu duplex est, aut enim in vna eademque arteria parte, aut in diuersis fit. Pulsus eadem arteria: parte inæqualis triplex: nam arteria: motus licet continuus, par tamen plerumque non est initio, medio atque fine: interdum quiete interpellatur & intercidit, interdum recurrit ac bis ferit. Impar est motus initio atque fine, aliàs in vehementia, aliàs in magnitudine, aliàs in celeritate, aliisque modis quos omnes numerare vix liceat. Intercidens pulsus seu intercisus est cuius distinctio continuitate destituta, media quiete interruptitur, hic quæ quanquam bis ferit, non tamen duo, sed vnicus est pulsus. Quod si motus a quiete celerior & vehementior sit primo, caprizans tum appellatur. Dicrotus id est recurrens aut bis feriens, qui simulatque omnem distinctioem effecit, se paululum subducit ac mox pulsat iterum, tanquam malleus ab incude resiliens: estque ab interciso planè diuersus. Est & quum non semel tantum, sed bis sæpius arteria: pulsus reuertitur. Pulsus diuersis partibus inæqualis, est quum multis digitis arteriam contingentibus non similis sentitur occurfatio. Ac primum interruptus primo & tertio digito, vel secundo & quarto, non autem aliis sentitur. Inæqualis magnitudine, vehementia, duritie, plenitudine, quum omnibus digitis æque tangentibus, aut magnitudo, aut vehementia, aut duritie, aut plenitudine non similis apparet. Hic si pariter durus existit, ferratus appellatur. Est & inæqualis in situ partium arteria: quum eius pars vna dextrorsum, altera sinistrorsum, vna sursum altera deorsum inflectitur. Id autem si admodum manifeste & perspicue fiat, magna que fit arteria: diastole, pulsus vibratus appellatur, in quo crebra & inæqualis est, quasi in iaculis quæ impetu celeri vibrantur, concussio. Sin vero id obscurius fiat, appareatque arteria tensa & vtrinque retracta, conuulsus is est. Vnde: pulsus pulsus, quum arteria primum digitum plenius validiusque ferit, deinde secundum exilius & mitius, tertium plenius & validius, quartum denuo exilius & mitius: non hic quidem interruptus, sed inæqualis vt vndarum æflus. Verum

δμαλος.

ἀνάμαλος.

μύυρος.

πάλινδρον
μύυρος.

ἐκλείπων
διαλείπων

διακόπων

δωραδίζων.

κλωδής

ἐμπερίων
κλι ἐμπερίων.

σασμύδης.
σκοληκίζων.

micu-

μυρμικί-
Cor.
τεταγμέ-
νος κει-
νται
στοι.

miculans pulsus vermium gressui similis, vndoso finitimus, à quo non inæquali tatis specie, sed magnitudine solum ac robore diffidet. Formicans his succedit mire paruus, languidissimus, creberrimus & inæqualis, à vermicultante tantum deficiens quàm hic ab vndoso. Pulsus omnis inæqualis bipartitur: alius quippe ordinatus, inordinatus alius. Inæqualis ordinatus, est i quo inæqualitatis ordo retinetur: vt quum pulsus quatuor inæquales quodammodo sunt, omnesque quaterni similes habent inæqualitatis proportionem. Inæqualis inordinatus, est in cuius inæqualitate nulla similitudo, nullus circuituum ordo statui potest.

Quæ ratione pulsus obseruandi in seruo scendique sint. Cap. II. 10

OBSERVANTIS manus temperata sit, mollis, minimeque; callosa & eximii sensus. Digiti tres aut quatuor superne tantum carpi arteriam (quæ medio cris quum sit & obuia, obseruationibus accommodatissima existit) contrectent. Laborantis manus quæ tægitur, nec sublata sit, nec depressa, nec extenta, nec vinculo, aut decubitu cõstricta, nec prona in vola, nec resupina: sed molli naturali; situ æquabiliter reclinetur in latus imum, quæ minimo digito clauditur. In carpo si directo ad maximũ digitum obscurus est pulsus, alio quouis loco atque etiam in altero carpo peruestigandus, quæ multis ex causis euariet, ac plerunque vel ex vulnere, vel ex contusione, vel ex obstructione alter oblitescat. Qui vehementer est, non nisi pressa arteria digitisque valide infixis dignoscitur, hoc à magno & à pleno diffidens, quòd suo robore reniti tactumque; repellere deprehenditur. Nò tamen hic ad eo premendus, vt vi applicatæ manus arteriæ superetur robur. Languidus pulsus conspectior est in manu prona atque decliui, attingique; debet moliter, & quasi suspensis digitis: nam si arcius prematur, licet languidus hic pariter quoque magnus sit, vt in lethargo, aut nullus omnino, aut immotus videbitur, omnemque; sensum effugiet. Systole in vehementi, in magno & duro pulsui aliquantum deprehenditur, in languido nunquam: in vehementissimo maximo atque duro, aut saltem in eo qui mollis nò sit conspicua & aperta. Sentitur non mediocriter sed valido pressa arteria. Quies externa mediocri tactu citra vim vllã, interior nò nisi digitorũ impulsu pressuque; animaduertitur. Ad horum autem perfectam cognitionem qui sese componere & accommodare volet, primum se exercent in systole & interna quiete cordis, quum id vehementissime maximeque; pulsat. Pectoris enim contactu conspicua sunt, quarum imitatione illas quoque in arterijs ediscet. Reliquæ pulsuum differentia tactus quadã mediocritate animaduerti debent.

Generales pulsuum cause. Cap. III. 30

PULSVVM tres omnino statuuntur causa, efficiens, impellens, & instrumentum. Primaria efficiensque; pulsus causa est, facultas illa mouens è corde profecta: instrumenta sunt arteriæ, quæ facultatis impetum sequuntur eiq; obtemperant: causa facultatem incitans ac impellens vsus est atque mouendi necessitas. Hæc vna omnino est causarum prima & validissima, à qua & mouendi initium existit. Omnis autem necessitas ex affectione quadã præter naturam proficiscitur, quæ quum cordi insensa molestaque; est eam protinus excutere contendit Triplex est eiusmodi affectio, aut enim caloris spiritusque; est penuria, quem corporis pulsus resarcire conatur: aut intemperies frigida calida ve, siue simplex, siue a febre, siue a phlegmone, quã refrigerare postulat: aut aliena substantia, cuius expulsiõne molitur, vt quã fuligo, vapor, humor ve aliena vitiosaque; qualitate

litate cor ferit, aut id mole copiaque; premit. Et hæc quidẽ interiores causa sunt: exterarum vero immoderati omnes corporis motus animique; perturbationes: vt ira ex candescencia, metus atque; mœstitia. Ab his ergo causis necessitate quadã stimulata incitataque; cordis facultas, efficit vt per diastolen nouus aer extrinsecus hauriatur, qui insito caleri refrigerium vitalique; spiritui pabulum supeditet: per systolen vero exusta spirituum fuligo, & quicquid denique; præter naturam est, tum cordi, tum arteriis insensum expurgetur. Itaque; vsus atque necessitas cordis facultatem ad pulsandum impellit: incitata facultas instrumenta arteriasque; mouet: hæc vero illius cedunt robori. Sæper autem pro necessitatis conditione pulsus edentur, modo facultatis subest robur, & obsequantur arteriæ. Duo. n. hæc, vitale robur & arteriarum constitutio, necessitatis sæpe significationes obscurat. Et enim amplæ arteriæ pulsus ferè magnum edunt, qui & talis deprehenditur si non alte in profundum illæ demersæ sunt. Exiles vero angustæque; arteriæ quales insunt pinguibus & crassis, nequeunt pulsus proferre magnum. Quinetiam vitale robur si vegetum est, pulsus natura magnus ac validus existit: si imbecillum, paruus ac languidus. His ex causis quibusdam vel in extremo senio validus magnusque; pulsus apparet, quibusdam vel ætate virentibus obscurissimus ac propè nullus. Vitalis roboris causa non facile perspicitur potest: vna proinde obseruatio, quæ magnum habet in singulis momentum, pulsuum ac naturæ locupletem cognitionem dabit. Quum igitur omnium causarum concursione mediocritas quædam obtingit, pulsus moderatus existit. Quum vero à mediocritate disceditur, pulsus immutatur, & de medio quoque decedit.

Quam uariis sine pulsus naturales, & quibus ex causis per sanitatem & citra morbum immutentur. Cap. IIII. 40

HIS IYA constitutis primum quidem in pulsus moderati cognitionem penitus incumbendum, in eumque; animus defigendus, qui cæterorum lex sit atque mensura. Moderatus autem appellatur qui nec magnus est aut paruus, nec celer aut tardus, nec creber aut rarus, nec vehemens aut languidus, nec durus aut mollis, nec inæqualis, nec alio quoquã modo nimius. Is est cuius comparatione cæteros omnes magnos aut paruos, celeres aut tardos, aut alioquois exuperantia nomine insignuerunt. Hic non nisi in optima corporis natura animaduertitur, quæ & temperatissima est & constitutione profus media ac vere quadrata. At vero intemperatis naturis etiam dum sanæ sunt, pulsus ab hoc diuersi existunt. Natura quippe calidi celerem, crebrum, magnum & aliquantum vehementem pulsus edunt. His enim refrigerii & expurgandæ fuliginis magna necessitas adest, nec deest virium robur: frigidi contra. Graciles magnum, quia facile nulloque; impedimento distenditur arteria, sed rarum & aliquantum uehementem. Hinc viris quàm mulieribus pulsos longe maior & vehemrior, sed paulo tardior atque rarior inest. In ætatibus infantis puerique; pulsus celerissimus & creberrimus, quòd caloris exuperantia per diastolen refrigerari, & fuliginis copia per systolen expurgari postulet. Senis contra rarus ac tardus. Reliquarum ætatum pulsus inter hos ambigunt. Iuuenis pulsus maximus, quæ calor sit acer atque; arteria: senis minimis: pueri medius: huic quidem necessitas inest, sed angusta arteria. Iuuenis pulsus vehementissimus, quia facultas validissima: senis languidissimus: pueri medius. Ex his quidẽ cõici potest, qualis unius-

vnius cuiuslibet laborantis naturalem pulsum esse oporteat. Hunc porro vel integra valetudine cœli status & corporis motus animique perturbationes immutant. In anni tēporibus, Vere medio pulsus maximus sunt & vehemētissimi, quia in illa tēperie facultas sit robustissima: at celeritate & crebritate moderati, quia in tēperie pulsandi vsus moderatus est. Tales apparent autūno medio. Aestate media celeres atque crebri: vsus etenim necessitasque; crebritas parui sunt & languidi, quia languescit facultas. Hyeme quoniam vsus remittitur, tardi atque rari & quam aestate minores, sed tamen vehemētiores. E regionibus & cœli cōstitutionibus quæcunq; vehementer calida fuerit & æstuosa, astatū mediæ: quæ vero frigida, hyemū: quæ tēperata Veri simillima putetur. Exercitatio moderata quidē pulsus vehementes efficit, quandoquidem facultas contentione excitatur: magnos quoque, celeres & crebros quod caloris incremento vsus pariter in crescat. Contrarij apparent in otio & torpore. Immodica exercitatio quod iam supra vires sit, pulsus paruos & languidos efficit, sed ex vsu celeres & crebros: at quum ad virium resolutionem & defectum peruētum erit, tardos atque raros. Eadē ratio balnearum calidarū, frigidarū uero similis atque otii & torporis. Cibi viniq; vsus plenior, pulsus edit magnos, vehementes, celeres & crebros, sed vini quam cœbi celerior mutatio, quæ tamen ocys vanescit. At multo immoderatio vini vsus, pulsus inæquales & inordinatos concitat. Dormientium parui sunt, languidi, tardi, atque rari eorum uero qui expergiscuntur, è vestigio quidē magni sunt, vehemētes, celeres & crebri cum quadam vibratione, sed qui in mediocritatē mox redeunt. Iratorum pulsus magnus altusq; , vehemens, celer: & creber: tristis: paruos, languidos, tardus & rarus: timentiū, vehemens, celer, vibratus, inordinatus & inæqualis. Sic igitur quotidianæ corporis affectiones pulsus immutant, sine quarum animaduersione non certo possit pulsus percipi, nec quantum per morbo à naturali distet. Itaque pulsus naturalis obseruandus est, neque mox ab exercitatione, à balneis, à cibo immodico à vino aut ab alijs causis calfacientibus, neque ilico ab ira vel timore, vel ab alijs causis cor & spiritus agitātib; de pulsu nihil quicquā statuendū antequā externarū causarū vis deseruerit, omnisq; se data sit corporis perturbatio. Hi pulsus non omnes quidē medicos existunt, sed naturæ tamen limitibus continentur. Deinceps uero qui contra naturam sint, & quam in morbis significationem habeant, tradendum.

Quæ sunt pulsuum præter naturam cause. Cap. V.

COR DVM secundum naturam habet, modo rato pulsu instum sibi calorē spiritusq; mediocritatem tuetur: at præter naturam affectum diuerso pulsu quicquid molestum infensumq; est excutere, aut etiam quicquid deest in statu rare contendit. In eo autē primum quid diastole, deinde quid systole demōstret significetq; tradam. Quum vsu & necessitate cor lacessitur, stimularum id, primum quidē pulsum edit crebrum, idq; siue valida, siue imbecilla sit facultas, creber. n. omnium primus est, quia facillimus. Si necessitati non satisfaciatur crebritas, huic etiā celeritas accedet: atque etiā sine duo quidē illa satis sint, addetur & magnitudo, modo nō imbecilla sit facultas: tum quippe totis hæc opitulatur viribus. Quod si pariter valida est, pulsum edit robustum seu vehemētē eumq; plenum si spiritus vbertas inest. Ita quippe artis vsu & exercitatione obseruamus, per febres omnes frequentē nec non celerem pulsum edit, at non perpetuo magnam, quandoquidē si vires languent, cum crebro paruos quoque ac languidos exiit. Rursum & quibus sine febre imbecilla, ut in animi defectione, sunt vires, &

vires, & quibus hæc copia vel impuritate premuntur, ut in letico phlegmatia, pulsus frequens ut celer, (nō n. ex frequentia perpetuo febris iudicanda), at non ilico magnus deprehenditur, sed uere paruos ac languidos. Quocirca prima pulsus mutatio nō in magnitudine sed in crebritate sit, cui dein celeritas, postea magnitudo accedit. Mirari proinde subit Galeni dictū, pulsum omnē vrgente necessitate statim initio magnum euadere, siue valida siue imbecilla sit facultas: & celeritate nunquā sine magnitudine inueniri. Itaque pulsus frequens ac celer, aut exuperantē calorem, aut spiritus vitalis penuriam ostendit: magnus nō imbecilla esse facultatem, vehemens eandem esse validam. Paruos autem pulsus natiui calorem, penuriam ingensq; refrigerium denunciat. Quod quū obtigerit primum quidem raritas erit conspicua: in crescente malo tarditas accedet, postremo paruitas, vice versa atque in caloris incremento. Iā uero pulsus differentie in longum, latum & altum, non ex rei necessitate proficiuntur, nec vilius affectus essentia, sed impedimenta duntaxat representant, quæ circum arteriā incidunt. Arteria. n. quam maxime potest distrahitur, at distractionis magnitudo alias obtegatur, alias interpellatur, vel numero, uel crassitie uel duritie circumiacentium corporum, ut membrane, ut cutis, ut adipis aut carnis, quorum gratia pulsus varius aquaret, & alius plerumq; quam necessitas exposcit. Sic igitur corpulentis, breuis ac paruos: gracilibus, longus & magnus: quadratis, moderatus obtingit. Mollis uero pulsus arteriam mollem demonstrat, & corpus humore multo coq; pituitoso perfundi, ut in hydrope, in leucophlegmatia, in lethargo, in comate: siue ab humidioribus cibo, siue à balneis immodicis, siue à somno, siue à molliore uita succreuit. Hic tandem ingrauescente morbo & uiribus languescitibus, undosus & uermiculās euadit. Pulsus durus, si neque ex langore animi, neque ex metu, neque ex uerecundia est arterie duritie perpetuo declarat: uixq; ullus est durus, qui non etiā paruos sit, licet non statim languidus Durior autem arteria sit, uel siccitate, uel constrictionem, uel tensionem. Siccitas sit ab immoderato usu uini meracioris, à febribus ardentissimis, à marcere, à quarta na febre & à melancholia. Constrictio interdum à frigore sit, quod aeris, balnei, aut frigide potionis uis intulit. interdum à uitiosis fructibus, qui uitream crassamq; pituitam gignit. Tensio ab ingenti inflammatione à scirrhus iecoris aut lienis. Duro huic & tēsiu pulsu affinis est conuulsus qui aut neruorum propaginem cōuulsione teneri prodit, aut aluum immoderatus quasi potu elleboro fluxisse. Vibratus pulsus & paruos duroq; procedit: quum. n. magna est refrigerii necessitas, & facultas ualida, si arteria dura tū sit, contentione facultatis ualida & arterie renitentis, uibrare continget. Hoc proinde eosdē quos & pulsus durus morbos denunciat. Ita igitur ex diastole iudicandū. Systole uero quæ admodū & diastole, alias maior aut minor est, alias uehementior aut languidior, alias celerior aut tardior, alias mollior aut durior. Harum tū uina celeritatis aut tarditatis differentia sensu dignoscitur, atque in his duntaxat quorum systole animaduerti potest. Celeritas, systoles magnam prodit uisum excrementorum copiam, quam natura arteriarum compressionem nititur expurgare. Ea ferè ex putrescentibus humoribus coaceruari solet, qui febres necessario accendunt, quores eorum substantia aut uapor putris in cor irripit. Quocirca systole quam diastole celerior, putridæ febris perpetuum est iudicium. Ea celeritas non modo febrium est quas in uenis, sed & earum, quas uel in pulmone, uel in iecore, uel in liene, uel in alia quauis particula putrescens humor accendit. Contractionis tarditas est quum non multū excrementi putridi & exusti inest in corpore, nec magna desideratur expurgatio. Cre

britas impuri excrementi copiam augeri testatur, quæ idcirco efficit vt externa quies minima sit. Raritas contractionis in qua externa quies longa est, excrementa arguit pauca inesse fumosa.

Morborum ex pulsu cognitio.

Cap. VI.

HÆC vero iam ad artis vsum & exercitationem aptius referenda sunt. Pulsuum differentia & affectum præter naturam, & affectam sedem demonstrant. Affectus præter naturam, alij primum ac per se, alij secundo ex pulsu deprehenduntur. Primum quidem ac per se intemperies omnis tum quæ simplex, tum quæ ex humorum est vitio: adhæc plethora, cacochymia vel simplex vel cum putredine, phlegmone, scirrhus, obstructio: qui affectus cæterorum omnium velut principia quædam & continentes causæ sunt. Calidæ intemperiei simplicis, qualis est ab æstu aut ab ephemera febre, pulsus creber est, celer ac magnus simulque æqualis. Eiusmodi & in hectica febre existit, sed aliquanto durior. In plethora simplici quæ nondum vires premit, atque in synocho simplici, non solum creber, celer, magnus & æqualis, verum etiam turgidus, plenus ac vehemens, quod non nisi robustis integrisque viribus obtingat. Intemperies ex humorum putredine, quemadmodum & putrida febris pulsuum etiam crebrum, celerem & magnum efficit, sed inæqualem, non in multis solum, verum etiam in vnico. Tum quippe systole celerior est quam diastole, vt putris fuligo expurgetur: est & externa quies breuior, ob quam etiam crebrior pulsus euadit. Inæqualitas aliquantum conspicua accessions initio, sed incremento & vigore magis. Phlegmone quæ & insignis fuerit, & in parte nobili, quoniam putredinis calorem cordi toti que corpori impartit, febrilem pulsuum infert: præterea vero durum ac interdum ferrantem & vibratum: quando quidem partis inflammatione tenso peruadit arterias: sed tamen durior si phlegmone obrigerit nervosis partibus, & iis quæ circa membranas, venas, & arterias posita sunt. Frigida intemperies pulsuum efficit rarum, tardum & paruum, sicca durum, humidum mollem. Et hæc quidem dum simplex illa consistit. At vero si ex humoris cuiuspiam influxu contrahitur, iis quæ dicta sunt accedit pulsus inæqualitas, maxime si in partem nobilem humor impingat. Siue enim obstruuntur arteriæ, siue humorum copia comprimuntur, siue his natura grauata oppressa que est, inæquales sunt: magisque quum crassi, viscosi & copiosi sunt humores, quam quum tenuis atque pauci. Quæ porro pars corporis affecta sit noscitur ex pulsu molli atque ex duro, qui tenuis appellatur, ex ferrante & vibrato. Molli enim & affectum molliorem & partem carne venis arteriisque conspersam affici denunciat, durus vero partem nervis membranisque præditam. Quinetiam partes cordi propinquæ, aut ei vasis maioribus coniunctæ, magis ac celeris affectum suum cordi impertiunt: distantes & paruis vasis copulatæ, minus & tardius. Horum permissione secundo noscitur qui pulsus in singulis morbis existant. Nam in inflammato septo transuerso durissimus est, plurimum ferrans aut vibratus, & pleurunqui & conuulsus: minus in pleuritide, rursusque minus si aut inflammatio, aut scirrhus sit in ventriculo vel in vesica vel in vtero, intestinis, renibus, iecore, liene aut pulmonibus. A peripneumonia pulsus magnus, languidus & molli simul & inæqualis, tum in vno motu, tum in multis: sæpe etiam vndosus & dicrotus. In lethargo pulsus illi ferè similis: & huic finitimus in catoche, nisi quod æqualis est. Epilepsia & apoplexia quum præsertim malum inualuit, & facultas grauior opprimatur (pulsus languidus, paruus, rarus, tardus & inæqualis,

his, tum demum celer euadit. Conuulsionis pulsus conuulsus appellatur, tenus quidem vibratus & inæqualis, non perinde tamen validus ac magnus. Paralyti paruus, languidus atque tardus, nonnihil inordinate intermittens. Hydroptis alciatæ paruus, creber, durus atque tenus: tympanitæ, longus, celer, creber, subdurus: anasarca vndosus, latus ac mollis. Phrenitidis durus atque idcirco paruus, mire celer, & creber, vt proximam syncopen denunciet: interdum tremulus, aut cum conuulsione intermittens. Anginæ magnus & vndosus aliquantum conuulsus. Quum iam suffocatio impendat, paruus, tardus, creber, & inæqualis, inordinatus, creber, tardus ac deficiens: tandem vero languidus. Phthisis paruus, languidus, non admodum celer, heciticus. Suppurationis, heciticus inæqualis & inordinatus. In puris eruptione, latus, tardus, rarus & languidus. In cæteris denique morbis, ad eorum imitationem qualem pulsuum esse deceat intelligi potest.

Virium obseruatio ex pulsu.

Cap. VII.

MAXIME autem ac proprie virium robur atque constantiam pulsus ostendit. Facultatum quippe omnium princeps atque conseruatrix est vitalis, quæ vna constante nemo interire potest, ex qua & vita omnis, & virium robur existit: mari solet. Quum mors futura est, huius labantis signa apparent, alias quidem multo ante tempore: vt quum illa morbi diuturnitate languet sensimque deficit: alias non diu ante mortem, vt quum vitale robur immoderata eaque repentina vacuatione vel dolore, vel alio grauissimo symptomate dissipatur, atque perit: aut quum rupto abscessu, vel inopinato humorum influxu, vel maxima obstructione suffocatur. Itaque si pulsus cordis ac vitæ est nunciatus, idem omnium quoque virium & facultatum index erit. Robustus vehemensque pulsus, sanis vitæ longitudinem, ægrotis securitatem pollicetur: languidus contraria. Vehemens qui tactum euertit, facultatis robur ostendit, eoque maius quo fuerit vehementior. Hic etiam indicat corporis humores tum qualitatibus, tum quantitate laudabiles ac probe coctos: aut naturam semicrudorum (quales in salutaribus morbis sunt) concoctionem vehementer moliri: maxime vero si nec ab ira, nec ab exercitatione, nec a vini cibive vsum immoderato processit. Languidus pulsus qui a tactu euertitur, imbecillæ facultatis est nunciatus: ac proinde vel animi defectionem, vel syncopen demonstrat, vel vires morbi longitudine debilitatas, vel quauis causa dissolutas. vt inedia, vigiliis, doloribus, animi pathematis: aut vacuatione immodica, vel affectus magnitudine pressas obrutasque. Robustus ac vehemens pulsus fere quidem magnus est, at non necessario, quemadmodum nec qui iuuenis est ac robustus magnus semper citatisque passibus incedit. Languidus non omnis paruus est, nec omnino paruus languidus. Lethargicis quippe languidus quum sit, magnus tamen existit. Vt autem virium robur certius ex pulsu innotescat, triplex statuat imbecillitatis causa: vna quæ sensim ac tempore virium substantiam conficit: altera quæ repente dissoluit ac dissipat: tertia quæ vel copia illam obruit, vel malignitate extinguit. Semper quidem pulsus languidus virium imbecillitatem portendit, quæ vero imbecillitatis causa sit, reliqui pulsus indicant, qui languido comites assistunt. Itaque quum vitalis facultas vel intemperie, vel atrophia, vel morbi diuturnitate infirma & imbecilla euasit, pulsus primum per se languidus apparet, deinde etiam paruus citatissimam inæqualitatem, rarus quidem & tardus si febris nulla, creber, atque ve-

lox si qua inest. Facta iam imbecilliore facultate pulsus myurus reciprocus de-
 inde deficiens reciprocus. postea myurus non reciprocus, ab hoc deficiens non
 reciprocus & formicans, hinc pulsus abolitus apparens, nisi ex syncope sit: om-
 nium tandem extremus vere abolitus, qui summis partibus ipsiq; arteriis iam
 demortuis inest. Quum facultas ex repentina spirituum dissolutione atq; dis-
 sipatione imbecilla est, vt per dolores, vigilias, aut uacuationes immo dicas,
 huius euidentes efficientesque cause præcesserunt, pulsus similiter initio lan-
 guidus deprehenditur & paruus, creber & celer, minime tamen inæqualis: illa
 vero iam imbecilliore, vndosus, vermiculans, formicans, abolitus apparens, &
 tandem vere abolitus. Quum facultatis substantia non ipsa per se consumitur, 10
 sed vel obstruione, vel tumore præter naturam, vel humorum copia & influ-
 xu quasi pressa & obruta succumbit: atque etiam quum perniciæ vt pestilentis
 febris malignitate extinguitur, pulsus quidem languidus, paruus, tardus & ra-
 rus est, isq; continuo inæqualis. Tanta quippe inæqualitas animaduertitur, vt
 qui nunc languidus est, mox vehemens appareat: & qui paruus, mox magnus,
 qui celer, ilico tardus, & qui creber, statim rarus. Quo plures magni ac vehe-
 mentes erunt, hoc minus premetur grauabiturque facultas, eo vero magis quo
 plures parui & languidi. Vbi autem magis oppressa facultas suffocabitur, in-
 tercurrens primum existet: deinde intermittens in pulsum multitudinem. In-
 termissio aut quies quo diuturnior, hoc periculosior. Diuturna censetur quæ 20
 tempus excedit duorum pulsum: breuis quæ citra hoc manet. Iuuenibus peri-
 culosissima pulsum intermissio, minus pueris, minime senibus. Interdum tam-
 en neq; iuuenibus ipsis exitialis est, quum vel integra valetudine ex arteria-
 rum obstruione aut diuturno quouis affectu, vt ex asthma familiaris exi-
 stit. Ex vnus pulsus intermissione multi senes pariter & pueri euaserunt: at iu-
 uenum ne vnus quidem. Perseuerans illa diutius inopinatam repentinamque
 mortem minatur, ipsiusque cordis vitalem calorem derепente extinctum iri;
 quemadmodum & animale facultatem apoplexia. Quietis externa diuturni-
 tas intermissione quidem est finitima, hoc tamen dissidens, quod breuior sit ci-
 tra inæqualitatem, at cum pulsus tarditate: intermissio vero cum pulsu celeri 30
 & inæquali est. Illa quidem arguit vel cordis corpus vel spiritum & sanguinem
 sinibus conclusum, vel partem aliquam vicinam, ingenti frigore occupari. Mi-
 nus quàm intermissio perniciosa, sed quæ interdum in repentinam mortem præ-
 cipitat. Intercurrens pulsus eadem quæ intermittens significat causasq; eandem
 habet: minus tamen periculosus, quoniam facultas validior decernat cū cau-
 sis noxiis, non autem in intermittente. Hic succedit intermittens in vno pulsu,
 qui naturam à causis in salubribus impediri, sed cum illis nihilominus decer-
 tare prodit. Deterior quidem & multo periculosior quàm intermittens in pul-
 sum multitudinem, quoniam natura non solum in quarto aut quinto quoq; pul-
 su, sed in singulis impeditur, ob idque præsentem mortem denunciat. Ex hoc 40
 genere sunt caprizans & dicrotus, qui planè ostendunt, aut cordis inæqualè in-
 temperiem, aut fumosorum excrementorum copiam non omnibus cordis parti-
 bus æquabiliter insidere. Ita enim calidæ partes cum frigidis, aut liberæ cum
 grauatis contendunt, vt quæ prius leuitate, aut calore exiliunt, retrahant à fri-
 gidis & grauatis, maxime quum imbecilla facultas est, & arteria dura. Vndo-
 sus & vermiculans facultatis non validæ, viriumque insigniter dissolutarum sunt
 indices, quos proxime formicans sequitur. In iccoris lienis & cuiusque visceris
 inflammatione atq; in scirrho, quoniam pulsus durior euadit nec vndosus, nec
 vermiculans esse potest. Neque profecto in hectica febre, neq; in tabe aut mar-

core,

core, etiam si iam morti proximus sit æger: at languidus tamè & inæqualis de-
 prehenditur. Myurus in vna distentione facultatis imbecillitatem in extenua-
 to corpore ostendit, & cor ipsum eatenus debile, vt vim & actionem ab se iam
 nequeat ad extremas vsque corporis partes æquabiliter protendere. Hic igitur
 malus est atque ruinam minatur, etiam si reciprocus sit. Hoc deterior est defi-
 ciens reciprocus: & hoc rursus periculosior myurus non reciprocus. Omnium
 vero pessimus atque perniciosissimus est deficiens non reciprocus. Fit & inter-
 dum myurus ex vitiosa arteriæ conformatione: ut quum arteriæ pars media
 nudæ cuti subiecta est, & quæ vtrinque sunt, altius demerguntur. Hic faculta-
 tem eo vsque imbecillam ostendit, vt nequeat arteriam æquabiliter attollere. 10
 Tales etiam sepe videntur initio grauium accessionum à frigore inuadentium.
 Tremulus pulsus qui necessario languidus est & paruus, facultatem imbecillam
 arteriamq; mollem renunciat, cum corporis habitu gracili. Conuulsus non
 admodum frequens occurrit. Hos tanquam postremi excipiunt abolitus appa-
 rens, & vere abolitus, facultate quidem iam profus extincta. Quocunque au-
 tem genere ordinatus sit pulsus, fidus existet, inordinatus vero infidus. Proinde
 bonus pulsus ordinatus certissimus est & optimus, malus ordinatus pessimus,
 & inordinato malo deterior.

D E V R I N I S.

Quid urina, utque humorum partiumque affectus demonstret.
 Cap. VIII.

Quum corporis excrementa aut affectarum partium, aut peccantium hu-
 morum portio quædam sint, aut saltem ex his defectæ reliquæ, quæ illorum sit
 constitutio certo referunt, atque in demonstratiuis signis primas tenent. Vna
 autem vrina omnium maxime de toto decedit significationem in primis gene-
 ralem sortita. Est enim vrina serum vehiculumque sanguinis renum vi secre-
 tum. Vt in lacte dum concreuit, ita & in sanguine serum à crassiora terrenaq;
 substantia seungi fecerniturque animaduertitur: quod idcirco sanguini permi-
 scebatur, vt hunc fibrarum copia iam crassum ac lentum dilueret, & tanquam
 vehiculum per venas tenuissimas in corporis extrema deduceret. Oritur qui-
 dem serum ex potu, aut ex liquore quocunque cibus solidior diluitur, & si ne
 quo vix quicquam emolumenti corpus ex cibi benignitate perciperet. Hac ra-
 tione potus cunctis animantibus apprime conueniens & necessarius, aliis qui-
 dem vt uolucris quæ haudquaquam meunt parior, alijs ut hominibus &
 quadrupedibus liberalior. Ventriculi concoctione liquor totus cibo permisce-
 tur, totaque cibivis in liquorem confertur dum vna fiat æquabilis substantia,
 cui chylo nomen est. Hunc flexuoso per intestina prolapsus exugunt mesenterij,
 venæ, & quicquid inest vtilioris substantiæ, id omne eripiunt, potuque tanquam
 vehiculo subuehunt ad iccoris portas. Quum dein ex chylo factus sanguis est,
 vt melancholia in lienem, bilis flaua in proprium folliculum, ita & vrina (pro-
 prium iccoris, quemadmodum & alui fex ventriculi & intestinorum excremen-
 tum iam inutilis & superuacanea è gibbis iccoris renum vi per venas emulgen-
 tes allicitur. At non vniuersa: portio enim cum sanguine in corpus distribu-
 tur, quæ quum rectionis munere perfuncta est, aut sudoribus exhauritur ac dif-
 fluit, aut qua via processerit, eadem tracta relabatur in renes & in vesicam. 40
 Itaque

Itaque non è iecore solum, verumetiam è venis, tum maioribus, tum minoribus & è corporis mole vrina prolicitur. quod aperte sentiet quisquis biduum triduumve nullo aut parcissimo potu transigerit. Ea autem si nec immoderato potu diluta, nec aliena permissione conspersa sit, manifesto humorum qui in iecore maioribusq; venis, obscurius vero eorum qui tum in minoribus, tum in partibus ferè singulis insunt notam exhibet eorumq; cõstitutionem indicat. His enim tantisper dum vrina permiscebatur, eorum omnem affectionem, omnem qualitatem contraxit ascivitq; sibi, & nunc quasi defecta portio quæ ipsorum constitutio sit coram proponit planumq; facit. Quocirca si uel uiscera, vel maiores uenæ, uel caput, uel pulmons, uel uel corpus pars morbo tenetur, quæ tam hæc affectionem humoribus in se contentis impartit, vrina profecto quæ sanguinis & humorum comes est, eiusdem quoque particeps erit, & profusa affectionis notas refert propriaque eius signa dabit. Sed & partium per quas illabitur, ut renum, vtererum, vesicæ ac penis affectus representabit. Nam tamen si non diutius in his subsistat ac hæreat, ab illis tamen sordes & inquinamenta (si qua insunt) præterfluens corradit. secumque rapit. Quocirca partium quas attingit omnium affectus illa ostendit. An vero cum affectu quæ etiam pars affecta sit certo & aperte referat, posthac diligentius scrutabimur. Hæc porro humorum partiumque vitia demonstrat, vel sua chymosi, uel puritate, vel quantitate, vel colore, vel odore, uel contentis: quorum significatio nes sigillatim deinceps oratione prosequetur.

Quæ obseruanda antequam cõrta de urinis sententia feratur.

Cap.

IX.

EXCIPIENDA vrina est à somno prima & expleta concoctione cibi, eaq; vniuersa, quod pars nulla dilucide possit notas omnes exprimere. Matula alba sit & pellucida, qualis ferè vitrea est, oblõga ne diuulsam hypostasin exhibeat, & magna quæ totius vrinæ sit capax. Obturetur procul à sole, à frigore & à flatu, ne vel turbetur, vel crassescat: quicquid nullaque agitatione resideat, dum sensim refrigerit, nec tamen supra sex horas asseruetur, ne quam corruptionem subeat. Si forte vel frigoris vi uel sponte sua crassescat turbeturque, igne leni dissoluetur, nulla agitatione ne dissipetur hypostasis, quam ne ignis quidè extenuare aut colliquefacere solet. Quid autem causæ sit cur interdum tũ crassæ, tum tenues vrinæ ne vel ingenti frigore quidem, interdum vero temperato etiam loco turbentur, non nisi ad insitum vrinæ calorem referri potest, qui ut hypostasin, ita & cæteras partes locis disponit distinguitq; quæ constat aliàs languidum aliàs valentem esse. Vrinæ inspectio in loco sit nec obscuro, nec nimium lucido, nec solis radiis collustrato, splendorq; luminis in matulam desuper quam trãnsuersum potius incidat. Hæc autem in vrina veniunt confideranda, chymosis, perspicuitas & puritas, quantitas, color, odor, contenta: in quibus omnis est interiorum affectionum significatio, tam quæ secundum naturã, quam quæ præter naturam existunt. Illa vero aliàs ex adsumptis rebusque externis, aliàs è renum vesicæque ductibus, aliàs è venis aut è reliquo corpore proficiuntur atque manant: ita enim: tribus ex causis manifestæ qualitates imprimuntur in vrina. Potus immoderatio præsertim aquæ aut vini albi tenuis: copiosiore vrinam profundit: eamq; tenuem & crudam: & quæ quoniã præpropere perlabitur ac præterfluit, nec partium nec humorum affectiones, nec qualitates expressas exquisite refert. Non pauca etiam vel mediocri vsu vrina

vrina colore inficiant, ut crocus: cassia rheubarbarum: senna: rubia maior: quædam alieno illam odore perfundunt: ut allium: & terebinthi lachryana: Horum enim qualitates quum sint præter naturam, pariter cum excrementis, præsertim vero cum vrinis amandantur ac defluunt. Peruertunt igitur propria vrinæ indicationem: ut neq; morbus neq; interior vlla constitutio præsentibus his certa prodatur. Sic vrina morborum nuncia externarum rerum nulla permissione inquinetur: omniq; earum qualitate vacet. Quinetiã si vel vlcus: vel abscessus in renibus: aut in vesica: aut in vtereris: aut in pene inest: vrina crassior euadet ac turbidior: eaq; vel puris permissione alba: vel cruoris perfusione rubra: quemadmodũ sæpe aut arenulis aut filamentis varie conspersa. Et hæc renum vesicæq; vitia vrinas plerumq; efficaciter immutant. Quæ vero nec rerum externarum qualitate: nec renum vesicæq; labe inquinata fuerit: ea certius venarum reliquiisq; corporis demonstrat affectus. Cauendum igitur ne aut res externæ: aut renes te fallant. Quod ne fiat: qualitatum quæ cernuntur in urinis causas in tres vbiq; partiemur differentias, in externas: in eas quæ ductuũ, & in eas quæ totius sunt corporis. Hæc enim obseruatione atq; distinctione: cetera veraq; vrinarum significatio haberi potest.

Quæ vrina sit optima, utque sexu, temperamento & ætate mutetur.

Cap.

X.

OMNIUM autem prima inspectanda & cognoscenda est vrina optima, quæ cæterarum quasi lex sit & regula. Talis substantia mediocri est, nec aquæ modo tenuis, nec ut iumentorum crassa: clara non turbida: colore subauréo atque flauo, quem hic extremorum medium collocamus. Quantitate media & hesternis superiorumq; dierum potui respondens, aut aliquantulum parciore, quæ potus non nihil in corpus absumatur. Hypostasis in hac subsidet alba, læuis & æqualis, in acutum fastigata, ea ratione quæ posthac exprimetur. Neq; crassum quicquam subest, neque bulla, neque filamentum, neque eorum quicquam quæ inter mala referentur. Hæc non modo inculpatam omnem naturæ concoctionem, sed & integrã corporis valetudinem indicat, uiriq; summam temperiem eiusq; ætatem floridam: non enim alij cuiquam vrina talis obtigerit. Nam mulieris etiam si temperatissima sit & ætate florens, vrina non parũ ab hac deficit. Substantia quippe non (ut quibusdã placuit) tenuis, sed aperte crassiuscula est, neq; ut uiri pura & pellucida, sed aliquantum turbida & multis innatanãibus impura. Huic enim plura quàm uiro superuacanea in uteri vesicæq; sedes confluunt, quæ urinis plerumque permiscuntur. Color ex albo liuescens non modo cruditatis, sed sexus præcipue index. Horum proportionem hypostasis copiosior quàm uiris, crassior & albior. Qui sæpe & sedulo maris ac feminae urinas inter se contulerit, eas tandem internoscet oculorum consuetudine. Infantium & puerorũ vrina albior quidem, sed crassior & copiosiore sedimento quàm ætate florentium. Calor. n. tametsi in illis plurimus inest, quoniam tamè humoris copia obtunditur, quas dixi urinas producit. Senum alba, tenuis, hypostasi pauca, cruditatis & imbecillæ concoctionis nuncia, quæ in illis paucus & imbecillus sit calor. Horum exẽplo minime arduum sit conijcere qualis esse debeat uniuscuiusq; temperamenti, & quantum ab optima quæq; distet. Itaq; cuiuspiam vrina proposita, ex sexu & temperamento tũ insito, tũ aduẽtito, & ex ætate conijciendũ & æstimandũ qualisnã esse debeat ea naturalis: ut si quæ offeratur alia, recordatione illius planũ sit & in proptu, eane præter naturã sit, quã tũq; a naturali absit. Antequam

Antequam vero de morbo ex vrina iudicetur, æstimandum quod quis vitæ genus paulo ante sit sequutus. Nam exercitatio vehemens, vigiliæ, animi exardescencia, inedia, calidiorum ciborum etus, vt insitum calorem, ita & vrinam inflammant easq; bilis permissione coloratioris reddunt cum paucis cõtentis: quemadmodum & aer vel à regione, vel ab ætate, vel ab alia quacunq; causa exæstians. Contra vero otium, somnus multus ac profundus, inertia, crapula, frigidorum ciborum ætus, albas, crassas vrinam, cõtentaq; multa atq; cruda proferunt: quemadmodum & aer uel a regione, vel ex hyeme, vel quauis ex causa frigidior. Sine horum animaduersione parum firma futura sunt de vrinis iudicia, nec quæ sanorum ab ijs quæ ægrotantium sunt facile queant inter-
nosci.

Vrina copia & paucitas quid indicet.

Cap. XI.

VRINA si mediocri sit copia, moderatam feri abundantiam arguit, proindeque naturam tum recte valere, tum omnia conuenienter administrare. Multa vero atque copiosa interdum ex immoderato potu vini tenuis vel aquæ, aut ex diureticis medicamentis, aut vi frigoris, aliave externarum rerum importunitate obtingit. Interdum vitio renum, qui vi maxima ex omni corpore ferri proliciunt assiduoque profundunt: appellatur ea affectio diabetes à celeri vrinæ transitu, in qua admodum multa exuperat, eaq; ferè alba, tenuis & sine hypostasi. Interdum ex interiore affectu prodit, vt quum ingens aquarum copia quodam loco iamdiu coercita erumpit, alias quidem ab hydrope, alias à multa cruditate aquosa quæ circum viscera fluctuabat. Illinc siquidem quodã impetu aut naturæ vi contendit in renes, perinde atque in spontanea ventris perturbatione. Tota huic origo ex vitio est, quoniam nihil potest è corpore manare: cuius materia non aliquando fuerit immissa. Ea vacuatio tamen vires aliquantum debilitat, ventriculum tamen & abdomen quasi pondere leuat, neque corpus reliquum extenuat. Quinetiam corporis humorumq; moles nonnùmquam liquefcit dilapsaq; diffunditur in vrinam: quomodo obseruauimus bibulum quendam opimo corporis habitu, diebus circiter octo ex ingenti corporis mole in magnam gracilitatem citra vllam vim morbi collapsum. Id etiam caloris aut colliquantis febris vi fieri proditum est: tumq; vrina multa, non tamè tenuis & alba cernitur, sed flamea, vinea, aut paslea: cui etiam pingue & oleosum quiddam innatat. Atq; hoc hecticæ febris est initium. Vrina pauca quæ neq; potus penuriam, neq; sicciorem victum, neq; austerum crassumve potum, neq; nimios sudores aut copiosam alui defectionem, neq; multos labores consequatur, morbum ostendit, eumq; fere in vrinæ ductibus. Obstructio aut tumor præter naturam renum, hanc plerunq; efficit: tumq; his sensus quidam grauitatis inest, aliaq; significatio ex contentis cõspicua. Si obstructio ex calculo aliaue causa vtrinq; circa vreteras est, dolor uehementer affligit, isq; fixus ut in nephritide. Si vesicæ ceruix quouis modo impedita est, siue tuberculo, siue pituita crassa, siue calculo, difficilis est emictio, aut etiam vrina supprimitur, cù pubis & perinæi dolore, multaq; subsident aut uolitant in urina. Quæ citra hæc pauca redditur, à crasso & uiscido fit humore, qui difficile scernitur ac permeat, eaq; tum crassa existit. Febris uehementia nonnùmquam urinam cohibet, tumq; calor & alia febris signa comitantur. Sanis etiam parcius fit vrina, quum potus in corporis nutrimentum facescit, quod extenuatis & ex morbo nonnã ascendibus frequens esse solet.

Odor

Odor vrine quid denunciet.

Cap. XII.

VRINAE odorem obseruare fœdum est ac planè sordidum, mediciq; dedecet dignitatem. At plerunq; velimus nolimus teter uapor odoratum ferit; maxime quum vrina adhuc calet aut admota igni est concalfacta. Odoris suauitatem vix sperare licet ab vrinis, nisi vel terebinthinâ, vel moschi, vel silphii, vel odoratoris medicamenti vi asetur. At moderatio sæpe è sania ac bene constitutis corporibus est. Fœtor interdum assumptorum, vt putris casei, vt aliorum qualitate contrahitur: interdum è renum aut pudendi vlcere, ac tum vrina alba crassaque est cum hypostasi purulenta, si è vesicæ calculo existit, crassior mucus supsidet in vrina, eaque cum dolore redditur. Fœtida vero vrina ex superioribus locis profluens, siue rubra turbidaque sit, siue vt interdum contingit tenuis ac perspicua, alias cum febre, alias sine febre, putredinis semper est index: eaque putredo aut in humoribus, aut in partium substantia consistit. Si recens est fœtor & repente natus in vrina crassa ac turbida, humor: siu vetus ac diuturnus in vrina tenui ac perspicua, partis cuiusdam substantia putrescit. A crisi quæ fatida meitur, die apparet decretorio copiosaq; fluit, ac mox succedit ægro leuamen.

Quid significant singuli vrinæ colores.

Cap. XIII.

VRINARVM hi maxime colores obseruandi, albus, spicicus, citrinus qui omnium vere medius est, aureus, croceus, ruber, passuus, viridis, ceruleus, liuidus, & niger. Horum duæ sunt effctrices causæ, viscerum corporisque calor, & alieni humoris permixtio. Etenim labor, inedia, æstus, febris & quacunq; causæ corpus concalfaciunt, vrinam pariter colorant, eoq; magis quò uehementiores fuerint & vrina quæ diutius in corpore subsistit, & quæ longe a partu meitur, prioribus colorator existit. Quinetiam bilis irruens in venas se, o permiscetur, idque (vt in iætero) flauo citrinove colore inficit, quod & de alio quouis humore statuendum. Differt autem color ex simplici in tẽperie profectus, ab eo quem humoris permixtio tulit: ille siquidem vix vnquam rubrum superat, consistitq; in vrinæ substantia tenui aut mediocri, hic vero ad omne genus pertinet & extenditur, redditque urinam aut turbidam aut crassam. Itaque citrinæ vrinæ colorè tẽperatus moderatusque calor efficit in homine tẽperato & ætate florida. Citra mediũ quicunq; subsistit, imminuti caloris & cruditatis est nuncius. Vrina alba si simul tenuis & perspicua vereque aquea est nisi ex tenui & copioso potu genita sit, aut summam renum iccorisque obstructionem, aut summam coctionis imbecillitatem denunciat, ab extrema iccoris & ventriculi intemperie frigida profectam. Sæpe etiam per febres ardentes quum bilis in cerebrum rapitur, talis apparet & delirium prænunciat. Alba & crassa si pariter perspicua est ut cornu (glauca & charopa appellatur) pituitæ mucosæ dominium ostendit si obscura (lactea hæc est) crassæ viscosæque pituitæ exuperantiam. Hæc si diutius apparent, frigidus diuturnosque morbos portendunt. Ab his est spicica, quæ minorem cruditatem ostendit, & calorem temperato finitimum. Citrinæ omnium mediam sedem sortitur. Supra hæc sunt aurea, crocea & rubra: quæ omnes calorem præter modum increuisse significant: atque si puræ hæc sunt ac perspicuæ, puram simplicemque intemperiem sin crassæ ac turbidæ humorum vitia permissionesq; referunt. Rubra si perspicua fuerit, ardens flama eaque dicitur, iccoris exuperantem calorem, sæpe etiam ardentem febrem denunciat.

Na sin

sin crassa obscuraque est, siue cum febre, siue citra hanc conuolat, flauæ, aut uitellinæ, aut rubræ bilis permissionem. Huiusmodi ferè apparet inclinanti-
 bus febrium accessionibus: at maxime quum iecoris substantia vitata est a
 phlegmone aut ab exquisito scirrho, ut in hydrope: aut quum vel illius, vel fol-
 liculi felis ingens est obstructio, ob quam bilis in venas & in urinas confluit,
 hasque catenus inficit, ut si linteum immergas citrinum colorem planè refe-
 rat, perinde atque epoto rheobarbaro: hæc aut præsentem icterum, aut mox fu-
 turum portendit. Ea igitur ratione ardens flammaque vrina ab ea quæ ex bi-
 lis permissione aut crocea aut coloratior euadit, discernitur. Cruenta vrina si-
 ue duntaxat recentis carnis loturam ac veluti saniem, siue puriorem sanguinè
 repræsentet, quum planè refrixerit, quasi grumum concreti sanguinis deponit.
 Ea fit renibus attritis atque referatis eorū venis, è quibus sanguis mox emanat
 idque ferè calculi pondere. In errore versantur qui hanc etiam iecoris imbecil-
 litati tribuunt: vix enim intelligi possit sanguinè alicunde cū urina præterlabi
 citra renū affectionem. Itaque si nec lumbis nec renibus casu icterus contufis
 cruenta vrina redditur, ea ex calculo renes obtente, præsertim quum vehemē-
 tior subitur exercitatio, proficiscitur. Hanc sepe turbida & nigricans præcedit
 quæ impendentes nephritim præmonstrat. Rubræ vrinæ succedunt vinea &
 passica vix nigrae persimiles, quæ vel sanguinem vel bilem præassari & in atram
 deuergere indicant. Viridis, prassinæ bilis aut æruginosæ copiam & permistio-
 nem: uenera uero seu cerulea, deinde etiam liuida seu plumbea, nisi è plagis &
 uerberibus sint, aut melancholiæ dominium atque permissionem, aut natiui ca-
 loris extinctionem. Omnium extrema est nigra, quæ si ex rubra & uiridi proces-
 sit, summum incendiū & bilis atræ perfusionem: sin uero ex cerulea & liuida, extre-
 mam caloris extinctionem demonstrat. Est tamen & quum urinæ eiusmodi cri-
 si quadam profunduntur, cum in acutis, tum in diuturnis morbis & melancholi-
 cis. Id uero decretorio die fit, facili tolerantia, & in laborantis salutem.

Quid urinae substantia in morbis ostendat. Cap. XIII

VRINAE chymosis & substantia in liquore spectatur, cuius differentiæ sunt
 tenuis, crassa, mediocris. Tenuis sub iis duntaxat coloribus inueniri potest qui
 ad rubrum procedunt, sub albo, spiceo: auro, croceo, ad rubrum usque nquam
 enim cerulea, liuida aut nigra tenuis apparuit. Crassa nulli non colori permi-
 scetur: nam ut in nigra ita etiam in alba crassities interdum inest. Itaque tenuis
 que neque immoderato potu: neque alia externarum causarum importunita-
 te facta sit, renum & ureterum obstructionem sequitur, quæ cum liquore nihil
 crassi præterlabi sinit, qualem ferè in nephritici doloris uehementia notant,
 quum ureteris caput calculo obseratur. Sequitur & nonnunquam imminutam
 concoctionem natiuique caloris penuriã, ex intemperie sola citra humorum uitium:
 tam ex ignis interdū calor est, ut aquam aliumve potum talem elabi sinat, qua-
 lis acceptus fuerat, atque hæc cruditas extrema est. Natiuum nosser calor alimen-
 tum humoresve concoquens, primum quidem & maxime substantiæ mediocri-
 tatem molitur, cui dein pro partium natura calorem addit: proinde ex substan-
 tia magis quam ex colore concoctio spectatur. Qua ratione dixit Hippocrates
 quoad urina ruffa tenuisq; fuerit, crudum morbum significat. Mediocris urinae
 substantia uegetum calorem, exquisitam concoctionem uentriculi iecoris atque
 uenarum ostendit, hæc ratione in tribus illa mediis coloribus consistit, in sub-
 auro, auro & croceo. Crassa urina nisi ex laxioribus patentioribusque uis
 urinae

urinae profluat, oppressi caloris atque cruditatis soboles est: non quod calor insitus in
 temperie, sed crudorum humorum exuperantia prematur. Vtraque tum crassa, tum
 tenuis concoctione tandem substantiæ mediocritatem adipiscitur. Ad crassam
 urinam pertinent pinguis & oleacea, non ea quidem cui pinguedo telis araneo-
 rum similis innat, sed ea cuius substantia lentore & crassitie oleum adipëve
 liquefactum repræsentat, & quæ commota granis lentaque, ut oleum, apparet.
 Hæc uel pththisi, uel hæctica febre, uel hydrope corpus liquefcere demonstrat.

Vrina perspicua & turbulenta quid signet. Cap. XV.

10 PERSPICUA atque clara vrina est quam visus acies facile penetrat. Tur-
 bulenta & obscura, per cuius medium non uidemus. Quantum autem turbulen-
 ta distet à crassa, & tenuis à perspicua, hinc discitur quod & oui candidum &
 oleum, & vitrum liquefactum, & vinum subnigrum, & quibusdam uere crassum sit: non tamen
 turbidum, sed planè perspicuum. Quod etiam vinum album & tenue plerumque
 turbulentiū sit: quemadmodum & aqua è vino stillatitia: tenuissima quum sit.
 interdum tamen obscura turbulentaque cernitur. Quo fit autè res dilucidior &
 fructuosior, turbulenta vrinas in tres ordines differentiasque fecerimus. Vna
 turbata est, quæ externi frigoris vi talis euasit. Hæc omnium densissima & ob-
 20 curissima, matulã lentore quodam albo summa præsertim corona inficit, quæ
 calore prompte declaratur pristinumque splendorem recuperat. Quod autem
 vrina vna quædam aliter facilius diffiluisse, quædam uix vnquam turbetur, id
 ad illarum conditionem referendum est, sed externum quoque frigus non par-
 uam vim ad perturbationem obtinere argumento est, quod loco calido nulla
 conturbetur, sed qualis emicta est talis seruetur. Altera uere turbida est, cuius
 substantia atque liquor uel ex sese uel ab interiore quadam permissione crasse-
 fcit: eiusmodi à purulentis renibus profluit. Hæc calore dissolui non potest,
 multaque habet iunatantia corpuscula, quæ quiete subsident cum hypostasi cras-
 sa, & plerumque reliqua mox vrina expurgatur atque in clarescit. Vno ea com-
 30 paratur quod fecis permissione turbidum est. Tertia iam cepit recepto noie co-
 fusa appellari: in qua nihil innatare manifesto deprehenditur, sed est t. ta sui
 similis, nec tamen hypovasin, nec aliud quicquam (etiam si diutius quiesca) de-
 ponens quo magis inclarescat: igne omni que calore manet indissolubilis. Vi-
 no cõfertur quod ueultat & coalescens, aut tonante fulguranteque celo mutatu
 & vappa factum, omni splendore nitoreque destituitur. Perspicua vrina integra
 perfectamque concoctionem, humorum bonitatem & natiui caloris summã vber-
 tatem ostendit, cuius vis etiam in vrina permanens hypostasin tãdem seccrnit
 & distinguit. Quæ frigoris vi mutatur posteaque calore restituitur sibi, admodu
 leuis est significationis, nisi forte quod per acutos morbos quum primum appa-
 40 ruerit, creditur concoctionis rudimentum habere, quia scilicet morbi initio te-
 nis non facile cogitur: postea crassamentum nacta facilius turbatur. Vere tur-
 bida plerumque ex renū aut vesicæ affectu manat: in quibus uel humoris est cop-
 pia, quem vrina secum rapit, uel vlcus simplex è quo cruor, uel sordidum è quo
 sanies, pus aut mucus profluit: horum quippe colluione vrina crassa, turbida-
 que redditur. Quocirca grauioribus nephriticis doloribus quicunque sunt
 opportuni, his vrinae uix vnquam clarae meuntur. Turbida quæ citra hos af-
 fectus fuerit, crassarum humorum copiam in venis horumque effusionem re-
 nunciat, quos difficile coquit calor insitus. Hinc & morbi diuturni contu-
 macesque & capitis dolores sunt, de quibus Hippocratis est sententia.

Quibus vrina turbida qualis iumētōrum est, iis capitis dolor vel deſt vel adērit . Perſeuerans autē diutius, aut veternum, aut lethargum minatur . Sape etiam vrina repente turbida euadit, quum ſolutis obſtructionibus apertisq̄ue viis craſſior materia diu cohibita excidit ē liene, iecore, renibus aut ē venis maioribus : quod ſere ſanis poſt exercitationes, agrotantibus poſt morbos obvenit : maxime vero increſci diuturnarum februm, quales quartanæ ſunt, & in lienis iecorisq̄ morbis, & in abſceſſuum eruptione . Omnis autē huiusmodi cōmode emanare ſolet cum alienatione corporum . Quinctiam vrina rubicunda citrinave & ſine ſedimento, qualis per februm tum continentium, tum intermittentium initia redditur, & quæ ſimpliciter cruda nuncupari ſolet, turbida quoque, nondum autē confuſa cenſetur : hinc quippe facta eſt, quōd humor crudus & ſuperuacaneus aut ē venis, aut ē liene, aut ē iecore, perinde atque in ictero proſiliens, in ſanguinis ſerum ſe inferat . Confuſa porro, vrina nunquam renum, aut duntaxat viſcerum at venarum ſemper affectibus ſuccedit . Ea non crudor tum humorum exuperantiam, ſed propriē ſanguinis & humorum qui in uenis ſunt maioribus confuſionem, corruptionem & putredinem portendit, eāque ſere malignam, quandoquidem putredo omnia permifcet, confundit atque perturbat . Quocirca in ſolis continuis febris iisq̄ periculofis & malignis ea deprehenditur . Ex his autē intelligi velim vrinam, quæ, vel nullo renum vitio ſit inquinata, non ſemper ſanguinis & ſuccorum eius conditionem ostendere . Ea quippe nonnunquam citrina craſſa & turbida meitur, & cui nihilominus tum detraxit ſanguis exquiſite purus & rubicundus exiſtit . Id perſepe & in quartana, & in tertiana intermittente, atque etiam in ictero cernitur, quum bilis ſuperuacanea aut ē iecore aut ex eius folliculo, ex aliſſe ſedibus prorumpit in venas, neque ipſi ſanguini, ſed eius duntaxat ſero permifcetur . Atq̄ hic turpiter errant qui ab vrina, craſſa & rubra protinus mittendum ſanguinem eſe pronunciant . Eſt & nonnunquam vrina & calore, & ſubſtantia, & ſedimento ſecundum naturam, quum tamen detractus ſanguis, tum colore, tum ſubſtantia vitioſus apparet . Id ſere contingit in ſtatu & ante criſim continuarum februm, quum perfectā eſt vrinarum concoctio, necdum tamen natura vllam eſt noxiæ & peccantis humoris vacuationem molita . Hæc ſunt quæ prima vrinarum in ſpectatione ex quantitate, ex odore, maxime vero ex colore, ſubſtantia & perſpicuitate animaduerti percipi q̄; poſſunt, etiam ſi nodum quicquam in vrina ſubfederit : ſed quæ, ut manu, ſummo ſunt prudentiq̄; iudicia diſcernenda . Nunc de contentis tranſigendum .

De his quæ vrina permifcentur . Cap. XVI.

EORVM quæ vrina permifcentur, alia per ſummam urinam innatant, alia volitant per mediam, alia infima ſubſident . In ſummis prima eſt corona quæ ſupremam faciem ambitu cingit . Hæc in vrina quæ æquabilis & ubique ſi-
mili ſit, dignoſci uix poteſt, facile uero in ea cui partium diſſimilitudo quædā
ineſt, aut humorum exagitatione . Etenim pars vrinae ſumma tenuiſſima quum
ſit, mutationi magis eſt opportuna, ac ſepe multa uel colore, uel ſubſtantia ſubii
cit oculis, quæ nondum in reliquo vrinae humore cerni poſſunt . Corona ſere
docet qualis in uafis maioribus ſanguis habetur : nam tenuis & alba dilutum
ſanguinem & ſero tenui peruſum oſtendit craſſa & alba pituitoſum : citrina
naturalem : crocea bile multa eaq̄; flaua conſperſum : rubra & ardens feruidū
& accenſum : uiridis bile praſina uel æruginoſa : cerulea & liuida uel natura-
li melan-

li melancholia, uel atra bilis inquinatum : aut hunc certe in eorum humorum naturā corruptione mox abiturum . Quocirca harum poſtremæ uel melancholicum morbum, uel epilepſiam designant . Spuma multa citra vrinae agitationē innatans, ſtetus plurimos in corpore vagari, uentriculum & inteſtina diſtendi, colicum dolorem imminere, idq̄; uel fructum uel leguminū immoderato eſu, uel inſiti caloris imbecillitate . Ea ſi magnis bullis diu perſeueret, craſſos & viſcoſos humores ex huiusq̄ obſtructiones indicat: at ſi leui cauſa hæc bullæ ru-
puntur atq̄; diſſoluuntur, renum ſtatū tenuesq̄; humores . Si bullæ paruæ & exiguæ per vrinae coronā diſpoſite ſunt capitis dolor adēſt, cephalalgia quidem ſi
coronā oēm, hemicrania uero ſi illius ſolū medietatē occupent : acriorq̄; dolor
erit ſi aureæ ſint & citrinæ, mitior ſi albæ & pallidæ, diuturnus uero ſi diu permaneat . Quæ porro media vrinae facie conſiſtunt, pacati doloris ſunt indices .
Quum .n. ſummam vrinae partem teneant, ipſum quoq̄; caput in homine ſummum dolore obſideri teſtantur, idq̄; uel à ſtatu, uel ab humore, cuius ſpecie bullarū color exprimit . Bullæ granis exiguis ſimiles in corona ſitæ, ſi dū verſat & agitatur vrina deorſum verſus depulſæ, mox in coronā reſiliunt, deſtillatio eſt capite uel in pulmones, uel in uentriculum, uel in ſcapulas, uel in alias ſubicctas ſedes procumbit, cuius uis & natura ex colore urinae, coronæ, atq̄; bullarū intel-
ligitur . Pinguedo per ſummam innatans telis araneorum ſimilis, hominē, inquit
Hippocrates, tabe conſumi ſignificat . Niſi enim renum colliquatio & fuſio quæ
dam in cauſa ſit, corpus uniuerſum uel febre ardente, uel pthiſi, uel heſtica febre liqueſcit . Diuiſa quaſi olei puncta innatantia alterutrum ſimiliter, ſed in
efficacior denunciant . Nonnunquā tamen animaduerti ex epoto oleo hæc cū
urina fluxiſſe . Quo autem facilius illa diſſipantur, eo morbum leuiorem, contumaciorē uero quo diutius perſiſtunt . Volitant porro & interdum ſubſident
corpufcula quædā uel farinæ craſſiori, uel ſquamulis, uel furſuri ſimilia . Quibus
urina craſſa quædā furſuri ſimilia exeūt, iis ueſica ſcabie affecta eſt . At ſi hæc
in vrina tenui apparent, flammæ & colliquantē febris ardorē denunciant, ob quæ
& uenarū ſanguis retorretur, & earū ſubſtantia incendio peruſta ſolidum quid
dā quaſi intertrimentum, deperdit abiicitq̄; , quod cū urinis emittitur . Si quis
ſquamulas minxerit & grauis odor adſit, ueſica exulcerata eſt . At ſi citra ueſicæ
exulcerationē exeunt, febris ardens uaforū ſummas partes & tunicas collique-
facit, & ueluti in lamellas diſſoluit, unde & ſolidarū partium cōſumptio ineſt, ſed
tāto minor quantum ſquamulæ furſuribus tenuiores exiſtunt . Quæ farinæ craſ-
ſiori ſimilia uolitant aut ſubſident, eandem ſed leuiorem ſignificationē obtinēt .
Quum enim febris ardore uel exaſſatus & torrefactus ſanguis craſſus, uel in
carne quicquid tenerum & adipale ineſt liquatum fuerit, & caro denique ipſa
durior, non ſecus atque ea quæ in ſartagine perorrorrentur, exaruerit, tum quæ
urinis redduntur, craſſiorem farinam referunt : quæ Hippocrati longam uale-
tudinem ſignificant . Prægnantium integre ualentium urinis quædam innatant
tenui farinæ amylo ſimilia, quæ inquiete ſedimentum uel enæorema deponunt
craſſiuſcum inſtar carptæ tenuiter lanæ : reliqua vrina ſubturbida exiſtit,
aliquantum uireſcens, aut liueſcens . Carunculae exiguæ in vrina craſſa
exulceratis renibus apparent . Filamenta albis capillis ſimilia à renibus reddi
author eſt Hippocrates : at ipſi animaduertimus ea ſæpius ex iis uafis ſpermaticeis
deriuari quæ paraſtate dicuntur, in quibus teretem figuram fortiuntur
ex feminis materia, quæ uī morbi ſenſim deſluens calore craſſeſcit . Apparent
autem in iis plurima, quæ ſæda exulcerataq̄; gonorrhœa correpti non ita pridē
fuerunt, & iis mulieribus quibus albicantes menſes profluunt, aut uterus, ſæda
proluue

proluuie turget. Nonnunquam & vrina quæ prima fit à concubitu tale quidam refert, aut aliquantum filamento crassius. Iam vero sanguis purus aut in grumum concretus, recens vlcus: pus vero, inueteratum ac fordidum ostendit: idque aut in rene, aut in vesicæ ceruice. Discernitur autem quod à ceruice ingenti partis dolore manet, à renæ nullo ferè sensu doloris quodque à pene aut à vesicæ ceruice omnia vel seorsum sine vrina, vel emissionis initio profluunt: è renibus vero vel cum vrina diligenter permista, vel sub emissionis finem, sed quæ mox in quiete subsideant. Arenulæ cum vrina postremæ prodire solent: harum rubræ & fluxæ à renibus, albæ à vesicâ proficisci creduntur: veruntamen quum fordidum in rene vlcus inest, ex eo quoque albi calculi quasi cœceto pure obducti excidunt. Crassior pituita instar mucinarium matulæ fundo inhære scens cum dolore emicta, vesicæ calculum aut ceruicis fordidum vlcus denunciat. Talem enim affecta vesicâ, quia frigida atque membranosa, cumulat, quæ & calculi moles fouet. At quæ nullo dolore fluit, è crudo renum aut circumpositarum partium vlcere vel abscessu illabatur. Turpiter hallucinantur quicquid anatomes & operum naturæ ignari pituitam hanc putant vel è cerebro, vel è crudiore uentriculo in vesicam permeare quomodo, enim per venas illa pura nec sanguine tincta nec perfusa defluit in renes, hosque sola præterlabitur? Tria cernuntur in urinis finitima, semen, pus atque pituita, quæ sic tamen inter noscuntur. Semen quia tenue ac leue, urinae semper innatat, pus & pituita subsident: hæc tamen crassa atque tenax sibi cohæret, pus vero agitatam mox dissoluitur ac diffluit. Quoniam autem eorum quæ permiscetur urinis pars maxima ex urinae uis defluit, nec cui forte de reliquis partibus iudicatur imponant, omnem causam effectuumque seriem à prima referam origine. Rubræ arenulæ defluunt à renibus, quæ si copiosæ sunt & crassiusculæ, calculum minantur. Earum adhæsu calculus uel milij uel hordei magnitudine concreuit, qui quum è renum substantia in capacitatem excutitur, urinas crassas, turbidas, rubras aut subnigras reddit, impendentis nephritici doloris indices. Calculus in caput ureteris insertus dolore excruciat: ac tum urinae tenues & albæ, quales in omni ferè renum infarctu, cernuntur. Grandescens porrò calculus sic plerumque in rene coercetur, ut exturbari minime queat: ac tum in labore & exercitatione ualida renem proterens urinam profundit, non modo crassam & turbidam, sed & uere cruentam. in qua sæpe concreti sanguinis thrombus subsidet. Simile quiddam interdum fieri uidemus uel à casu, uel ab ictu, rarius à labore uiolento. Quum iam factum ulcus est urina inquiete alba & crassiuscula, in labore coloratorum spectatur cum sedimento crassiusculo. Deinde urina crassa, alba foetida uereque purulenta insequitur, lacti non admodum dissimilis, in qua pus subsidet, ubi scilicet iam ulcus cauum ac fordidum euasit. In quo urinae aliquando tales uisæ sunt, nunquam in alijs morbis possunt certam significationem præbere: quandoquidem perpetuo renales, ut ita loquar, apparent. Vbi uero renis ulcus supra modum sordescit & in fistulam abit, in urina alba, crassa, turbida atque foetida sæpe crassamentum quoddam subsidet uiscidum & coherens, narium muco aut ouii candido non dissimile. Tale etiam plerumque animaduertitur, quum in uesicâ calculus inest: ea quippe materia licet ferè profluat è renibus, circû tamen calculum concreuit uesicæ uitio & imbecillitate, eo argumento quoddam talis etiamnum plerumque manet ac persistit exempto calculo. Quinetiam sordida ceruicis atque penis ulcera euinodi sæpe urinas emittunt, maxime quum ex foeda ueneris lue gonorrhœa illa uirulenta parastatis infederit. His quidem incipientibus in urinis filamenta quædam uisuntur, primum tenuia,

tenuia, deinde crassiora: ab his urina tota crassescit, postremo sedimentum quale dixi mucosum inest: atque licet ulcus arte sanescat, diu tamen filamenta ex derelicta loci & spermaticorum uasorum imbecillitate permanent.

De hypostasi & urinae contentis. Cap. XVII.

AMPLA sanè & controuersia plena est de hypostasi disputatio, quam non tam contentiois quam ueritatis cognoscendæ studio his complecti consilium est. Vrina è potulentorum liquidorumque fit materia, quæ omnia permeans dum concoctione quæ in uentriculo, in iecore, atque uenis fit, cibo, sanguini, humoribusque permiscetur, tum coloris, tum substantiæ suæ modum adipiscitur, perinde atque leguminumque carniū uel insculæ. Non enim simplex illa existit, qualis olim potus fuerat, sed aliena perfusione crassior. Quinetiam tatisper dum in nobis ea continebatur, insiti calor vim quandam conquisiuit, quam & Aristoteles recte annotauit in ipsis quoque animantium excrementis manere. Quicquid igitur in emissa vrina crassioris inest substantiæ, licet non protinus aspectabile sit, mox tamen secernitur atque coit, ac plerumque subsidet perinde atque fex in aqua rosarum stillacitæ, idque insiti huius caloris beneficio, cuius est uis heterogenia secernere. Hæcque crassior urinae portio insiti caloris uis secreta, hypostasis est. Non igitur hæc (ut Aëuaris uisum est) eius duntaxat concoctionis quæ in extremis uenis pericitur, aut etiam solidarum partium excrementum est. Neque (ut alijs plerisque placet) portio cibi crudior quæ interdum è uentriculo in uenas cum sero prouehitur; sed ubique cum urina ortum perfectionemque nacta est. Quocirca non solum aut uentriculi aut solidarum partium, sed præcipue maiorum uenarum hypostasis est index. Ut autem huius atque urinae uis est ortus; ita & earum substantiæ mire consentiunt. Multa quippe tenuissima ac prorsus aquea vrina hypostasin nullam exhibet, simpliciter uero tenuis tenuem, ut in iis quibus cruditas est & infirma cibi concoctio: mediocris mediocrem, crassaque crassam, ut in pueris & helluonibus qui multa uorant eaq; probe conficiunt. Quæ uero externæ cuiuspiam rei uel à renibus uel à vesicâ profluentis permissione crassescit & perturbatur, crassamentum deponit, quod non proprie hypostasis, sed fex est urinae. Sic igitur hypostasi materiam confert urinae chymosis. Illam autem secernit insitis calor, qui si in urina uegetus est ac validus, materiam in urinae humoris sparsam ac tum minime conspicuam, cito quidem segregat & colligit, ac dein prorsus deorsum deponit: & demum ita cogit ut æqualis euadat, id est sui ubique similis, atque etiam læuis nihil asperum nihil diuulsum abens. Infirmior urinae calor crassamentum hoc tardius secernit, neque deorsum impellit, sed in medio sinit propendere, quod enæorema dixerunt, idque ferè aut diuulsum aut inæquale. Languidus calor tardissime secernit, neque potens cogere: id aut diuulsum relinquit aut per summa innatans nubis specie. Itaque triplex ex situ fit contentorum genus in imo subsidet hypostasis: id est sedimentum: in medio propendit enæorema: id est suspensum: summa facie nubes innatat. Calor demum extreme languidus: ut in exitiali putrida febre: aut nimia indomitum humorum copia oppressus: ut in ictero: sæpe & in tertiana febre: quum è iecore bilis abundantior irrupit in uenas seroque permiscetur: nihil prorsus segregat: & urinam permiscam ac uere confusam exhibet. Hæc uero in solis obseruatur ægrotantibus, de quibus iam dicendum. Qui de febricitantium hypostasi ex ueterum decreto disseruerunt subtilius, illa ita uent puri proportione

proportione quadam respondere, esseque portionem eius humoris qui in febre computruerat, sed iam coctam, secretam, & naturæ vi depulsum cum vrina. At certe hoc in primis perniciosum est medicinæ contentum. Non enim ardens febris materia quæ torrida bilis est, aut in pus aut in quippiam simile pari concoctione verti potest neque eadem est huius atque phlegmones ratio. Neque febris materia in statu iam cocta dum tandem perfecta crisi ab alio deiciitur, vnquam purulenta apparet aut alba, sed planè flaua atque biliosa. Qui fiet igitur hypostasis quæ in statu febris ardentis alba conspicitur, portio sit eius flauæ materiæ quæ computruerat: & quæ nunquam abesse? Adhæc si in statu portio noxiæ materiæ excidit, in principio vero & incremento nihil, vrina 10 in statu quàm in principio vel incremento crassior exisset: quod quotidianis observationibus falsumprehenditur. Ut enim principio acutarum febrium cruda & confusa, ita & crassa cernitur vrina. Quocirca aliter de febris citantiū hypostasi statuendum: hanc non portionem coctam eius esse humoris qui putruerat, sed similem atque in sanis materiam obtinere: & quum primum in acutis febribus apparet, indicare caloris & naturæ dominium atque victoriā, quæ putridos humores non ita pridem turgentes & ferociētes tum repressit ac edomuit, & quæ iam ad pristinas muneris functiones redit. Etenim materiæ febris cōcoctio quam appellant, nec suppuratio est, nec proprie maturatio, sed solius putredinis repressio atque cohibitio. Ita enim in statu tota febris materia ad- 20 huc in venis conclusa est, nec eius quicquam crisi vacuatum, & nihilominus quia sedata est & in naturæ dominio atque potestate, vrina purior exiit cum hypostasi, quæ eiusmodi sedationem ac victoriā certo demonstrat. Tum igitur represso furore noxiæ humoris minus cum vrina desinit, eaq; tenuior & minus turbida est quàm initio, quum vi putredinis magna inerat humorum perturbatio atque confusio, quorum & magna vis in vrinam quoque ferebatur. Tum etiam superior dominatrixque natura crassiorem ex vrina materiam in enæorema vel hypostasin secernit. In hæc igitur contrahenda erat disputatio longe difficilima, quam accuratius exequar in opere prognostico, vbi ex professo de morborum concoctione disseretur. Itaque quum calor noster inhius 30 perniciosos morbi humores prorsum euicerit atque concoxerit, bona sit hypostasis, nempe alba, læuis & æqualis, quæ est omnium perfectissima. Enæorema quod album, læue & æquale sit, minus bonum quam hypostasis est, & quodāmodo imbecillum calorem ostēdit, qui nondum plenè coctam materiam nequeat subigere & in fundum depellere. Nubes etiā bona, nempe alba, læuis & æqualis cruditatis imbecilliorisq; caloris est nūcia. Hypostasis nigra aut liuida omnium est deterrima, eamque perniciosa minatur quæ naturam omnino proster- nar. Enæorema nigrum aut liuidum minorem perniciam, rursumque minorem 40 nubes quæ similis obtigerit: sub ijs calor insitus nondum succumbit, sed vigor non nihil etiamnum retinet. Optimum igitur vnumquodque cōtentum quod quantitate & substantia est mediocri, album, læue & æquale. Quodcunque ab hoc de fecerit, vitiosum.

Multum sit quia aut consueti sudores, aut alui deiectio, aut alia naturalis quædam vacuatio supprimitur: atque hoc pariter crasium ac crudum apparet. Quod autem alimentum vbertate & facultatis robore multum euadit, simul tum substantia, tum colore mediocre existit. Paucum vero reddunt inedia, vigilia, exercitatio vehemens, & quæcunque euidentes causæ corporis substantiā absumunt dissipantq;. Et hæc quidem in sanis. In morbis vero quod substantia crassius apparet, vel à crudioris materiæ sit copia, quam natius calor euince- 50 re non

re non potest, tumq; alia cruditatis signa comitantur: vel à crisi diuturniorum morborum, estq; tum manifesta alleuatio morbi. Fit nonnunquam & à pure & à uiscida pituita, ut ex iis quæ supra nobis sunt dicta facile discernes. Quod enim tenue est, cruditatem in morbis portendit, aut coctionis initium: in sanis tenues humores nondum ad substantiæ mediocritatem deductos. Contentum læue quod nempe continuum est, nulla ex parte fissum rugosum aut diuulsum, sed sibi coherens, nihil habens asperitatis, à valido fit insito calore. Contrariū huic asperum ac diuulsum imbecillus calor haud prorsus cogere potuit. Sic & æquale cuius partes omnes & crassitie & colore sui ubique similes sunt: & contrarium inæquale, cuius partes dissimilitudine quadam distinguuntur, nec æqualiter coctæ aut coloratæ apparent. In coloribus autem spicuum, aureum rubrum ue. bilem in uenis exuperare, aut sanguinem uehementi incendio corripit significat quanquam Hippocrati rubrum læueq; in urina rubra residens securitatem portendit. Venetum, liuidum & nigrum uitales caloris extinctionem, aut corruptum sanguinem atrum ue humorem, aut illic genitum, aut alicunde irrepentem. Contenta si forte desunt in sanis, non semper malo sunt: sæpe. n. uel ex magna obstructione, uel ex potu multo ac tenui, qui ante distribuitur quàm ullam cum cibo permissionem aut concoctionem acceperit, tenuis sit urina, in qua aut nulla aut admodum pauca cernuntur contenta, quod iis materia 20 non suppetat. In egrotis autem qui humorum uitio laborant, quoniam peccans materia subest in uenis, contenta si quando desunt, semper malo sunt, naturamque denunciant corruptorum humorum copia impediri. Sed hic demonstratiua urinarum signa persequimur, prognostica quibus aut concoctio, aut salus, aut mors in morbis præuideri solet, alio relaturi.

Exercitatio iudicandi ex urinis.

Cap. XVIII.

QUI CQRVD in urinis præter naturam inest, nisi ex assumptorum qualitate sit, aut uiscera, aut uenas summaq; corporis, aut renes urinæq; uias affici cō- 30 monstrat. Eadem ex his uitia urinæ contrahunt, ac proinde antequam ex iis quicquam decernatur, perpendendum è quo præcipue loco illa dimanent. Quæ de renibus & urinæ uis defluunt, promptum sit ex his quæ de morbis eorū protuli internoscere, atque si horum nihil comparet, omnis urinæ significatio aut ad uenas maiores ad reliquumq; corpus certo refertur. In his autem discernendis maiore animo contemplari & memoria repetere oportet, quod anni tempus, quæ cœli constitutio sit, & quos morbos regio inuehere solet, aut quis morbus communiter grassatur in populum, nam is semper metuendus suspiciendusque est, qui multis insidiari consuevit. Deinde perspecto laborantis sexu, rogandum notumne is sit, ut illius natura atque constitutione repetita, constet qui- 40 bus ille morbis sit opportunus. Horum quidem animaduersio non parum habet ad morborum inuestigationem & dignotionem momenti, præsertim quum morbus recens adhuc est, aut eius nulla insunt in urinis perspicua signa. Nam si senex est qui laborat, hyeme, pluuioso cœlo, & in regione humida, fieri uix potest, quin tussi destillatione aut grauedine & uentriculi imbecillitate affligatur, maxime uero si crapulæ & uinolentiæ deditus, & natura humidior destillationum morbis sepe conflaturus solet. Aut si iuuenis isq; biliosus egrotat, estate media, cœliq; statu & regione feruentiore, post uictum calidum exercitatio nemue immoderatam, suspicio mouetur febris ardentis, aut intermittentis biliosæ, aut dysentericæ, aut pleuritidis, eius scilicet cui magis egrotus sit obno- 50 xius

xius aut quæ tum temporis plurimum grassatur in vulgus. Horum exemplo de ceteris quoque morbis (vel vrina nondum perspecta) coniciendum est. Ad hæc vero vrina quæ nec renum ductumque vitio, nec externarum causarum vi mutata sit, quamnam tum viscerum, tum venarum totiusque corporis sit intemperis ostendit: deinde simplexne sit, an ex humorum vitio: & quod humoris genus exuperet, & an cum putredine atque febre. Nam color intemperiem, substantia crassa aut turbulenta humoris vitium, confusio putredinem denunciat: quæ profecto omnium ferè morborum interiores causæ sunt, ex quibus etiam morbi species nos lateat, non parua tamen agendorum atque vacuandorum cognitio capi potest. Sed & vrinae contenta sedis affecta certam interdum notitiam exhibent. Quoniam vero iam ita mox inoleuit, ut præter hæc tanquam arioli multa multi de absente ægroto ex sola vrinae inspectione arguerentur, quisquis se ad eorum imitationem studet accommodare captandæ gloriæ desiderio, is acerrimè recenseat quæcunque primum nouerit ex vrina. Nam uerborum circuitu stultorum mens irretitur. Itaque si vrina alba vel spicea tenuis offeratur, dicat ventriculū atque iecur supra modum refrigisse, cibi inesse fastidium ferèque; deiectionem appetentiam, ventriculū à fastu distendī atque dolitare, ructus multos eosque; acidus emitti, flatus plurimos euagari, frigus plerunque sentiri, caput ingrauescere, corpus uniuersum quasi eneruatum languere, multa olim commissa fuisse in victu, idque; vel potu frigidæ, vel fructuum esu, uel uigiliis, uel mœrore. Si iam diu malum persistit, corpus uniuersum cruditate scaterere, uividum periisse faciei colorem, aut lienteriam esse, aut pedes tumere, & leucophlegmatia aut cachexiæ periculum impendere. Et quoniam ea quoque vrina sæpe notatur in melancholia atque in lienis tumore, de huius quoque symptomatis narrandum, de merore, metu, insomnia turbulenti rugitu sinistri hypochondrii, cordis palpitatione, scotomate, deque; his similibus. Quum alba simul crassa aut turbida fuerit, quoniam à crassa lenteque; pituita domino fit, enunciet caput dolore cœcuti, uel graui somnolentia teneri, viscera humoribus multis impediri, intestina atque; hypochondria flatibus distendi, & colicū dolorem imminere, ventriculū nausea aut pituitosa vomitione premi. Hæc si simul confusa apparebit, aut quotidianam, aut lentam febrem esse, eamque; diurnam: & symptomata urgere quæ febres comitari solent. Vrina aurea si tenuis fuerit, iecoris calidam intemperiem, sitim, corporis extenuationem, uigilias: somnum turbulentum: manuum uolans plantasque; pedum impendio calidas. Ea si crassa erit: bilem flauam exuperare & exagitari: hancque; vomitione reddi. os ieiuno amarescere: animi defectiones obrepere: ventriculū & præcordia incallescere. idque; ferè cum siti, aluum torminibus aut crebra deiectione sollicitari quæ dysenteriam minatur: aut corpus pruritu ardere, aut scabiæ foedari. Eadem si confusa existet: tertianam aut ardentem febrem affligere: capitis dolorem: uigilias: delirium: sitim inexhaustam: aliaque; harum febrium symptomata aut adesse aut imminere. Rubra vrina si tenuis aut mediocris sit, sanguinis effruescentiam inesse, capitis pulsantem dolorem atque grauitate, membrorum tensinam lassitudinem. & si confusa erit, synochum putridam eiusque; symptomata. Adhuc modum si ex aliis vrinae coloribus, uel icterus, uel iecoris scirrhus uel phlegmone, uel melancholia in liene, uel cæterorum quippiam inesse conicitur, symptomata omnia, tum quæ illinc profecta sunt, tum quæ impendere solent, causas quoque euidentes ex quibus illa proficisci consueuerunt, diligenter persequi decet. Talis propemodum est & affectarum partium incunda narratio. Sed interrogatiuncula caute præmittenda, quam

pridem

pridem morbus inuasit, subitane an lente ac pedetentim, & quam uehementer, ut hinc coniectura fiat, acutissime an diuturnus is sit. Hinc quippe & ex natura, temporis, regionis, & morborum vagantium æstimatione, ad morbi speciem proximè acceditur. Ad hæc uero si bullæ per summam urinæ coronam dispositæ, caput dolere aut humore multo grauari denuncient, mox iudicandū & somnolentiam: & sensuum tarditatem esse: ex hisque; aut sporem: aut paralysem: aut grauiorem defluxionis ruinam instare: aut quum iam certa destillationis signa quæ supra dixi deprehendantur: humorem aut in ceruicem, aut in scapulas, aut in latera atque thoracem: aut in pulmones cum tussi: aut in artus & articulos procumbere: atque si cum destillatione febris signa existat: pleuritim urgere: maxime uero si tum temporis populariter ea vagatur: si uero cum destillatione vrina sit oleaginea: phthisin uel inesse uel proximè instare. Solas autem hæc corporis partes imperitorum uulgus non inibus designat: caput: latus à summa scapula ad coxendicem: stomachum à clauibus ad unibilicum, ventrem, dorsum, & artus. Quumque; uillo modo pars dolens (nam dolorem ut maxime infestum, omnes in primis animaduertunt) deprehensa fuerit, quæcunque; hanc symptomata premunt, enarrentur, moxque; idonea illi remedia prudenter decernantur. Incertam & plerumque dubiam mercedem referet, qui periclitatione medicos tanquam uates augurari coget. Consultor uero prudens & fidelis sani consilij fructum percipiet.

Libri tertii de Pulsibus, & Vrinis.

F I N I S.

O 2

DE FEBRIBVS,

LIBER QVARTVS.

PRAEFATIO.



V M M A morborum symptomatumq; genera & eorū causas atque signa exposui, & qua ratione vniuscuiusq; (etiāsi inauditus aut ex multis uarie implicitus esset) essentia cau- 10
saq; percipi possit, vt iam nihil eorum quæ sunt ad generalem medendi rationem præmittenda deesse videatur. At vero quoniam vniuersalium perceptione, nemo quicquam magna laude dignum consequi potest sine usu & exercitatione, quæ in singulis versatur: morborum qui in humanū corpus inuadunt differentias oēs speciesq; nunc sigillatim persequar, vterū instituto & ordine quoad licet obseruato. De febribus itaq; primum scribā, de- que morbis qui totius sunt corporis: hinc ad eos deīn pergā qui vniuscuiusq; partis proprii sunt. Nō pauca interim legenti occurrunt à maioribus aut præ- 20
termissa, aut nō satis explicata, aut ab illis interdum dissentanea, sed quæ tamē ut ratione stabilita, ita & longo sint medendi usu cōprobata. Sic enim docet inuestigatorem veri non solum quæ legerit, sed & quæ secum ipse meditando considerat & contemplatur, usq; tenet cognitione dignissima in communem fructum proferre.

Quid febris, quæ illius essentia, quæ signa.

Cap. I.

FEBRIS est calor præter naturam è corde in omne corpus effusus. Rigor 30
horrorve intermittentiū febrium, tametsi accessionis est initium, febris tamē haudquāquam censerī potest, quod nondum sit calor incensus. Neq; per febrem exitialem partium extremarum frigus è febris est essentia: neque ulla recte potest frigida febris appellari sed omnis in caloris genere subsistit. Calor præter naturam aduersatur naturali. Est autem naturali duplex, vnus insitus in solidarum partium humido primigenio inhærens, cuius est origo cœlestis. Alter elementarius, moderatus & ex omnium elementorum permissione temperatus. Ille omnium functionum primarius est opifex: hic vero adiuuans, quod elementorum temperies insitum illum calorem foueat excitetq;. Insitū olim demonstraui mus exuperare non posse, nec illius copiam & ubertatem vitio unquam dar, sed quo fuerit vberior (ut infantium ætate) eo naturales vitæ 40
functiones reddi feliciores. In eo igitur consistere febris nulla potest: sed febris essentia calor est præter naturam, qui quum adest tanquam hostis insensus insiti illius substantiam semper oppugnat, labefactat, omnesque functiones interpellat. Triplex autem constitui debet, vnus admodum simplex, qui solius est caloris exuperantia, hinc genitus quod calor elementarius assiduo incremento de temperie & mediocritate decedens, plus nimio exuperat, & qui naturalis fuerat, sensim non naturalis euasit, vitiosus proinde & naturæ iam insensus. Alter est calor ex putrescente materia prognatus, qui etiam si non admo-

admodum sit ardens, quoniam tamen eius de qua prodiit materiæ conditionem redolet, præter naturam est & insito calori grauis. Tertius est malignus & perniciosus, quam pestilens uenenataque materia fundit, non qualitatis exuperantia, non putredine, sed totius substantiæ dissidio vitali insitoque calori aduersus. Solus igitur qui præter naturam est calor, febris existit, si modo iam accensus constansque permanet. Etenim si uel estu, uel balneis, uel exercitatione corpus incalescit & mox agitatione sedata deferuescit, calorem hunc nemo febrē ut neque morbum appellet. Neque porro calorem præter naturam, qui uel caput uel brachium, uel crus solum occupat, quia non in omne corpus euadit. Ne- 10
que si ex parte quapiam late dimanet, sed neque si è calidiore iecore pariter cum sanguine & halitu prodiens, palmas atque plantas quasi exurat, aut etiam quoquo rsum effusus omne corpus prehendere uideatur; non enim è corde prodiit. Vnus calor præter naturam, qui è corde per arterias una cum spiritu profluit, vniuersalis esse potest, unusque prompte ac celeriter in corpus omne distribuitur. Solus igitur debet febris appellatione contineri. Adde, iecore dumtaxat affecto, non pulsū, sed naturales solum functiones immutari. Affecto uero corde vitæ principio, ipsi mox omnia consentire, omnesque per eque partes ne munus expleant impediri. Itaque quum febris maxime vniuersalis morbus omnes ubique functiones offendat, debet eius partis affectio censerī, quæ 20
est omnium conseruationem usumque necessaria: solusque calor præter naturam è corde in omne corpus effusus, uera febris haberi. Non est id perpetuum (quod definit Auicennas) omnis febris calorem in corde accendi. Tametsi de continuis & primariis id uerum fatemur, intermittentiū tamen & symptomatarum calor non in corde primum accenditur, sed aliunde sublatus cor ferit, è quo estuans cum spiritu mox per arterias in corpus omne refunditur. Omnium porro febrium communes notæ sunt, pulsus celer ac frequens, interdum etiam inæqualis: qui solius calidiore cordis est proprius. Virium languor & imbecillitas cū spontanea corporis grauitate aut dissolutione. corpus quippe uniuersum consentit laboranti cordi. Calor aut foris acer ac pungens, aut intus 30
certe molestus, qui & nonnunquam feruido halitu prorumpit è naribus.

Febrium differentia.

Cap. II.

V T tota febris essentia calor est præter naturam, ita illius propria summaque genere ex caloris differentiis statuenda sunt. Tria igitur febrium ut caloris præter naturam primā summaque genera existunt, simplex, putrida, & pestilens. Simplex febris est cuius calor elementarius solo incremento, naturæ ac temperiæ limites excessit: potest & eadem dici naturalis calor in igneum conuersus. Putrida, cuius calor ex illuue putrida emerfit. Pestilens quam uenenata perniciofaque exspiratio intulit. Simplex porro febris triplex est, ephemera, synochus & hectica: quæ solo caloris subiecto distant, quod aut corporis substantia est, aut humori, aut spiritus: nec enim plura in corpore subsistunt. Ephemera in solo spiritu uago primum consistit, isque uere inflammatus est, cuius tamen calor toti etiam corpori impertitur. Hæc quia in tenui & dissipabili est subiecto, uno ferè die soluitur, unde ephemera, id est diaria nuncupata est, raro longius excurrit. Synochus, id est continens simplex est sanguinis effervescentia, qua nimirum citra putredinem alia ue labē is incaluit, cuius cōtagione cor ipsū partesq; oēs incalescūt. Hectica una oīum in partiū solidaro substantia primū ac p se consistit ac hæret. Cōsistunt igitur

igitur omnes in corde, ac ratione dissimili, In ephemera cordis spiritus iam incaluit, humores vero atque substantia duntaxat calent. In synocho humor incaluit, substantia vero calet. In hectica cordis substantia prolixius iam incaluit, & permanentem fixumque obtinet calorem. Est autem hectica duplex, una quidem vniuersalis & primaria, quæ cordis primum deinde reliquarum partium substantiam æqualibiter inuasit. Altera partis est hectica, quæ cuiuspiam partis substantiam primum ac per se obfidet, è qua tamen tum cordi, tum partibus singulis impertitur. Huius genera complura: nam & uentriculi & iecoris & lienis & pulmonum hectica deprehenditur. Iam vero putridæ febris, ex putrescentis humoris specie atque ex situ, duo prima constituuntur genera, continua & intermittens. Quum tanta in uenis arteriisque maioribus inest putredo, quæ vel seipsa vel suo uapore cor continenter attingat & labefactet, continua fit febris. Quum uero aut leuior est, aut longius a corde distat, ut non assiduo id afficere queat, febris est intermittens. Continua febris duplex una uera & primaria, quam accendit putrescens humor in uasis maioribus quæ inter alas & inguina excurrunt. Altera symptomatica est, quæ uisceris cuiuspiam partis uel putredinem quasi comes insequitur. Et quæ harum ex iecoris, lienis renis aut cuiusuis partis erysipolate fit, typhodes appellatur: quæ ex earum aut insignorum partium phlegmone, ut ex peripneumonia, pleuritide aut phrenitide, phlegmonodes: utraque autem symptomatica est continua. Fit & nonnuquam symptomatica, dum in hisce uisceribus citra eorum inflammationem coercitus humor putrescit: idque in affatu uniuersimque fit, acuta febris existit: si uero sensim ac lenter continua lenta, quæ diuturna esse consuevit. Putrida febris continua quam primariam nuncupari, species sortitur ex uicinis humoris natura. Etenim uenarum arteriarumque sanguis, si quum putredine incendioqueprehenditur, bene temperatus est, & ex quatuor humorum æquabili permissione constitutus, febrem accendit synochum putridam, cuius mox species explicabimus. Si calidior is est plusque bilis quam cæterorum humorum continet, absolute continuam facit tertianam. Cuius si magnum est incendium in cor & præcordia deurgens eaque obfidens, uerus causus, id est febris ardens existit. At uero si pituitosus est sanguis, incensus is ac putrescens, febrem profert continuam quotidianam: si melancholicus quartanam continuam. Putrida febris intermittens, alia simplex, alia composita, alia cõfusa. Simplicis tres differentie, tertiana ex bile flaua extra uenas maiores putrescente, quotidiana ex pituita putri, quartana ex atra bile pura ac scorsum putrescente. Confusa febris non ex humore syncero, uerum ex multis uero extra maiores uenas loro confusis, pariterque putrescentibus emergit, huiusmodi est tertiana notha, ex bile atque pituita pariter corruptis. Composita febris ex mistis implicitisque, fit intermittens, ut tertiana duplex, quartana triplex, & hemitritæos quæ ex quotidiana continua & tertiana intermittente consistat. Hic ut multæ sunt febres, ita & humores multi se paratim putrescunt, non loco uno eodemque confusi. Hac quasi figura putridæ febris differentie ex humoris specie ac situ depræoptæ sunt. Pestilens porro febris non uno calore, sed pestilenti malignaque pernicie alias spiritus, alias humores, alias partium substantia cõtaminat, hincque differentie surgunt, quas postea exequemur. Rursum autem de his singulis expressius & quantum exposcit medendi ratio tradendum.

De ephemera febre.

Cap. III.

FEBRIS ephemera est calor præter naturam in spiritu primum confidens.

Est

Est autem hic spiritus non infitus quem in Physilogia diximus solida parte contineri, eiusque præcipuam substantiam complere; sed arteriarum communis e corde in omne corpus influens & illapsus. Hic ephemere materia est continensque causa, ut in quo tanquam basi consistens, in reliquum dein corpus inuadit, eiusque functiones interpellat. Atque ut spiritus admodum tenuis est, ita & quæ in eo consistit febris omnium est leuissima & facile dissipabilis: non constans, sed uelut transiens ac præterfluens. Huic ferè origo est a causis euentibus, quarum uel & impulsu tenuis, calidus, feruidusque spiritus omnium que in corpore promptissime incenditur. Quum igitur ab his non prius humores quam spiritus inflammari possint, necesse est febrem omnem putridam ab his genitam quædam antecedit ephemera. Huius notæ sunt, quod non sensim præcedente cibi fastidio aut spontanea corporis lassitudine, aut grauiore somno, & frequenti oscitatione, sed tota repenteprehendit, solaque euentium causarum uel inferitur. Aut nullus aut admodum leuis horror initio fatigat, idque duntaxat quum cacochymum corpus expirationem multam eamque calidam & acrem diffundit, quæ ob cutem a frigore densatam, aut ob exilium meatuum constipationem supressa, ferit partes ueruosas. Nulla comitantur sæua symptomata, nec uehemens dolor nec magna corporis iactatio. Pulsus quidem celer & frequens, sed tamen æqualis & ordinatus, magnus ac validus, nisi uel ex mœnore, uel ex inedia, uel cruditate, uel frigore orta sit: est & in pulsu diastole maior atque uelocior quàm systole: inspiratio quoque expiratione & maior & celerior. Calor tactu mitis, suauis atque halitu plenus, qui ferè eo ipso die aut totus occulte expiratur, aut madore sudore uel naturali eoque miti nec graueolente discutitur. Urina substantia: colore sedimento: aut nihil aut minimum a naturali distans. Diaræ febris prægressæ euentesque causæ sunt: quæcunque calidiorum intemperiem inferunt: solis æstus: omnisque ambientis feruor: lassitudo laborque uehemens: uigilia: inedia: intenta animi contentio ex ira: curis: tristitia uel timore. Omnium autem grauissimæ sunt: cruditas: siue ex nimia cibi copia & heluatione: siue ex uino meraciorum: siue ex fructuum corruptorumque ciborum esu contracta. Naturalium uacuationum: ut alui: ut urinae quauis ex causa retentio: ut sudoris halitus uel suppressio ob cutis densitatem & constipationem uel ex frigore: uel ex adstringente balneo. Ad eum maximeque inguinum ex labore tumores atque bubones: & atroces cruciatus qui corpus inflammant humoresque exagitant. Tres hæ causæ non solum qualitatem, sed & uitiosam materiam uel in corpore retinent uel aliunde suggerunt, ac proinde febrem sæpius accerunt ab horrore, & in periculum adducunt putridæ febris ceteræ uero solam qualitatem intemperiemque cõferunt. Quæ causæ aduari excitauerit, ex antecedentium inuestigatione discipotes, neque in re tam leui, necessaria uidentur amplior signorum discussio. Hæ in febres maxime propensi sunt qui calido siccoque sunt corpore, & qui halitu acri plurimo cõferti sunt, & quibus sudor, urina aut egestio supra modum graueolet. Quum diaria nulla inclinatione, nullo sudore, aut etiam finito sudore, statum pari diem unum exceperit, metuenda permutatio uel in synochum, uel in putridam, quod ex signis suspectæ imminetis que febris internoscitur.

De synocho febre.

Cap. IIII.

FEBRIVM que in hominis uitio positæ sunt, omnium prima est synochos, nobis continens appellata. Ea assiduo fatigat, nulla exandescencia, nullaque intermissione, dum integre soluta sit. Est aut duplex, una sine putredine, altera

altera putrida. Vtrinque materia continensque causa in vasis est maioribus, inter alas & inguina sitis, atque ea est vtrique sedes. Materia autē sanguis est, non ille quidem simplex, sed qui ex quatuor humorum æquabili permissione constat. In eos proinde duntaxat synochus inuadit, qui temperati aut aliquanto humidiores calidioresque sunt, ætate media, habitu carnoso ac vere quadrato, & quos plethora, id est sanguinis exuperantia & æquabilis succorum redundantia premit: cæteras naturas constitutionesve non attingit. Ea; causa est cur admodum raro synochus reperitur simplex. Itaque sanguinis quædam velut effluuescentia & simplex inflammatio, quæ phlogosis appellatur, synochus est sine putredine. Vt autem sanguinis ea materia sui vbi que similis est, ita & illius inflammatio tora vnus est modi, & ab initio in finem vna quasi accessio. Id quidem trifariam fieri contingit: alias enim calor par suiq; similis toto febris decursu: manet, quantumque recens inflammatur, tantumdem protinus dissipatur: ea est synochus homotonos. Alias recens inflammatio quam dissipatio maior est, tumque calor continuo incremento inualefcit, & synochos fit epacmista, id est increfcens. Alias plus dissipatur quam recens inflametur, ac tum calor statim à summo vigore incipiens, sensum minuitur dum desinat, & synochos fit paracmastica. Synochus omnis sine putredine eadem atq; diaria febris causas habet: quæ leuiores quum fuerint, diarias, quum uehemetiores synochum proferunt. In causarum censu admodum efficaces sunt, magna adstrictio constipatiove cutis, & sanguinis redundantia, siue ex suppressa consueta vacuatione hæmorrhoidum, mensium aut narium, siue ex immoderato vsu ciborum euchymorum & calidorum ea succrenit. Quamobrem huic ferè obnoxius est temperatus intemperanter viuens, qui quæ bene habito sit corpore, multo se tamen vino multa que carne implet: huic enim sanguis multus atque calidus inest, qui non facile corrumpitur. Ab his igitur causis primū inflammatur spiritus, ac tum sanguis sensim inalefcit. Huius etenim tenues acresque vapores, ac ipsum calorem præter naturam cutis densitas aut adstrictio cohibet nec prodire sinit, qui geminatus sanguinem inflammat simplicemque synochum facit. Huius notæ sunt quæ & ephemere, verum aliquantum manifestiores. Proprie tamen corpus omne maximeque facies inflammatione ruboreque suffunditur: distendens lassitudo artus omnes occupat: magna iactatio fatigat: uenæ copia distentæ multum turgent: tempora vehementer pulsant: caput dolere uel ingrauescit: somnus sæpe profundus ac veterosus premit: respiratio difficilis: pulsus magnus, plenus, frequens, ac velox: cutis non squalida, sed mollis, non acris, sed blando calore madoreque perfusa. Huic generi & alterum finitimum sæpe fieri animaduertimus ex bilis calidorumque humorū agitatione nimia. Causæ siquidem euidentes quum uehemetiores in biliosum corpus alioqui sanum irruerint, non modo spiritus concalfaciunt, sed & acres humores exagitant, quorum æstu febris accenditur sine putredine. Hæc ephemere limites egreditur, nec tamen synochos est nunc exposita: illa quippe sanguinis effluuescentia est, hæc bilis concitatio sine putredine. illa in corpus incidit temperatum beneque habitum, hæc vero in calidum siccumque ac planè biliosum. Huius causæ euidentes non aliæ sunt quam quæ ephemeram mouent: maxime uero cruciatus summus, qualis nephritici aut parturientis est: exercitatio, laborque immodicus, æstus, balneum, animi exandescencia, & quæ his pares sunt uiribus. In hac nullæ putredinis notæ in pulsu aut in urinis cernuntur, ueruntamen os amarefcit, deicitur appetentia, sitis excruciat, capitis dolor ac uigilia urgent; in cute arida calor acer ferit. Sublata euidente causa, paucis

paucis post diebus febris eiusque symptoma, quiete sola, nullo artis subsidio sedantur ac sponte desinunt. Quum febris diaria citra putredinis notas diem unum alterumve excefferit, harum alterutra suspecta esse debet.

De syncho putrida.

Cap. V.

PUTRIDA synochos febris est continua ex putrescente sanguine prognata. De huius exortu summa quidem dissensione certant artis proceres, possitne sanguis putrescere: & quæ hinc prodit, synochosne sit, an biliosa febris. Cæterum potest eorum controuersia, hac obseruatione dirimi. Sanguis bifariam putrescit, vno generali modo, quum uel caloris præter naturam segregatur quæ in eo sunt substantiæ dissimiles flaua ac tenuis ab atra quæ crassa terrenaque est seceratur. Hæc autem degeneratio uerius corruptio quam putredo censetur, ut alio loco dilucidius explicatum est à nobis. Atque si sanguis hac ratione putrescat accendaturque febris, ea non synochos, sed uel biliosa uel melancholica euadet. Alio modo uere sanguis putrescit, quum citra substantiarum direptionem aut secretionem, totius corrumpitur magno fœtore aut graucolentia. Vt enim è uenis in pectus, in ventriculum, in intestina, aut in aliam capacitatem sanguis præter naturam effusus, uitiatur & quasi in uenatam substantiam putrescit: & in musculos irrumpens, tumorem præter naturam phlegmonemque parit, atque putrescit primum, deinde suppurat: ita dubitari non debet eum ualidis ex causis, ut in putrida atque pestilenti cœli constitutione in uenis maioribus putrescere. Quinetiam quum phlegmone tentatur iccoris substantia, sanguis totus non modo putridus, uerum etiam nonnunquam purulentus existit. Sed & omnes fatentur sanguinem tam magna interdum mutatione deprauari, ut non amplius ad habitum redeat naturalem, nec possit iterum per naturæ coactionem, ad primam humoris bonitatem redire. Denique per febres qui detrahitur, sæpe animaduertitur non solum fœtidus & graueolens, sed & putridus adeo ut nec sibi cohære nec concrefcere queat, omnibus scilicet eius fibris putredine consumptis. Hoc igitur modo cum sanguis corrumpitur, synochos accenditur putrida. Hæc quemadmodum & altera simplex, vna quasi accessio est, nec ante aut mitescit aut intermittit quam integre desinat. Est & ea triplex: quum enim toto decursu par est modus putredinis, homotonos existit: quum plus putrescit quam dissipatur, epacmastica: paracmastica, quum minus putrescit quam dissipatur. Hæc etiam non nisi in temperato beneque habito sit corpore, cuius sanguis copiosus & laudabilis est. Cæterum causas habet quam simplex validiores, quæ non modo inflammationem, uerum etiam putredinem accerunt. Omnium autem efficacissima est cutis non simplex constipatio, sed ab impactis multis erasis viscosisque; humoribus uera obstructio, quæ non cutem solam, sed & tenues iccoris habitusque corporis uenas inferciat. Tamen si igitur integre sanum corpus fuerit, omnesque humores secundum naturam ac synceri, quia tamen valida obstructio perspirationem prohibet, neque uis refrigerans foris intro subit, neque tenuia, acris, & fuliginosa excrementa intus foras erumpunt, hinc & natium calorem strangulari, & quæcunque illic calida humidaque sunt putrescere necesse est. Nonnunquam uero & similium putridorum occurfu febris hæc accenditur. Notæ similes atque in syncho simplici, sed insigniores ac magis conspicuæ. Præterea uero calor in hac acrius contractu ferit: pulsus non modo magnus, uehemens, celer, & frequens, uerum etiam inæqualis & inordinatus: urina crassa, subra, turbida, sedimentaque; nullo.

Pp Qua

Qua ratione in eius maioribus putrescant humores, ex quibus febris accenditur continua. Cap. VI.

PROPTER putrescunt calida humidaq; corpora, idq; ferè quum insitus eorum calor quauis ex causa imminuitur. humor quippe tum vincens & effrenatus, nec calor is uis coercitus, e permissione terrenæ substantiæ secedit, graeuentia ac fetore comitatus. Sic & corporis humores facile putrescunt, & ex propria in alienam substantiam concedunt: alias quidem in uenis aut omnibus aut certe maioribus, alias in vna quapiam particula, idq; interdum cum phlegmone, interdum citra phlegmonem. In uenis arteriisq; maioribus febris accenditur continua, eousq; persuerans, dum humores qui hanc gignunt, uel incendio consumpti dissipatiue sint, uel quouis modo edomiti. Etenim uenarum putredo nõ facile restringitur, q; coarctata non libere perfletur ob loci densitatem, quodq; adhæsi apparatus humores inquinat, & continuatione in propinquas, ex hisq; in alias uenas protepat transferaturve, nec ante desinat quàm quicquid in uenis uitiosum est, depopulata sit. Duplex autem est putredinis ratio: alia in omnes aut saltem in maximas uenas æquabiliter inuadit: alia ex una quapiam initium ducens in cæteras sensim continuatione perrepat. Quæ in uenas omnes pariter inuadit, licet earum sanguinem, non tamen eius omnes æque partes occupat. Quum enim non omnino simplex sit sanguis sed ex multorum humorum permissione compositus & sero multo persusus, primum quidem illius portionem putredini magis obnoxiamprehendit, ab hac deinde aliam ipsi permistam atque confusam quæ minus quàm illa sit uitiosa: hocq; modo sensim obrepès simul cum calore præter naturam augetur & inualescit, nec ante desinit quàm partes omnes sanguinis putredini obnoxias, absumpserit. Hoc perinde accidit, atque in ingenti phlegmone, in qua collectus sanguis non statim uniuersus, sed eius pars alia citius alia tardius & putrescit & suppurat, sic sensim augetur putredo in summum vigorem fertur: quemadmodum & dum ignem accendimus aridiores primùm stipulæ, deinde uirgulta, postremo ligni materia, suo queq; con cremantur ordine. Omnibus quæ putrescere apta fuerant absumptis, putredo calorq; febrilis cessat, manet tamè pars sanguinis melior quæ quoniã minus erat putredini obnoxia, huic inuiolata resistit, eaq; licet putrida permisceretur, illius tamen contagione minime computruit, sed duntaxat incaluit; restincta proinde sedataq; putredine in pristinam illa puritate redit. Atq; tum urinae pura: ac prorsus laudabiles apparent, quæ crassæ, turbidæ, ac sine sedimento fueat. Itaq; ea putredine (nisi forte extremo exitio fuerit) neq; sanguis uniuersus neque totus labefactatur. Nam soluta febre, non omnino exhaustæ uenæ manent, sed aliquid in his etiamnum inesse deprehenditur idq; utile, & alendo corpori idoneum, quod tamen olim miscbatur putredini. Id ipsam continget etiam si nihil sanguinis recens genitum, nihilq; cibi toto morbo sumptum fuerit, quod in extreme acuto fieri iubet Hippocrates. Hac propemodum ratione putret sanguis in synocho putrida: nec multo secus in casu, in continua tertiana, in aliis continuis. In his quippe non uniuersus corrumpitur, nec omnes pariter humores ex quibus constituitur: (ita enim permiscerentur omnia continuorum febrium genera) sed is duntaxat qui maxime omnium uitiosus est. Atque ut huius est natura, ita & consentaneum febris continuæ genus accendit: tertianam quidem continuam, si bilis flaua quæ in sanguine est: quoridianam continuam, si pituita: & quartanam continuam, si melancholia putrescat. Altera putredinis

putredinis est ratio, quæ non in omnes pariter uenas, sed ab vna quapiam (à qua forte initium sumpsit) continuationes in cæteras, in earumq; sanguinem & in humores irripit. Obtingit hæc quum putrefaciens causa vni sit quum alteri uenæ propinquior, aut quum sanguis non in omnibus eiq; uenis sui similis habetur. Nam in qua magis ad putredinis conditionem accedit, in ea primum labæ tentantur, dein uero (ni periculo prohibeantur) in his quæ ordine succedunt: nec ante serpere ea putredo febrisq; desinet, quàm oēs uenas sensim peruagata, quicquid in his putrere aptum erat absorberit. Varietas atq; mutatio uena secta sæpe animaduertitur: nam interdum primus sanguis emanat sincerus, mox dein corrumpitur: nonnunquam contra: & interdum è naribus purissimus, è secta cubiti uena vitiosus: quod & Hippocratis autoritate celebratū est. Hinc dissimiliū symptomatum origo, alijs per febres lumbi maxime ingrauescunt aut ardent: alijs præcordia siti æstuq; flagrant: alijs uel animi defectio uel summa spirandi difficultas molesta: alijs capitis dolor, uigilia, aut deliria, ut partis natura fuerit quæ putredo obsidet. Hinc & inordinatæ febres, quum priore relicto humore, corruptela alterum adortur. Hinc febrium implexus, quum humores obsidentur uarij. Hinc & prædictiones fallaces, quum priore humore tam ferè edomito uictioq; alius alio uel loco putrescere incipit, qui post concoctas urinas crudiores alias de se profert. Putredinis efficiens causa duplex, vna propria & interna, altera externa. Putrescunt corporis humores propria intimaq; causa, dum in se uel um obtinent, quod nullo naturæ beneficio emendari potest. Ita quidem sensim ac tempore corrumpuntur, idq; sponte sua nullo extrinsecus suscitante. Id uitij genus ferè ab alimentis corruptis, & quorum uitiosa est substantia contrahi solet: cuiusmodi sunt frumenta, legumina, oua, pisces, carnes, & quæcumq; aut uetustate aut negligentia, corruptione quadam labefactantur. Contrahitur & a cibis quidem probis, sed qui facile corrumpantur aut putrescant: quales sunt lacte, horarii fructus & quicunque alieni uitiosiq; sunt succi, ex his quippe genitus sanguis tametsi concoctione crebram mutationem subit, pristinae tamen conditionis & eius à quo nascitur uon nihil etiamnum ubique retinet. A cibis intempestiue aut ordine præpostero sumptis, ut quum priore nondum concocto alter ingeritur: aut quum duri concoctiq; difficiles leuioribus præmittantur, quorum i. firma est substantia. Corruptuntur postremo ac putrescunt humoribus interiorum partium, ut uentriculi, iecoris, omniumq; uiscerum affectione: mala. Hæc enim in alimenta concoctione imprimuntur, quæ etiam si purissima sunt, tamen contracta labæ inquinantur. Externa porro causa putredinis duplex, obstructio & putridorum occurfus. Obstructio à crassis viscosisque humoribus tanta ut perspirationem impediatur: tum enim quia nec persantur, nec refrigerantur humores, etiam si probi sint, putrescunt. Eandem uim obtinet & obstructio quæ à uasorum fit plenitudine. At quæ supra vires est plenitudo, idcirco putrescit, quod neque concoqui, neque regi ab imbecillis uiribus possit. Putridorum occurfus, spiritus primum, deinde humores ipsos corrumpit, ut aeris, halitus, uaporisq; putridi inspiratio, & uel scabie, uel putrida febre, uel lue uenerea inquinato accubare. Non pauci contendunt unam obstructionem quæ perspirationem prohibeat, omnis putredinis causam esse, nihilq; in nobis citra hanc corrumpi posse. Neque cum humorem ex quo calor præter naturam vaporq; teter facile totus exit, quiq; libere persatur, unquam putredine tentari. At contra: euidenter perspicuumque est, uitiosos cibos sæpe in uentriculo alijsue partibus computrere: & in pestilentibus constitutione, tum inspiratu, tum perspiratu humores corrumpi: licet corpus

omnino patens laxumq; sit, & omnia spiracula dehiscant, aereq; frigidus perflectur: Multis quippe aliis ex causis potest citra obstructionem innati humidi calorisque substantia minui, alienusq; calor introduci, qui efficiens est putredinis causa.

De febre continua qua conclusa nuncupatur, deq; eius differentis. Cap. VII.

CONTINVAE febris subiecta materia in vasis est maioribus, quae illic putrescens aut ipsam de se putredinem, aut putrem vaporem in cor assiduo continenterq; fundit, è quo assidua fit putrida febris, quae conclusa nuncupatur. At quum vel in inguine, vel in semotiore loco coarctata haeret, tum nec putredine, nec eius halitum, sed vnum calorem partium continuatione in cor infert, è quo solum vel diaria febris fit, vel symptomatica. Ea autem venarum materia sanguis est: in quo (siquidem ex aequabili humorum permissione constat) synochus consistit: si vero ab illius mediocritate deficiens vel biliosus, vel pituitosus, vel melancholicus appellatur, in eo putrida febris excitatur continua. Ut igitur synochus non nisi in temperata natura, quae multo sanguine eoque mediocri abutatur, & quae carnosus est habitus gigni solet: & ita & putrida continua iis duntaxat obtingit, qui ab hac mediocritate recedunt, biliosis, pituitosis, aut melancholicis. Hic autem eorum meminisse velim quae in Physiologia fusius demonstrauimus, in venis nihil praeter sanguinem cum sero contineri, & quicquid foras effusum concrecere potest sanguinis nomine comprehendi: nullos illic secundum naturam humores esse synceros & superuacaneos, sed eos quatuor ex quibus sanguis constat, vere succos esse quibus alimur, neque aliud illic bilem esse quam totius sanguinis partem tenuem atque calidam, quam etiam biliosum sanguinem appellamus: neque aliud pituitam quam sanguinis partem crudiores: neque aliud melancholicam quam terrenam portionem & melancholicum sanguinem. In quibus igitur non aequabilis inest succorum permissione, ac putrescente aequabiliter sanguine, febris accenditur continua: at quibus sanguis multum biliosus est, tertiana fit continua: quibus is pituitae quam caeterorum humorum magis particeps fuerit, continua fiet quotidiana: & quum nimio opere in melancholicam deuergit, continua quartana. Est autem continuarum omnium genus duplex. Vnum earum quae ab initio in finem perseverant nullo stato excandescunt ordine. Huiusmodi sunt synochos putrida, & quae causus appellatur: alterum earum quae nunquam intermittunt, remittunt uero & excandescunt, aliae quotidie ut quotidianae continuae, aliae alternis diebus ut tertianae continuae, aliae quarto die ut quartanae continuae. Quae ordine nullo excandescunt, earum materia in venis est cordi proximis, ac proinde putredo cor assiduo pari vehementia exercet. Caeterae uero causam in venis habent aliquantum disunctis, è quibus putredo in cor pari impetu assiduo ferri nequit. Harum autem excandescencia non ut intermittantium vel à rigore, vel ab horrore, vel a frigore initium habet, nec sudore soluitur, nec in apyresiam definit. Talis est omnium earum continuarum ratio quas conclusas appellauimus. Earum quippe materia in venis coercita ac putrescens, tamen si quadam ex parte per cutis spiracula sine sensu dissoluitur, non tamen potest ante perfectam solutionem tota depleri. Continuarum frequentissima est tertiana, rara quotidiana, rarior quartana continua: utraque crebrior est continua inordinata. Sanguis enim quisquis admodum pituitosus vel melancholicus est, quia frigidus aegre admodum

dum putrescit, neque hinc uehemens febris, sed duntaxat lenta aut languida excitari solet, quae ferè inordinata euadit. Putrida febris ab ephemera his notis statim initio discernitur. Prgreditur inaequalitas quaedam & neutra corporis constitutio, ex ea certe plethora vel cacochymia, quae sensim cumulatur ceu futura febris materia: huic spontanea corporis lassitudo: motus grauis atque piger, somnus turbulentus, immoderatae vigiliae, hypochondriorum distentio, respiratio difficilis, venarum repletio, capitis temporumque dolor grauis, ac interdum pulsans. Ex his demum excrementa succrescunt praeter naturam consuetudinisque modum: ut sudor insolens, sputum mucosum exuperans, nausea aut vomitus: alui defectio aut vrina copiosior & foetidior. Talia ferè existunt in neutra corporis constitutione, quae putridam febrem anteuertit. Quum uero iam febris prehedit putridam hanc esse festulat, quae ex neutra corporis constitutione, non ex sola euidente causa processit. Vel enim sponte ex corporis preparatione fit, vel a causis euidentibus quae praeparatum corpus excitant ac mouent. Calor in ea non mitis ac blandus, sed acer, mordax & qui tangentis sensum acriter feriat, non ipsò inuasionis initio, sed vel in augmento, uel in statu, idque maxime si diutius corpori manus insideat. Pulsus atque respirationis inaequalitas: velox enim est systole, diastole uero tardior, idque praesertim augete calore: quum enim ex incensa putredine multa torrida & fuliginosa excrementa spiritus humoresque premant, natura systole festinat depressa arteria illa excludere: neque tanta necessitate nititur per diastolen refrigerium allicere. Est & plurium pulsationum inaequalitas: modo enim celer, modo tardus est pulsus, idque ex inaequalitate variorum motu putredinis: & rursus modo fortis, modo languidus, alias quidem oppressa, alias leuata natura. Est & pulsus uelox simulque paruus initio, in vigore tamen uelox atque magnus, ita quidem urgente refrigerii necessitate. Vrina penitus cruda vel obscure concocta, idque maxime initio: crassa enim rubra ac turbida existit, in qua nihil fecernitur: interdum etiam ex uehementi obstructione, tenuis quidem, sed rubra & turbida: saepe acris est & mordax, saepe grauem foetidumque halitum efflat. Expiratio aut sudor praeter consuetudinem graueolens. Si exactis horis viginti quatuor, febris ex toto non desinat, nisi haec suscipio sit (quod est certe rarissimum) affirmari certo potest hanc ex humorum putredine accendi. Continua porro ab intermittente his notis discernes. Nullo rigore aut frigore praegresso repente calor hominem adoritur, aut si quando rigor, horror frigusue (ut saepe fit) animaduertitur, noxii humoris non pariter cum praecordia inhærescit, qui horrore concutit, dum torus calore sit incensus. Pulsus inaequalitas maior quam pro cae oris uehementia: ultra horas viginti quatuor exporrigitur, neque ut intermittens vel manifesto sudore, vel sensim hoc tempore definit, sed perseverans eousque durat, dum prorsus conuiescat. In ea autem continua quae causus appellatur, in primis conspicue sunt communes putredinis notae, perpetuus & constans est ardor, isque ferè aequabilis nec manifeste tertiano motu excandescens: uehemens est praecordiorum aestus: spiratio difficilis ac penè suffocans: iactatio inquietudoque indefessa: uigilia deliriumque frequens. Sitis inexhausta: lingua nigricans, sicca, scabra ferèque amara. Quod si tanta accedat malignitas ac pernicies, ut interiores partes ipsaque viscera vri uideantur, simulque extrema frigeant, peculiari ea iam nomine lypiria febris appellatur. Ardenti quidem deterrima, in qua interioris ardoris uehementia, instar cucurbitulae calore ad se, ex toto corpore reuocat. Tertianae uero continuae manifestior est remissio, manifestior & exacerbationis motus, nullo frigore aut rigore prehendens, nulloque insequente sudore nitescens: caeterae quae in causa notae, at leniores appa-

res apparent. Continua quotidiana aut quartana si quando incidit, exca-
 scentia ordine circuiusq; internoscitur. Vtraque sine frigore aut horrore exa-
 cuitur, mitescitq; nullo sudore, prior quidem quotidie, posterior quarto quoq;
 die. Putredinis quidem notæ adfunt, sed admodum obscuræ, neq; pulsus ea ce-
 leritate, frequentia, aut inæqualitate fertur atque in cæteris. Neque vrina pe-
 resq; hæmæ aut rubra est, etiam si forte crassior sit, neque tanta premit sym-
 ptomatam læuitia. Ad hæc laborantis natura & habitus & vicius antecedens,
 qualis habeatur venarum sanguis, ostendunt, & qualis hinc nata sit febris. Fe-
 bre autem continua quæ tertiana non est, inordinata deprehenditur, bis terve
 vno die, altero aut semel, aut minime excandescens. Raro quippe obtingit, ut
 vnicui in sanguine solitarius humor putrescat. Quocirca putridarum febrium
 admodum varia signa & symptomata se proferunt. Cæterum cuius generis in-
 ordinata febris magis particeps sit, ex his signis quæ vnicuiq; propria sunt, col-
 ligi potest. Atque hæc de continuis febribus primariis seu conclusis.

De febre symptomatica. Cap. VIII.

SYMPTOMATICA febris omnis in continuarum est genere, neq; vlla
 quam visa est intermittens. Huius proxima materia continensq; causa non in
 uenis est maioribus, sed in parte aliquapiam, è qua aut putredinis quiddam, aut
 teter putridusq; uapor in cor obrepit. Eius quidæ genera multa. Vnum inflam-
 mationes sequitur, quod & ipsum est multiplex. Quum enim aut externa aut
 distans est inflammatio, non nisi ephemera febris accenditur, quod solus calor
 partium continuatione in cor euadat. At si partiu interiorum maximeq; prin-
 cipum & cordi uicinarum, uel phlegmone uel erysipelas est, sanguis bilisue pu-
 trescens aut illinc in cor subit, aut teterum putremq; de se uapore in ipsam emit-
 tit, è quo per arterias fuso, putrida sit febris. Sic à phrenitide, ab angina, peri-
 pneumonia, phthisi, pleuritide, hepaticide, splenitide, & à nephritide, fe-
 bris sit phlegmonodes: ab erysipelate typodes, eo quæque grauior, quo
 pars affecta nobilior cordiq; uiciniore fuerit. Nonnunquam inflammatio quæ
 febris huius est origo, per initia quasi inuoluta latet, at febris eius symptoma-
 tica admodum conspicua est: quæ hoc modo à continua primaria discernitur.
 Vtraque acuta est & putredinis notas exhibet, sed symptomatica nullis statim
 periodis exacuitur: vrina nullum putredinis indicium habent, nisi ex affecta se-
 de putredo forsitan obrepit in uenas: si non statim initio: mox tamen inflamma-
 tæ sedis indicia se proferunt. Raro vel septimo uel quartodecimo die aliisve
 decretoriis iudicio soluitur. In primaria febre continua, hisce cõtraria apparèt
 oia. Alteru febris symptomaticæ genus multo obscurius est, eã febrẽ continens
 quam lenam appellauit. Oritur non è uisceris partibus, cuiusquam inflamma-
 tione, sed è latente obstructione & putredine, quæ uisceri cõtinaciter adhærescit
 impactaq; est, adeo ut & ipsa uisceris substantia plerunq; labefactetur. Putredi-
 nis portio nonnunquã in uenas effusa sanguini permiscet. Hæc notas præ se fert
 symptomaticæ eius quæ aut phlegmonodes aut typodes appellatur. Distingui-
 tur aut quod oium est putridarum mitissima: æger nullo graui symptomate pre-
 mitur: sepe nec se ægrotare putat. Putredinis tamen notæ interdum elucet in
 vrinis: pulsus frequens, celer & inæqualis, non tamen magnus aut uehemens: ui-
 res imbecillæ & languidæ collabuntur, ut ne progredi quidem æger possit. Cor-
 poris moles, etiam si alimentum sumitur, sensim liquefcit: Diuturna etiam hæc
 febris est quæ reliquarũ continuarũ terminos prætergreditur, neq; uigesimo, neq;
 interdum

interdum quadragesimo soluta. Huius quum suspicio est, fomès querendus,
 omnesq; corporis partes animo sensuque iustrandæ sunt, dum signis conspi-
 cium sit, in qua is parte consistat. Sæpe in ventriculo aut in iccore, interdum in
 liene aut mensenterio nonnunquam in pulmonibus cuiusuis humoris semimata
 putredo cumulata hanc excitat. Sedulo igitur obseruanda sunt hypochondria
 & hypogastrium, num in his tumoris cuiusdam sensus insit. Sæpe etiam uel in
 cachexia, uel in sædis uirginum coloribus, serosæ pituitæ in corpus effusa le-
 uis putredo illam protulit. Et hæc quidem lenta simplex appellatur. Altera
 est lenta periculosior, quæ non solum ex impactu humoris uerueriam ex uiscer-
 10 ris cui insidet corruptione putredineque emergit. Iecoris, pulmonis, cerebrũ
 ac lienis, interdum etiam renis distantiorumq; partium corruptela, simplexq;
 putredo, tamen si nullo putri humore comitatur, quoniam tamen expiratione
 graui cor assiduo lacescit, continuam febrem non aliter quàm putridus humor
 suscitatur: eamq; symptomaticam ac omnino lentam: hanc pleriq; rerum affinita-
 te, ducti, hecticam dixerunt. Iisdem notis se proditatur nunc exposita. In-
 20 ternoscitur autem, quod sensim editur multoq; tepore procedit: alijs ferè mor-
 bis succedit: nihil uel minimum uacuatione mitescit, nullis cedit remedijs, sed
 ijs sepe exasperatur. vires plurimum offendit ac debilitat, leuiq; occasione syn-
 copen accersit, sensim ac plerunq; sine sensu hominem extenuat & marcorẽ cõ-
 ficit. Hoc genus est febris quæ phthisin comitatur: hecticã quippe non est, sed
 putrida ex putrescente pulmonum substantia: nec enim necesse est putridam
 omnem in humore constitui. Hic omnis mihi concludenda uidetur continua-
 rum febrium tractatio. De intermittentibus deinceps tradendum.

*Intermittentium febrium continencem proximamq; causam non esse in
 habitu corporis. Cap. IX.*

VERVS iam opinio increbuit, humorem qui continens & proxima est in-
 30 termittentis febris materia, in solo corporis habitu & extra uenas computre-
 scere: hunc accessionis initio è uenis maioribus in quibus conditus erat sangui-
 ni permixtus, in minores, ex hisque in corporis habitum propelli. Hoc impe-
 tu summas corporis partes quarum exquisitior est sensus ferientis humoris oc-
 cursu uel inhorrescere uel rigere. Eum mox sensim illic incallescere, inflam-
 mari ac putrescere: tum demum extenuatum caloris vi uniuersum dissipari in
 sudores: sic accessionem finire, dum noua similiter recurrat. Hæc opinio dum
 quadam ueri similitudine frigoris rigorisque causam reddere contendit, uer-
 ram intermittentis febris originem obscurat. Hoc in primis absurdum illa
 statuere uidetur, omnes ferè humores qui morborum cause fiunt in uenis con-
 40 tineri, illic primam omnium esse originem, quasi neque in uisceribus, neq; in
 fenterio, neq; in eo quod pancreas appellamus, eorum quicquam congeri possit
 aut cõputrescere. Quod deinde illa existimat primo accessionis insultu noxiã
 materiam prorsus è uenis in corporis habitum depelli, acerbum quidem audi-
 tu est. Quo pacto enim tam repente possit noxius humor sanguini permixtus
 præsertim uero crassa lentaque pituita aut bilis atra, è puriore sanguine pro-
 fus secerni, & quasi momento in extimas corporis partes, in manuum pe-
 dumque digitos, & in nasum (quæ ferè prima frigescent) protinus extrudi?
 Admirabilis sanè nec usquam comperta tam expedita per miliarum rerum se-
 cretio atque depulsio. Ad hæc quum in continuis febribus peccans materia
 in uasis maioribus tota consistat, cur non eius quoque portio in corporis
 molem

molem effunditur, quæ sæpe rigorem efficiat? Quoniam (inquiet) exilium venarum obstructio in his quàm in intermittentibus maior est, utque tanta vt omnem humorem intus cohibeat. Sed hoc diuerticulum est. Nam plurimæ continuæ aut ab horrore aut à rigore primò inuadunt: quòd si ipso statim earum initio bilis in corporis summa effundebatur, cur non deinceps quoties inardescit, aut motu nouo excandescit, eodem similiter insilit? Licet igitur rigor causo superueniens eumq; soluens excitetur à bile è venis in corporis molem effusa, non sic tamen qui vel continuæ vel intermittētis initio fatigat. Hoc autem rerum euentus luculenter demonstrat. In horrore atque in rigore febrium intermittētium vrinae meiuntur albæ, tenues & crudæ. Quod 10 aperto indicio est, bilem tum flauam, tum atram intro potius quàm foras compelli. Tum temporis molesta etiam est suffocatio, tussis plerumque sicca, oscitatio, anxietas, præcordiorum distentio, ac sæpe dolor vehemens: ab his nauſea, & sub rigoris finem biliosa vomitio. Accessionis vero progressu multoq; magis declinatione: omnia mitescunt, & vrinae euadunt crassæ, citrinæ, aut rubræ: quæ argumento sunt tum temporis bilem vt in vrinas, ita & in corporis summa contendere. Hisce vero contraria omnia obtingerent, si accessionis initio bilis in summa corporis irrueret. Sed & quod interdum toto febris intermittētis decursu vrinam substantia colore hypostasiq; laudabilem animaduertimus, nonne planum facit eiusce febris nullam putredinem inueniri haberi? Iam vero in febrium differentias descendamus. Quum leuior est exqui 20 sita tertiana, in qua non rigor, sed extremarum partium frigus (vt plerumque fit) solum percipitur, quomodo bilis flaua in corporis molem effusa frigoret, causa ponetur? nunquid calida acrisq; ea quum sit corporis habitum refrigere ret? Aut quum pars corporis quæ vel natura vel morbo imbecilla est, omnisi prima ac sola inuadente febre inhorrescit, tumne ea sola bilis acrimonia tentatur? Sed & in alijs quid etiam contingat æstimandum. Quartana continua omnium est febrium rarissima, quandoquidem (vt etiam Auicēnas animaduertit) melancholia admodum raro peccet in vasis maioribus, rariusq; multo putrescat: quartana autem intermittens admodum frequens ac sæpe popularis. 30 Iam si admodum raro melancholia vitiosa est in venis, quomodo ex his potest tam copiosa suffici, aut tam crebro in corporis habitum pelli, quæ tot gignēdis intermittētibus quartanis sit satis? At nunc obsecro opinio hæc rationem reddat compositarū febrium, & cur in tertiana duplici, bilis (quæ eius vna ipſis censetur antecedens materia in venis maioribus) portio quædam quotidie in omnem corporis habitu propellitur. Si copia id efficit, tertiana omnis vehemens, ut quæ ab exuperante bile fit, in tertianam duplicem, omnisiq; quartana ferocior in duplicem triplicemve quartanam facesset. His quasi laqueis ita sese irretiunt opinionis huius interpretēs, vt se nunquam extricare possint. Ad extremum curandi lex & ratio spectetur. Si antecedens febris intermittētis 40 materia tota in venis est maioribus, vna venæ sectio quæ hanc prompte demit, illius curatio sit. Atqui neque hæc febrem tollit, neque qui in solos venarum humores mentem cogitationemq; refert, illius vquam curationem rectam consequetur. Ea quidem causæ ignoratio ita veritatem quasi tenebris offudit, vt nondum sit vllius intermittētis febris vera curatio percepta, solutioq; sponte sæpius quàm arte succedat. Hæc quidem pauca (nam alia commentabuntur alij) non potui non in eam opinionem contorquere, quæ tam fraudolenta perniciosaq; fuit humanæ salutis: Piger sanè atque etiam pudet de sententia tot annorum authorūq; numero & vetustate confirmata decedere. Sed

Sed quid eorum multitudo terrere debet qui spreta inuestigatione veri, vnus imitatione eadem omnes via in salebras inciderunt. Leuibus in rebus falsis interdum assentiri aut conuincere nihil fraudi est: at vero in serijs & grauibus quæ tanti sunt ad hominum salutem momenti, in primis dolosum, omninoq; veritas in lucem fidenter proferenda. Quod expono & ratione & quotidiano retum vsu veritati consentaneum deprehendetur.

Quæ sit intermittētium febrium materia & quæ illi sedes in corpore. Cap. X.

10 QUAE protuli, vt intermittētis febris materiam non è venis in corporis habitum propelli, ita hanc penitus immergi & circum præcordia adhærescere demonstrant: eamq; non esse venarum succum alendo corpori destinatum sed humorem superuacaneum, qui è sanguine proleſtus in propria conditur receptacula, antequam is iccur transcendant. Itaque intermittētis tum materia, tum materiæ situ ac foco a continua fecernitur. Tertianæ materiabilis est flaua, affinis ei quæ in fellis cysticonditur. Quartanæ bilis atra in lienem reſusa. Quotidianæ (si qua vera est) pituita mucosa & superuacanea, quæ in ventriculo intestinisque plurima colligitur. Omnium propria sedes & origo in 20 prima est corporis regione circum præcordia circum ventriculum, diaphragma, iecoris caua, lienem, pancreas, ommentum aut mesenterium. Hæc siquidem partes sunt quasi publica corporis sentina in quam omnis confluit cumulatocque humorum colluies. Ex hisce autem sedibus febrium horrores rigoresque suscitari, primum quidem docendum. Frigus, horror atque rigor intentione & remissione distant: frigore summa corporis inalgescunt: horrore id vniuersum leuiter concutitur, etenim hic ceu diminutus rigor est: rigo 30 rē vsque eo contremiscit concutiturq; vix vt cohiberi possit. Omnium eadem similisque causa, caloris nempe, frigoris, rei pungentis, aut quouis pacto molestæ vehemens incurſio, in corporis sentientes partes confertim facta. Distantq; solum inter se aut vbertate causæ, aut vehementia seu acrimonia, aut motionis impetu. Vrenim aeris aut aquæ frigidioris occurſu corpus frigescit, ita & interdum horret atque etiam riget. Præcordia autem & partes omnes quæ circum hæc sunt, quia membranarum sepiuntur nervosq; sentientes suscipiunt è sexta cerebri coniugatione, eximio quodam sensu sunt præditæ. Magna etiam societate, tum principibus, tum externis corporis partibus connexæ sunt, iisque adeo consentiunt, vt affectæ mox principes partes vniuersumque corpus in consensum trahant. Sic enim vinum meracius liberaliusque sumptum tamerſi è ventriculo nondum elapsum est, mox tamen exulcerationis in vesica, vulneris in crure, aut arthritidis dolorem exasperat. 40 Sic & frigidæ potus liberalior corpus vniuersum frigore horroreque concutit. Bilem vomiturus rigescit, multoq; magis qui alienum vitiosumq; cibum, velut fungos, sumpsit. Rigescit & cui calidum mordaxque medicamentum ventriculum præcordiaq; ferit, non minus quam si nudam cutem aut vlcus acrius compungat. Horrescit demum & cuius interiore abscessu collectum irrumpt in membranas. Ac certe bilis putrescens in febre, acrem malignamque qualitatem adipiscitur: eaq; accessionis initio quasi turgens impetu fertur affatimque irruit in præcordiorum membranas, ijs sanè argumentis quæ de tussi sicca, de oscitatione, de suffocatione, de anxietate, de præcordiorū distensione ac dolore, de nauſea, de vomitu, & de albis tenuibusque vrinis

Q9 pro-

protuli. Quanto magis igitur quam superiores causæ eam tum potest horrorem rigoremve concitare? Citrina porro illa & prasinna ceruleave bilisque sincera sæpe vomitione prorumpit, propria intermittentis febris materia hinc esse dignoscitur, quod dum tota liberaliter redditur, febrem omnem penitus extirpat atque soluit. Ea sanè nunquam tam sincera possit è venis amandari citra exitium, sed duntaxat è præcordiis, quæ illius sedes sunt. Hoc quoque vel inde constat, quod si accessionis initio humidi foci apte calentes præcordiis imponantur, maxime vero lieni in quartana, iecori in tertiana, aut alij cuiusque sedi fomes inesse deprehenditur, horrorem rigoremve leniant, quia nimirum ipsum mali fontem demulceant. Iam vero sudores non è solo corporis habitu, sed & interdum è præcordiis moueri, hinc sciri potest, quod qui vel exercitatione vel solis ardore exarsit, si frigidam liberalius bibat, mox totus sudore diluit, non mehercle aqua in corpus disiecta atque fusa (diu enim postea sentitur huc & illuc fluctuare in ventre) sed eius habitus ab æstuantibus præcordiis in omne corpus effuso, qui demum in sudorem concreuit. Sed & illud præterea obseruari velim, eum cui iecur aut lien æta te morbove inaruit, vel magna obstructione vel scirrho obduruit, vt in hydrope, in ictero, aut in cachexia, nulla vi eum posse ne per febres quidem in sudores induci, etiamsi reliquum corpus humore multo perfundatur: eum vero cui iecur atque lien calore humoreque naturali abundant, quauis ex causa sudore diffuere. Hinc igitur conspicuum esse potest primam sudorem scaturiginem è præcordiis esse. Discussa igitur illa velut caligine, vt veritas clarius aliquando dilucescat, rem hanc omnem sic in summam concludemus.

Calidus ac putris humor extra venas quauis in sede conditus: quandiu conquiescit corpus raro exagitat: at uero dum quasi efferatus illinc præter naturam impetu dimouetur, id uarie concutit affligitque. Si paucus est ut in leuioribus tertianis, aut eius parua acrimonia, ut pituitæ putrescentis, motus ue lentus ac languidus, solum frigus inuehit, calore quidem ac spiritu ab externis partibus intro quasi in opem & subsidium aduocatis. Sin copiosior est, aut acrior, aut eius motus impulsusque concitator, horror inuadit. Quum uero plurimus, isque uehementer acer ac mordax, magno impetu in præcordia excussus fuerit, rigor uerus inducitur. Hæc præterea rigoris febrisque materia circum præcordia hærens, ex se tanquam è fomite tetrum malumque uaporem in omne corpus effundit, qui & altera frigoris: horroris rigoris ue causa esse potest, Hinc febris intermittens accessio, ea fere rationeprehendit, qua censuit. Hippocrates ex inguinis abscessu putridam febrem accendi, si non solum calor, sed & fumus uaporque putridus minime coercitus partium continuatione ad cor peruenerit. Itaque concitato & quasi turgente putrido humore, ab eius emissa portione ac uapore membranæ feriuntur horrorque uel rigor inuadit. Tum etiam uapor reter ex eo fomite excitatus in cor primum per cæcos ductus effertur, atque illinc quoquoersum per arterias effusus, omne corpus implet. Atque hic initio cor offundens pulsum contrahit & obscurat, cerebrumque implens degrauiat consopitque, omnes denique artus uelut obtundit. Postea uero in corpus quasi aura quadam disiectus, sensum incalescit & inflammatur, ac tum febris ardorem eiusque synptomata mouet. Tandem supra modum extenuatus, tum impetu proprio, eum impellente natura dissoluitur, interdum obscure sensimque per cutem. Atque hæc quidem pura simplexque intermittens species existit: in qua uiri

112

plerunque toto morbi decursu, colore, substantia, sedimentoque laudabiles apparent, quia nimirum nihil bilis peccantis è præcordiis irrupit in uenas: plerunque uero tales cernuntur primis accessionibus intermittentium. Nonnunquam uero inuasionis impetu humoris uehementius impulsus una portio infilit in uentriculum, quæ biliosam uomitionem mouet, eamque ferè sub rigoris horrore sine fine. Altera portio tenuior eo ipso impetu ex eodem foco per iecur uenasque maiores in omne corpus irrupit: tumque grauior est accessio, sub cuius finem urinae crassæ redduntur atque fluxæ, ijs longe dissimiles quæ paulo ante accessionem fuerant. Atque multo quidem grauior euadit accessio, quum ex eo ipso foco portio maior penetrat in uenas, sed & nonnunquam accessione soluta febrilis quædam manet inæqualitas, nec pura sequitur intermissio: quod in primis conspicuum est in hemitritæo, de qua mox dicam. Intermittentium porro febrium focum atque fomitem de quo disputo, præter rationes quas ante protuli, uelim & exemplo confirmare. Vir quidam ingenuus, ætate florente epulans liberaliter, quotidiana uomitionis biliosæ iamdudum fuerat obnoxius. Hac repente suppressa, ventriculi uehementis dolorprehendit, eum nausea & tussi inani. Hinc mox cepit corpus citra febrem ullam uehementi rigore, tanquam inuadente exquisita tertiana, ex interuallis quotidie supra uicies concuti. Exactis diebus circiter quindecim putrescente iam bile, tertiana febre corripitur: qua multis post diebus soluta, resolutio insequitur omnium partium quæ sunt sub capite, nec multo post interitus. Corpore disiecto tam multorum affectuum causam deprehendimus, bilem sinceram eamque prasinam circum iecoris caua libræ ponce membranæ coactam, & cuius iam portio in spinæ neruos obrepserat. Nò paucos dein non admodum dissimiliter affici notauimus: quorum exemplo intelligi potest, rigorem modo sine febre, modo cum febre interdum ex præcordiis suscitari: intermittens quoque febris sonitè in iisdem locis contineri. Id ex his quoque conficitur, quæ sæpe fieri obseruamus: tertianam diuturnam atque quartanam in atrocè cruciatum colico immaniore desinere, qui nonnunquã & in artuum dolores & in paralyfin facessit. Hic dolor sine febre est: ferè tamen consueto accessionis tempore exacuitur & excandesceat pristinumque circuitum retinet. Vix nisi bilis uacuante mitescit: quæ constat vt doloris ita & febris causam fuisse: depellitur enim è præcordiis & visceribus in peritonæi intestinorumue membranas: eo argumento: quod & febris & fitis & inappetentia mitescunt suborto dolore. Itaque vt doloris circa peritonæum & intestina vt doloris circa peritonæum & intestina: ita & intermittens febris sedes est circa viscera & præcordia.

Quæ circuituum causa sit, & quid eorum ordinem formamque mutet. Cap. XI.

Quid humorum motus efficiat: & cur putrescens pituita quotidie bilis tertio; melancholia quarto quoque die inpetum faciat: disputatio est plena dissentionis & omnino controuersa. Multi quidem demonstratione confecerunt, morbos omnes qui ex defluxione sunt, intermissionem habere: ac dein recurrere: quoties adeo aucta & collecta sint excrementa, vt partem ad excretionem stimulent: tum siquidem validior in imbecillam ea quasi onus excutiens deponit. Hinc quidam interpretantur pituitæ satis quotidie, bilis fluxæ non nisi tertio; & melancholiæ non nisi quarto die satis cumulari posse, vt naturam proritet circuitumque moueat. Cæterum hi nusquam perio-

Q9 2 di

di causam attigerunt, nec cur pituita etiam si pauca putrescat, quotidie tamen mouetur imperumque habet, nec cur bilis flaua uno loco si copiosior sit, non frequentius quam tertio die, nec melancholia frequentius quam quarto effertur. Quid quæso vetat concurrentibus causis omnibus illis efficientibus, tam multam flauam bilem atramve quotidie cumulari, ut naturam quotidie stimulet circuitumque moueat? Non igitur sola excrementi copia, sed alia quedam vis maior necessario vnumquemque humorem ordine certaque regula ciet ac impellit. Hæc autem propria est contractæ putredinis qualitatise natura atque conditio, quæ omnem corporis statum naturalè immutat. Ut epilepsiæ insultus aut hydrophobiæ impetus, non humoris genus, sed qualitatis natura in humore sita, excitat: & mensuram mulierum purgationem statis periodis mouet non sanguinis exuperantia (nam siue paucus siue multus est in muliere: mensibus tamen singulis, nisi quid naturæ ordinè interpellat, erumpit), sed vis ortæ qualitatis. ita & vis quedam seu qualitas in humore genita efficit, ut putrescens pituita quotidie, bilis flaua tertio, atra quarto die impetum faciat. Humor autè superuacaneus plenior cumulat, quia vix naturæ beneficium & calore regi potest, corrumpitur & quodam modo putrescit: ac tum qualitatem eam adipiscitur, quæ hunc illumve motum impetumque habet. Atque ut sua est cuiusque humoris species, ita & sua cuiusque putredo vel qualitas, sius cuiusque motus. Aliam igitur qualitatem aliumque motum pituita, alium bilis flaua, alium melancholia putredine contrahit. Hac autem ratione accessio ordine recurrit. Quum febris inuasura est, humor in suo quasi foco coercitus concitatur & quasi turgescens excandescit, ipsoque impetu & multum de se terram vaporem quoque uersum in corpus omne diffundit, & interdum exiguam sui portionem eructat excutitque in præcordia & in ventriculum: nonnunquam & per iecur in maiores venas, eaque manet accessio dum sedetur impetus, & dum quicquid è foco excussum est, calore crematum dissipetur aut in sudores abeat. Hinc succedit intermissio eousque cessans dum alio humoris motu & nouo quasi furore alia recurrit accessio. Recurreret autem statis ut dixi periodis, nisi quiddam ordinem interpellat. Multa febres ordinem tenere prohibent, efficiuntque, ut paroxysmi, vel anticipent vel cunctentur. Anticipant præter consuetudinè, vel quum subiecta illorum materia augetur ut ex impuro vitiosoque cibo & excrementorum suppressione: uel quum nimio opere extenuatur, ut sinapis & aromatum aliorumve calidorum tenuantiumque usu: vel quum motu exagitur: ut exercitatione, balneis, æstu, animi excandescencia. Cui etantur vero dum contrarijs ex causis materia vel minuitur vel crassescit, vel pigrior ignauiorque redditur. Quoties vero tanta circuituum mutatio apparebit, ut nullo ordine procedant, humor aut in alterius naturam commigrat, aut alterius generis permissione confunditur. Accessiones porro longæ euadunt, quum humor effusus eiusque vapor multus, crassus & viscosus est, hic enim non nisi multo tempore inflammari absumiue potest: & quum meatum est adstrictio aut visum imbecillitas, hæc siquidem dissolutionem prohibent. Breuitatis vero causæ sunt, humor paucus ac tenuis, viarum amplitudo, viuumque robur.

De quotidiana febre.

Cap. XII.

FEBRIS vnaquæque intermittens a circuitus motusque ordine nomè habet, Hinc quotidiana quod quotidie typo simili redeat, amphemerina dicitur. Omnium quidem februm rarissima, & quæ nix ex sexcentis vna obtingit: sed quum laborans quotidie febre conflictatur, id ferè a duplici tertiana fit. Ut autem pa-

ria

ria statuerentur februm atque humorum genera, hanc in pituita collocarunt. quæ tamen rarissime putrescit, vixque eam putredine qualitatem consequitur quæ febris essentiam compleat. Quum aut superuacua pituita (cuiuscunque ea generis sit) vel in intestinis, vel in mesenterio, vel circum ventriculum uiscerumque caua coercita putrescit, febrilemque qualitatem nascitur, quotidie mota conditionis suæ vaporem effundit, continentem accessionis causam. Accidit hæc quibus pituitæ copia inest, natura vel ætate humidis, obæsis, mulieribus, cunucis, senibus, & ijs qui vel otio vel somno longiore, vel crebris balneis, vel frigidioribus humidioribusque cibis, vel assidua crapula, vel edacitate ut pueri, vel ebrietate cruditatis ac pituitæ copiam congelerunt: maxime vero hyeme, frigidis regionibus, & pluuioso cælo. His ferè facies subliuida & sub tumida est, os ventriculi imbecillum, deiecta appetentia, acidusque ructus frequens. Accessio autem non repente, sed sensim inuadit, corporis extrema duntaxat refrigerans, raro admodum rigore concutiens: corporis adest grauitas, & inexpugnabilis dormiendi necessitas: plerumque & hoc initio animus vel defectio vel syncope languescit. Calor dein pedetentim & ægre augetur, magna certe inæqualitate, qua modo calor, modo frigus percipitur. Accensus dein calor non acer, sed hebes & halituosus tangenti primum occurrit, quasi ex succensis viridibus lignis vapor sublatus, postea vero aliquantum mordax & acer. Quum in omne corpus iam effusus est, nullum vehemens incendium corpus nudare cogit nec ardoris compunctio id uarie iactare, nec spirandi difficultas multum frigidumque aerem ducere, nec sitis vehemens aquam frigidam exposcere. Inclinas accessio primis diebus nullum, postea uero paucum sudorem effundit, qui pro uaporis specie pinguis uiscosusque est. Tota accessio horarum est octodecim, intermissio sex, quæ raro integra puraque existit. Pulsus paruus, languidus, summissus, ac rarus, præsertim accessionis initio & incremento, quod natius calor frigidus, crassus uiscosusque humoris agitatione uehementer prematur: postea uero crebre euadit, sed minus quam in tertiana atque quartana, æque tamen uelox atque in quartana: huius inæqualitas omni accessionis tempore quam in cæteris intermittentibus maior. Urina primis diebus tenuis & albescit & crudæ materiæ copia, quæ & uehementer obstruit & natium calorem obterit: postea uero quum materia coquitur, eiusque non nihil cum urina præterfluit, rubra, crassa turbidaque redditur. Alui defectio liquida, cruda, pituitosa. His igitur prima sæpe accessioe quotidiana febris dignoscitur, quum præsertim quotidianæ populariter uigent. In hoc pituitosarum februm genus referri solet opiala febris: per hanc quavis corporis particula eodè tempore calor frigusque percipitur, & vnaquæque corporis pars rigore febreque iactatur. Huius causa putatur acida uitreaque pituita leuiter putrescens & cuius portio incensa iam est, altera uero necdum putredinem experitur. Eos autem qui in dignotionem februm diligentius incumbunt, hoc in primis loco moneri uelim, & continuas (quæ biduum triduum uel quandoque occupant) & intermittentes omnis generis uarie admodum inuadere. Sæpe quidem in horrore atque rigore, tum interiora, tum externa summe friget. At nonnunquam interiora frigore perhorrescunt aut rigent, quum tamen partibus externis non frigus, sed calor unus æquabilisque deprehenditur. Nonnunquam partes summæ externæque frigent, interiores uero utuntur ac sitiunt potumque in horrore continenter expostulant. Tantæ autem uarietatis causa non ad uitream acidam uel pituitam reuocanda est sed eo sanè quod impulsæ febris materiam dum præcordia feriens horrorem parit, partium externarum calorem alias reuocat, alias

alias non reuocat, alias quoque horrois materia acris salsa non paruam partem infert.

Tertianæ febris cause, signa. Cap. XIII.

TERTIANA febris exquisita ex putrescente flaua bile superuacanea incenditur, idque vel in propria cysti, vel circum præcordia cauaque viscerum: è quibus tamen & eius non nihil interdum in venas irrumpens sanguini permiscetur. Eos maxime prehendit qui natura calidi sicciq; sunt, habitu gracili, ætate florida, qui laboribus, vigiliis, mœroribus, curis, ardoribus, victui parco, calido siccoq; assueti sunt, qui tunc impense calidum obtinent. Hi quippe bilis flauæ prouentum faciunt, maxime quidem æstate, calidis siccisque regionibus & æstuoso celo. Si quid istorum deest, exquisita tertiana esse non potest. Repente quidem hæc præhendit insigni rigore, quo plerunq; corpus omne concutitur, sub cuius sinem excussa bilis sæpe vomitione redditur. Hinc calor breui accenditur, & in omne corpus effunditur mox ad vigorem festinans, acer, pungens, & iniectam manum acriter feriens, sed statim mitescens. Laborans ita exurit, ut & corpus nudet & uarie iacet, & spirandi difficultate oppressus magnam multumque spiritum ducat, siti que eneetus frigidam expetat, vigiliis, capitis dolore, & ira furoreque percitus. Longissima accessio horarum est duodecim, interdum septem uel quatuor, multo quidem sudore eoque calido & vaporoso inclinans, quam pura sequitur intermissio. Pulsus accessionis initio contractus paruus, postea uero quam in cæteris celerior atq; crebrior, quod refrigerii maior insit necessitas: uehemens & ualidus, sed aliquantum durus ob arteriæ siccitatem, minimum inæqualis ob tenuitatem materiæ cuius est facilis inflammatio, ob id etiam quod non minor sit refrigerii ex diastole, quam expellendorum putridorum ex systole necessitas. Urina flaua aut flammea, substantiæ mediocris & odore grauis. Atque hæc pura quidem & exquisita tertiana est, quam ceteri sicut Hippocrates septem circuitibus, quod longissimum est, iudicari.

Tertiana notha alias ex uitellina bile in uentriculo putrescente ac in hærente firmitus, alias ex permissione bilis atque pituitæ gigni solet. Atque hæc non omnes bilis, sed quasdam etiam pituitæ causas habet euidentes. Accessiones nullo anticipationis cunctationisue certo ordine recurrit, neque si statæ sunt, exquisita propterea debet illa censerî: non enim ex circuitu solo febris essentia spectatur: rigor minus quidem uehemens, sed diuturnior, calor minus pungens minusque uehemens, qui non æquabilis in omne corpus inuadit, non absumilis igni ex mistis uirentibus siccisque lignis succenso. Ardoris symptomata omnia mitiora, quod bilis furorem pituita restinguat: hinc etiam pauco nec admodum calido sudore inclinât. Accessio ultra horas duodecim multum exporrigitur, quantoque longior fuerit, tanto impurius: nunquam septem, raro quatuordecim circuitibus iudicatur. sæpe uero longius excurrit.

Quartanæ intermitentis causa signa. Cap. XIII.

QUARTANÆ febris continens causa censetur melancholia putris. Hæc enim, quum propriis ex causis multa cumulatur, nec caloris natiui beneficio regi potest, quasi destituta putrescens hanc febrem accendit. Est autem melancholia duplex, una naturalis, quæ sanguinis quasi fex & limus est: altera adusta, quæ unicuiusque humoris torrefacti uelut cinis est: hæcque, alias ex bile flaua, alias ex melancholia exusta fit: interdum

sed

sed rarius ex pituita aut sanguine perusto. Hinc quartanarum alia ex seipso, non ex alia præcedente febre originem habet, eaq; ferè succedit lienis tumori, quæ naturalis melancholiæ exuperantia peperit. Alia aliarum febrium uel continentiarum uel intermittentium erraticarum soboles est, de qua dixit Hippocrates Interpolata febris eademque errabunda in quartanam mutabitur, præcipue si autem tumus proximus est. Humore enim quicumque priorem febrem genuit, nisi integre vacuetur, exustus crassiorque factus melancholiæ naturam subit, putrescensque subiecta fit quartanæ materia. Itaque eos inuadit qui melancholicum humorem congefferunt: cuiusmodi sunt lienosi, & qui uel adurentes uel erraticas febres passi sunt non integre solutas. Neque tamen in liene solo, sed & in mæfenterio & circum hypocondria exuperas melancholia coaceruari solet. Huic gignendæ apti sunt frigidi ac sicci, qui gracili & glabro sunt corpore, ætate constanti, uel iam inclinante: qui curis & mœroribus confecti sunt, cibis diu adiecti crassis, terrenis ac omnino fœculentis. His melancholiæ copia succrescit, autumno præsertim & regione coeli que statu inæquali. Quumque putredinis causæ aderunt, febris exquisita quartana accenditur. Accessionis initium a frigore est ualido quod eousque sensum inualefcit dum uehementem rigorem inuehat, non enim quidem ut in tertiana pungentem ferientemque: sed uere contudentem: quo corpus uniuersum tremore concutitur: dentes strident articuli uero ac ossa quasi pondere obtentur: hoc abeunte vomitio erumpit amarâ: quum præsertim uix patent in uentriculum. Calor accenditur non ut tertianæ uehemens: sed quam quotidianæ ardentior: neque is toto corpore æquabilis est: sed cum quadam frigoris permissione & permanente quodam artuum & ossium dolore. Sitis: uigiliæ: capitis dolor: reliquæque symptomata seuiora quidem quam in quotidiana: mitiora quam in tertiana. Accessio quam in ceteris intermittentibus longior: hancque sudor finit quam in quotidiana uberior. Pulsus accessionis initio multo quam naturalis languidior: minor: tardior: ac rarior: postea uero ualidus: magnus: frequens ac celer: & quam in ceteris febribus inæqualior. Urina primis fere diebus tenuis: alba aquosaque: postea uero & substantia & colore & contentis sæpe mutabilis: quod eius materia plerunq; varia sit: eiusque modo minimum, modo plurimum penetret in uenas. Vix tota febris, nisi ex errore, ultra annum prorogatur, soluitur sæpe mensibus sex, interdum tribus. Quæcunque ab huius conditione supra in fratre multum recessit, exquisita quartana non est, sed aliorum humorum particeps. Neque exquisita censerî debet, quæ in annos duos excurrit, nec quam uidi in annos nouem produci, nec quam infantes ac pueri citra ullum uitæ errorem ipso ortu a matre contraxerunt. In hoc genus plerique referendas putant febres longioris intercedentis & intermissionis, quales sunt quintana, sextana, aut si quæ rariore periodos habent. Harum quippe materiam statuunt melancholiam admodum crassam atque terrenam, qualis ab exusta pituita gignitur. Atque eam quidem paucam in parte quadam distantiore iamdiu coarctatam, ut idcirco tardius moueatur accessionemque faciat. Has Hippocratis auctoritate confirmatas Galenus non recepit, ne uel supra quatuor humores alium statuere, uel aliam statuere, uel aliam illis sedem quam in uenis designare cogatur. Simplicium febrium formæ tales ferè existunt: at certe non nunquam variant. Nam quartana interdum a blando frigore exorta, miti dein calore in quatuor sexue duntaxat horas excurrit. Tertiana uero hac plerunq; tum horrore, tum æstu atrocior, atque prolixior. Quam autem aggressionem primam difficile ex typo, facile post ea fit ex circuitus ordine dignoscere.

De com-

De compositis febribus. Cap. XV.

SIMPLEX & exquisita febris ex vnius simplicisque humoris corruptione proficiscitur, & eius omnes causæ omniaq; signa, nēpe natura ætas, vitus ratio, regio anni tempus & status cœli, omnia deniq; symptomata in vnius eiusdemque humoris dominium conspirant. Composita autem febris bifariâ dicitur, vel quod ex multis confusis, vel quod ex implicitis conficitur. Confusæ sunt quæ ita permiscetur, vt simul incipiant, simulq; desinant. Fiunt autem ex diuersis humoribus eodem loco permittis atq; confusis, pariterq; putrescentibus. Nulla seorsum internosci potest, neq; vlla simplex ac pura elucet, sed sunt earû signa confusa. Hæ sunt quas supra febres nothas appellauimus. Quum par est confusarum modus, vix vllum potest definitum genus signari: quum vero impar, confusa febris eius quæ plus pollet potiorq; est genus nomenq; sortitur. Quæ plus bilis putrescentis quam cæterorum humorum nacta fuerit, tertiana appellabitur, sed notha ac illegitima: & quotidiana notha in qua non sincera pituita, sed alterius quippiam humoris vna putrescet: quartana notha in qua melancholia aliis etiam humoribus perfunderetur. Implicitæ febres sunt, quæ diuersis horis incipiunt diuersisq; desinant. Harum vnaquæque seorsum consistit propriamq; essentiam habet, tamen accessionum partes quædam in tempus idem concurrunt. Fiunt hæc ex diuersis humoribus non eodem loco positis, sed quorum sua sit cuiusque sedes, sua essentia, suusq; motus. Harum vnamquamq; tanquam seorsum atq; solitaria consisteret, minime arduum fuerit propriis signis internoscere. Continua cum continua duntaxat confunditur, non autem implicatur: & absurdum est quod scribit Auicennas, vnius continuæ putredinem ex vno loco, alterius ex altero effundi. Nam reuera in vtraque humores in vtraque putrescunt maioribus, in hisq; agitati permiscetur. At intermittentes tum cum altera intermittente, tum cum cõtinua implicari solet. Quum itaque tres sint omnes simplices intermittentiæ differentia, quotidiana, tertiana, & quartana, harum vnaquæque cum altera uel eiusdem vel diuersi generis implicari potest. Ex similibus generum implexu hæc sunt. Duplex quotidiana, quum in dies accessiones duæ typis definitæ contingunt, quod admodum insolens est. Duplex tertiana frequens obtingit, cuius accessiones quotidie fiunt, sed nec pares nec iisdem horis: ferè. n. quæ diebus imparibus fiunt accessiones, similis inter se sunt, atq; iis dissimiles quæ in dies pares incidunt. Duplex tertiana à simplici ferè initium habet, cui dein accedit & altera: & implicitarum vna prior terminari solet altera manente. Nō minus frequens est duplex atq; etiã triplex quartana. illa duobus diebus exercet, vno intermittit: hæc quotidie accessiones habet, easque raro pares. Vtraq; solet è simplici nasci, cui dein altera, postea vero & tertiana ad illas se applicat. Has oēs à quotidiana typus distinguit, quæ sint quotidiana similes inter se accessiones, harum vero dissimiles. Et licet similes forte cõtingant, ex mouenti tamē impetu & ex cõmemoratis signis internosci possunt. Neque. n. duplex tertiana similes atque quotidiana accessiones efficit, nec triplex quartana similes atq; tertiana duplex quotidianave: nec similes euidenter cause sunt, quæ melancholiæ atq; bilis aut pituitæ dominium proferat. Iã uero intermittentes diuersorum generum perquam raro implicantur, ut quotidiana & tertiana, tertiana & quartana, idq; siquãdo inciderit, primis uix diebus animaduerti potest. Cæterum intermittens ut tertiana interdum continuæ iungitur: atq; hæc à tertiana continua distat, quod huius exacerbationes sine horrore rigore

ve pre-

ve prehendant, nulloque sudore inclinent: in illa uero contra à rigore incipiunt inclinantque cum sudore: nec tamen ut intermittente sudorem sequantur integritas, sed alterius continuatio. Huius generis est quæ semitertiana dicitur: continua quidem ac minime intermittens, vno die cum horrore inuadens, hincque grauius increfcens affligensque, altero autem leuius. Constat enim ex tertiana intermittente & ex quotidiana continua: unoque die accessiones duas habet, altero unicam. Si pares ambo sunt humores, exquisita fit semitertiana: si uero bilis exuperat, ardentior fit & tertiana: magis affinis: in pituita, mitior magisque quotidiana particeps. Quotidiana intermittens si quando tertianæ continuæ iungatur atque implicetur, semitertianam quoque efficit, eamque exquisitam & nunc dictæ persimilem, si humores ipsi æquales concurrant: non exquisitam uero, exuperante eorum alterutro. His ad unguem comprehensa mihi uidetur romnis putridarum febrium tractatio.

Hæctica febris gradus, cause, signa. Cap. XVI.

FEBRIS hæctica est calor præter naturam in cordis substantia primum ac per se hærens & infixus. Hic autem cordis uitalisque principij, mox etiam reliquarum partium similiarium substantiam obidet, quod omnis cordis interperies mox corpori reliquo facile impertiat. Consistit in cordis partis similiaris substantia, non quidem leuiter, ut ephemera aut putrida febris calor, qui ex accenso spiritu uel humore in partium similiarium substantiam quadam tenus effunditur: sed penitus quasi immerfus primum ac per se in propriam partis substantiam insigitur. Quumque partis similiaris duplex sit calor, unus elementaris, alter diuinus, non hic quidem, sed unus elementaris supra modum auctus, hæctica febris est essentia: cuius tamen vi tum diuinus ille calor, tum quicquid in similari parte consistit tandem exhauritur. Etenim partis similiaris triplex est substantia, solida, humida, & spiritiosa. Humida rursum triplex, carnosa quæ nil quam concretus est humor alimentarius: primigenia, quæ propria est innati calidi substantia, in qua & spiritus & calor innatus primum consistit: aquea seu elementaris quæ tanquam glutino solida substantia cohæret ac persistit. Quum itaque febrilis ille calor cor & vnamquamque partem similem inuadit, primum quidem carnosa quoque illius substantia incenditur & efferuescit: ac quandiu nihil eius aut exiguum dissipatum est, primum est febris hæctica gradus. Secundus quum amplius procedente calore, aut plurima aut tota carnosa hæc substantia absumpta est: nam & huius multi existunt ordines. Tertius hæctica gradus est, quum absumpta carnosa substantia, calor ille febrilis & immanis primigenium humidum manifeste depopulatur: hic verus est marcor, & febris hæctica cõ marcore, quam Græci *μαρασμὸς* appellant. Per hanc quidem instus spiritus atque calor qui eo humido innititur, omnisque hinc prodians facultas magnam facit virium iacturam: hinc & corporis vires omnes marcescunt & languent, omnesque functiones intercedunt. Hæc si manifesta iam est, penitus immedicabilis existit. Quum enim nobis instum sit, & ex semie cõtractum humidum id primigenium, quicquid illius absumptum fuerit, resarciri nunquam potest, & hominem necesse est multo ante tempore interire, quam maior illius portio disperdatur. Carnosa uero substantia quia instaurari potest, secundus hæctica gradus curationem admittit, nisi iam forte marcori sit proximus. Vt autem febris calore, ita etiam ætatis decursu sine febre, sine dolore, solo interdum senio naturalique siccitate

Rr 15

te carnosum id humidum absumitur, deinde & primigenium, atq; simplex ex se-
nio marcor: quemadmodum & dum arbores uetustate senioq; marcescere com-
perimus. Hæctica porro febris quæ uera simplexque existit, aut statim ab initio
prehendit, aut ephemera succedit. Hæc in eum duntaxat incidit qui natura ca-
lidior sicciorq; fuerit. Fit autem a uehementibus causis euidentibus, ut ab ira-
cundia, a morore, labore, æstu, siti, inedia. Hæc siquidem causæ quum leuiores
sunt ephemeram, quum uehementissimæ hæcticam mouent; statim nimirum in
flammatis solidis partibus. Incipientis hæcticæ febris primiq; gradus signa sunt
quum uehementes causæ euidentes antecesserunt. Exacto triduo aut quatriduo,
quum ephamera amplius dici nequeat, si febris perseverat æqualis citra insignē
uel additionem uel minutionem: quæ quia æqualis existit sine ullo dolore est,
vixque laborans febricitate se putat. Magna uirium imbecillitas est cum quo-
dam languore. Tangenti calor mitis primum apparet, sed mox acer ac mordax.
Pulsus debilis, paruus ac frequens: & arteriæ quæ circumpositæ partes calidiores
sentiuntur, maximeq; in diastole. Hora una duabusve ab ingesto cibo calor exa-
cuitur pulsusq; crebrior atq; celerior euadit: cibo aut confecto, febris in pristina
æqualitatem redit. Ut enim si calcæ humore conspergis, uapor niultus acriorq;
calor suscitatur, ita & corporis solidæ partes hæctico calore obfæcæ, ampliorem
calorem effundunt dum cibi madore proluuntur. Quum secundus gradus est hæ-
cticæ, præter superiora inualefcente cordis siccitate, corpus iâ manifeste lique-
fcit & absumitur. Urinæ pinguedo telis araneorum similis innat, cutis non
rugosa & mollis ut iis qui aliis de causis extrenuant, sed ut ceteræ solidæ partes
arida squalidaque existit. Pulsus durus tensusque est multoque debiliior ac mi-
nor. Febris marasmodos uersusque marcor & tertius hæcticæ gradus est, quum
præ siccitate consumptioneq; corporis, oculi supra modum caui sunt, & promi-
nent quæ circiter sunt ossa, aridæ palpebræ uix attolli possunt atque ut dormien-
ti vonnuent, neq; tamen is status somnus est, sed dormiendi impotentia. Col-
lapsa tempora ac summe caua, quod eorum caro absumpta sit: frons dura, inten-
ta & arida; facies squalida & plumbea, cuius & uiuidus color perit. Venter qua
si inanis, depressus atque contractus, reliquumq; corpus omne ita aridum ut ni-
hil præter ossa membranis & cute obducta, & quasi sceleton esse videatur. ip-
sæque cutis apprehensa ut corium aridissima apparet. Pulsus omnium maxime
durus, paruus, debilis ac frequens. Atque hæc quidem hæctica febris omnino
simplex est, alteri nulli permista, quæ proculdubio rarissima usu obtingere ani-
maduertitur. Est & alia febris hæctica aliquanto frequentior, quæ acutam ar-
dentemq; febrem excipit. Quum enim admodum uehemens est febris incen-
dium, & laborans natura calidus siccusque diutius inedia aut sitim tolerat,
nullaque ope incendio succurritur, colliquefit carnosâ simularium partium sub-
stantia, & febris in partes solidas inuadit easque populatur. Hæc proprie ar-
dens & colliquans est febris, id breui efficiens, quod simplex hæctica sensim mul-
toque tempore. Traditur & tertia hæcticæ differentia ex partis cuiuspiam
affectione, præsertim ex iecoris, lenis. ventriculi, pulmonum, thoracis, renum
uel intestinorum inflammatione haud recte curata, maxime uero si purulenta
euadat. Quum enim febrilis calor diutius in his persistat corq; obfideat, solu-
tu certe quidem difficilis euadit, ac tuû cordi tuû cæteris partibus summam sic-
citatem ingenerat. Cæterû hæc proprie hæctica cæteri non potest, sed sympto-
matica febris, eaq; plerumq; lenta, de qua ante iam dixi. Quin etiam neque hoc
genus, neque alterum præcedens in hæcticæ simplicis genere contineri potest;
utrumq; enim ex putredine natû est, quam etiamnû diu redolet, eius quippe in-
dicia

dicia in pulsu, in urinis, in siti, in aliisq; symptomatis permanent, Quin & cre-
bræ in his excandescunt: etiâ sine cibo sunt, & inequalitates, & crebri horro-
res, quum præsertim purulenta est collectio. Itaque omnis quæ hæctica appella-
tur ex putrida febre profecta, putredinis etiamnum particeps est.

*De maligna pestilenteque febre, qua totius substantiæ
morbus est. Cap. XVII.*

M A L I G N A febris est quæ nõ modo calore, sed & qualitate uenenata cor fa-
tigat. Quæ enim febris est, calore: quæ maligna, perniciosa molesta est. Venenata
qualitas appellatur, cuius vis & perniciosa supra uulgaris putredinis conditio-
nem est. Ea autem uel intus sponte gignitur in nobis, uel extrinsecus inducitur
idque alias è sublimi, alias aliis ex causis. E sublimi uenenata febris quæ fit,
pestilens est, aliis ex causis simpliciter maligna. Hæc itaque fit quum in nobis
humores præter simplicem putredinē, alienam quoque perniciem his ex causis
contrahunt. Hi enim uel sponte sua eo interdum sensim uetustate degenerant,
ut prasina, cerulea, atrabilis putrescens, uel vitiosi cibi atque potus, quia sint
cuiusdam ueneni particeps, naturæ suæ humores febresque proferunt. Acris quo-
que inquinamenta quæ ex infectis paludibus, lacubus, antris, specubus, homi-
num animantiumque cadaueribus aut excrementis: aut ex aliis grauioribus ex-
pirationibus sunt contracta: & quæ ex temporum tempestatiq; inordinatis exu-
perantiis procedunt. Quæcunque his ex causis genita sit perniciosa: ea uel cum
aere, uel cum cibis: uel quouis modo aliter in nos penetrat: atque si suscipienda
febris præparatum corpus est, maligne corruptis humoribus febrem infert sim-
pliciter malignam. Pestilentis autem febris causa est perniciosa uenenataq; qua-
litas è sublimi cœlitusq; in aerem demissa: quæ quasi furibunda passim inuolat
in uulgus. Quia enim pestilentis femina aeri inspersa inspiratione per spiri-
tioneque intro subeunt: si cor affectioni præparatum est: id continuo: inde ue-
ro arteriarum spiritus: postremo humores corpusque uniuersum labefactant.
Sed est cognitum difficilimum: quid corpus unumquodque pestilentis obno-
xium reddat. Quum maligna pestilensue febris simplex est & solitaria citra
putridam: pulsus languidus, paruus, frequens: celer: omninoque inæqualis
existit: uires omnes præsertimque vitales concidunt: frequens animi defectio
ac interdum syncope: assidua vomitio per quam ne cibus quidem optimus cor
recreat: uigiliæ molestæ: frequens corporis iactatio: urina: nec crudæ nec tur-
bida: nec sitis uehemens: nec appetentia deiecta: nec magnum incedium: nec
febris admodum ardens ut idcirco interdum ægri nec se febricitare putent:
& sine sensu doloris uiribus extinctis inopinato decedant. Hæc igitur notæ
sunt malignæ pestilentisq; febris. Quum autem solitaria non est: sed pu-
tridæ permista: commemoratis signis accedunt: capitis dolor & grauitas: &
in somnum propensio: deinde delirium: spiratio difficilis & graueolens: sitis
inexhausta: deiecta appetentia: biliosa vomitio: interiorum æstus uehemens
& extremorum frigus: ut idcirco febris mitis sit: intus conturbans: uena cru-
da, turbida ac foetida, foeda & graueolens alui proluuius, aliaque plurima quæ
pro varia corporis humorumque constitutione alia alios exercent. Hæc enim
constitutionis uarietas causa est, cur uix duos usquam uideas eadem contagio-
ne inquinatos similibus premi symptomatis. Futurorum porro grauium ma-
lignorumque morborum præfagia quædam sunt. Ver pluuiofus & australe
æstusque feruida: nam putredo corporibus accersitur. Auster sine pluuio diu
Rr 2 perfe-

perseuerans: omnia quippe corrumpit, quia natura calidus humidusque est: pluviosus uero calorem æstusque temperat. Aer turbidus, caliginosus, æstuosus quodam caumate, sine uentis aut leui austru. Nam flatu quouis & tempestate ualida aer expurgatur, neque putredinem ingenerari sinit. Cometæ: stellæ cadentes: hiatus, ardores, & in alia in ætheræ nocte conspicua. Hæc enim singula si diu persistant, putredinis tum causæ, tum signa perhibentur. Eius uero genitæ aut proximæ impendentis signa sunt, insectorum & ex putredine genitorum animalium exuperantia, cuiusmodi sunt pulices, cimices, muscarum varia genera, locustæ, ranæ ac mures. Sæpe quæ in terræ uisceribus degunt animalia, errabunda profluunt, auiculæ corruptione percepta nidos deserunt cœlumque mutant: nonnunquam minorum animalium quæ proniore sunt capite, ut ouium magna clades antecedit. Ex his igitur præfagiri potest annum grauem calamitosumque fore, in quo putridi malignique morbi grassentur. At uere pestilentem annum fore non hinc præuidere licet, sed ex sola syderum comissione, quæ illius est procreatrix.

De carbunculo buboneque pestilenti. Cap. XVIII.

PESTILENTIVM febrium aliæ incomitata sunt, aliæ malignitatis suæ atque ueneni characterem quandam exhibent. Hic autem vel carbunculus est uel bubo, uel exanthemata purpurea. Hæc quidem in mitioribus sub morbi statum erumpunt toto corpore conspersa, interdum cerulea uel nigra nullo tumore exuberantia. Carbunculus perniciem adfert maiorem, non è certa sede, sed indiscriminatim, modo ex hac modo ex illa profiliens. Ferè autem oritur à pustula exilij seminis magnitudine: interdum uero & multæ profluunt, primum quidem pruritu, deinde rubore, ardore doloreque uehementi. Hoc uero sensum in crescente pars uirrit crustosumque; uicis quasi candente ferro inducitur, idque uel nigrum uel cinereum. Nonnunquam & a crustoso uicere siue pustula initium sumit. Caro quæ circum ulcus est summe inflammatur, nigrescente colore doloreque implacabili, quæ demum corrupta excidit. Proximam continentemque huius causam statuunt, crassum retorridumque sanguinem longè ab eo diuersum qui phlegmonem parit. Cæterum quæ pestilens sit populariterque grassetur, causa est non modo putrida, sed & uenena aeris constitutio, qua dum præparatum corpus attingitur, contractæ cladis hunc quasi characterem exhibet. Quæ situm autem per diu, febrisne ex carbunculo, an ex febre carbunculus procedat. Quoniã interdum carbunculi initium multo ante tempore conspicuum quam febris est, tametsi Galenus ex carbunculo febrem necessario deducit. At certe una uenena perniciem utriusque causa est, nec tota in carbunculo, nec in febre tota in hærescens. Quamdiu enim carbunculus sine febre est, quis omne uirus in affecta sede collocet? Licet affecta pars extirpetur, aut circumscriptione facta uirus intro subire inhibeat, non idcirco reliquum corpus in tuto fuerit. Non enim quemadmodum uirulentarum bestiarum demorsu, ex ea parte perniciem inducitur, sed inquinati aeris inspiratione. Quum itaque huius ueneno cor lacepsit, si robustæ sunt uires, ueneni quiddam statim in aliquam corporis summam partem difficitur, illicque sensum incrementum sumit partemque contaminat: altera ueneni portio intus hærens, quum sensum inualuerit, febrem infert pestilentem. Sin uero imbecillæ uires erunt, incensum intus uenenum febrè parit, cuius impetu ueneni quiddam foras exiliens, postea carbunculum promittit. Similis est & de pestilente bubone disputatio. Hic autem similem atque carbunculus ortus

tus sui perniciem obtinet: materiam uero minus feruidam ac uere phlegmonodem, ut quæ sanatione suppurat. Infidet uero solis adenibus, nempe uel tonsillis, uel alis, uel inguinibus. De hoc nihil ueterum literis proditum est, siue quod tum rarus admodum & insolens esset, siue quod in regionibus feruidis nusquam grassetur. Nunc autem aquilonis præsertim regionibus in pestilentia frequens, alias cum carbunculo, alias solitarius, alias ante alias post febrem ortum habens. Si carbunculi comes est, illi ferè affidet proximasque glandulas occupat: ut si in capite uel in aliqua uicina parte confedit: eas quæ in collo & secus aures sunt glandulas inuadit: si in brachijs alas: si in cruribus inguina. Nec tamen bubo carbunculi quasi comes est indiuiduus, sed uterque etiam seorsum deprehenditur. Finitima his sunt exanthemata & ecchymata. Hæc pustularum specie in summa cute extuberant, alba quidem, sed in ambitu rubra. Exanthemata uero maculæ sunt exiles uel rubræ, uel purpuræ, uel nigræ. Ut autem corporis summa, ita & interiora omnia uiscera, musculos, nervos: cæterasque partes solidas obsident, ex hisque primam ducunt originem. Vtriusque sua propriaque causa in aere: qualitas quippe maligna diuersi mitiorisque generis quam quæ carbunculum bubonemque pestilentem ingenerat, proinde in infantes ac pueros, non autem in seniores, nisi ferocior immaniorque sit, inuadit. Neque aultrina neque pluuiosa constitutio, neque æstus, sed cæca perniciem hyme pariter ac æstate annis quibusdam irrumpens, horum est effectrix: cum hac enim inquinamenta illa incipiunt pariterque dehumant. Initium habent à febre quæ synochi speciem habet: cuius pulsus frequens, celer ac uehemens est. Membra omnia ingrauescunt, somnus obrepat, caput dolet, nares stillant, oculi tumet & illachrymantur, facies quasi inflammata rubescit, uox raucescit, difficilis crebraque sit respiratio. Die tertio, quarto aut interdum quinto exanthemata ecchymata uel morbi uel impulsu prorumpunt nulla crisi, nulla febris solutione. Hæc enim persistit dum cita aluo fœda proluuiet exeat, aut dum absumatur tempore. Morbi complures alii sunt pestilentes, aut consuetorum aut in solentium numero, quorum est sua cuiusque causa euidentis propriaque malignitas in aere cœlitus demissa, cuius essentia haud secus quam ex euentu dignosci comprehendique potest. At nihilominus quoniam uniuscuiusque comes est maligna perniciosaque febris ex ea contagione profecta: quæ inspiratu cor uiscus omnium nobilissimum primum attingit: iure debent omnes hoc genere pestilentis febris recenserit. Quicumque uero aut epidemii, aut contagiosi, aut uenena ei morbi nulla comite febre nos obsident: licet occultæ cuiusdam & cæcæ malignitatis sint participes, non huc tamen, sed in particularium morborum genera referri debent, in quorum deinceps tractatione uersamur.

De februm symptomatis. Cap. XIX.

FEBRIS nulla incomitata progreditur, sed tum symptomatis, tum aliis pleuruntæ morbis stipata. Symptomata quæcunque leuia sunt ac mitia in signis duntaxat connumerari solent: quæ uero, sæua ac sæpe laborantem non minus quam febris exercent, uiresque nimio opere aut fatigant aut dissoluunt, animaduersione & tractatione digna sunt. Siquid igitur præter febrem ægrotum immanius torquet, uidendum & accurate discernendum, idne ex febre ut proprium eius symptoma emergat, an ex alio morbo qui febrim sit implicitus & cuius propria sit seorsum causa. Grauius autem symptoma reddit, aut humoris situs aut

partis imbecillitas. Quā n. febris materia nō in oēe corpus est æquabiliter effusa, sed in aliquā partē p̄cipue impegit, pro illius cōditione symptomata exurgunt. Quā etiā ante febrē pars quædā corporis vel natura vel humoris cuiusdā veterisve mali vitio imbecilla erat, tametsi æquabilis sit corporis affectio, pars tñ iā diu offensa prima omnium iacturā & incommoda perentit: & si q̄ in ea delitescit vitium, id protinus excitatur cum febre. Februm vero symptomata, quæ ferē solent grauissime torquere, hæc sunt: sitis, linguæ ariditas & scabrities deglutiendi difficultas, gustus deprauatus, cibi fastidium, nausea, vomitio, alui profluuium, singultus, syncope, animi defectio, oppressio, æstus immodicus, corporis iactatio & eius velut contusio, lumborum grauitas, capitis dolor, vigilix, delirium. Intermittente vero febre rigor vehemens, sudor exuperans. Sitis quidem sit interiore ventriculi tunica, vel ardore inaresceta, uel imbuta nitroso & calidoque humore. Illa tamen potu extinguitur, hæc uero minime, etiam si totus uenter humore perfundatur ac turgat: sæpe enim uel ore madido grauis existit. Sola corporis æstuatō nisi hæc interueniant, raro siti exeruciat. Nam interdum corpus febre exardescit, sine siti, non q̄ (vt vulgo credit) frigida destillatio ventriculum proluat, sed quod ardoris causa longius ab sit a uentriculo. Lingua nonnunquam sine siti arefcit in febre, perinde atque in iis qui per sanitatem hiantē ore obdormiunt: arefcit & ab immodico æstu, & a calido acrique uapore in fauces, in os, & in palatum sublato. Huius plerumque tanta vis est ut linguam scabritie exasperet, nonnunquam & hanc diffindat. Si crassiusculus uapor est, aut pituita è uentriculo in os redundat, aut è cerebro procumbit crassescens ea vi caloris & obdurefcens linguam ac dentes plerumque & gulam totam lentore obducit. Hæ ipsæ causæ quum fauces oesophageique introitum obsident, & uiam cibi uel siccitate uel lentore coangustant deglutiendi difficultatem inuehant. Nunquam tamen deprehensum est his solum ex causis (quod tamen plurimi metuunt, omnino fauces præcludi. Gustus deprauatur quum lingua aut os uel bilis perfusione amarescit, uel corrupti humoris substantia aut uapore inquinatur. Sub hoc autem uitio integra nonnunquam est appetentia. Cibi uero fastidium aut febre antecedit, aut primum eius symptoma existit. Huius enim causa multiplex. Nam & sola corporis perturbatio & omnis uentriculi perfusio a quouis humore, qui aut ipsum quasi saturat aut aliena qualitate appetendi uim illius confopit & obruit: necnon corruptus uapor in os uentriculi undelibet afflatus, aut sola insensa qualitas eo se inferēs appetentiam euertit. Nausea atque uomitio causas habet aut humorem aut uaporem aut qualitatem, quæ modo nimio opere relaxat & emollit, ut pituita dulcis: modo expultricem facultatem, uel copia uel acrimonia extimulat, ut bilis genus omne: modo perniciæ facultatis ipsius robur aut infestat aut dissoluit, ut maligna atque pestilens febris qualitas. Quum igitur causarum aliqua uel in ore uentriculi, uel circum tunicas eius tam uehementer impingitur ac hæret ut excuti ipsa minime possit, si exinanitus est uentriculus nauseam solum: sin uero potu cibo ue confectus est, cibi uomitionem mouet. Quum autem causa ipsa nusquam obhæret, sed aut in uentriculo fluctuat, aut in eum aliquid confluxit, humoris alias biliosus, alias pituitosus uomitionem ciet. Alui profluuium quod lienteria dicitur nonnunquam perinde atque uomitio febre succedit, quum uentriculus, uel copia, uel acrimonia, uel malignitate humorum uaporum ue eousque proritatur, ut minime cibum uel amplectatur uel conficiat. Sed & id nonnunquam præstat immoderatus ac intempestiuus frigidæ potus, præsertim uentriculo purgatione laceffito datus. Singultum uel ab inanitione

ne uel a repletionē fieri author est Hippocrates: at qui per febres acutas easque malignas incidit quum ferē perniciosus sit, aliam causam habet, aut corrupti humoris acrimonia, aut malignitatem ac perniciem, qualem pestilens febris exhibet. Hæc quippe vt uomitionem ac plerumque animi exolutionem, ita & dum in uentriculi tunicas altius inscritur, singultum ciet. Animus in febre deficit & exoluitur, modo ab eius humoris perniciæ, qui uenenatam febre inflixit, modo ab eruginosa aut prassina aut atra bile, quæ uentriculi os præcordiorumue membranas, acriter ferit ac uellicat. Quum autem turgens hæc materia è uenis in cordis arcem uel subit uel impellitur, multo grauior obtingit exolutio, necnon syncope in primis periculosa, quum ea repente & affatim irruerit. Exolutionem etiam plerumque infert symptomata quæ febribus affiunt scæuitia, vt vigilix, dolor, timor, immodica & repente facta quæuis uacuatō, itemque victus tenuis atque parcus. Quæ hætenus protuli, ferē quidem uentriculi aut præcordiorum offensione emergunt, quum uel bilis acerrima, uel alius quiuis putrescens aut uenenatus humor in eas sedes uehementius irruit, aut eo de se tetrum uaporem effundit. Quæ autem non ex his causis profecta sunt, ex alio quodam peculiari morbo ducunt originem. Oppressio quæ penè suffocat laborantemque huc illuc agit at & impellit, sit interdum ab ardore bilis prassinæ uel eruginosæ quæ circum cor ut in cauo, exestuat: interdum ab eius humoris copia q̄ in præcordiis aut in uisceribus firmatus, ac per febre impulsus uentriculum atque diaphragma præmit. Posterior hæc non minus in intermittente febre quàm in continua frequens, cui ferē comes est præcordiorum dissentio: atque in contractu prægressuque dolor. Est porro grauissima oppressio: quum uel secur uel lienem phlegmone exercet. Hinc affinis est spirandi difficultas non parui in morbis acutis momenti. Ea præcordiorum oppressio nem sæpe consequitur: nonnunquam cordis & pulmonum æstum, quum ut in cauo bilis atque putredo circum eas sedes incenditur. Est quum turgens in uenis materia impetu profiliens eo procumbit. Delirantibus quorum sensus alio distrahitur: rara & alta: ijs uero qui iam morti proximi sunt, alta: crebra difficilisque sit respiratio: sed non tam uehementia æstus: quàm insiti caloris penuria & uirium languore. Quæ uero uel a destillatione: uel ab alia quauis causa processit: minime debet in febrium symptomatis recenseri. Lumborum dolor atque grauitas tum maxime sit: quum peccantis materiæ pondus in uenam cauam aut in maiorem lumborum arteriam plurimum illabitur. Ea si pariter uehementius incenditur: renum lumborumque susceit ardores. At uero quum eius portio in tenues uenas quæ per summa sunt corporis: atque etiam in musculos excurrit, lassitudines, membrorum grauitates, artuumque dolores exruciant. His ex causis maxime uero ex oppressione, ex lumborum artuumque dolore atque ex estu, magna incidit corporis iactatio, qua id subinde modo in alterutrum latus, modo in pedes inquietum deuoluitur. Quum uero neque a dolore neque ab his causis impellentibus corpus perturbatione iactatur, uel morbi materiam in uenis turgere, & huc illucque ferri, uel cæca malignitate cor, vt in pestilente febre, obsideri putrandum.

Capitis dolor in febre subiectarum partium maximeque præcordiorum consensu sit, in quibus exestiuans humor multum de se uaporem in caput per medias quasque regiones (est enim corpus omnino perspirabile) emittit. Hic uero meninges & pericranium, uel calore & acrimonia feriens, uel copia distrahens dolorem parit. Nonnunquam & è uenis arteriisque maioribus sursum impulsus tenuior sanguis temporum pulsantem facit dolore. Omnis autem


ex febre genitum capitis dolor, aut tempora, aut frontem, aut omnino priorem capitis regionem adoritur. Qui vero aut in occipitio, aut in vertice, aut circum aures figitur, etiam cum febre excédit, peculiaré causam habet in capite, neque symptoma est febris. Sæpe. n. hinc locis vetus dolor quasi sopitus atque coquiescens, humore irritato exasperatur cum febre, quemadmodum & humor omnis circum membranas & articulos præter naturam obhæret, si tacitus erat, vini meracioris liberaliore potu suscitatur dolorque; ciet. Vigiliis inferuntur causæ omnes que somnum & quietem interpellant: dolor, æstus oppressio, sitis, & quæcumque nimium infectæ sunt & laborati graues. Plerumque, etiam si ne istæ quidem molestæ sint, somnus tamen nullus obrepere potest. Id ferè obtingit quum calidus acereque, vapor cerebri substantiam magis quam meningis ferit, eaque; exicat & calcacit, spiritusque; supra modum atrenuat & varie dispergit. Idipsum quoque; citra magnam ardorem euenire cõpertum est, quoties pniciosa qualitate cor obteritur. Somni modus diligenter obseruandus. Nam in acutis morbis cõsopiti laborantes quum expugiscuntur, plerumque; nec meminerunt nec se dormiuisse putant. Posteriores hæ causæ si vehementiores occurrunt, aut si feruida bilis in cerebrum obrepit idque; vrinis factis interdum purioribus, menses conturbatur & portetosa rerum simulachra sensibus & menti sese obiectant, quibus continuo succedit delirium ipsaque; metis alienatio, cuius varias posthac species exponemus. Maioris autem terroris est delirium quam periculi, quod sæpe nullo discrimine hominem abducit ab usu rationis. Præsentitur vero aut importuna loquacitate, aut immoderatiore gestu, aut quauis effrenata laborantis impudetia. Ferè autem quum is humor deseruicit, represso delirio grauis, profundusque; sopor obrepit. Rigor horrore quamquam intermittenti febrium est proprius, nonquam tamen modum excedit. Ex his autem causis patet, quas superiori oratione sumus complexi. Qui in continua febre interdum apparet, aut cõmutationis aut solutionis est index. Sudor non modo febrium intermittenti, sed & continuarum & aliorum quorundam morborum est communis. Huius materia est humor vel copia vel qualitate grauis, per cutis spiracula manifeste affatimque, persiliens. Hinc vero quod calidus sit aut frigus, mitis aut acer, tenuis aut crassus atque; viscosus, foetidus aut suauis, humoris qui hinc protulit genus exprimitur. Erupit sudor aut naturæ vi quiddam supuacaneum robore expellens, aut sponte proprio, impetu. Illud naturalè, hinc symptomaticum appellatur. Qui decedente febris intermittens accessione profluit vberius, & quod in continuarum febrium crisi emanat, naturalis est: propter naturam vero & symptomaticus, qui quouis modo aliter aliove morbi tempore profilit. Hic ferè primum incipit a capite ac deinde reliquis etiam partibus sensum emanat. Solum. n. vtilis & secundum naturam habendus est, quod expurgatæ aluo succedit, quique; iam vacuata crassiore morbi materia, reliquam tenuem per corpori summa dissipat. Qui vero vel morbi initio, vel quouis alio tempore, uel ante concoctionem, uel ante crism exierit, irritus est atque; symptomaticus, & cui nulla morbi fida solutio committi potest. Qui in syncope & in virium exolutione, siue calidus siue frigidus emergit, non sudor, sed proprie mador appellatur. Hæc præcipua sunt febrium symptomatica, ex quorum specie atque; sententia intelligi potest, in quam præsertim partem continens febris materia incumbat, aut quæ pars corporis, uel imbecilla, uel humoris vitio grauata ante febrim fuerit. Sic omnis comprehensa sit tractatio noscendarum febrium, a qua incam me confero, quæ de morbis est partium singularum.

Libri Quarti de febribus earumque symptomatis.

F I N I S.

DE

DE PARTIUM
MORBIS ET SYMPTOMATIS,
LIBER V.



P R A E F A T I O.



VI primi omnium medicinae initia, & quasi fundamenta iecerunt, iure quidem ac merito id sibi laudi & gloriae tribuere, ut a se inuentis & modo deprehensis inuistatisque affectibus in audita quoque nomina arbitrato suo imponerent. Sed quum ipsi rudem adhuc & incultam rerum cognitionem haberent, nomina morbis confinxerunt, non ex rei essentia cui primum & maxime medemur, sed ex eo quod sorte primum occurreret, quemadmodum & lui ueneræ hæc ætas maxime varia aptauit nomina. Itaque morbi alij a patre cui insidit nuncupati sunt, ut pleuritis, nephritis, peripneumonia: alij ab efficiente materia, ut melancholia, cholera, calculus: alij ab ingenti quodam symptomate, ut epilepsia, apoplexia, paralysis, tremor: alij ab externarum rerum similitudine, ut elephas, cancer, polypus, satyriasis. Veteres igitur illi & primi medicum quum unam empiricam colerent, Dogmatici dein notandis rebus artem fecerunt, longasque obseruationes ad artem & ad præcepta reuocant: quam ne obseruarent & offunderent nouitate uerborum, longo iam usu trita morborum nomina retinuerunt, alijque deinceps eadem usurparunt. Nobis quoque eorum usus tenendus: corporisque partes sequuntis, morbi omnes eorumque cause & origines scrutandæ, non opinabiles tantum quas peritudo fingunt & comminiscuntur, sed curationi in primis consentaneæ, & ex quibus medicatio depromatur. Equidem nunquam vllum planè cognitum penitusque perspectum morbum esse putauerim, nisi compertum habeatur & quasi oculis certatur, quæ in humano corpore sedes primario labore, quis in ea sit affectus præter naturam, unde is processit, utrum in ea sede genitus κατὰ πρωτοπάθειαν, an aliunde profectus κατὰ συμπίδνειαν an denique; causa aliqua interior illum foceat. Hæc enim singula certis signis scrutari & internoscere oportet eum qui recte uelit morbis mederi. In hanc morborum caufarumque; doctrinam nunc totus incumbo, cui necdum curationem subiiciam, ne in turbulenta singularium confusione occuper, quorum non est disciplina. Alia noscendorum, alia curandorum morborum methodus, nec singulis omnia conuenienter aptari possunt. Interi res autem corporis morbos primum oratione persequar, deinde externos qui sensibus obiecti ferè chirurgiam postulant: id initio sanciens, ne quis huc nisi gnarus anatomes ac peritissimus accedat: & quæcumque quis uel leget uel audiet (sit autem audiendo quam legendo mens in rem ipsam attentior) fixa meditatione ea contempletur in humano corpore: ut summam rerum cognitionem firma memoria stabiliat.

Sc De

De capitis dolore eiusq; causis. Cap. I.

περι των κεφαλαλιου των

CAPITIS affectus quoscunq; vsus olim notauit, symptomata certe sunt, nō morbi. Hæc in tres ordines ex affecta sedē partimur: alia capitis mēbranas, alia cerebri substantiam, alia meatus atq; ductus obfidēt. Membranas appello meninges & pericranium, in quibus solis vt exquisitē sentientibus dolores sūt, cephalalgia, cephalæa & hemicrania. in cerebri substantia, quæ omnis principis facultatis nempe mentis, imaginationibus & memoriæ sedes est atque instrumentum, de prauatē functionis symptomata sunt, phrenitis, delirium, melancholia, lycanthropia, mania: abolitæ uero functiones sunt stultitia, amentia, extincta memoria, sopor, veternus, catoche, lethargus. In cerebri ventriculis at que in ijs ductibus per quos animalis spiritus in sensuum motuumq; organa distribuitur, sensus motusq; symptomata sunt, uertigo: epilepsia: incubus, apoplexia, paralysis, conuulsio, tremor, catharrus. De singulis rursum plenius dicendum. Dolor omnis capitis in membranis existit, quæ si neq; ab æstu, neque à frigore, neque ab ictu, neq; ab odore gaui offenduntur, causam interiorē habent doloris, quæ aut illas intemperie afficit, aut ferit, aut diuellit aut distendit. Quæ autem signa doloris speciem, eadem & efficientes causas offendunt. Dolor acer, erodens ac perforans ab humore fit aut uapore bilioso & acri feritē membranas: grauens à frigidorum pituitosorumq; copia: distendens a flatuū aut humorum mitiorū exuperantia qui inter caluā & pericranium, uel inter caluā crassamq; meningē se insinuant, easq; membranas diducūt ab ossē: dolor pulsans à tenui biliosoq; sanguine, uel a spiritu redundante, quo turgētēs ac distentæ arteriæ uehementius pulsant membranasq; concutiunt. Eius ferē generis est dolor omnis qui statim horis quotidie siue cum febre, siue citra hanc recurrit. Sed. n. horū dolorum causa ex iis signis certius discerni possunt, quæ demonstrāt quis humor in capite exuperet. Dolor omnis aut externus est aut interior. Externus quoniam pericranio incubit, capillorū radices inuerti non sinit, & capitis pressu exacuitur, interior uero mitescit. Falsum est & a ueritate prorsus alienum, interiores solos dolores ad oculorum usq; radices pertinere: nam & externi eodem sepe pertingunt, quod & pericranium cui insident, oculorū cauū succingat. Dolor capitis consuetus & multos iam annos hominem frequenter leui occasione exercens, aut cephalæa aut hemicrania est: illa caput totum aut partem eius maximam: hæc alteram duntaxat occupat, a tempore imq; pulsatio ne initium ferē sumit. Quinetiam cephalæa semper proprio & primario fit capitis affectu, hemicrania uero præcordiorū subditarumq; partium sympathia. Cephalalgia genus utrunque comprehendit, ac præterea quemuis dolorem, siue ex febris siue ex solis ardore, siue ex ebrietate, siue ex alia quauis euidente causa excitatum. Ita igitur doloris species eiusq; causa internoscitur.

Principis facultatis symptomata. Cap. II.

περι των παραφροσυνων

PRINCIPIS facultatis anime quæ in cerebri substantia tanquam in proprio domicilio residet, deprauiata functio est desipientia παραφροσυνη Græcis & παραδωνη dicta, quæ mentis est alienatio. Hac qui conflitantur præpostere, ratiocinaatur aut aliena cogitat, qualia aut nusquam, aut aliter multo subsistūt. Quibus ita mens egrotat, si dolore, inquit Hippocrates, non sentiunt. Desipientium tres sunt ordines: alii cogitatione sola delirant, quibus etiā vigilantibus mens

mens uis quibusdam mendacibus iactatur: alii uerbo, qui uel impudentius & effrenatius, uel nullo ordine nulloq; iudicio multa obloquuntur: alii opere, qui suas etiā cogitationes factis explent. Omnium causa est humor aut uapor feruentissimus in cerebri substantiā in eiusque uentriculos effusus, cuius impulsu & agitatione mens in falsa quædam sētitiāq; traducitur. Desipientia alia cum febre, alia sine febre consistit. Quæ cū febre, aut phrenitis est aut delirium. Distant autē q̄ simplex delirium fiat ex bile, aut ex tenui sanguine per cerebrum effuso, aut ex uentriculi, præcordiorum toriusue corporis calida expiratione, qualis in ardentissimarum februm uigore suscitatur. Phrenitis semper ex proprio atq; primario cerebri affectu, ut ex inflammatione, ex erysipelate. Distant etiā q̄ delirium plerunq; febris aut morbi grauioris symptoma sit: phrenitis uero non symptoma, sed causa sit febris. Adhęc frequens admodum est delirium, phrenitis uero rarissima. Horum autem causa sanguisua sit an bilis flaua, ex deliriationis specie perspicue noscitur. Nam deliria, inquit Hippocrates, quæ cum risu accidunt, turiora sunt quàm quæ serio: quod illa à sanguinis exuperantia, hæc quia ferocia, à bilis sint acrimonia. Discernuntur porro ex iis signis, quæ quis humor exuperet demonstrant. Atque hæc quidem desipientiæ in febre sunt. Desipientia porro sine febre, alia simplex est, alia melancholica. Simplex illa & leuis interdum fit ex cerebri inanitione atq; ex imbecillitate principis facultatis, qualem dixit Hippocrates ab immoderato sanguinis effluuiō, atque etiam ex uigiliis accidere. Fit & interdum uehementius percussio & impulsio cerebro, unde & animalis spiritus & mens perturbatur atq; confunditur, ut quæ apud Hippocratem ex capitis ictu fit desipientia. Quinetiam ex multa uini potatione nasci traditur, iq; plerunq; sine febre, capite nimirum sanguinis uaporisq; feruidioris copia incalcescente & celerius impulsio. Melancholica desipientia triplex, melancholia, lycanthropia & mania. Melancholia mentis est alienatio, quæ laborantes uel cogitant, uel loquuntur, uel efficiunt absurda longēq; a ratione & consilio abhorrentia: eaq; omnia cum metu & mœstitia, quæ duo Hippocrates indubitata melancholiæ signa constituit. Incipientes quidem melancholici abiecto, demisso & hebetiore sunt animo, se suaq; negligunt, uitā sibi acerbam putant & amarissimam, etiam si ex ea migrare pertimescant. Quū iam malum inualuit, multa animo & cogitatione singūt & obloquuntur aliena perturbate atque confuse, eaq; ferē tristitia: alij ne loquendum quidem sibi esse putant, sed omnem uitam in taciturnitate transigendam. Dein hominum consuetudinem conspiciuntq; magnopere fugiunt, multi solitudines querunt, & interdum mortuorum sepulchra aut horridas speluncas errantes sectantur, eorū se reconduunt, ac se, e luporum ritu ululant, quorum proprie uitium lycanthropia nuncupatur. Infinitæ horum species: qualis nimirum maxime olim fuerit cuiusque intenta cogitatio, aut qualis uitæ conditio, talis se se representat melancholica deliratio. Nam (quod Aristoteles literis prodidit) ut uinum potantium naturæ & moribus, ita sanè melancholia laborantium constitutioni sese accommodat. Eorum plurimi, qui siue febre desipiunt, melancholici putantur, maxime si meticulosi sint & tristes, qui facile continentur, nec uolenter quicquam faciunt: sola quippe melancholica desipientia à frigidiore succo contrahitur, reliquæ omnes à calido. Melancholiæ succedit mania, nobis furor uel insaniam dicta, quæ cogitatione, uerbo aut opere melancholicorum quidem deliramenta imitatur, sed iracundia, iurgis, clamoribus, horrendo aspectu: multo demique maiore corporis impetu & mentis perturbatione laborantes exercet ac impellit, ut quasi feræ & immanes beluæ in obuios dentibus, unguibus & pu-

παραφροση και παραδωνη φρενιτις.

μελανχολια.

λυκανθρωπια.

gnis inusitata rabie petulanter inuadant. Horum iam causas expediam. Melancholiam efficit ater ac foeculentus humor aut uapor in mentis sedem irrepens. Humor autem modo in liene vicinisq; partibus, modo in capite solo consistit, modo in venas uniuersumq; corpus effunditur. Hinc melancholia triplex, hypochondriaca, primaria, & quæ totius corporis vitio fit. Omnium mitissima est hypochondriaca, quæ & flatulenta nuncupatur. ea sinistri hypochondrij sympathia concitatur, è quo uapor ater & obscurus obrepit in mentem. Huius generis signa conspicua sunt subter præcordia, in quibus arteriæ uehementer & moleste pulsant, sicut & Hippocrates notauit. Præcordiorum uenæ si pulsant, aut turbationem aut delirium portendunt. Ex humoris ardore æstus præcordiis inest, sed sine siti: nam læsa uentriculi concoctione sputum humidum copiosumq; reticitur. Hinc etiam ructus, flatus, rugitus & fluctuatio; sæpe dolor & cordis palpitatio, interdum etiam suffocatio. Sumpto cibo calidiore & coctu difficili, calidus vapor sursum expiratur, è quo tum hæc, tum omnia melancholica deliramenta inualescunt, mitescunt uero refrigerante cibo, alui deiectione, vomitione & ructibus. In pleriq; etiam lienis aut mesenterij renitens dolensq; tumor aliaq; horum affectuum notæ insunt, in alijs quum præsertim ab exusta bile flaua tales euaserunt, nec sola sæx melancholica, sed atra bilis molesta est, non manifesta humorum congestio deprehenditur. Melancholia primaria in qua cerebrum primario afficitur, siue peculiari, siue totius corporis vitio, hinc intelligitur, quod sine præcordiorum affectione fatiget, quodq; signa adfint quæ melancholicum humorem, uel in capite, uel in toto corpore dominari & exuperare demonstrant. Iam uero quum atra bilis, uel melancholiæ, uel sanguinis, uel flauæ bilis exustione genita est, mania insilit & adurit, quæ proinde sæpe succedit incalescenti melancholiæ. Ater hic humor similiter atque melancholia alias in præcordiis, alias in toto corpore, alias in capite solo congeritur. Calidus uero quum sit, immania horrendaq; deliramenta concitat: q; si putrescat, febrem accersit, si duntaxat uehementius incalescat, sine febre maniam solitariam. Et hæc quidem deprauatæ aut perturbatæ mentis functiones existunt, quibus ferè comites sunt uigiliæ, eaq; interdum pertinaces adeo ac diuturnæ, ut mente captus quidam menses quatuordecim insomnes duxerit. Nunc de contrariis symptomatis.

μανία μονή
της.

τακταφο
ρισά και
καρωδής
πείνη έπι-
λησιανή
και ληθή.

ε ύπνος.

Stultitia seu fatuitas quæ Græcis est *μύρωσις*, mentis est imminuta & infirmata functio ceu quædam ignauia. Amentia quæ *άνοια*, est uel imaginationis uel mentis occasus atque priuatio, qua iam ab ipsa ortu percussis affecti que uix mentis inopia loqui discunt. Huius classis est fluxa & amissa memoria, quæ & obliuio. Omnium autem causa frigida est cerebri intemperies, quæ functiones omnes torpidas segnesq; reddit: nonnunquam cerebri aut temporum ex ictu aut ex uulnere uehementis concussio, quæ id imbecillius fecerit. At qui ab ipso iam ortu & nature primordiis vitium contraxerunt, ijs inconcinna cerebri figura malaq; inest conformatio, aut certe pauca cerebri substantia, ut quibus caput pusillum existit. Verum enim uero frigida cerebri intemperies quæ non simplex est, sed ex humoris frigidi pituitosiq; copia, iis quæ iam diximus soporosos etiam affectus adiungit, somnum, soporem, cataphoram, lethargum. Somnus quidem naturalis, cerebri & animalis facultatis quies est, spiritus ac uires intaurans, quæ uigiliis & exercitatione per sensuum motuumque organa dissipata sunt. Quocirca inanitio & defatigatio somni quietisq; causa quædam est: ac proinde à uigilijs, à multaq; exercitatione somnus arctior & placidior obrepit. At uero somnus nõ naturalis (ut Aristoteli placet) oppleto fit cerebro, idq;

idque uel halitioso quodam uapore, ut à balneis, à cibi uinique copia, ab alio suppressa: uel humore copioso qui nec caloris nec frigoris modum uehementer excedat. Is enim si pariter frigidus uereq; pituitosus sit, & magna copia in cerebri substantiam & in uentriculos (quo proprium cerebri excrementum cumulari recondique solet) effundatur, non somnum, sed altum soporem, qui Græcis *καταρρηξία* dicitur, inferet: aut etiam ueterum sopore grauiorem, si illis copia admodum grauis extiterit. Adhæc si forte humorem euni pituitosum putredo inuadens febrem accersat, lethargus, ex citabitur, à sopore unius febris eiusq; pituitosæ interuentu distinctus. Ab apoplexia uero sopor, qui grauis sit, internosci uix potest: hoc tamen discriminis intercedit, quod sopor facilem liberamque respirationem sine stertore conseruet, quæ tamen in apoplexia sensim ingrauescit, accersitq; stertorem. Reliquæ omnes motus & sensus & mentis functiones, in sopore perinde atque in apoplexia, uel etiam grauius interceptæ concidunt: quanquam in quodam deprehendi uiam constitisse memoriam. Is quum per accessionem ita sopiretur, ut nec pilorum auulsionem, nec punctiorem sentiret, excitatus tandem omnia furore quodam memorauit, quibus acerbe exercitatus fuerat in sopore. Fiunt præterea & soporosi affectus cerebro ictu uel casu uehementius concussio agitatissimè & commotis spiritibus, nulla recte actio edi potest, tuncq; subsistit homo quasi attonitus, ut qui aut timore aut uerecundia obstupuit. At si concussionis uis & imperu fracta ac depressa calua uerecundiaq; premit, sensus atq; sermonis expers obstupescit æger. At certe quum effractum cerebrum est, atq; eius aut neruorum inde prodeuntium diuulsio quædam obtigit, omnibus quidem fractis ac debilitatis deterrimus oritur sopor exiguum nobis salutis spem relinquens. De hoc inquit Hippocrates. A capitis ictu stupor malum. Et rursum. Quorum cerebrum concussum aliqua ex causa est, os repente obmutescere necesse est. Quendam uidi ictu adeo uehementi ac valido concidisse, ut sanguis ex oculis, auribus, naribus & ex ore manaret: hinc tantus mentis sensuumq; stupor inuasit, ut calua pertusa ac deinde obducta fuerit omneq; remedij genus sine sensu inductum, sitq; is tertio mense restitutus, immemor omnium quæ obrigerant. An autem ex contusione, an ex humorum frigidorum copia ortus sit affectus soporosus, facile tum propria signa explicabunt, tum quæ morbum antecesserunt.

ληθαργος.

δ καρός.

καταρρηξ
ή γουα ή
γρυπανον
καώμα.

Est & aliud symptoma ex contrariarum causarum permissione nascens, quæ pituita bilisq; flaua permixta in cerebro simul immoderatus exuperant. Id cathe seu cataleptis id est prehensio aut stupor uigilans uocatur, quod licet mens sensusque omnes subito correpti uigilantis formam figuramq; retineant, nihilominus tamen omnis eorum functio consopita sit. Quocunq; statu prehensus sit æger, eodem permanet. Rarum certe hoc malum, & cuius admiratione spectatores obstupescunt. Laborantes duos referam quorum animaduersio in cæterorum cognitionem adducat. Vnus dum literis & cærtis sedulo inuigilaret, repente hoc uitio percussus, ita quidem obrigit, ut sedens calammusq; digitis premens oculis in libris defixis putaretur in eorum studia incumberet, donec uocatus ac impulsus deprehensus est omni sensu motuq; carere. Alterum mortui ritu iacentem inuisi, qui neque cernebat, neque audiebat, neq; compunctus sentiebat quicquam: facilis tamen inerat spiratio, & quicquid in os inferebatur, prompte uorabat. E lectulo sublatus solus consistebat impulsusq; incedebat, & quocunq; uel manus, uel brachium, uel crus inflecteretur, illic quasi fixum & stabile permanebat. Expressam quandam dixisses ianuam, aut arte progredientem statuam. Hinc igitur constat, quæ cerebri symptomata

mata simplicem in temperiem & quę humorum vitium sequantur. Nunc de ventriculorum ductuumque affectibus.

Motus sensusque symptomata. Cap. III.

δσκοτόδι-
νος και το
σκότωμα.
το ύποχου-
μα.

VERTIGO est qua omnia circumagi videntur, ita quidem cerebrum sensusque exagitant ut sepe laborans corruat, nisi propinquis nitatur adminiculis. Hac leuius symptoma est suffusio, qua solum fumi, nubes, musce, hisque similia uolitare ob oculos putantur. Huius causa proxima est tenuis calidusque uapor per arterias in cerebri uentriculos irrepens, qui in plexu choroide spiritus & humores exagitant & uarie impellens, turbulētos sensus motusque reddit. Hic porro uapor ex humore quodam uitioso non continenter & assiduo, sed circuitibus & quoties euentium causarum vi cietur, efflari consuevit. Hic autem humor interdum in cerebro, sepius in uentriculo & præcordijs aliisue partibus subsidet. Hinc uertigo alia primario cerebri affectu, alia uentriculi aliarumque partium consortio fit. Illam demonstrant capitis dolor aut grauitas, aurium tinnitus, olfactus uel auditus oblectus: hanc uero nauſea, inappetentia, oris amaror, & cordis cardilogmos appellata. Aut si qua pars alia huic malo dedit originem, eius affectus indicia elucebunt. Ut in quodam cui ab occipitio uertigo exoriebatur, pars in eo minima dolebat, quę si uel blandissime attingeretur, concitatus humor uaporem in sensus omnes exspirabat, quo protinus confusi tenebantur. His qui uertigini aut suffusioni obnoxij sunt, accessione cientes euidentes hæ cause, solis æstus, exercitatio immodica, & quęcunque humores calfaciunt aut exagitant aut cerebrum concutiunt. Deinde rotarum circumactus & aquarum uortices.

Epilepsie. Epilepsia rotius corporis distentio crebra est, seu conuulsio non perpetua, qua homo subito concidit, sensuum omnium atque mentis functionibus interceptis, ut nec audiat nec uideat, nec expeditus præteritorum meminerit. Concussione ex ore spumę mouentur, & solutis musculis interdum uel urina, uel stercus, uel genitura præter uoluntatē exit, & obscura uox eliditur. Atque hæ quidem absolute epilepsie notę sunt: plerumque leuior existit, cuius non tã exprefsa sunt symptomata: nam uertigini finitima hæc est aut quah medio ordine inter uertiginē & epilepsiam. Proinde non pauci uertiginem dixerunt diminutam epilepsiam, prodideruntque ingrauescentem illam in hanc facessere. Causa interior traditur humoris pituitosi aut melancholici ingens copia, quę repente cerebri uentriculos meatusque infertiens, efficit ut æger cohibito animali spiritu corruat. Hęc tamen non affatim ac penitus spirituum ductus obturat, sed eius nonnihil etiam præterstuit, quo cerebrum concussione adnititur quicquid noxium est excutere. Cæterum non sola noxij humoris copia epilepsiam infligit, quod in sopore eius copia in fit citra conuulsionem: quod etiam quum subito desinit epilepsia, ei sanē quemadmodum & apoplexię, excusso in neruos humore, necessario succedere paralyſis, id uero nusquam obseruatum est. Quo circa ut alio opere plenius demonstrauimus, præter humoris copiam uenenata & cerebri substantię grauitate infensa atque inimica qualitas epilepsie causa statuenda est, quę quoties exagitur ac proreperit in cerebrum, ea quidem feriente, cerebro autem contrapugnante, quasi collustatione quadam ac dimicatione fit epilepsia. Huius autem fomes modo in cerebro, modo in ore uentriculi, nonnunquam & in aliis distantioribus sedibus delitescit, e quibus sursum per cæcos ductus in cerebrum serpit & progreditur. Hinc epilepsie tres differentię con-

Conſurgunt, una cerebro assignatur, altera est quę uentriculi, tertia quę alterius cuiusuis partis consensu fit. Quę in cerebro fit epilepsia, aperto eorum qui è uiuis decesserunt capite, animaduersa est sepius aliunde suscitari quàm ex uentriculorum infarctu. Causam interdum deprehendi cerebri abscessum esse, interdum corruptam meningis portionem caluę adherentem, summo dolore quibus è locis teter uapor in cerebri uentriculos penetrabat. Hanc speciem ostendunt, capitis grauitas aut etiam dolor atrox, sensuum mentisque stupor aut tarditas, faciei pallor, turbulenta insomnia, & quod accessio repente hominem adoritur nulla symptomatum præfensione. Alteram quę ab ore uentriculi haud secus atque oculorum suffusio originem sumit, præcedunt uentriculi dolor, distentio, compunctio, & difficilis inedię tolerantia: quumque accessio proxima est, nauſea, cordis dolor, aut animi defectio: quum uero ea deserit, uomitio alias pituitosa, alias biliosa. Tertia species sepe a manuum pedumue digitis, uel a crure, interdum ab utero, præsertim quum fetus gestatur, cum quo & putria multa coerceri solent. Non paucas noui mulieres quę quoties uero gestant, cerebro epilepsia corruunt, expeditæ uero nunquam. Hęc etiam potest ab alia quauis parte proficisci: nam uisa est quę a summo uertice capitis originem haberet: è quouapor quoquouersum excurrens, si per externas partes solum uagabatur, uertiginem: sin intro penetrabat in cerebrum, epilepsiam ciebat. Omnium manifestissime hæc species deprehenditur. Ex ea equippe sede in quamali fomes delitescit,prehendēte accessione uelut aura quädã frigidior percontinuas partes in cerebrum efferri percipitur: cuius etiam impetus incipiēs in cetero artiore uinculo (si pars id comode ferat) intercludi cohiberi que potest.

Incubus est grauis corporis oppressio & nocturna suffocatio, respirationem offendens uocemque intercipientis. Sensus quidem non adimuntur: sed tamen stupeſcunt hebetanturque, quemadmodum & mens & imaginatio. Etenim laborans uel ab hoste se inuadi, uel ab aliquo uenerem exigente tanquam ab incubante mole premi, qui manu tactus mox effugiat, uel absurdiora quædam spe-30 tra imaginatur ac fingit. Causa est crassior pituita aut melancholia, non in cerebro, sed circum præcordia inhærescens, qua per crapulam & cruditatem turgescente, diaphragma pulmonesque permuntur: crasso autem uapore illinc in fauces & cerebrum expirato, uox suppressitur, sensus atque mens obturbatur, uisusque tristibus offunditur. Incubus epilepsie & apoplexię affinis est, in quas si diutius persistit, sepe degenerat.

Apoplexia est repentina motus & sensus, omnisque animalis functionis priuatio. Hac quippe percussus, nullis ferè mali indicij præcurrentibus, totus repente quasi attonitus concidit: atque si acerbum malum est, iacet fixis oculis sine sensu, sine motu, sine mente, sola respiratione a mortuo disſidens, quę & admodum difficilis mox euadit, & cum stertore grauisimo. Hoc uno maxime a sopore & ab uteri strangulatu distat, quod in his ferè respiratio facilis & libera seruetur. Licet enim in caro in omni que graui sopore priores cerebri partes opprimantur ab his que procedentes sensus torpeſcant, partes tamen posteriores illeſę, satis spiritus in mouendi neruos effundunt quo motus conseruetur, maximeque respirationis ad uitę conseruationem in primis necessaria. At apoplexia omnia occupans & offendens, motum omnem respirationemque tollit, eaq; maxime causa hominem iugulat. Adhęc solum carum ferè excipit bona ualētudo: apoplexiam paralyſis. Uteri uero strangulatus quum solo uapore cerebrum feriat, multo minus respirationem impedit, nisi sances præciudat. A syncope uero diſſidet apoplexia, quę nullos aut in primis obscurus ac in-

εφιάλης.

εποπληξία.

con-

gui-

gudus in hac arteriarum pulsus exultat, in apoplexia vero plenus ac validus, nisi quum iam in propinquo mors est. Si mitior apoplexia fuerit: sensus quidem aut motus inest: sed admodum stupidus & incertus: ac tum ferè pars altera corporis resoluta ingrauescit. Huius causa in cerebro consistit: omnis motus atque sensus communi principio. Ea autem est crassior frigidiorque pituita: neque enim à sanguine: neque à melancholia hanc gigni uerisimile est: etiamsi toto torpore exuperent. Atque frigidior ea pituita licet proprium cerebri excrementum sit, dum tamen affatim & uniuersè omnes eius uentriculos implet: aut dum minimum quiddam retis admirabilis arterias, per quas spiritus ex corde in cerebri sinus influit, repente obstruit aut coarctat, apoplexiā infert. Tum quippe sinus influente spiritu destituti, nihil deinceps suppeditare possunt sensuum motuumque neruis, moxque necesse est animal collabatur, ac si eius carotides arteriæ interciperentur uinculo. Quibus caput graue frequenti sopore tentatur, & corpus omne pigrescit inertiusque euadit, & oculi tenebris offunduntur, hi apoplexiæ opportuni sunt, maxime uero senes, pituitosi & crapulæ addicti, qui breui angustaque sunt, ceruicæ.

Paralysis quæ consummata sit, unius cuiuspiam partis nõ totius corporis motum & sensum perimit. At imperfecta interdum sensum perimit cõstante motu, interdum motum incolumi sensu: utrumque enim altero manente interdum perire posse in Physiologia demonstrauimus. Est & quum imperfecta paralysis sensus motusue torpet & hebescit, hic proprie stupor appellatur, quo aliquando uidi uniuersam corporis cutem ex crapula & uinolentia affici, illæso motu. Fit autem paralysis alias ex debili apoplexia, ac tum proprie paraplegia dicitur, & alias ex stupore sensum aucto, qui paralysis est nuncius. Illa quidem grauior & periculosior est, ac sæpe in apoplexiam recurrit, hæc uero mitior, at nihilominus pertinax. Illa ferè aut partes omnes quæ sub capite sunt, aut alterum saltem corporis latus occupat, estque proprie hemiplegia: hæc interdum illas, in certum unamquampiam partem obsidet, ut linguam, oculum, maxillam, labrum, brachium manum, crus, pedem, aut quicquid sub diaphragmate constituitur.

Pars resoluta celerit frigore obriget, ea quoque grauis est, & si attollitur, mox sua mole recidit relabaturque, laxa, mollis, tum motus tum sensus expers. Quumque iam diu malum protractum est, ea contabescit atrophia. Faciei que cunque pars resoluta fuerit in aduersam partem sanam contorquetur. Inuestiganda porrò diligenter mali prima sedes. Si partis cuiuspiam in facie extinctus est sensus, affectio in iis est neruis qui à tertia cerebri coniugatione procedunt: at perempto motu, in primis spinæ uertebri causa subsistit. Si partes omnes quæ sub facie sunt resoluuntur, affectio totius spinæ obsidet initium. Hemiplegiæ causa non in tota spina, sed in illius altera duntaxat parte inhærescit. Altero crure aut utroque resoluta causa non supra lumbos querenda est. Si tota spinæ medulla in transuersum afficitur, resolutio subditas partes omnes, tum dextras, tum sinistras occupat, sin altera medullæ pars afficitur, eas duntaxat quæ è nouamenti regione sunt. Quacunque igitur parte resoluta, ac curate discendum in eam sola affectus consistat, an illius neruo. Sed & quæui debet in totone processu nerui, an in eius parte aliqua, & an in origine solum, an in ipsa cerebri aut spinæ medulla. Ad quam quidem rem exquisitè tenenda est ex anatome omnis neruorum distributio. Ea porrò causa spiritus influxum & distributionem interpellans, crassa ferè est pituita neruo tenaciter impacta, huncque obstruens & impediens quomòdum spiritus animalis in eam distribuatur

παράλυσις.
ἡ νάρκη.
ἀμυδρὰ-
τις παρὰ-
λυσίς.
παράπλη-
γία.
ἡ μισση-
γία.

distribuatur partem, in quam neruus propagatur. Quinetiam alius quouis humor in spinæ medulla infixus paralyfim committere potest: ac sæpe flana bilis hanc infligit, quum sub finem intermittentium februm in spinam dorsæ ac in neruorum origines effundit. Eam præterea inducit nerui callus, & tuberculi, & tumor omnis præter naturam neruum aut medullam constringens, multoque magis intectum uinculum, & contusio ex casu uel ictu, & uertebraum luxatio, quæ aut in dextrum fit aut in sinistrum. Quænam autem harum causarum paralysis intulerit, quibus facile propriis ex signis internotaret.

Conuulsio est neruorum musculorumque suam originem uersus præter uoluntatem perpetua contractio. Hac membrum in quod musculi tendo inferitur simul adduci necesse est & contrahi: & à naturali figura desciscere, & uehementissimè torqueri dolore qui modo leuius, modo atrocius insultet uiresque prosterнат. Rarum quidem & insolens, sed tamen acutum malum est conuulsio, & quod breui interimat. Hæc interdum totum corpus, interdum partes infestat. Quæ totius est corporis, id adeo arcte occupat, ut flecti haud possit: quæ corpus in priora curuatur emprosthotonos est, quum in posteriora opisthotonos, quum æquali robore in utramque partem intenditur, tetanos id est distentio, quæ nomina solent etiam solius ceruicis conuulsionibus accomodari. Huius causam & vitium in spinæ initio contineri extra controuersiam est. Iam uero partis conuulsio interdum in oculo, in frontis cute, in linguæ radice: in maxilla: in labris uide risus fit sardonius: interdum in brachio: in manu: in crure animaduertitur: eo scilicet neruo aut musculo affecto qui partis motioni destinatus est. Pars autem nerui primario affecta ea ratione designabitur: quæ in paralysis exposita iam est. Conuulsionis causæ multæ sunt: quas omnes Hippocrates in duas contulit: inanitionem & repletionem. Quæcunque enim uel ab ardente febre, uel ab elebori alteriusue medicamenti potione, uel ab immoderata sanguinis profusione, uel ab immodicis uigiliis, uel ab inediis, uel à labore immodico fieri traditur, ab inanitione est, quemadmodum & quæ ex uulnere aut ex nerui compunctione concitatur. Hanc sequitur inflammatio simplex, & ardor neruofas partes cerebrumque feriens. His igitur ex causis propria substantia dissipata, nerui & membranæ siccescunt ac in sese contrahuntur. Quæcunque uero conuulsio uel ex phlegmone, uel ex ebrietate & crapula, uel ex suppressa quadam uacuatione consueta, uel ex intermissa exercitatione proficiscitur, ad repletionem referenda est. Ex iis igitur quæ antecesserunt conuulsionis species atque causa discernetur, tum etiam quòd ex repletione repente gigni soleat, ex inanitione uero sensum multoque tempore.

Præter illas alia quoque conuulsionis est species, quam recte flatulentam quis appellet. Ea sæpe manuum pedumque digiti, nonnunquam & crura uel extenduntur uel in sese contrahuntur summo dolore, sed eo breui & qui frictione sola mitescat. Causa est crassus lentusque vapor in neruorum propagines infiliens, qui illas haud secus atque citharæ chordas implet atque conuellit: proinde iis qui uino & crapulæ, aut socordix ac desidix se dederunt, frequens esse consueuit. Huius etiam generis quædam non ita pridem mihi occurrat, non extremas solum uerum alias quoque partes impetens. Ea quotannis hyeme duntaxat, sed bis terve quotidie affligebat. Caput primum in accessione vibratione quadam ex interuallis contorquebatur, hinc sensum malum per ceruicem frigoris sensu deuoluebatur: quumque inter scapulas irruerat, illæsa mente integrisque sensibus opisthotono corpus rigeat: quum uero in alterutrum latus: aut in brachium, aut in crus excutiebatur, ita arcte id protinus

σπασμὸς.

T t nus

mus contrahebatur, ut nulla astantium vi exporrigi posset, dum prorsus conquie-
sceret accessio. Ex quibus intelligi potest, continentem proxima nō; illius cau-
sam non humorem, sed frigidum, crassum lentumq; vaporem fuisse, qui inclinante
accessione totus dissiparetur, cuius tamen fomes esset in capite.

Tremor motus est depravatus membrum præter voluntatem concutiens. Ori-
tur quum insita gravitate membrum delabitur, facultas vero imbecillior id ne-
quit erigere nec robuste exporrigere: tum enim pugna quadam gravitati resis-
sit facultas ac tantum in sublimi membrum attollit, quantum id suo pondere
deorsum fertur. Præcipua igitur causa est facultatis atque nervorum imbecil-
litas: quæ contrahitur interdum ex ætate, ut quum iam gravis est connectus, in-
terdum ex causa vires resoluente, cuiusmodi est diuturnus gravisq; morbus, im-
moderata intēp. stituaq; venus, & timor aliudve animi pathema: interdū ex iis
quæ tota substantia nervis sunt infensa, ut hydrargyri uapor immodicus, inter-
dum ex iis quæ nervos acrius feriunt ac implent, ut vinolentia, uiniq; meracio-
ris liberalior usus, hac nulla crebrior tremoris causa existit. Quinetiam præter
nervorum imbecillitatem alia quoque causa statuatur, nervorum obstructio à
lentis crassisq; humoribus, quæ sit tamen leuior quam in stupore aut in paraly-
si: communes quippe horum causas esse volunt, & ordine solo distingui, ut quæ
interuallo à paralyti stupor, tanto à stupore tremor recedat. Atque ut pitui-
ta sic & bilis flava in nēros insiliens horum sit symptomatum causa ea fere ra-
tione qua & de paralyti traditum est. Etenim non raro sit acutorum morborū
finem tremor enacri deprehensus est. His iam omnia tum principis, tum sen-
tientis mouentisq; facultatis symptomata videor persequutus. Nunc quæ ab
excrementis procedunt expediā.

Excrementorum cerebri symptoma: a. Cap. IIII.

*ἀνεπαρκῆς
περίηλωμα
των σιμ-
πλωμα-
τῶν
ὁ κατάρ-
ρυσ.*

DESTILLATIO Græcis *κατάρρυσ* est superuacanei humoris è capite in
subiectas sedes prolapsio. Hoc nomen late patet iunioribus, quo tamen veteres
eam solum designarunt quæ in fauces irruit. Ergo destillationis causa atque ma-
teria capitis est excrementum. Cerebri anapla copiosaq; medulla multo eget ali-
mento: è quo necesse multum quoq; excrementum gigni: maxime uero si impen-
se frigidum humidumq; aut alia id ratione imbecillum sit, illiq; uel copiosius:
uel non satis congruens alimentum suppeditatur. His enim ex causis ubiq; ma-
gnus fit excrementorum prouentus. Quum moderatum excrementum est: id
omne in priores cerebri sinus reconditur: qui in id quodammodo destinati sunt
quum uero immoderatus exuperat: extrinsecus etiam circum cerebrum circū-
que meninges dispergitur & fluctuat: quo per interiorum ora uel narum effusus
est. Cerebri sinus seu uentriculi facile per palatum expurgantur, reliqua uero
capacitas tum per palatum, tum per nares: tum per aures & oculos. Itaque si
cerebro humido sicæ sunt nares, destillationes capitisq; morbi ingruunt, qui-
que foris splendent inuis sepe sordent. Excrementum porrò id cerebri naturā
imitatur, quumq; pituitosum sit, tenuē tamen aquosum atque dulce existit: sed
in cerebri uentriculis diutius obhærens plerunq; uel balsam, uel acrem qualita-
tem tempore conquirat. Aliud præterea in externis partibus capitis excremen-
tum colligitur, maximeq; sub cute uerticis, quo uel narum per faciem & tempo-
ra in caput irrepentinum extrema desinunt. Quoties enim hæ uel sero uel hu-
more multo turgent, alimenti reliquias & superuacua sub cutē effundunt, quæ
præ cutis crassitie atque densitate vaporare foras uix queunt. Horum coagmen-
tatione

tatione assidua tantus interdum cumulus fit, ut tumor ceræ instar mollis promi-
neat cutem condensans eamq; à calua plurimum disiungens. Hic certe fons, hic
fomes est omnium externæ destillationis, quem miror neminem omnium ueterū
animaduertisse. Hinc in externas corporis partes fertur destillatio, in oculos,
in maxillas, in dentes, in ceruicem, in scapulas, in brachia, in latera, in dorsum
& lumbos, in toxendicem, in crura, in omnes denique articulos. eaque tum om-
nis arthritidis, tum omnis ferè externi doloris causa esse deprehenditur. Quæ
autem è cerebri uentriculis aut ex iis locis quæ sub calua sunt fertur destilla-
tio, ea in interiores corporis sedes prolabitur, in hisque varios morbos excitat:
in neruorum origines irruens apoplexiam, paralytim, stuporem, tremorem. In
sensuum organa, cæcitatē, surditatem, tinnitum, odoratus priuationem: in na-
res grauedinem: in fauces & in asperam arteriam rauicitatem: in pulmones tussim,
astham, phthisim: in uentriculum cruditatem: in intestina alui profluuiū:
hincq; si in iecoris uenas se insinuet, crassescēs tum eas, tum viscera infercit ob-
structionesq; parit. Sic destillatio quàm plurimorum est morborum procrea-
trix. Vnus autē homo præ cæteris animantibus his malis idcirco obnoxius est,
quod amplo sit cerebro eoque sublimi: è quo excrementum in omne ferè corpus fa-
cile delabi potest, idq; perfundere & quasi irrigare. Id autem excrementū quan-
diu in cerebro consistit, ferè aquosum est & sero persimile, quod tamen cum ea
tenuitate ex cerebri substantia leuorem adipiscitur: quo sæpe cernuntur per
frigora nares stillare. Talis igitur initio uel in pulmones uel in alias interiores
sedes illabitur: talisq; ab summo capitis uertice in extimas corporis partes at-
que in pedum articulos profuit. At uero excrementum hoc partim in quas pro-
cubuit calore sensum crassescit portione eius tenui dissipata. Sic enim extenui
& aquosa pituita superuacanea mucosam: ex hacq; albugineam: deinde uitreā
& gypseam caloris uel procreari in Physiologia demonstrauimus. Quum autem
frigida destillatio in partem quampiam incidit: ab externisne an ab interio-
ribus capitis sedibus ea proflexerit: internoscendum quidem (nam medendi
ratio diuersa est) tum iis signis quæ nunc posita sunt, tum iis quæ externum ca-
pitis dolorem ab interiore se iungunt. Destillationis porrò materiam gignunt:
ac augent intemperans humidiorq; uictus, & capitis imbecillitas intemperies-
que frigidior. His ex causis cumulatam excrementum si diutius subsistit ac he-
ret, tum morbos, tum quæ retuli profert symptomata. Id uero depellit & è ca-
pite exturbat, quicquid suo id loco dimouet, ut copia grauens, frigus expri-
mens, æstus colliquefaciens, balneum laxans, & perturbans exercitatio uel ani-
mi pathema. Hæ igitur quoniam efficiunt, ut pondere suo excrementum in sub-
iectas sedes profuat, destillationis causæ statuendæ sunt. Recentiorum medico-
rum turba non satis probabili Auicennæ dogmate, omnem destillationis mate-
riam statuit è iecore calidiore suscitati multos inde uapores in caput efferri,
qui deinde cerebri frigore in aquam uersi protinus relabantur, perinde atque
terrarum expirationes quæ in nubes concrecentes mox dissoluuntur in im-
brem, aut sicut uaporarii halitus in sublime elatus densatur in aquam. At uero
excrementi minimum hac ratione congeri potest. Sed & iis qui uel tempera-
to uel frigore sunt icore, destillationes plerunque fiunt: & hæ quidem quem-
admodum & reliquæ ferè omnes à capitis imbecillitate & frigida intem-
perie, quæ omnium sunt causarum creberrimæ ac validissimæ. Capitis
symptomata omnia persequutus uideo, quorum interiores ferè causæ sunt
intemperie simplex, & uitium humoris, qui uel extra, uel intra caluam
Tt 2 consistit.

consistit. Hic uero uel in meningibus, uel in cerebri substantia, uel in eius du-
ctibus obhæret, uel illinc in subiectas partes illabitur. Atque hi præcipui sunt
scopi, ex quibus tota medendi ratio peti constituitur; debet.

Oculorum morbi, symptomata, horumque cause. Cap. V.

οφθαλμῶν
παθή.

SIMILI ratione & oculorum interiores affectus ab externis summa cura se
iungendi sunt, quod in his curatio & remedijs & utendi ratione variet. Interiores di-
co qui intra corneam membranam conditi sunt, & quorum origo ab intimis cere-
bri sedibus dicitur. Externos uero qui uel in cornea, uel extra hanc existunt. Hi
autem affectus aut oculi uisionem aut motum peruertunt, idque modo cum dolore
modo citra dolorem illum. Motui impedimento sunt strabismus atque paralysis.

στραβισμὸς
διαστροφή.

Strabismus oculi conuulsio est qua is in obliquum ita contorquetur, ut ne-
queat amborum unum aspectus esse. Paralysis motus est abolitio: horum causa su-
pra commemorata uel in oculorum musculos incidunt, uel in neruus ex secun-
da coniugatione eo directos, uel in eam cerebri partem unde illi emergunt. At
que hi primum & per se motum impediunt. Affectuum porro interiorum qui
uisioni obsunt, alii in cernendi spiritu, alii in cerebro, alii in optico neruo, alii
in humore crystalloide consistunt. Spiritus ut acute & distincte cernat, debet

οἱ μύωπες
καὶ γοκτά-
λωπες.
οἱ ἀμβλυω-
πῶι.

multus esse & æthereus. Nam multus si crassus quoque sit, & longinqua & vicina
quidem uidet, uix tamen discernit. Paucus uero licet æthereus sit lusciosos tam-
en facit, qui propinqua plane discernunt, distantia haudquaquam uident. Pau-
cus & crassus hebetes, qui neque distantia uident, neque propinqua discernunt: se-
cum hoc serè uitium est. Cæcitas, obscuritas omnisque uisus imbecillitas cuius
causa in oculo conspicua non est, uel cerebri uel optici nerui, uel humoris crys-
talloidis uitio exoritur. Cerebri autem uitium intemperies est aut simplex, aut ex
humore. Optici nerui uitium obstructio ex humoris crassioris influxu: aut ang-
ustia ex tabe uel ex tumore præter naturam: aut illius disruptio ab externis
causis. Crystalloidis peculiare uitium est, è propria sede dimotio, aut ex casu aut

ex ictu, quibus uehementer oculus ipse concussus est. Iam uero hæc notis discer-
nenda sunt. Vitium & offensæ uisionis causam in cerebro esse certo scies, si nõ
ad oculum modo, uerum etiam ad alios sensus imbecillitas pertinet. An uero
ex simplici intemperie, an ex humore uitium sit inductum, ea luculenter decla-
rant, quæ de affectu cerebri signis prodita sunt. Quum causa in cerebro non re-
peritur, in neruis opticis aut etiam infra hos quaerenda est: atque si cæcitas repen-
te aut breui tempore inuasit, obstructio certe est ex humoris influxu: si uero
pedetentim multoque tempore, aut intemperies aut adstrictio uitio detur. Quã-
ta aut sit optici nerui obstructio uel adstrictio, ita quidem coniectura intelligen-
re est. Si laborans oculum sanum claudens altero uidere contédatur, ac tum pupil-
la dilatetur, spiritus nonnihil etiam in fluxu influit per neruum: si uero eadẽ pupillæ
figura eadẽque amplitudo permanet, nihil omnino spiritus illabitur, prorsusque il-
li interclusa est uia. Ruptus aut opticus neruus, aut humor crystalloides è pro-
pria sede dimotus, intelligitur ex ictu uel casu, uel ex alia quavis manifesta cau-
sa quæ vim intulerit: quanquam interdum uidi nullius externæ causæ uis: solius
acerrimi humoris in fluxu repente & crystalloidẽ è propria sede dimoueri, &
pupillam dilatari, sed tum comitabitur dolor immans & implacabilis. Quin-

etiam

etiam quum crystalloidis dimotio sursum deorsumue fit: laboranti quæcunque
cernuntur gemina apparent, non autem quum alterutrum angulum sit.

Glaucoma est crystalloidis aut uitrei humoris in glaucum aut fuscum colorem
mutatio. Hoc uitio impeditur aut per fumum aut per nebulam se uidere arbitra-
tur. Idem impedimentum accidit quum utriusuis humoris substantia nimio-
pere crassescit. Si quem forte alium colorem contraxerit, is etiam in obiectis re-
bus elucebit. Hoc quidem uitium rarum, ac certe immedicabile, quod humo-
rum substantiam immutat.

Suffusio est humoris præter naturam uel in pupilla, uel inter rhagoidem tu-
nicam & crystallinum humorem concretio. Is autem è cerebro per opticum ner-
uum prolabitur, idque sensim, ut idcirco uix possit initio conspici: quanquam in-
terdum uidi omnino crassam atque consumatam suffusionem uno die congeri.
Etenim si crassus humor in opticum neruum repente incidens subito obcæcat:
cur non etiam is longius ob pupillam prolapsus repente in suffusionem eandem
perfectam inducet? Omnis autem suffusio ob pupillam consistens, impedit ne
crystalloides primum uidentis organum, externarum rerum species atque simula-
chra excipiat, neue illa libere cernat. Principio quum tenuis adeo est humor,
ut minime deprehendi possit, fumi duntaxat & uapores, deinde etiam muscæ an-
te oculos obuersari putantur. Tempore eoque crassescit dum omnino uisionem

prædiat, idque si pupillam omnem obtegit, si eius partem duntaxat, obiectarum
quoque rerum partem quampiam obscurat. Atque ut est suffusionis figura, ita
& uaria sunt rerum simulachra. In his omnibus iam manifeste crassus, concre-
tus, albusque humor animaduertitur. Incipiente igitur hac suffusione eadem
ferè uisa atque in ea quæ affecto uentriculi ore fit sese representant: quæ hac
tamè ratione discernuntur. Suffusio propria alterum duntaxat oculum falsis re-
rum simulachris illudit, aut si ambos, non simul tamen neque similiter. Suffu-
sio per consensum & ambos, & simul, & æquabiliter uisus offendit. In illa uisorum
occursatio assidua est, ne diem quidem sed ne horam intermittens. In hac uero
& remittit, & intermittit, si parciore & facili dato cibo uentriculus bene conco-
quat, aut is expurgetur medicamento dialoes. inualefcit si cruditas est, aut es
uentriculi doliat, aut nausea fatigat.

Pupillæ uitia manifeste sensibus patent: ea sunt dilatatio imminutio, diuul-
sio & ruptio. Dilatatio siue iam ab ortu, siue postea ex morbo nata sit, uisioni
obest, ut quæ uidentis spiritum uniuerse diffundi atque dissipari finit. Imminu-
tio natia quoniam spiritum cogit atque densat: acutissimam uisionem reddit,
at morbosa quoniam causam præter naturam habet, deteriorem facit. Diuul-
sio & ruptio nec occæcant nec magnopere uisioni officiant. Dilatationem por-
ro efficit humor in uæca tunica conclusus ac redundans, qui illam distendens,
illius quoque foramen quod pupilla est amplificat. Quocirca oculi prominen-
tiam atque etiam scirrhum, phlegmonem, & abscessum comitatur pupillæ dila-
tatio. At uero imminuitur pupilla angustiorque fit in oculi phtihisi & atrophia,
& quoties vitreus humor quauis de causa absimitur, tum quippe contracta ru-
gataque uæca, & in sese quasi concidens foramen coarctat. Eisdem causis atque
etiam externarum uisus & iniuria sunt, pupillæ diuulsio atque ruptio. Hi sunt om-
nes interiores oculorum affectus, Externos qui corneæ & adhærenti membranæ
insident persequamur.

Caligo est tenebrosa uisio ex crassiore denioreque facta tunica cornea. Rarum
hoc uitium ex morbo ex senectute frequens: qua certe membranæ quemadmodum
& unguis crassescunt.

γλαυκώμα
καὶ ἀμύω-
πῶσις.

ὁ πόχυσσις.

ἀλλήσις τε
κόρησις.
μείωσις.

παράσπ-
ση καὶ πῆ-
ξις.

τὰ ἐπίσκο-
ποῦντα.
τὰ ὑπό-
σιν.

Nubecula

ομίλιαν
αδ' αωλ. α.

Nubecula vero tenuis est humor corneae inhaerescens, cuius adhaesu putat laborans se per nebulam, per vaporem aut fumum res omnes intueri. Hic vero humor sensim crassescens tandem albuginem parit. Est enim albugo crassus & albus humor in vicia aut etiam supra hanc ita concretus atque densatus, ut omnem plerumque videndi aciem perstringat. Sensim quidem haec duo vitia succrescunt, ac saepe ex ophthalmia & epiphora. Interdum & ex proprio fiunt humore lento, qui ob pupillam effunditur ex iis spatiis quae sunt inter membranam adhaerentem & vream.

ρηξις.

απόρρησις
οφθαλμική.

Hallucinatio quae Graecis est *απόρρησις* fit cornea tunica alieno colore in fecta, quo etiam foris omnia tincta cernuntur: ut in ictero citrina, in fuggillatione & inflammatione rubra.

Rhexis est eiusdem corneae ruptura vel sectio, vel exesio, e qua primum albugineus humor emanat, oculumque multo minorem relinquit. Deinde rhagoides tunica procidit, ac tum oculi est procidentia, quae Graecis est proptosis. Ab hac diuersa est oculi confusio, in qua ex ictu humores permixti confusique sunt, citra eruptionem vllam.

Extuberant (sed rarius) in hac tunica pustulae quales exanthematum, phlegmonae dictae. His ruptis vlcuscula manent varia, quorum sordidissimum epicauma dixerunt. Haec tandem plus excipit. Quinetiam huic tunicae & carbunculi carcinomata insident rarissima quidem, sed omnium vlcercum deterrima. Nunc adhaerentis membranae affectus percurramus.

πρωτόγον.

Vnguis neruosa dura & albicans membrana est ex angulo sese obtendens & plerumque pupillam contegens. Oritur ex adhaerente membrana sensim multoque tempore si permittitur.

επιρροια.

Omnium autem frequentissime oculos infestant epiphora & ophthalmia, ex quibus & dolores saepequam acerbi & alii plerique morbi expullulant. Epiphora est tenuis humoris impetus, lacrymarum specie, in oculos factus. Is autem humor alias frigidus ac plane aquosus sine dolore, sine ardore: aut rubore: alias acer est aut falsus, qui & dolore & acrimonia & ardore & rubore molestus est, unde & palpebrarum sequitur exulceratio. Fluxionis huius origo ferè e sincipite & e summo vertice ducitur, in quo humor extra caluam & subter cutem congeri solet, qui pericranium in adhaerentem membranam destillat, ac demum foras per oculos excidit: quemadmodum & ex ea sede destillationes alias in dentes, alias in maxillas procumbere proditum iam est. Quo circa huius egedae atque destillationis causae statuendae sunt.

οφθαλμική.

Ophthalmia est oculi phlegmone ex oculorum angulis in totam adhaerentem membranam effusa. In hac tenues oculorum venae turgent, & quae in oculorum alao obscurae fuerant, conspicuae fiunt: plerumque quicquid album fuerat, rubescit. Summus ardor atque dolor affligit, qui acrius saepe lacrymarum fluxionem accersit. Tum sane magna huic similitudo est cum epiphora. Sed inter se distant, quod in ophthalmia oculi album, in epiphora solum palpebrae ciliolum rubescat: Distant praeterea & materia & origine. Quum ingrauescente ophthalmia album oculi rubescens usque adeo tumet increfcit, ut nigro sublimi euadat, ipsumque ferè contegat, chymosis appellatur. Inflammationis causa est tenuis biliosusque sanguinis in oculis fluxio, e temporum angulorumque uenis in obscuras & latentes oculorum venas irruens. Quibus fluxione frequentius uenae patefactae sunt, hi quauis ex causa inflammatione rursus tentantur, & a plethora, & a solis aestu, & ab exercitatione, & aliis externis casis quas diximus fluxionem irritare.

Oculorum

Oculorum dolores quoniam in primis graues esse solent seorsum quoque restimandi. Mouentur autem ab humorum acrimonia in acri epiphora, ab ardore in ophthalmia, a flatuum vel humorum influentium copia, quae illorum tunicas distendit, a carbunculo & carcinomate. sed a pustulis & vlcusculis quae in corneam insident, ut nullus aut admodum leuis oritur dolor. Quos haec tenus numerari affectus omnes oculi globum obsident. Nunc qui ambitum inuadant, palpebras dico & angulos tradendum.

η περιωδη
νια.

Maximus quidem & creberrimus est egilops, phlegmone parua inter maiore angulum & nasi radicem. Pars ipsa quasi furunculo tumet, ambitus rubore perfunditur, dolor summus urget isque lancianas. Causa est tenuis biliosusque sanguis per temporum, frontis facieique uenas eo insilens, sicque uenam illic conspiciam excedens aut corrumpens, ut sanguis in id spatium sub cutem effusus phlegmonem pariat: qua rupta exulcerataque cute abscessus apparebit, e quo pus per ulcusculum manat.

Ex his parum bene curatis affectibus, sinus consequitur, aut oculi fistula. Etenim quum egilops non mature aperitur, aut quum pus non libere effluens diutius coarctetur, cuniculos agit, ac demum uicinis partibus exesit sinum parat, in quo copiosius colligitur: hinc ad os subiectum penetrat, & uiam aperit innarem proximam, e qua graucolens excidit. Quod si pus uiam sibi munit in angulum oculi maiorem, fistulam excauat qua sinus expurgatur. Solet quippe in sinu illius affiduo congeri, quae presso angulo per illius fistulam emanat: tumque tumor subsidet, dum noua illuue denuo repleatur, quod plerisque singulis horis oringit.

His malis rhyas ferè succedit, quae est carunculae anguli maioris absumptio uel imminutio, a qua & angulus latior euadit. Fit tamen & aliis ex causis, uelut ab humoribus & medicamentis exedentibus. Rhyadi opponitur encanthis, quae ipsius est carunculae inmodica eminentia.

η ρυαξ.

Palpebrarum vitia sunt scabies quae psorophthalmia, & pruritus qui xerophthalmia nuncupatur: illa scabies est ex humore calido & acri, cilia porissimum occupans: haec pruritus est ex humore saiso atque nitroso, soletque nostris sicca lippitudo nuncupari.

ερυθρίσις
τα λωρίδια
τα και ψο
ριώδη βλαβ
σαρα.
ξηροφθαλμια.
κρίθις.

Ectropion palpebrae est inuersio, qua pars eius interior rubra prominat. Oritur autem uel ob cicatricem, uel ob subditae carnis exuperantiam. qualis saepe ex chymosi relinquitur.

Grando tuberculum est durum palpebrae ferè superiori innascens. Hordeolum tuberculum calidum in abscessum ferè desinens, quod e palpebrae margine atque e cilio prorumpit. Quinetiam cillis atque superciliis pilorum destiuum contingit: quod madarosis appellatur: & pilorum inuersio, & pediculorum prouentus, omnia certe ex iis causis genita, quae & finitimos capillorum affectus edunt.

μαδαροσις.
τα
φθειρίασις

Aurium morbi & Symptomata, horumque causa & signa. Cap. VI.

Aurium phlegmone plerumque tentatur. Hec parte intima inter crassum meningem & membranam quae audiendi meatui praetenditur colligi solet. Gignitur ex acri tenuissimoque sanguine, qui ab interioribus meningum uenis eo irruens, tandem putrescit. Calore se prodit, & dolore grauisimum, membranas quippe humoris acrimonia pungit, copia distendit

η διαφλεγμονήν γινομένην εν ταις αυτιαις.

ethmoides sunt: nam quæ in ipso olfaciendi sensu, vel prope hunc intra menin-
gas putrescunt, sensum ipsum haudquaquam ferunt, nec ea laborans, sed qui-
uis affidens deprehendit. Vt enim quippiam odoratum feriat, necesse est ex eo
vaporem quodam intervallo in eum sensum & in priores cerebri ventriculos
efferrî. Odoratus quoque perit aut imminuitur impedito narium ethmoidis
que ossis meatu, quo spiritus ac odor duci solet. Idque uel sarcomate, uel poly-
po, uel p legmone, uel grauedine. At si horum nulla signa comparent, offensio-
nis causa, uel ad priores cerebri ventriculos, uel ad eas propagines in quibus est
odorandi sensus, referri debet: in his vel intemperies, uel humorum copia, uel
corruptela sensum eiusve spiritus contaminat. Circum eas sedes abscessus in-
terdum sunt nulla febre, minimo dolore, e quibus ruptis animaduerti pus syn-
cerum per nares affatim profluere perinde atque e purulentis auribus, idque
nullo incommodo valetudinis. Sed & in quodam milite qui resimis erat nari-
bus ex feodiore quadam eluue diutius cohibita, vermes duo nulloi instar digi-
ti illic geniti inuentique sunt, qui tandem in furorem illum adegerunt, febreque
non admodum manifesta de medio sustulerunt die circiter uigesimo.

η κέρυκα.

Grauedo autem frigida pituitosaque est destillatio in os ethmoides eiusque
membranas incidens, e partibus que circum cerebrum aut e uentriculis eius
effusa. Ea caput ingrauescit, respiratio difficilior euadit, nec nisi hiante ore ani-
ma duci potest, uox non ut ante sonora, non nihil liquoris profluit e nare prin-
cipio tenuis, deinde crassiusculi.

αιμορρηγία

E naribus porro sanguis erumpit, aperta, rupta, uel exesa uena eo desinente.
Eam quidem aperit sanguinis tenuitas uel exuperantia: rumpit uulnus, contu-
sio ex ictu aut ex uolenta quauis euidente causa exedit sanguinis uel cuiusuis
humoris acrimonia. Venæ in nares, non ex intimis cerebri, sed ex oris palatiq;
sedibus excurrunt, satis quidem detectæ ac patulæ, ut quasi emissarium sint su-
peruacui sanguinis expellendi: quemadmodum & hæmorrhoides, & quæ in u-
teri ceruicem pertinent. Ex his siquidem omnibus, alias naturæ beneficio, alias
præter naturam sanguis emanat.

Faciei orisque uisus, & horum cause. Cap. VIII.

CYTIS quæ faciei obtenditur, quoniam subiectæ carnis portio quædam
est sicciore, uitia contrahit cæteris partibus insueta. Eiusmodi in primis sunt
ardentes pustulæ, quæ tum in naso, tum in reliqua facie magna fœditate extu-
berant. Causa est tenuis biliosusque sanguis immodice auctus, aut consuetæ e-
ius uacuatio suppressa: tum quippe in eas sedes irrupit impetumque facit.
Accedit etiam cutis rara atque tenella, quæ eo humore sub epidermide coerci-
to prompte imbuatur. Huius quoque ordinis est rubor faciei uniuersus præter
modum sine pustulis efflorescens: qui si perpetuus est atque constans, seruidio-
re sanguine cutis imbuta est: sin ex interuallis recurrit, solus vapor eo sublatus
in causa est, aut tenuis humor nondum impactus. Huc etiam pertinent citri-
nus, liuidus, albicans, aut aliter fœdatus color, & cutis scabrities: quales iste-
rus, leucophlegmatias, omneque cachexiæ genus proferre solet: omnes quippe
ex humorum uitio, ex corporis ac uiscerum impuritate ducunt originem, ut
posthac plenius disseretur. At varus, tumor est durus & exiguus ex frigido
crassoque humore quasi in callum concretus. Lentigo subnigra aut uere fulua
faciei macula est, lentem magnitudine coloreque referens. Suggillata, nigritiæ
quædam sunt ex contusione ictuque uehementi derelictæ, quemadmodum &
uibi

ε ίονδός.
δράκος.
ταύπυπια.

uibices. Eiusmodi deformitatum ingens est numerus, quæ quoniam corporis
functionibus haudquaquam obsunt, non inter morbos, sed quod omnino præter
naturam sint, inter symptomata recenseri debent.

Cynicus spasms oris est distentiu seu conuulsio, qua id omnino peruer-
tur. Conspicuum quidem malum si graue est atque consummatum, leue au-
tem non nisi quum loquendum ridendumue est, detugitur: tum siquidem oris
labra nolenti contorquentur. Similem deformitatem inurit laborum paralis,
hoc tamen discrimine, quod si paralytis est, labrum in sanam partem contor-
quetur, si spasms in affectam. Quæ horum efficientes sint causæ ex iis
quæ supra de paralyti atque conuulsione prodita sunt intelligitur. Huc per-
tinent & laborum filluræ, quæ uentriculi uiscerumque constitutioni præ-
ter succedunt.

κυνικός
σπασμός.

Dentes varie affici solent: modo enim aut exerti aut longiores prominent,
modo atteruntur aut mandendo, aut externarum causarum vi. Stupefcunt fri-
gidioris humoris influxu, & acerbiorum crudorumque fructuum esu. Nigre-
fcunt & fædo lentore obducuntur detergendi incuria, dulcium & calidorum u-
su, atque expiratione cruditatis & crapulæ. Vacillant mobilesque fiunt exter-
na uel conuulsi, & quum eorum radix multo humore madet, laxiorque fit alueo-
lus. Dolore conflitantur grauissimo, idque ferè ob destillationem alias te-
nuem alias frigidam, quæ uel in maxillæ membranam, uel in dentium neruum,
uel etiam in corpus decumbit. Ruit autem destillatio e capitis uertice per tem-
pora in maxillam aut superiorem aut inferiorem & si quis dens excelsus est in
quem iam uia pateat, in eum maxime fluxio inflit. Tenuis porro an frigida de-
stillatio sit, ex supra commemoratis signis internoscendum: & quod frigida ma-
larum tumor sepe comes est, tenuis raro: huiusque dolor acerbior, illius uero
mitior crebra sepeque recurrens destillatio, dentes excuat, exedit, putrefacit-
que, ac nonnunquam ab alueolis exturbat.

αιμαδία-
σι.
μελάγον-
ται και πε-
λιδνε νται
σειονται.
δδωυγται

Gingiuæ interdum præter modum luxuriant, & ecrefcunt, adeo ut den-
tes prope integant: ijs potissimum quibus molles & spongiosæ sunt, &
qui locis aquosis humidioribusque, ut nautæ degunt. Flaccescunt & exe-
duntur humoris acrisioris & falsi adhaesu, & ulcusculis dentium radices de-
tegentibus.

δπλατα-
δεντα.

Eadem phlegmone manifesta tentantur parulide appellata ad dentium ra-
dicem intro forasue adeo prominente, ut etiam uicinæ partes distendantur, ru-
beant, caleant ac dolitent. In superiorem maxillam ea procumbere solet ex o-
calorum cantho maiore: in inferiorem uero per tempora è uenis eo desinenti-
bus. Abscessus hinc sequitur, cuius pus non ad faciei cutem, sed ad dentium radi-
ces exili uelamento teçtas irrupit. Ulcus si male curatum est, caruncula extat
& prominet epulis nuncupata.

παλεγονή.

Maxilla autem inferior & conuulsione & paralyti interdum tenetur, crebri-
us uero destillatione, quæ in eius articulum ad auriculæ radicem influens, im-
mobilem eam plerumque reddit, loci quidem dolore tumore duro atq; conspi-
cui. Ea ferè externarum more deriuatur e uertice capitis.

η έπουλις.

Aphthæ porro ulcera sunt non admodum caua in quamuis partem oris ser-
pentia, in palatum, in gingiuas, in linguæ latera in eiusque radicem. Hæ
infantibus familiares, sed adultis quoque illas efficit halitus calidior & ieco-
re & ex bilis feruore per œsophagum, aut etiam, per cæca spiracula exur-
gens: illas etiam interdum gignit pituita falsa profluens e capite. In febribus
quidem hæ frequentes, nonnunquæ & sine febre graues, quales sepe mēsisbus su-
pressis

αι άφθα.

pressis observantur. Eas autem hic prætermitto, quas venerea virus & hydrargyri perniciosa solet excitare.

Lingua sauciumque morbis, symptomata & cause. Cap. IX.

o' Cōργα-
209.

IN ea oris parte molli & laxa quæ sub lingua est, & cui ea incubat, atque quasi vinculo alligatur, tumor colligitur batrachus appellatus, qui interdum phlegmones, sæpius œdamatis mollis & laxi speciem exhibet, quo aperto mucosus proflit ovi candido persimilis. Lingua vero tota interdum stupore vel paralyti tenetur iis nervis prostratis impeditis: qui a septima cerebri coniugatione prope spinalis medullæ initium derivantur. Interdum altera duntaxat eius pars dimidiata: dextra signitrave resolvitur citra ullam gustus offensionem. Quam tota prehensuræ, grauis apoplexiæ metus impendit: quanquam non raro anima aduerti diurnam linguæ paralytici nulla consecuta apoplexia. Ex consummata paralyti omnes obmutescunt: ab ortu quoque nonnulli muti permanent: idque naturæ conformantis vitio. Visus est etiam cui leuiore ex causa biduum triduumve loquela adimeretur, moxque repente & inopinato redderetur, & qui sæpius ex interuallis & circuitibus modo loqueretur, modo mutesceret integrè sano corpore.

Blechi atque balbi sermonem non articulate explicant, aut linguæ breuitate, aut crassitie nimia, aut alio naturali vitio conformationis: nonnunquam & affluentis humoris copia modo ex humidiorē cerebro, modo ex ebrietate: nonnunquam immodica siccitate.

Gustus autem perit aut imminuitur nervis mollioribus, qui a tertia cerebri coniugatione exeunt, perfrigeratis aut quadamtenus obstructis, aut certe ea cerebri parte affecta vnde illi originem habent. Deprauatus vero gustus qui absurdus alienique saporis perceptio est, accidit quum vel linguæ corpus, vel quæ ipsum vestit membrana vitioso atque tetto humore imbuitur, qui vel solus, vel liquore eorum quæ bibuntur edunturve dilutus, in linguæ corpus mollesque nervos penetrat, suisque vitus eos perfundit: tumque vel salus, vel amarus, vel acidus, vel aliter absurdus sapor gustu percipitur, tanquam a cibo potuue esset inductus. Is autem humor atque vapor sæpe ex inferis sedibus elatus, œsophagum linguamque proluit, nonnunquam & è cerebro defluit.

το' παρ' ο'σθ
412.

Tonsillæ sæpe tumēt imbutæ destillatione frigida: ac tum quidem sub maxilla tumor tactu uisusque intus animaduertitur, hicque ceu frutulum quoddam faucibus inhærescens, mole sua premit, obstatque ne cibus, potus & saliuæ facile uorentur: idque sine siti, sine ardore. Sed & interdum inflammatio tonsillas exercet, quæ partis nomen etiam sortitur. Hæc tumoris notas per se fert, præterea uero dolorem, ruborem, ardorem atque sitim. Concocta materia interior cuticula facile disrumpitur, abscessuque facto pus in os & in fauces emanat. Hinc vlcus sequitur sordidum & quo graueolens fit expiratio. Oritur eiusmodi vlcus frequenter citra phlegmonem ex humore falso vel acri, qui molles, humidus, calidusque tonsillas prostratis exedit: nonnunquam & ex contagionis labe incipienti luti venereæ familiare est.

η' κλονις κ'ε
χ'ελλασμ'ε-
νι-
χ'εργ'ερεδ'ον
η' γ'ου' κ'ιο

Sed & columella è palati extremo propendens plerumque molesta est. Laxior enim longiorque euadens, in fauces & œsophagi caput illabatur, titillatione molesta, quæ qui afficitur, hanc perpetuo uorare frustra contendit, nec utique ne eius impetu stranguetur. Hoc utij nascitur, quum ea humore multo superne defluente madet atque perfunditur. Quinetiam columella

lumella seu gurgulio interdum (at certe raro) inflammatur tumetque cum rubore & ardore. Ac tum in fauces illapsus maiore tædio quam relaxatus, suffocationis metum concitat. Quum per inflammationem illius pars ima, crassa, & rotunda, summa vero tenuis apparet, σαφυλη inquit Hippocrates, id est vna noninari solet.

η' ο'λεγ-
μαίνουσα.

At vero angina affectus est fauces, id est summas gulae gutturisque partes, per quas tum cibi potusque, tum spiritus introitus est, præcludens. In hac spiratio fit difficilis, deglutire uix licet, ac proinde potus refilit in nares, dolor acerbus fauces occupat. Atque hæc quidem omnis anginae communia sunt signa, sed quæ differentis atque causis plurimum euarientur. Etenim angina alia uera, alia notha est: veræ & legitimæ quatuor sunt differentia. Vna quam omnium periculum summam censuit Hippocrates, ubi neque in faucibus, neque in ceruice quicquam apparet. Huius quippe inflammationis penitus abstracta, grauiora indiget symptomata, non sine metu præsentis strangulatus. Hac sæpe uidimus sublatum ægrotum horis octodecim, constante mente integrisque sensibus. Altera est quum interiores laryngis fauciumque musculi manifesta phlegmone tentatur. Hæc æque ac superior symptomatis læua est, sed minore tamen sit periculo, quod manifesto se proferat tumore, qui & remedia promptè admittit & in os expurgari potest. Tertia fauces interiores una cum ceruice occupat, in qua foris tumor atque rubor est conspicuus, cum calore ac dolore. Symptomata huic nihilo sunt quam cæteris leuiora, sed tamen spes salutis melior, quod inflammatio foras profliens euocari digerique possit. De hac scripsit Hippocrates, Ab angina habito si tumor fiat in collo, bonum: foras enim morbus proferetur. Quarta omnium leuissima atque tutissima censetur, quæ non interiores fauces, sed solam ceruicem eiusque musculos prehendit, quorum tamen tumore interiores etiam laryngis musculi comprimuntur, introitusque omnis coarctatur. Omnium causa est fluxio biliosa aut sanguinea, quæ è venarum iugularium ramis eo pertinentibus in has sedes influens uel erysipelas uel phlegmonem parit. Præter communia anginarum signa memorata, adfuit præterea in his tumor rubor calor atque febris, quæ omnis ueræ anginae comes est assidua. Angina uero quæ notha nuncupatur febris est expers. Hæc autem fit quum pituitosa destillatio in fauces ceruicisque musculos decumbit: ac tum fortasse tumor inest, sed sine rubore, ardore & febre: quocirca inter acutos morbos habenda non est. Huic finitima est ea anginae species, quæ nullo quidem sit proprio faucium affectu, sed quum ceruicis uertebrae intro luxatae, fauces ac gulae gutturisque introitus premunt & arctius coangustant. Noscitur hinc quod signorum, quæ in aliis prodita sunt nullum apparet, quodque ceruix, ponè excavatur, ægreque & cum dolore inflectitur: casus quoque aut ictus antecessi: uel humor præter naturam vertebrarum vincula laxa uit, uel eas sua copia de propria sede disiecit.

Pulmonum morbi, symptomata, causa signa. Cap. X.

PULMONVM quidem appellatione omnia etiam quæ in eis sunt uasa, ipsamque asperam arteriam notamus. Affectus autem qui eo incidunt numerantur intemperies simplex, obstructio, peripneumonia, uonica seu abscessus & tabes. In ipsa uero thoracis capacitate, humoris collectio, & suppuratio. Simplex intemperies maximeque frigida, deinde etiam sicca gutturis arteriam exasperans, tussim excitat siccam, qua nihil humoris expuitur, respiratio

δυσπnea-
σ'ια.

tionem raram facit, & ad calidi acris potusq; desiderium stimulat. Calidior vero intemperies frigidum tum acrem, tum potum exoptulat, & respirationem crebram efficit: quæ ualidior fuerit intemperies, dolorem inferet. Atq; hæc qui dem omnia de intemperie inæquali audienda sunt. Nam quæ iam æqualis eua sit, quum ueluti afeitia quædam natura sit, nullo penitus dolore cruciat.

Flatus in pulmone præter naturam coarctatur quidem, sed admodum raro: tum autem ambientes partes distendit, & si agitetur, dolore afficit, ac interdum uiolenter erumpere deprehenditur.

ἢ ἐμφορᾶ-
ξίς.

Obstructio autem frequens est magniq; momenti. Ea tussim inuehit, & oppressionem, & spirandi difficultatem, quæ tanto grauior est, quanto, & ipsa obstructio maior. Huius causæ variæ, humorum copia, lentor atque crassities, grâdo, lapis & crudum tuberculum, de quibus ut præcipuis affectorum pulmonum causis figillatim tradendam. Humorum copia in solam membranam gutturis sic eingingent destillatione profluens eamq; imbuens, uocem obscurat ac rauicatem infert. Hanc etiam gutturis seu arteriæ asperitas nimia parit, siue a fumo, ue a clamore, siue sit a frigore contracta. At si destillatio in gutturis cauum ductumq; incidit, tussiculam cum quadam irritantis acrimoniæ sensu, sin in pectus ac in pulmones, ueram tussim ex imo pectore erumpentem mouea. Hæc enim fit, quum natura uehementi spiritus efflatione eiusq; erumpentis impetu, nititur quicquid acrimonia aut obstructione molestum est, excutere: quemadmodum & quum inter bibendum edendumue, quippiam in guttur illabitur. Verū enim uero quod in pulmones destillat, si admodum tenue est, tussiendo difficile reicitur, nam occurrentis spiritus uehementia repulsum atque subleuatū, mox disrumpitur relabiturq; in pulmones. Sed multo quoque difficilius expellitur ac extruditur, quod nimis crassum lentumq; est: nec enim abstergi nec dimoueri, nec sursum efferri spiritus uī facile potest. Quum recens est atque etiamnum ruit destillatio, eius acrimonia guttur ardet ac corraditur, frequensque tussicula fatigat, qua nihil aut tenue quiddam effertur: quum uero ea conficit hæsitque pulmonibus: rarior est tussis: quæ sine gutturis ardore: crassius quiddam ex imo ducit pectore. Quum porrò pauca leuisq; & destillatio: leuia quoque comitantur symptomata: quū uero magna grauisq; impetu ruit. præfocans quedam spirandi difficultas angit: crebra: celeris & magna est respiratio: sed qua paucus aer attrahitur, sensus quidam grauitatis percipitur ad pectus & æ spinam protensæ: quo loco pulmones membranis figuntur & hærent. Calidus autem an frigidus humor sit qui destillat: ex acrimonia, ex siti, atque ex iis perspicendum quæ de destillationum signis tradita sunt. Porro autem humor crassus & lentus pulmonem eiusue arteriam occupans, arida tussis uehementissime exercet, qua uix quicquam extenditur: spiritum difficilem reddit: inter spirandum stertorem quendam aut sibilum elidit, & pulmonum bronchiis pertinaciter sit impactus, & uias coarctet per quas spiritus euadit: destillationis notæ antecesserunt, uel a cerebro uel a uicinis sedibus.

τὸ ἄσθμα.

Hic humor quum non totus expuitur, reliquum bronchiis aut pulmonum cauis in quæ subiit firmus inhærescens quàm ut euelli possit tempore magisque crassescit atque siccescit, dum uī caloris in uitream aut etiam in gypseam pituitam habeat. Quumque destillationibus multis eircuitu redeuntibus, ex unaquaque nonnihil crassæ huius & gypseæ pituitæ relictum fuerit, seufim magna eius copia in pulmonum fistulis atque cauernis cunulata, uerum tandem fit asthma, cui opportuni esse solent, qui destillatione atque

atque tussi frequenter tentantur, maxime uero senes & qui angustis sunt pulmonibus. Ab asthma fit othopnœa quàm difficilius nec nisi recta ceruice spiritus ducitur, qualiter & eos spirare dixi quos angina uehementer præmit.

ἢ σπθόπνοια

Malo ingrauescente, lentus humor in grandiaem concrefcit: atque hæc tandem in ueros calculos, quibus interdum dissectos pulmones confertos depredimus, aliosque in his præduros ac solidos, alios ueteris casei constantia, incipientes, alios gypseæ pituitæ duritie: omnes quidem propria cysti obductos. Sed etiam non ita pridem uir occurrit, qui quoties exercitatione incalcescit, concitata tussi calculos è pulmonibus edit præduros, eosque excreat modo hordei, modo pisi magnitudine. Bona tamen isualetudine fruitur, præterquam quòd paulo difficilius respirat, & in medio thorace grauitatis cuiusdam pondus percipit. Atque hæc quidem alijs sine dyspnœa, alijs cum suspiriosa othopnœa obtingunt, qua qui conflantur uehementi angustia preffi prope suffocantur, altoque & suspirioso spiritu multum & frigidum aerem ducere cõtendunt, quo plurimo cor ad refrigerium indiget. Omnes ita affectos uere asthmaticos appellamus, qui ieiuni, & in quiete, & sereno cælo facilius spirare solent, at quoties causæ & materia intus condita frigido humido ue cælo, aut etiam multa crapula humescens & quasi tumens diffunditur, noua dyspnœa quasi accessione conflitantur. Multoque magis si forte recens quædam destillatio in arterias ueteri malo iâ impedita ingruit. Sed & sæpe fit: ut grauiore & repëtino utriusque causæ impetu æger prompte iuguletur, eaq; destillatio ab euëtū catarrhus præfocans appellatur. Galenus neque a destillatione, neque a peripneumonia, neque a pulmonum tuberculo, neque a suppuratione quemquã repente strangulari posse existimauit, sed a sola angina, in qua neque in faucibus, neque in ceruice quicquam apparet. At uero quibus iam diu & multum pulmones infarcti erant, ut in ueteri asthma, multam repentinamue destillationem plerosque iugulas se testamur.

Crudum tuberculum pulmonum arteriis adnatū easq; obstruens, iisdem atque asthma urget symptomatis discernitur tamen quòd pederentim increuerit nulla præcurrente destillationis notæ, quodque difficilis respiratio insit citra stertorem.

ἢ μὲν οὐ-
μα.

Omnis tamen uetus contumas ex quacunque causa si obstructio, inpiratione magna deregitur: per hanc enim sub pectore offendiculum percipitur, quod protinus tussim etiam si diu sopita fuerit, proritat. Si iam tuberculum aut alia quæuis obstruens causa tam alte penetrat, ut non asperis, sed læuibus pulmonum arteriis cordi uicinis in hærescat, non modo difficilis respiratio, uerum etiam pulsus omnino uariis & inæqualis atque intermittens, uel etiam intercisis existit: ac tum cordis palpitatio & animi quedam defectio accedet oppresso iam corde. Atque hæc omnes quidem sunt obstructorum pulmonum causæ.

At tum hi, tum eorum artetiz angustiores sunt uel a natura, ut iis qui iam ab ipsa conformatione depressum obtinent pectus arctumque sub hoc spatium: & qui uel natura uel pleniore uictu & otiosa uita obeseiores euaserunt. De quibus Hippocrates, Qui natura admodum crassi sunt, breuiore uita fruuntur quàm qui graciles. Vtrisque ductus omnes corporis præangusti in sunt & exiles, in hisque spiritus paucus leui occasione opprimitur, estque uel circa humoris influxum extintioni maxime obnoxius.

ἢ περιπνε-
σμογία.

Peripneumonia pulmonum est inflammatio, alias quidem phlegmones, alias

alias cryspelatis specie. Magna spiritus difficultas vrget. malæ præter modum quasi inflammata rubent, oculi intumescunt. Atque si phlegmone est, sputum inquit Hippocrates, cruentum citatur, nisi admodum crudus sit morbus, præcordiorum totiusque pectoris angustia premit: grauitas summa sternum dorsumque contrahit, sed tamen febris acuta non admodum vrret. In eryspelate vero tussis flammam sputum trahit non multo permixtum cruore pectoris angustia grauitatisque sensus minor, at febris flagrantiore incendio extorret. Vtraque autem modo per se oritur, modo anginae vel pleuritidi succedit, dum è faucibus aut è latere humor repente fertur in pulmones. De hac scripsit Hippocrates, A morbo laterali inflammatio pulmonis, malum. Quæ non alium morbum subsequitur, sed ex sese primam duxit originem, sit quidem ex tenui biliosoque sanguine, è dextro cordis sinu per venam arterialem in pulmones vehemētius & abundantius excussio, qui nō modo pulmonis venas & arterias, & verumetiam totum ipsius corpus præter modum implens atque distendens, coarctatur ac putrescit & pulmonis inflammationem accendit, non eam quidem aliarum more collectam, sed toto uiscere effusam. Rara autem admodum est uera peripneumonia. At uero tenuis & acris multa; destillatio è cerebro confertim in pulmones illapsa, interdum ardore præter naturam incenditur æstus ac febrem inferens: ac plerique eam affectionem peripneumoniae nomine designant, in qua & tussis & spirandi difficultate & lenta febre sensum cōficiunt eger, sine ulcere, sine expuitione cruenta. Hæc si peripneumonia dicitur, ab exquisita profecto plurimum, tum causa, tum symptomatum magnitudine distabit.

δ νόσσημα
ἐν πνεύματι
vi.

Vomica pulmonis est abscessus exiguus, & puris in pulmonis quadam parte collectio, quod membranula propriaque cysti arte adeo cōcluditur, vix ut quicquam de se tetrum in cor expiret. Hæc frequens est in tabidis, sed & plerumque sine tabe fit, quum sanguis ex aperta, rupta, aut exesa uena in partem quadam pulmonis regionem secedens, illic putrescit sensumque mutat in pus, ac per summa siccescens sibi cystim efformat. Latens profecto & in primis abditiu uitium, sæpe nec laboranti nec medico notum, quo laborans ipse nec consueta munia intermittit, nec se morbo teneri putat, causamque interitus sui nesciens intus gerit sub pectore. Adolescens quidam à paulo uehementiore exercitatione, quum acerbam tussim nullo pūcto temporis intermisso torqueretur, vomica integrā columbini oui magnitudine excreauit, in qua apertus exquistus albus & æquale deprehensum est: cruenta excreatio integrum biduum persistit magna febre magna; corporis perturbatione. At nihilominus seruatus is est atque sanitati restitutus. Non pauci inopinato è uiuis hora quadrante erepti sunt, in quibus dissectis non alia mortis causa comparuit, quam repentina uomicae disruptio in pulmonibus, è qua pus in cordis arcem penetrauerat ipsius vim extinguens atque obruens. Quumque ex his duo medici essent percelebres, aramen nec febre, nec in appetentia, nec alio ullo symptomate, impendentem sibi diem uitæ supremum præsenferunt. Id mihi quidem persepe eius loci memoriam refricauit, quo inquit Hippocrates, Quibus suppuratio in corpore abdita non innotescit, ea propter crassitudine uel puris uel loci delitescit. Etenim haud raro efficit obuoluentis membranæ densitas, ut nihil tetrum à pure in cor uitæ fontem inspiretur. Omnibus tamen sic affectis multo tempore antequam vomica rumperetur, cruenta excreatio processit è pulmonibus, eaque cum tussis: adfuitque spiritus grauis ac foetidus, corporis grauitas, pectoris leuis oppressio & spiritus difficultas, quibus tabes raro comes. Sed hæc quidem signa aliorum quoque affectuum communia sunt.

Tabes

Tabes autem pulmonis est exulceratio, qua sensum corpus uniuersum liquefcit. Hac incipiente frequens tussis molesta est, qua cruentum ali quid sine sensu doloris extunditur: hoc interdum subsistit, tussisque sordidum quiddam editur, deinde purulentum, tum febricula leuis adoritur, cuius nulla sit internisio: quæ tandem hec tica facta, mox a cibo aliarum more inualefcit. Ulcere magis magisque serpente & sordescente pus excreatur, fitque quod dixit Hippocrates, A sanguinis sputo puris sputum. Hoc quum sincerum est, aquæ interiectum minime alterius ritu innatat: sed (si purum est) in imum descendit subsistitque. Ac nihilominus quoties uel labore uel tussis impetu, uel excandescit in tria uicus puris lentore obductum refricatur, cruenta excreatio redit. Confirmato ac iam inueterascente uitio putris pulmonis portio interdum exit, & sputum carbonibus iniectum aut etiam per se graueolet, sepe id etiam halitus contagione imprudentes labefactat: capilli desiliunt: idque alimentis penuria: toto corpore exarefacto: & inualefcite febre unguis in manibus curuantur, malæ linescunt tetro uapore eo sublato: costarum extrema siccitate sursum conuelluntur: dum tandem corpus omne consumptum contabescat: calorque natiuus exhausto pabulo intereat. Magna inter scriptores controuersia est, possitne quis citra cruentam excreationem tabe resolu. Nonnulli post solam screationem humoris liquidi & sublaui, leui febricula correpti tabescere cœperunt, ac multo post tempore cruoris exiguum quiddam cum pure reiecerunt. Sed non paucos etiam animaduerti tabe sensum sublato, in quibus nihil omnino cruoris toto morbi decursu comparuit. Atque horum quidem ratio mox proferetur. Tabis causa duplex, una quidem pulmonis uiciosa constitutio, altera humor excedens. Vitiosam constitutionem appello, non intemperiem, sed mollem, teneliam ac corruptioni paratam pulmonem substantiam, de qua alibi fusse differui. Sic plerique iam ab ipso ortu & a parentibus latente pulmonum uitio tenentur, quo tandem omnes contabescunt, etiam si nulla aut certe minima destillatio e cerebro aut aliunde procumbat. Qui tabida stipe sati sunt, quasi hæreditario iure omnes necessario tabe marcescunt: hocque malum sepe nidimus in omnes eiusdem familie ordine grassari. Et qui natura pectus angustum atque depressum obtinent, hi sunt in tabem procliuiores, horumque natura, ut inquit Hippocrates, ad phthisim uergit. Non hinc certe quod pulmones angusti sint, hoc enim duntaxat in asthma deduceret, sed quod ij fere languidi adeo sint & imbecilli, vt tempore sensumque flaccescant ac sponte corumpantur. Ac proinde qui ab ortu uitiosos nati sunt pulmones, alij a cruenta screatione, alij citra hanc tabidi cœcesserunt. Causa tabis a tera acris est & excedens e capite destillatio: aut humor acer e corde in pulmones electus, qualis maxime autumno cumulat, aut pus in thoracis capacitate conclusum, de quo stastuit Hippocrates, Empyos, id est purulentos qui intra dies quadraginta screatu non purgantur, in tamen transire. Hæc igitur cause ualentissimos quosque pulmones sensum & sine sensu doloris exulcerant: quibus etiam accedunt quecumque id egea proprietate ut lepus marinus prestare possunt.

Iam uero pulmonum uena, casu, labore, clamoribusve rupta: aut estu, balneis, uibi potu alimentisue calidis & multis, uel etiam suppressorum mensium (quod interdum fit) eo confluentium multitudine reserata, magnam sæpe sanguinis copiam excreatione profudit, quam nulla tabes est insequuta: ac ita affectos plerique uidi diu postea uitam nulli incommodo exegisse. Non enim simplici uenæ ruptione (modo reliqua pulmonis substantia integra sit) quiscquam contabescat. Aut si qua illinc tabes insequitur, id sane fit quod sanguis

ή φθίση.

ή φθίσις.

τὸ ἐμπύην
μα.

δὲ ἔμψυξις

αἷματος
ἀναγνώγη.

X x ab

ab ulcere in pulmonum substantiam dimanet, inflammatusq; ac demum putrefcens eam labefactet.

Thoracis morbi & Symptomata.

Cap. XI.

u. 7. ad p. 715.

PLEURITIS phlegmone est eius membranæ quæ costis subtenditur. Latus varii dolores exercent, qui tum situ, tum materia distant. Situ quidē, quod alius causam habeat intercostas & membranam quæ intus illas succingit: alius in musculis mesopleuriis: alius in musculis qui extrinsecus costis incubant. Postrenus hic dolor non utique exquisita, sed notha pleuritis est: qui vero vel in musculis mesopleuriis, vel inter hos & membranam succingentem, uel in utranque sedem incidit, ex situ vera & exquisita pleuritis est. Materia quoque dolores hi distat, quæ alius à phlegmone, alius à destillatione, alius à flatu suscitatur. Fit autē phlegmone raro ex crasso, sæpius ex tenui biliosoq; sanguine qui ex vena caua cordi affidente, in eam quæ azymos nuncupatur, ac deinde in tenues costarum uenas impetu quodam incurrit, ex quibus apertis aut disruptis exilit, inciditq; aut in musculis mesopleuriis, aut inter costas & succingentē membranam, illicq; collectus phlegmonem ueraniq; pleuritim parit. Quæ uero sanguis in externis thoracis musculis effusus, idq; per ramum qui à vena caua mox ut è thorace in alam emerit, delabitur propagaturq; in partes thoracis externas, ex materia quidem veram, at ex situ notham pleuritim facit. Quanquam autē hæ phlegmone situ distant: magna tamen societate connexæ sunt: ac sæpe interioris in externam, aut contra transitus est: quod ut in anatome docui, interiorum uenarum extrema foras emergant, & externarum ora intro subeant. Causa porrò quæ sanguinis fluxionem imperumq; mouet, aut illius immoderata est copia, aut tenuitas, aut efferuescentia & exagitatio ab æstu: à balneis, ab exercitatione, ab excandescencia, ab ictu, à subita refrigeratione, aut à portione frigida, quæ concalfactum agitatumq; sanguinem variè depellit ac dissipat. Ad has causas accedit lateris imbecillitas, qua fluxio non quidem allicitur, sed pròptius excipitur. Dolor autem pleuriticus non perpetuo uniusmodi est, sed ut sanguis inciderit varius, & situ & loci amplitudine, sic & dolor sæpe uentem variat: nam à tenui biliosoq; sanguine qui phlegmonem cryspelarodem gignit, atrocior, à puro aut pituitoso mitior. Ab his enim aut simplex phlegmone fit, aut quæ œdematodes nuncupatur. Lateris dolor è destillatione contractus externas etiã partes occupat, oriturq; humore frigido è summo capite per ceruicem in scapulas & omoplatas, tandemq; in lateris externos musculos, quos modo priores, modo posteriores illapso. Hic tametsi nequaquam pleuritis est, perseverans tamen ueram interdum pleuritim quæ etiam sputum cruentum emolitur, accersit, seu quæ sensim altius penetrans tandem se in mesopleuriis & succingentem membranam insinuet, seu quod illius dolor nouam fluxionem eo proriter è uenis. A flatu lateris dolor etiamnum fit admodum uehemens, quoties is inter membranas aut externas, aut interiores sese infert, easq; distendit diuellitq; à uicinarum partium adhæsi. Ad hæc hisce membranæ uiscerum pondere & grauitate deorsum retractis sæpe diuturni insunt dolores, quos ut iccoris uitio & mole fieri traditum est, ita & lienis occasione diu protrahi animaduertimus. Neque prætereundum est & ictu aut casu sæpe laterum dolores relinquere diuturnos atque contumaces, multoq; magis si uel costarum luxatio uel fractura sit insequuta. Hæc genera iam signis discernenda sunt. Lateris dolor quocunque pertineat spiritum incipit, nec libere &

re & magnum spirare sinit, quod latus atque thorax ad respirationem conferat motusq; irritetur. Distant tamē quod dolori à flatu ferè uagus est, nec diu, eadē sede persistit, sed calore & fomētis mitescit atq; etiam sæpius discutitur: ortus quoque est à frigore, aut ab alijs causis flatulentis, hisq; euidentibus. Dolor ex destillatione prægressam habet & manifestam causam: in ceruice uel scapula primum afflixit, deinde in latus delapsus est, in quo pressu contractuq; exacerbatur, fomentis non tollitur. Atque horum dolorum nulla febris comes est, nisi aliunde fortassis accessit. Iam uero externæ atque etiam ueræ pleuritidis hæc communes notæ sunt, febris assidua, respiratio difficilis, frequens atque parua dolor pungens atque distendens: rursus initio sicca quæ nihil prorsus emollitur. At multum inter se distant, quandoquidem externæ dolor tactu pressuq; excādescit: molestus est in latus ægrum decubitus, in sanum facilis: pulsus quidē frequens & inæqualis: sed neque tensus neque durus. Interioris, & ueræ pleuritidis febris assidua ac utior est, quod affectu sedi magna insit uicinitas cum corde: spiratio difficilior, frequentior & minor: dolor pungens atq; distendens, qui si membrana costas succingens parte superiore inflammatur, ad iugulum, in inferiore ad hypocondrium pertingit: neque lateris tactu neque pressu ingrauescit, estq; in ægrum latus decubitus quàm in sanum facilior: materia siquidem inter costas & membranam succingentem collecta aduerso decubitu propendens, membranam magis distendit atque diuellit, unde dolor, dyspnœa, atq; tussis acerbior. Pulsus frequens & inæqualis, durus est atque tensus, Idque magis quam membrana succingens, quàm quum soli musculi mesopleuriis inflammantur. Tussis interdum initio sicca, sed mox ferè humida, cuius deinde sputum coloratum exilit. Primum enim liquidum & album reijcitur, quum è solo pulmone pituita, nondum autem ex affecto latere quicquam excidit: deinde flauum, quum sanies quedam tenuis illabitur: postea rubrum ac uere cruentum, quum iam patentiore uia sanguis purus emanat: hinc purulentum insequitur maturata phlegmone. Hæc autem omnia ex affecto latere per succingentem membranam uel pertusam, uel exesam, uel quouis modo rariorem factam excidunt effundunturq; thoracis capacitatem. Etenim dum expirando thorax deprimitur, ac multo magis dum in tussi uehementer comprimitur: humorem qui in capacitatem est cogit reijcitq; in asperas pulmonum arterias: in quas facile recipitur quod earum ora cartilaginea & semper patentia desinant in extremum pulmonis tenuissima membrana obducti. Ex his sensim in maiores subeunt, dum tandem frequente tussi in eam quæ gutturis est arteriam, ac tandem foras exgantur. Hæc thoracis uitia sunt, quorum hoc loco meminisse oportuit, Nam uulnera contusiones, vlcera, abscessus, cryspelata & quæcunque foras erumpentia uel dolorem inferunt, uel respirationem interpellant, seipsis conspicua sunt & ad aliam contemplationem pertinent.

Diaphragmatis uitia non alia symptomata insigunt, quàm quæ interiora thoracis obfidere diximus, atque isdem ferè signis præterquam doloris situ se produunt. Tumores duros diaphragmatis radici infixos nonnunquam deprehēdi, qui sensim tabe laborantes consumpserunt, citra ullam delirij speciem.

Suppuratio est puris in thoracis capacitatem collectio, in cuius illuue pulmo totus immergitur. Eo autem confluit uel ex angina, uel ex peripneumonia, uel quod frequentius contingit, ex pleuritide. His. n. tussi nō bene expurgatis, abscessus exoritur, è quo tandem rupto, pus sæpe uniuersum in thoracis capacitatem insluit; eoq; etiam diu postea è fordido ulcere stillat, dum tandem ingens ac penè suffocans copia cumuletur. Interdum ex abscessu pus sursum in os

irumpit expuiturq; actum suppurationis periculo liberat. Est quidem suppuratio omnis puris, tum coactio, tum collectio, quacunque parte sit corporis: proprie ea est quæ vel thoracis vel abdominis spacio fit. In alia vero quavis corpori parte, si maiuscula est, abscessus, si minor, vomica nuncupetur. His autem notis suppuratione deprehenditur. Ex prægressa angina, aut ex peripneumonia, aut ex pleuritide vehementi nihil penè laborans expuit. Pulmonis grauitas, aut faucium aut lateris dolor, simulq; febris vehementia subito remissa est: nouum grauitatis sensum in imo thoracis ad diaphragma surrectus æger percipit: decumbens uero aut in alterutrum latus se conuoluens, transfluere quiddam & fluctuare: tussis valida persenerat, sed sicca & qua nihil aut minimum reicitur: sebricula perpetua, languida, inordinata ac vere hæctica: persenerans enim suppuratione phthisim accersit. Quoniam autem thoracis capacitas dillecto (quod mediastinū appellant) media dirimitur, neq; dextri lateris cum sinistro uila societatis est, contingit quidem ut alias suppuratione alterutrum duntaxat latus, alias utrumque occupet, quod magna est obseruatione dignum. Ab angina & a peripneumonia suppuratione in utrumque ferè capacitatis latus infuit: à pleuritide in alterutrum duntaxat, in id quippe quod dolore vexatum est. Latus porrò in quo uo suppuratione reconditur, hinc nosces quòd & grauius & calidius existit. Decumbens æger in latus sanum onus sentit pectori incumbere, quod & angustia vehementer premit & tussim exasperat. In latus ægrum decubitus hæc omnia mitigat, pure nimirum in costas recumbente.

Suppurationi affine interdum malū est, in quo magna thoracis capacitas, ferrosus, pituitosus, eòq; tenui humore scatet, qui aut è cerebro per asperā arteriā & pulmones tenuitate sua affatim irruens, aut è reliquo corpore, aut etiā ex abdominis capacitate (quod sepe in hydropicis animaduersum est) cæcis ductibus redundans eo penetrauit. Tum suppurationis signa atq; symptomata insunt, nisi quæ neq; febris affligit, neq; suppurationis efficientes causæ præcesserunt. Ea proinde affectio, non suppuratione sed suppurationi finitima est. Hactenus morbos omnes attigit, qui pulmones, thoracem, omnesq; respirationis partes infestare solent. Iam uero præcipua eorum symptomata persequamur.

Spirituum partium symptomata, quibus maxime laborante vindicari expeunt, hæc numerantur: uocis læsio, dispnoea, tussis & sputum cruentum. Vocis instrumenta sunt, guttur, larynx, musculi & nerui eo inserti: quemadmodum loquelæ organa sunt, lingua, labra, dentes, palatum, gurgulin atq; nares. Itaque affectis aut musculis qui laryngem claudunt aperiuntve; aut neruis recurrentibus, qui è sexta sunt coniugatione; aut cerebri parte à qua hi procedunt offensa, uel animal obmutescit, uel obscuram uocem, uel exilè edit. Raucessit uero quum gutturis succingens interior membrana humore multo, ut per graues destillationes madescit, & quum ingenti clamore exasperatur. Vicinarū quoque partium affectiones ut gula, œsophagi, ceruicis & luxatæ spinæ officiant uoci. Præterea uero & quicunque affectus respirationi obsunt, quod citra respirationem uox libere elidi non possit.

Difficilis spiratio multiplex: magna qua plurimus spiritus trahitur, hæc ingentem calorem sine obstructione subesse denunciat, uel in corde ut per febres, uel in pulmone, ut in peripneumonia; eadem simul frequens est, & spiritus calidus ac feruens ab ore & naribus efflatur. Magna aliter respiratione qua thorax & scapulæ plurimum attolluntur, meatum angustiam ostendit, uel ab angina, uel à multa destillatione pulmonis arterias opplente, uel à tuberculo duro pulmonis, uel à suppuratione. Parua & frequens respiratione aut imbecillitatis uirium

rium est index, aut doloris atque impedimenti, quod uel pulmonibus insidet, ut in peripneumonia, uel thoraci, ut in pleuritide, uel diaphragmati, ut quum uentriculi iecoris, aut ienis mole premitur, uel musculis abdominis qui omnes respirationi subseruiunt.

Tussis exspiratio est ualida qua quicquid spirandi instrumentis molestū est excutere natura contendit. Instrumenta autem ea sunt, fauces, aspera arteria, pulmones interioraq; thoracis. His interdum molesti sunt humores præternaturam illapsi, qui ferè humidam tussim excitant, interdum & alii affectus, ut refrigeratio, exulceratio, tuberculum, quorum materia expelli minime potest, fitque ab his arida tussis. Quoniam autem in parte hærea affectus, tussendi ratio ac modus ostendit. E palato & è faucibus quicquid infestum est screatu eruitur: ex arteria uero tussicula, illicq; titillatio ac sepe proritans ardor percipitur: è pulmonibus ualida tussis. Quæ porro tussis quibusdam interuallis, ut bis ter uel anno affligit, ex irruente destillatione proficiscitur: quæ uero continenter nullaque aut minima intermissione fatigat, aut uitiosam pulmonum affectionem, aut obstructionem ueterem, aut aliam stabilem intus causam habet.

Succedit his malis cruenta expuitio, per quam è locis admodum uarijs sanguis exit, quos tamen peculiaribus notis internoscere licet. Qui enim expuitur sanguis si è gula aut è uentriculo est, uomitione: si è gingiuis, lingua & palato, expuitioe simplici: si è faucibus & gurgulione, screatu: si ex gutture, tussicula: si ex pulmone & thorace tussis reicitur. Et qui tussis, si tenuis, floridus ac spumosus, atque sine sensu doloris effertur, ex pulmone est: si uero crassus, grumosus ac nigricans, simulq; pars quædam thoracis dolitet, è thorace. Per omnes autem expuitiones cruentas etiam atque etiam animaduertendum, num sanguis nuper fluxerit è naribus: illinc si quidem sepe in fauces relabatur, interdum in pulmones aut in uentriculum, sed qui postea grumosus euadat atque concreseat.

Cordis affectus.

Cap. XII.

COR morbi omne genus obsidet, maxime uero simplex intemperies, phlegmone, erysipelas, omnisq; præternaturam tumor, ulcus quoque ac uulnus: sed hæc sanè rariis. Crebrius autem atque proprie uenenatus humor: qui tota substantia est insensibilis uitali robori. Intemperies omnis uires dissoluit, corpusque languidum reddit, quæ sub hac uitalis calor ac spiritus laboret, cuius affectus & offensa in omne corpus redundat. Calidæ intemperiei signa sunt, pulsus frequens & uelox ac interdum magnus: similis quoque respiratione, febris plerunq; comes, & exspiratio calida. Frigidæ intemperiei contraria adsunt omnia. Humidæ pulsus plenus est, mollis & languidus. Siccæ exilis: sensus ac durus. Cordis autem intemperies quæ iam multum increuerit: manifeste partibus quoque, similaribus inuritur, quæ principi consentientes supramodum incalescunt uel inarescunt, uel frigescunt, uel multo humore madent, dum pedetentim mors obrepit. Reliquos cordis affectus incipientes quidem nosse difficillimum, inualescentes uero facile, qui & antequam conspicui sint, syncopas magnas frequentesq; inferunt, quibus ferè repentina mors comes afflit, fitq; quod ab Hippocrate literis proditum est. Qui sepe & vehementer sine causa manifesta deficiunt, ii derepente moriuntur. Vulnere cordi inflata, quæ non alte in uentriculos penetrant, non protinus interimunt: & in quodam qui sensim contabescens & lique-

& liquefcens de medio tandem sublatus est, tria vlcera in corde reperi non parum caua & fordida, multo ante iam tempore contracta.

Quæ hinc præcipue nascuntur symptomata sunt, syncope & cordis palpitatione. Syncope præceps est virium lapsus. In hac pulsus aut nullus est, aut extreme rarus & obscurus, corporis summa frigent, tempora, cernix & thorax frigidus sudore madent, facies pallet, totumque corpus quasi enervatum iacet, mens omnisque sensus deficit. Syncoptes autem inferunt cordis affectus omnes, præter simplicem intemperiem, sæva animi pathemata, vt timor grauis, uoluptas maxima, interdum & mæstitia fortis. Dolor atrox, labor, inedia, uacuatio immodica & quæcunq; calorem natium spiritusque dissoluunt atque diripiunt. Omnis uero quæ in os uentriculi (quid eximi sensus est & cordi nicinum in primisque consentiens) incidit grauis offensa, in eam syncope conuicit, quam stomachicam uocitant. Idem præstat & inflammatio, & erysipelas, & a bile cõpunctio, & uenenatus humor, siue illic inhærescit, siue in crure, uel in bubone, uel in utero, uel in intestinis, uel in quouis viscere conclusus, retrum de se uaporem in os ipsum uentriculi aut in cor eructat exhalatque.

Cordis palpitatione immoderata est concussio vehementi diastole atque systole molesta. Huius tanta vis est ut sæpe fit animaduersa thoracis vicinas costas effregisse. Sæpe & ea quæ supra mammam sunt, de propria sede depulisse: sæpe etiam arteriam foras dilataffe in aneurisma contracti pugni magnitudine, in quo & tactu & visu conspicua erat pulsatio. Ita quidem affecto corde arteriæ omnes uehementius pulsant, ac interdum dilatantur, præcipue uero quæ supra iulium sunt. Nonnunquam ac præsertim in quiete intermittit hoc symptomata, sed uehementer exasperatur immodica exercitatione, æstu, balneis, uenere crapula, meraciore uino & exandescencia. Huius causam omnem ueteres uel in sanguinis exuperantiam retulerunt, uel in humorem copiosorem paricardio infixum. Ceterum in ijs quos modo exempli gratia recensui, palpitatione peperit retorrída bilis, quæ alias sponte uacuari consueuerat, in arterias effusa. Hanc in duobus qui a ualida pilæ exercitatione repentina morte sublati sũt illic deprehendimus in tophi nigri speciem concreuisse. In cæteris uero causâ animaduertimus bilem esse perassatam, interdum in præcordiis, sæpius in liene congestam. Quamobrem in hoc symptoma plurimum propensi sunt qui hypochondriaca melancholia laborant, & quibus lien bilis atræ copia turgescit. In his etiam circa lienem & pancreas conspicua & molesta percipitur arteriæ palpitatio: ex eoque loco per arterias quibus multis lien perfusus est, teter aterq; uapor prompte in cor uicinum subit, cuius uis & malignitate irritatum, uehementiori pulsatione nititur quod noxium est excutere: haud secus atque cerebrum in epilepsia. Ne quam autem confusionis obscuritatem pariat longior ac male distincta rerum productio, partium quæ supra diaphragma sunt morbos hoc libro concludam, reliquos qui sub diaphragmate consistunt, in proximum relaturus.


De Partium morbis & Symptomatis Libri quinti,

F I N I S.


DE PARTIVM QUAE SVB DIAPHRAGMATE

SUNT MORBIS,

LIBER SEXTVS.



Oesophagi & oris uentriculi affectus, causa & signa. Cap. I.



20

30

40

ESOPHAGVS cibi potusque uia raro morbis tentatur, quod in eo nihil quod perlabitur diuini moretur aut tardet. At interdum uel intemperies, uel tumor aliquis præter naturam obstruens, isque modo frigidus, modo inflammationis particeps, nonnunquam & ulcus male afficit. His omnibus deuorandi actio præpeditur, sed quodam discrimine. Quum simplex est intemperies esculenta potulentaque tarde delabuntur, toto oesophago equabiliter affecto sine ullo angustia dolorisve sensu: quod iis etiam commune est, qui nausea fastidioque cibi uix deuorare queunt. Verunt si scirrhus aliusve præter naturam tumor durus ac frigidus oesophagi uiam intercludat, siue is in oesophago, siue in ceruice extuberet, difficilis quoque ac tardus transitus est, sed cum partis cuiusdam angustia. Quum uero phlegmone inhærescit, præter uorandi tarditatem & loci angustiam, dolor quoque lancinans exeruciat, cum calore, siti magna, & febre. Hinc tempore pus uel sreatu, uel uomitione exit. Ulcus tandem his accedit, a quo dolor in affecta parte acerbior euadit, qui mirum in modum exacuitur si uel acre, uel salsum, uel acidum, uel acerbum quippiam uoretur. Omnis porrò oesophagi dolor in dorsi spinam incumbit, in quam gula quoque reclinat & adherescit.

Similibus quoque affectibus os uentriculi tentatur, quos & iisdem licet notis deprehendere. præterea uero & mentis alienatione ob eos neruos quos è se xta cerebri coniugatione suscipit. Mulierem uidi grauidam, cui tuberculo duro eoque ingenti ita os uentriculi obturrabatur, vt quicquid indebatur attacco uentriculi ore mox remearet atque redderetur. Sic astantium omnium iudicio nihil cibi potusue bimestri uel conatu maximo ea uorauit. Tandem morbo: desipientia febreque confecta decessit edito partu quem uitæ superstitem reliquit.

Ventriculi morbi, causa & signa. Cap. II.

IN VENTRICVLI morbis numerantur intemperies, tum simplex, tum quæ humoris particeps est: inflammatio hunc raro exercet, rarius abscessus, aliquando tamen ulcus. Quum intemperies calidior est, sitis est diuturna, quæ expleri nequit: cibi potusque frigidi appetentia eiusque facilis concoctio: frigidis tum sumptis, tum ad motus uentriculus iuuatur.

tur recreaturque: meraco uino & quouis potu cibos; calido offenditur ac plurimum exæstuat editque ructus nidorosus. Quod si humor præterea calidus biliosus iucundat, his insuper notis accedit nauſea, oris amaror, cibi fastidium, & roſionis cuiusdam ſenſus. Frigidam uentriculi intemperiam teſtatur, ſi ſitis nulla, cibi potuſque calidi deſiderium, tarda concoctio, frigidis uero ſumptis, tum ad moris offenſio, horror, perfrigeratio, & ructus acidus. Atque ſi humor craſſus frigidusque qualis pituitoſus inhaeret, grauitatis cuiusdam ſenſus uentriculum premit, ſine ipſius demorſu, ſine oris amarore, adhæc nauſea, languor atque diſſolutio. Humidum uentriculum delectat ac firmiorem reddit cibi ſolidioris ſiccique uſus: at immoderati potus humidiorisque cibi copia hunc ita obtundit, ut quaſi diſſolutus languſcat: atque ſi pariter humor aquoſus multus innatet, aut uentriculi tunicis impactus eſt, ſaliua multa in os exurgit, quæ frequentem expuitionem ſine uſu promouet. Uentriculi ſiccitatem comitatur potus humidiorisque cibi appetentia uſusque facilis ac iucundis, ſolidioris ſicciorisque cibi redium difficilisque concoctio, ſed nulla croſio, nulla grauitas, nulla denique nauſea aut uomitio.

Inflammatio autem quæ in uentriculi ſubſtantiam inuadit, originem habet è ſanguine per uenas quibus alitur è portis iecoris deriuatas, immoderatus inter illius membranas effuſo. Ingens ex partium diuulſione dolor excitatur. atque tumor, atque iſe contactu maxime, interdum & uiſu conſpicuus. Hic putreſcente ſanguine uehementer lancinat, quod pars affecta eximio ſenſu prædita ſit: febris ardentiffima, magna corporis iactatio & inquietudo, ſiti inexpleta: aſſidua ingeſtorum aut uomitio aut deiectione, niſi quum forte eius ofculum aut pylorus obſidetur, his quippe coarctatis nihil elabatur: animi frequens exultatio: uigilia & plerunque deliria. Huic plurimum aſſinis eſt inflammatio quæ uel ſummum iecoris lobum quo uentriculus obtegitur: uel incumbentem illi abdominis regionem occupat. Tumor enim prominens & circumſcriptus cum dolore in uentriculi ſitu ineſt: & febris & ſiti & reliquarum notarum plurimæ, ut proinde uel experientiffimos medicos interdum fallat. Diſtinguitur ſola ſymptomatum uehementia & pernicie: quandoquidem in uentriculum omnium ſeuiffima incidunt.

Abſceſſus ſi forte infequitur: non foras quemadmodum qui in abdomine eſt, ſed uel in ipſum abdominis ſpaciū, uel in uentriculi cauum puſ eructat, aut uomitu aut deiectione conſpicuum.

Vlcus ſiue ex abſceſſu derelictum eſt, ſiue ex aſſumpto cauſtico aut ſeptico medicamento, ſiue ex humore qui ſimili facultate polleat eo in ſe ſiſgente, proſus exitiale cenſetur: quemadmodum & omnis corruptio & labes quæ illi ex toxico aut ex uenenata portione inuritur. Dolor quidem plerunque ſubeſt, interdum tamen & ſine dolore malum clanculum ſerpit. Alui deiectione aut uomitio fatigat, quum præſertim ex aliena qualitate inducitur. Febris lenta eaque aſſidua laborantem conſicit, cum pulſu crebro ac frequenti: appetentia, coctio omniſque uentriculi functio languet, corpus male alitur ſenſimque liqueſcit, dum tandem inſito calore pabuloque deficiente uita priuetur. Atque ij quidem uentriculi morbi ſunt.

Ventriculi ſymptomata, horumque cauſa. Cap. III.

Os in primis uentriculi multa ſymptomata exercent. Horum alia ſunt quatenus eximio id ſenſu præditum principibus partibus cordi ac cerebro magna aſſinitate cõiungitur. Illis enim conſenſu quodam ſua etiam uitia impartit, & uariis

impartit, & uariis ea modis laeſit: cor quidem animi defectio, ſyncope, dolore quem cardialeſiam dixerunt: cerebrum ſopore ueterno, catalepi, incubo, morbo comitali, melancholia, delirio, quorum omnium rationes atque cauſæ ſupra ſatis explicatæ ſunt. Alia uero huic ut appetentiæ ſedi ſymptomata ingruunt, qualia ſunt diminuta atque deiecta appetita, bulimos, appetentia canica, pica, malacia, ſitis.

Imminuitur aut omnino proſternitur appetentia, cibi que ſaſtidium adeſt, quum corpus uniuuerſum multo luxuriat alimento, nec huius quicquam partes cæteræ fugunt è uentriculo. Hic enim utili multo humore perſuſus alium reſpuit. Idem quoque obtingit quum os uentriculi pingui adipe, aut per morbos humore lento aut aliter uitioſo obtunditur. Sæpe quidem ſit ut quum cõſaſtidium eſt, guſtus nihilominus (ut qui in lingua conſtat) integer permaneat & recte diiudicet.

Bulimos autem id eſt uehemens famēs magnam conſequitur inanitionem & alimenti penuriam ex inediis: quandoquidem exaſto pabulo pars uentriculi ſumma exquiliſte ſententis eſſagitar quod eſt ſibi neceſſarium. Eſt enim famēs ex penuriæ ſenſu orta cibi appetentia. Canina quoque uocata appetentia, modo ab humore frigido acido, & ofculo uentris impacto, qui adſtrictione alimentum in uentriculi fundum compellens, famem accerſit.

Pica uero & malacia quibus uitioſi alienique cibi, ut terra, caro, cruda, carbones: fruſtus acidi & acerbi expetuntur: grauidas ſæpe mulieres infeſtant: nonnunquam & viros. Tanta malaciæ uis eſt ut uir quidam nobilis edendæ calcis uix deſiderio iamdiu preſſus: illam tandem pugni magnitudine norauerit, ſit que omnino recreatus: nulla uentriculi: nulla uifcerum offenſione. Fit autem quoties oris uentriculi tunica uitioſo quodam humore uel excremento oblitæ ſunt cuius longa conſuetudine ſimilia etiam uitioſa expetuntur: quanquam quum ingens & morboſum iam omnino uitiorum ineſt: contrariorum appetitus urget.

Sitis demum eſt frigidi humidique potu appetentia. Hæc nulla proſus eſt, quum os uentriculi humore dulci, frigido multoque derfunditur: immoderata quum id ipſum quaſi humore proſus exaſto inaruit, idque uel potus penuria, uel magna corporis diſſolutiue ab æſtu & balneis: aut quum; illius tunica uel humore ſaſo, uel calido & acri imbutæ ſunt, ut ex ſalſorum ciborum & condimentorum eſu, ex meracioris uini potu, maximeque per febres ardentes.

Ventriculus porro ut cibi promptuarium eſt primæ coctioſis officino, alijs rurſum ſymptomatis premitur, quæ hæc ferè ſunt: cruditas, bradypeſia, uitata concoctio, ructus rugitus, inſaſtio, ſingultus, nauſea, uomitio tum ſimplex tum cruenta, cholera, dolor. Cruditas coctioſis eſt priuatio, bradypeſia tarda diſſicilisque coctio. Harum cauſæ ſola uis & magnitudine diſtant. Eæ autem ſunt intemperies omnis, modo ſimplex modo ex humorum uitio: tumor præter naturam, omneque morbi genus quod uentriculi coctioſionem neceſſario peruertit. Sæpe etiam iecoris lienis aut meſenterij uitia, uel integre ſani uentriculi concoctioſionem ſympathia quadam & affectus communicatione præpediunt. Sic hepaticis & quibus calidum iecur multa bile ſcatet, uentriculus contactu imbecillior, non tamen (quod multi prædicant) continuo frigidior euadit: quod non omnis illius imbecillitas ex intemperie frigida procedat. Sic & melancholicis & phypochoſtriacis & quambuſcūque uenter inferior abſceſſu aut graui humorum uitio laborat, uentriculus male concoquit ſi uitioſa illa qualitate laeſiſſitur. Cruditas effeſtrices etiã cauſæ ſunt cibi potuſque exuperantia, quam

Y y natuus

ΠΥΕΛΙΣ-
ΜΟΣ.

κίττα κεί
μαλacia.

πρόσπο
δύσος.

ή ατε. ή
ή δύσπεψία

natiuus calor moderari nequit: aut prava illorum qualitas quæ nec superari nec mitigari potest: aut intempestiuus illorum vsus, quum uel potus uel cibus nouus ingeritur priore nondum confecto: aut somnus breuior, aut immoderate aut uigilia, aut balneæ, aut exercitationes mox à cibo, quæ huius descensum accelerant. Cibum uero corrumpit aut aliena ipsius qualitas: aut uitio si humoris permissio: aut utendi ordo præposterus, ut quum persica mala, fraga, aliiq; fructus horarii, cotoneis malis aliisq; solidioribus cibis postertus edunt.

ἡ διασπορά

ἡ ῥογυή
καὶ ἡ ἀνω
μάτῳσις.
ἡ ἡλυδῶν.

Ructus statusq; uel sursum erumpens, uel intus cum rugitu strepitue conclusus, omnis denique uentriculi flatulenta distentio cruditatis soboles est atque iisdem ex causis originem habet, maxime uero ex cibo flatulento, & ex immoderato, fluctuanteq; potu: præsertim quum bilis flaua uel atra uentriculo subfernitur, ut in hypochondriaca melancholia: tunc enim liquidum flatulentique cibi pars maxima concoctione calorisque ui faceffit in flatum. Quænam autem tum flatus, tum cruditatis causa præcipue subit, ex iis notis intelligitur, quæ uentriculi demonstrant affectus.

ἡ αὐγμῆς.

Singultus conuulsiuus est uentriculi motus, quo quæ in proprium corpus imposita sunt excutere conatur. Sæpius autem ex interuallis ut & tussis repetit, quod molestum est extundat. Hunc perinde atque conuulsionem uel ab inanitione uel à repletione fieri censuit Hippocrates. Ab inanitione quidem ut ab immoderato sanguinis effluuio, & ab immodica purgatione. A repletione ut pueris & iis qui crapula addicti sunt: ut etiam quum uel piper voratum est, uel bilis uel aliud quid uel acre & mordax in tunicas uentriculi sese penitus infixit: id quippe uentriculus interdum singultu, interdum & sternutamento, quod plerunq; à singultu liberat, disicere contendit. Hæ singultus causæ tradidit solent, præter quas tamen & aliæ grauioribus existunt. Etenim sæpe vapor malignus in os uentris effusus deteriore quam quinis humor acer & mordax singultum inflixit, qualem sæpissime comperimus malignis & pestilentibus febribus atque etiam icteris inflammationi superuenire, & maxime quum spes in angustio posita est, & cor morbi malignitate obruitur. Sed & quæ extrinsecus os uentriculi premunt, singultum ingenerant. Quidam tres continuos menses singultu uexatus nullis consuetis remedijs ante potuit expediri, quam costæ extremum, quod tum primum deprehensum est contorqueri, aliisq; in uentriculum nullo sensu doloris infigi, blande ac molliter erectum sit. Confestim nam que singultus affligit desit: qui tamen repetebat quoties costam denuo incur uescere contigisset. In alijs dein non paucis eandem sæpe singultus causam agnouit.

ἡ ναυτία.
ἡ ἡλυδῶν.

Nausea inane est uomendi desiderium quo nihil eicitur: sæpe tamen sponte nulloque conatu aqua pellucida profluit ab ore. Vomitus autem est eorum quæ in uentriculi sunt spatio sursum facta reiectio. Hæc enim quæ in capacitate uentriculi hærent: singultus uero quæ illius tunicis penitus infederunt expurgat. Similis est eademque horum symptomatum causa, sed in nausea leuior, in uomitione grauior. Ea sanè est multiplex, una uentriculi imbecillitas tantaq; dissolutio, ut neque cibum amplexari, neque continere possit. Noscitur hæc inde, quod cibis purior nullo humore uitioso permissus redditur. Imbecillitas porrò uel ab intemperie præsertimq; humida proficiscitur, quæ & dissolutionem prænunciat: uel à lubrico & in pingui laeuore quo omnia quæ sumpta sunt remeant: uel ab aliena qualitate, qualis præsertim est uenata ac pestilens, qua afflati ferè assiduo uomunt. Altera nausea uomitionisq; causa est res quæuis præter naturam lacellens uentriculum ac irritans.

Id autem

Id autem efficit modo copia, ut copiosior ingestus cibus nature grauis, modo acrimonia ut bilis, modo lentore ut pituita, modo aliena & externa qualitate, ut corruptus putrescensque cibus. Hæc etiam causarum uitia nonnunquam in uentriculo gignuntur, ut quum crudior cibus permanes in pituitam faceffit, aut quum exultus uertitur in bilem, aut quum in externam alienamque substantiam corrumpitur. Nonnunquam uitium ex alij sedibus eo confluit, è iccore, liene, mesenterio & intestinis, cerebro, & uniuerso deniq; corpore per icteris uenas. Iam uero quis humor uomitionem prouocet, etiam si nondum is erumpat, multis tamè ex notis dignosci potest. Ex ructu atque ex eius sapore, qui aut acidus aut nidoris æmulus, aut amarus, aut acer est: dein ex doloris proprietate, quæ nunc pungens nunc grauans est, idque quodam uel caloris uel frigoris sensu: postremo ex eorum quæ uomuntur qualitate atque substantia, maxime quidem quum noxius illis humor permiscetur: nam irritat is interdum uentriculum cogitq; cibos uomere, nec tamen di mouetur ipse, sed inconcussus subsistit ac intus remanet. An autem humor uomitionis causa in uentriculo genitus sit an aliunde influxerit, discernitur quod in uentriculo genitus iam dudum eum afficit atque torquet, & in uictus ratione aut ordine peccatum aliquid recens est. Qui uero è iccore, aut è liene aut aliunde confluit, signa exhibet affectæ eius partis quæ ueluti seminarium & origo mali fuerit.

10

Sanguis quoque interdum uomitione redditur, sed impetu longe diuerso quam in tussi, atque sanè copia maiore, quamquam uisus est tussi affatim reiectus pelues implere, uena ampliore derrepente rupta. Qui uomitione redit, uel cibo, uel potui, uel pituitæ permissus existit ac ferè concretus in grumos, non tenuis ac rubicundus, sed crassus & iam concretionem nigrescens. Hunc etiam sæpe comitatur deiectio nigra dum erupentis ipsius portio in intestina deuoluitur, quæ lungo illorum anfractu prolapsa ita nigrescit ut uel picem uel castæ medullam representet. Frequens præterea incidit animi defectio quæ extra uenas coerecitus putrescensq; sanguis, perniciose & uenata qualitate cordi sit infestus. Qui quis autem reuomitur è uentriculo prodit, in quem aut è iccore, aut è liene, aut è uicinis partibus confluerat, idque uel aperta uel rupta uel exefa uena, quod ex prægressarum causarum animaduersione discerni potest. Vomitionem cruentam nullam equidem naturalem esse puto, neque aut in plethora, aut in mensium suppressione naturam uacuandi hanc uiam inquam moliri.

30

Cholera est bilis tum superne tum inferne eruptio. Ea quippe uomitur pariterque deicitur, primum liquidior, deinde crassior atque coloratior: ut primum pallida & citrina, deinde flaua, prassinæ, cerulea aut etiam nigra. Affectus hic acer: ferox & in primis acutus existit, in quo stomachus & intestina mire torquetur, & flatuum copia distenduntur: sitis cruciat, pulsus celer, frequens ac ferè paruus: his & nonnunquam succedit animi defectio. Huius itaque causæ bilis est, quæ tempore uel in suo folliculo, uel in iccore, uel in liene, uel circum pancreas, uel circum intestina stomachumque cumulatur, quumque supra modum aucta nature grauis & insensa esse cœperit, huc illucque impellitur ac diffluit: ut etiam ea percussu toxicum sese bibisse putent.

40

Ventriculum porrò dolor exercet plerunq; immanis, cuius causa aut flatu est in illius capacitate coactatus nimio opere distendens haud secus atque in colico dolore: aut humor cibusue acer & mordax tunicis impactus: aut tumor præter naturam, aut ulcus. Intemperies uero sola dolorem uix infligit. Indolescit & nonnunquam uentriculus in cubantium uiscerum tumore: aut humorum decumbentium copia: atque hic etiam dolor

ἡ μετέωρος ἡμετος.

ἡ χολέρα.

ἡ ἐπιεμῶν ἡλα.

contactu pressuque exacuitur. Causæ his notis internoscendæ quas in aliis iam sæpe recensui.

Iecoris morbi, causæ, & signa.

Cap. IIII.

IECVR complurique uariisque patet affectibus. Hi autem sunt intemperies tum simplex tum ex humorum uitio, substantiæ corruptela, obstructio, scirrhus, inflammatio, abscessus, vlcus. Quum simplex intemperies calidior quacumque ex causa contracta est, cibi maximeq; carnis fastidium inest, ac nihilominus inedia plurimum incommodat: sitis quoque uehemens: corpus uniuersum maximeque manuum palmæ & plantæ pedum calent, atque si siccitas comes est arefcunt, madent uero si ea simul humida sit. Ex intemperie frigida cibi cupiditas maior: sitis nulla, præsertim si ea pariter humida sit. Simplex uero nulla intemperies diu sola consistere potest, quin breui post tempore humoris uitium accersat. Quæcunque enim uis siue alimenti, siue aeris, siue alterius cuiuslibet causæ, iecoris, eadem multo facilius humorum temperiem immutat, eosque sui similes reddit. Imo etiam si ab ortu iecur intemperatum est quum gignendorum humorum præcipua sit officina, quacunque, id constitutione fuerit, eadē quoque humores afficiet: ac impense calidum, calidos biliososque multiplicabit: frigidum uero frigidus atque pituitosus. Itaque calidior intemperies tum eos humores qui per mesenterii uenas feruntur, tum quos iecur in se continet & in omne corpus distribuit, extorret. Frigidior uero crassus, lentus, crudos pituitososque reddit: siccor densos, siccos atque terrenos: humidior tenues & aquosos. Sic humorum uitio q̄ exuperantia sæpe iecur scætet & premitur. Signa uero calidioris humoris exuperantis sunt, bilis aut vomitione, aut deiectione prorumpens, primum quidem tenuis ac pallida, deinde crassa uere flaua ac foetida: oris amaror, cibi fastidium, sitis uehemens & plerumque febris eaque aut intermittens tertiana, aut errabunda, aut certe lenta, qua omnino languescit corpus paulatimque exarescit. Frigidioris tum iecoris tum exuperantis in eo humoris signa sunt, nec frequens, nec multum, nec multum colorata nec foetida alui deiectione: deinde cibi appetentia, nulla sitis, nulla febris, nulla denique corporis extenuatio.

Substantiæ corruptela non minus iecur quam pulmo contaminari solet, qua laborans sensim languore contabescit. Ea fit ex omni humore, frequentius autem ex biliosa sanie per iecoris substantiam effusa, quæ sensim lenteque putrescens, ipsam pariter iecoris substantiam labefactat atque corrumpit. Eiusmodi autem ab alimentorum uitio contrahitur, quæ aut corrupta sunt, aut septica uel pollent. Vinum quoque generosum & meracius longo ac liberaliore usu in idem uitium præcipitat, non solum quod uiscus hoc calefaciat & desiccet (ita enim in scirrhum duntaxat deducit) sed quod putridum quandam lentorē sanieque exaggeret. Sic affectis quoniam malum sensim ac pedetentim serpit, uirum robur diu infractum persistit, ut etiam obire illi possint consueta munia: febris initio nulla atque etiam procedente malo admodum lenta inest sitis quoque non acrius urget, quod iam calor arbor deseruerit, & nullus ferè in hypochondrio tumor subsit. Hinc tamen uitium deprehenditur, quod uini optimi eiusque meracioris summum inest desiderium, perinde atque iis qui pulmonum corruptela contabescunt. Sic sæpe illecebris blanditur hostis infensissimus, & sui amantissimis clam iugulum petit. Eduliorum maximeque carnis ingens fastidium, ut etiam eius calentis uapor odorq; grauis sit creatque

nau-

nauseam. Halitus ex putrida illuue teter admodum & foetidus expiratur, multoque magis quam in tabe frequens animi languor & defectio, principio quidem leuis, deinde sudore frigido erumpente grauior & periculiosior: quibus tandem crebro uolenterque pressus æger succumbit.

Hos iecoris affectus proxime consequitur imbecillitas qua qui tenentur proprie hepatici dici solent. Vt enim uniuersuiusque partis integritas & temperies tum ipsius tum facultatis robur tuetur: ita intemperies & substantiæ corruptela ipsi inuehant imbecillitatem. Itaque si iecoris atrahendi facultas infirma sit, liquida defluunt ab alio cremoris specie, etiamsi nulla uentriculi offensa, nullaque mesenterij sit obstructio. Si retinendi uis languet, alius interdum (sed admodum raro) liquida & saniosa reddit carnis loturæ recens macerata similia. Sæpius etiam quum hæc imbecillitas increuit, sanguis sponte profluit e uenis, ique uel per nares, uel per uterum: uel per hæmorrhoidas, uel per sputa. Sed & interdum sanguinem animaduerti ab extremis uenis quæ in cutem desinunt multis è locis effundi, qui nullo ardore liuescebant. Si uis sanguifica imbecilla est, cruditates fiunt, quibus primum pedes, deinde & cæteræ partes intumescunt ut ijs qui a morbo graui conualescunt, nec non hydropicis, scirrhis, ictericis aliisque patiens. Etenim uenæ iecori male affecto utpote sue origini condolefcunt & consentiunt, ut & nerui cerebro.

Obstructio iecori admodum familiaris est, nullumque uiscus hoc æque uitio tentatur, quod uena è portis per iecoris substantiam in ramos tenuissimos dissipata obliteretur, huæque alij non minus tenues è caua uena conueniant, per quos omne debet alimentum traduci & exportari. Hæc apertas præ se fert notas: nam grauitas & distentio cum obtuso dolore dextro insidet hypochondrio, tum præcipue manifesta, quum quis mos a cibo exercitationem subit. Ea tamen sine tumore sine febre est. Obstructionis causæ sunt, humor crassus aut lentus, aut multus. Talis interdum è cerebro procumbit in uentriculum, qui deinde præterfluens sensim in tenues iecori uenas cum alimento penetrat easque obstruit. Fere tamen ex alimentis crassis, uiscosis multisque fit obstructio, quum aut balneis, aut motu uehementiore mox a cibo in tenues uenas uel rapiuntur uel impelluntur: nonnunquam & bilis flaua in iecore præter naturam diutius coercita, nec tempestiue expurgata mire crassescit, grauesque & admodum periculosas iecoris obstructions inducit ut quæ (ceu mox ostendemus) interdum etiam in cykli lapidescat.

Scirrhus tumor est præter naturam durus ac renitens, doloris expres, nisi forte quum pars affecta durius premitur. Tactus hunc deprehendit, præsertim si gracile & adipis expres est abdomen: idque facilius erecto uel in dextrum latus inclinato ægro, quam decumbente supino, tum quippe nõ nisi pressu animaduerti potest. Hic iecoris situ & figura circumscribitur. ægro præterea facilis est decubitus dexter, sinister uero grauis, quod moles quædam uel suffocans in uentriculum & præcordia incumbat. Ex contumaci & inueterata obstructione ferè semper, raro uel potius nunquam ex inflammatione originem trahit, quod in uiscere natura calido & humido omnis inflammatio in perniciosum abscessum desinat. Humor igitur obstructionis author, primum quidem tenues iecoris uenas implet & infarcit: auctus deinde hinc etiam in omnem uisceris substantiam redundat, & eam perinde atque uenas obstruit: quod si rursus multo plenior cumuletur, iecur in amplam molem distendit: tumque uiscus turgidum ac tumens apparet. Tempore humor siccescit & uis caloris tenui parte dissipata, reliquus totus obdurescit cuius per

niffione

mitione iecoris substantia labefactatur uerufq; tandem scirrhus emergit. Hic a simplici tumore distat, quod non nisi longo dierum numero: simplex uero breui etiam procreetur. Ut autem peccans & efficiens humor, modo pituitosus, modo biliosus est: ita & scirrhi procedunt uarij, quos accurate discernere expedit: quandoquidem & uehementia & impendente periculo plurimum distident. Illum causæ antecesserunt quæ crassum pituitosumque succum coaceruant, hunc uero quæ biliosum: in illo dominantis pituitæ refrigeratiue iecoris, in hoc bilis exuperantis concalescentique iecoris signa elucet: hic ferè ictero succedit & lentam febrem comitem habet, ille nequaquam: hic unus in eum hydropem præcipitat qui ascites appellatur, ille citra ullum incommodi genus diu persistit, aut duntaxat cachexiam leucophlegmatianue infert.

συνος ἔσθι
σκιρρῶν.

Magnus etiam plerunque tumor iecur sine scirrho distendit, qui isdem se profert notis atque scirrhus, nisi quod minus renititur & breuiori tempore genitus est. Hic ferè in iecoris ambientes membranas effunditur hasq; prorsus obfidet. Contactu obseruandus: etenim plerunque tantus apparet, ut uniuersum hypochondrium repleat, neque costarum extrema percipi, neque sub hæc digiti insingi possint, neq; iecoris ulla figura sit aut circumscriptio. Oritur interdum a flatu aut a tenui cruditate, quam uel immoderata frigida potio, uel intemperatius fructuum usus, uel crapula satietasq; nimia peperit: & hic quidem non grauitatis, sed tensionis sensum infert, & breuiori tempore contrahitur. Interdum uero ab humore crasso & lento, alias bilioso, alias pituitoso, quem ualidius iecur a se executis in proprias ambientes membranas deposuit. Hic magis renititur, & sua mole premit, atque etiam multo tempore congeritur, nec nisi multo discuti potest.

Est præterea & in hypochondrio tumor alius musculis abdominis insertus. Hic admodum rarus est & insolens, qui non pressu, sed leni blandoque tactu, ac sepe uisu percipi debet, foras enim prominat. Figuram quoque oblongam habet, qualis est recti in abdomine musculi.

Hepatis, est iecoris inflammatio, qua sanguis illius parte quadam præter naturam collectus incenditur. Fit autem dum sanguis ipse uel exuperantia uel tenuitate, uel feruore & acrimonia, uel externarum causarum impulsu, è uenis immoderatus prorumpens, in uisceris corpus copiosior secedit. Tum extra propria uasa putrescit & inflammatur, simulque imbutam carnosam partis substantiam labefactat atque corrumpit: hinc plerunque sinus excauatur. Primum igitur sanguis uertitur in putridam faniem, ac tum inflammatio est: fanies deinde caloris natiui beneficio in pus abit: ea ipsa puris collectio abscessus dicitur. Erumpente demum pure ulcus manet cauum ac sordidum. Hac mutationis serie multa uitia ex uno eodemque fonte dimanant, quæ ut uarijs sunt nominibus insignita, ita & uarias curandi leges habent. Singula uero proprijs signis ita indicantur. Inflammationis notæ sunt grauitas dextra præcordiorum parte, dolor (quum maxime ea sedes attingitur) a iugulo ad costas nothas protensus, ob conclusam materiæ congeriem quæ succingentem thoracis membranam conuellit. Hac ratione & spiritus difficultas & tussis exigua eaque sicca inest, qua nihil excreatur. His igitur notis atque dolori situ distat a pleuritide. Febris ex inflammatione fit ardens & acuta, sitis inexhausta, linguæ scabrities & huic lentor inhærescens, primum quidem flauus, deinde nigricans: nausea & cibi fastidium: interdum singultus prope strangulans: sæpe corporis color icterico scedatus, urinæ crassæ, rubicundæ ac turbidæ. Syncræ bilis modo uitellinæ, modo æruginosæ uomitio, & plerunq; per alium deiectio que interdum

interdum uel diarrhœam uel dysenteriam infligit. Si inflammatio erysipelato des fuerit, febris, ardor, uomitio relequaue signa grauiora euadent ac tandem in marcorem deducunt. Hæ quidem omnis inflammationis communes notæ sunt, particularum uero si inflammatio in caua iecoris magis deuergat, cibi fastidium, nausea, sitis, biliosa uomitio aut deiectio acrius urgent, & præterea grauis & admodum laboriosus est decubitus sinister, nec promptè inflammati iecoris tumor contactu obuius est. Si uero inflammatio gibbam magis regionem obideat, spirandi difficultas, tussis & grauis dolor iugulum retrahens magis infestant, & præterea difficilior est decubitus dexter, ut quo pars affecta premitur, contactu pressuque dolor exacuitur, promptuque tumor percipitur: qui & intereum prominens est & oculis conspicuus. Omnes hæc quidem manifestæ & uehementes notæ apparent quum ingens est inflammatio. Quum uero exigua, obscuræ & exiles, hæc que in multos interdum menses persuerat: in qua hypochondrii dolor & grauitas: magna respiratione potius quam tactu se produnt. Quum autem musculis abdominis rectus iecori prætenus solus inflammatur, superiorum notarum nulla quidem (nisi forte febris) adest, lancinans dolor magis affligit, tumor oblongus foras prominat, uisu tactuque conspicuus: cutis. n. circumtensa rubescit atque calet.

Abscessus quum iam sit & putrida fanies in pus conuertitur, dolores & febres, inquit Hippocrates, & cetera symptomata inualescunt: rigores sæpe nullo ordine nullaque ratione inuadunt, quos sequitur caloris exacerbatio. Confecto iam pure omnia quidem remittuntur ipseque ardor deseruiscit, uires tamen relinquuntur multo imbecilliores, pulsusque frequens, paruus ac languidus, crebraque animi defectio. Quum supposito abscessu puris illuies prorumpit, eius terro uapore cor obruitur, qui sæpe graui orta animi defectio ægrum de medio tollit: ex hoc enim uix quisquam seruari potest. An quum exiguus est abscessus, a uires satis consent, pus nonnunquam uomitione prorumpit, aut per alium, aut per urinas profunditur. Sed & interdum fuisse uel exesa iecoris substantia id excidit in abdominis capacitatem, quo & hydro & hydropicorum aqua confluunt.

Ulcus ex abscessu contractum quoniam alimento continenter alluitur, perpetuo colluue multa sordescit, neque unquam potest sanescere. Iecoris enim solida substantia spermatica quum sit, non magis quem pulmonis reparari potest. Tum igitur uitiosa est sanguinis infectio, corpus non alitur, sed uere tabescit, putrida, faniosa & interdum cruenta est alui deiectio ac sæpe quasi ex cadauere facta colliquatio. Urina quoque fanie perfusa, aut si ea in abdominis spatium penetret, hydrops omnium grauissimus exoritur, qui & inguinum pubisq; grauitate & manifesto tumore se prodit, siquidem uires tandiu persistant: quod certe uix unquam ulla obseruatio notauit.

Qui morbi in cysti fellis.

Cap. V.

Cystis fellis occupant obstructio, calculus, repletio & inanitio. Obstructio aut eius est ductus quo bilis è iecore prolicitur, aut eius quo è cysti in intestina eructatur. In utraque aluus durior pigriorque est, feces albicant, urinæ flauæ crassæque adeo sunt ut sæpe nigrescant, bilis cum sanguine in summum corpus effusa ictero cutè deturpat. In priore trã cystis prorsus exhausta est, in posteriore illa bilis copia distenditur, uarijsque exuperatiæ symptomatis pmitt.

Calculus in cysti fellis plerunque conerescit niger, sed tamen leuis & qui æque immersus innatat, neque ut qui e renibus aut uesica euellitur subsidet in imo. Origo illi est e flaua bile quæ proprio conceptaculo diutius coercita

ea nec tempestiue uacuata, nec nouæ influxu renouata mirum in modum obdurefcit. Id autem in primis accidit quum uterque cystis ductus obstruitur. Huius quidem neque e manifestæ sunt notæ, neque grauiâ symptomata quibus certe ac facile detegi possit. At suspectus ijs esse debet, quibus grauis & diuturnis fuit istheris. Decrepitus quidam senex in iram mire propensus post decessum sine felle ac sine cysti inuetus est, in cuius sede calculus ingens concreuerat. Quinetiam post diuturnum isterum oborto alui profluuio, huius naturæ innumeros calculos instar ipsi aut hordei, inplerisque exturbari deprehendimus.

Bilis porrò propria cysti nonnunquam tantopere exuperat, ut hanc in ingentem distendat magnitudinem. Ac tum sanè infesta est grauitatis pondere pressu ac suffocatione, ructu, ardore, siti, iracundia, & siquando forte computrescat febribus intermittentibus. Hinc igitur grauißima mala prodeunt nec certe leuiora quum affatim ea prorumpit.

Cystis enim quum profus exinanitur omnemque bilem suam foras eructat, aut biliosas uomitiones, aut choleram morbum, aut diarrhœam, aut dysenteriam, aut alia his finitima symptomata concitat. Non pauci è tuius erepti sunt, in quibus nec alia istè ritus causa comparuit, quàm quòd folliculus bile omnino esset exaustus.

Lienis morbi, cause & signa. Cap. VI.

LIENIS grauiore morbi sunt, tumor distendens, obstructio, scirrhus, & inflammatio. Lien substantia rarus atque latus occasione leui distendi potest: quumque sanguinis excipiendæ faci destinatus sit, hanc omnemque impuritatem facile admittit: hac imbutus tumet multo quidem quàm incur frequentius, acplerunquæ sine scirrhu. Tumor tum sinistro hypochondrio animaduertitur latus nec admodum renitens, qui interdum lienis situm figuram que retinet, interdum uniuersum ypochondrium implet sed & is interdum subter umbilicum prolabitur, noxia quidem materia è uiscere in omentum quo quouersum effusa. Hæc autem uaria diuersaque est. Crudus, aquosus ac pituitosus humor eo nonnunquam confluit, ijs potissimum qui in locis palustribus humidisque degunt, & qui frigide potu largiore humidisque uescuntur oleribus: ijs etiam qui è frigidis, humidis, diuturnisque morbis emerferunt. Sæpe tamen melancholicus ac terrenus humor qui sanguinis fæx est & limus, in lienem rapitur. Illic abundantior cumulat, uel quia multus erat in sanguine, uel quia eius naturalis uacuatio quæ è liene in uentriculum aut in aluû fieri solet, suppressa est. Cumulatus autem principio laxum tumorem ingennerati. Huius signa sunt respiratio crebrior & difficilior, præsertim in cursu ac labore, aut etiam quum in dextrum latus decumbitur; amplificatio quippe uisceris maxime quum uentriculus cibo terget, diaphragmapremit. Appetentia ferè perffistit, sed uentriculi offenditur concoctio: ex qua crudus aquosus que chylus plerisque fluctuat, quo sæpe os madet expuitioque multa fertur. Flatus plurimus sursum deorsumque erumpit, aut hypochondrio sinistro rugitu quodam & murmure obauditur, totis ferè aut in uenticulo, aut in ea coli intestini parte quæ uisceri assidet collectus: non enim audiendi sunt qui hunc in liene concludi temere profitentur. Humoris uapores cor lacefcisur corpusque uniuersum ignauum & iners quasi dissolutum languet: nonnunquam leuiusculæ animi defectiones obrepunt. Adhæc capitis grauitas & inconfecta

confucta somnolentia eaq; turbulenta ac molesta. Desidia, timiditas, negligentia, contemptusq; rerum. Pallidus, subliuidus aut omnino foedus corporis maximeque faciei color. Atque hæc quidem efficit quum in liene copiosior fuerit simplex illa naturalisq; melancholia: quæ tametsi sanguinis fæx est, fluxa tamen & liquida etiamnum manet, alioqui per tenues uenas eo minime laberetur.

Quum uero copiosior ea melancholia liquida tempestiue expurgata miniferit, crassescet: ac tum obstructionem uenarum arteriarumque gignet. Sub hac, hypochondrij sola grauitas aut interdum lienis dolor exercet. At quum multa non uenas modo, sed & lienem uniuersum implet atque distendit, dissipataq; tenui illius portione, crassior subsidet, lien totus obstruitur.

Hic caloris uic ea materia magisque, crassescit, sensimque in scirrhum lien obdurefcit. Id autem accidere solet, quoties tumori aut nulla aut etiam uitiola adhibetur curatio, per ea quæ ipso protinus iuitio uehementer digerunt ac dissipant. Hic lienis scirrhus alias solam illius substantiam occupat, isque & situ uisceris & figura circumscribitur: alias uero in partes quoque uicinas distenditur, ut omnem plerunquæ ventris sinistram regionem impleat. Hic longioris tempore quam simplex latusque tumor genitus est, prementis magis renititur, omniaque simplicis tumoris symptomata grauiora & manifestiora exhibet. Prærior quippe melancholicus est humor, è quo quicquid inerat reuue ac benignum tempore dissipatum est.

Iam uero inflammatio non sæpe in lienem incidit, quòd purus sanguis phlegmones uero in id uiscus raro penetret. Si quando tamen ea obtigerit, similiter & eisdem ex causis atque in iecore progignitur. Febris inest assidua & ardens, lentor linguæ nigra cans, sitis implacabilis, cibi fastidium, sinist. i hypochondrij dissentio atque tumor: dolor pulsans, molestus dexter decubitus & interdum sinister, aliaque symptomata in sinistram latus perinde atque inflammatio iecore in dextrum incidunt. Ea etiam si pura sit inflammatio, nonnihil tamen ex loci natura respicit melancholicorum symptomatum. Si uel abscessus uel ulcus insequitur, non ex aliis fit causis, neque aliis notis ostenditur quam in iecore comprehensum est.

Atra bilis grauißimorum symptomatum affectrix, in liene proprio etiam receptaculo in uicinisque loci congeri solet. Fit autem alias ex bile flama, quæ exusta malignamq; naturam subiens, iam aut liene prolicitar, aut iecoris uic in lienem ipsum atq; interdum in pancreas ac mesenterium protruditur. Alias quoque ex naturali fit melancholia, quæ in liene iam diu in hærescens, uictu calidiorè, æstu, exercitatione, aut etiam uetustate supra modum incalescens uitaq; malignam bilis atræ naturam adipiscitur, qualem sæpe ex lienis tumore fieri notamus, quoties is immanius efferatur. Bilis hæc atra sæpius sine tumore, raro cum tumore exuperat uix. n. tantam illius copiâ natura ferat. Nullus igitur sinistri hypochondrij tumor, nullus aut obscurus dolor, nulla dissentio aut oppressio. Cæterum æstus in præcordiis magnus, præsertim quum aut uinum aut calidioribus assumitur. Huius affectio molesta, ructus, flatuq; plurimus suscitatur, quasi ex leberis aqua subdito igne: nec enim pituita, nec alius quisquam humor æque flatus ex cibo profert. Arterix in præcordiis & supra umbilicum dilatantur ac uehementer pulsant: cordis magna & frequens est palpitatio, siquid præsertim uel corpus uel animus exagitur: animi defectio nonnunquam incidit pulsum immutans. Quum autem, ut sæpe fit, uapor in caput irrepsit, facies quasi inflammata rubore perfunditur, mens peruertitur, & alienatur, terro-

re, motu & mestitia concutitur, quasi mors imminet nihilque reliquum sit
spei. Furori omnia finitima in quem æger sæpe metuit raptum se iri. His re-
liqua hypochondriacæ melancholiæ quæ supra commemoravi signa plerunque
accedunt, interdum etiam absunt.

*Mesenterii & eius quod pancreas appellatur morbi, cause
& signa. Cap. VII.*

TANTA plerunque superuacua est humorum colluies, ut destinatis à
natura receptaculis tota excipi haud possit. Ac tum non parua superfluentis
portio in vicinas quoque sedes illabitur, maxime quidem in pancreas & in me-
senterium, quæ totius corporis veluti sentina sunt. Quibus ergo assidua in-
gluuiæ magnus fit utriusque bilis & pituitæ proventus, eas tempestiue non ex-
purgatas natura valens ac robusta plerunque in pancreas & in mesenterium
ignobiles sedes deponit. idque ferè è iccore & è licne per eos venæ portæ ra-
mos qui non in intestina, sed in ipsum mesenterium & pancreas desinunt & obli-
terantur. His locis & glandulis tempore exaggerantur varii humores, qui pri-
mum laxum mollemque tumorem, deinde sicciscentes renitentem durum ac ve-
re scirrhosum ingenerant. Durus vsque adeo interdum deprehensus est, ut peni-
tioribus sub umbilico partibus vel os vel calculus concreuisse putaretur. Itaque
si ampla & uasta mole venter totus præter naturam prominet, idque citra flu-
ctuationem, citra alui suppressionem diutinam, citra hydropis suspensionem,
vnde & quæ id ex causa obtigerit, tactu ita quidem discernendum. Quum ad-
ipis copia venter prominet, quoniam cuti summæ is inhærescit, manu totus cõ-
prehendi fecernique potest à musculis abdominis: ac præterea reliquus corpo-
ris habitus obescit exilit. Quum tumor insertus est musculis abdominis,
primo is contactui occurrit, & quum premitur, plerunque etiam citra pres-
sum dolore afficit, quod pars ea sensu prædita sit: intestina non coarctat, ne-
que alui deiectionem remoratur. Mesenterij vero tumor quoniã alte sepultus
est, non nisi pressu animaduertitur, nullo dolore affligit, quod pars ipsa doloris
sit experta. Quinetiam sua is mole intestina premens atque coarctans sæpe effi-
cit ut alius pigrior sit tardiusque fæces descendant. Vtrum præterea tumor
uniuersum mesenterium an partem duntaxat, & quam nam occupet, mollisne
sit an durus, tactu etiam internoscendum. Cæterum quisnam in mesenterio
humor exuperet, iam non tactu, sed iis ipsis notis, quibus in iccore aut in lie-
ne proditum est, cognoscitur, sed quæ tamen tum obscuriores, tum leuiore exi-
stunt. Hæc autem obscuritas multis causa fuit ignorantie, & cur harum partium
affectus prætermissi fuerint, nec veterum scriptis celebrari. Ego tamen hoc as-
sirmo & profiteor cholerae, melancholiæ diarœ, dysenteria, cachexia, atro-
phiae languoris, lentarum errantiumque febrium, latentium denique morborum
causas in his plerunque sedibus animaduertisse, quorum depulsione deplora-
tis salus redderetur.

Vera quoque inflammatio in mesenterium incidit, quum ab exesit aut ru-
ptis illius uenis sanguis excidit, & in aliqua sede præter naturam collectus pu-
rescit, tandemque suppurans abscessum facit. Ea inflammatio sine manifesto do-
lore est, solumque grauitatis sensum habet, nisi forte vehementius, prematur. Fe-
bris admodum leuis & lenta, sine siti sine grauibus symptomatis, nec oïno ægrum
prostrernens nec quotidianas functiones interpellans. Principio sanies quædam
rubra facta deinde abscessu pus albu defluit ab aluo, & utrunque modo permittit
alui

alui fecibus, modo scorsum & syncerum, ut quum inflammatio in postrema in-
testina deurgit. Tum quippe pus per uenam proximam in recti aut coli inte-
stini capacitatem influit, syncerumque magna interdum copia redditur nullo sen-
su doloris quod aliquando celebres medicos magna admiratione & controuer-
sia torfit. Sed non aliunde id quam ab effectu mesenterio dimanare facile nosci
poterat. Neque enim ab inflammationis intestinis, neque à ventriculo potest sine
vehementi dolore prodire. Ex iccoris uero aut ex lienis inflammatione, febris
uehementior affligit, omniaque symptomata sunt grauissima: nec tam syncera
sanies scorsum ob longiorem uix tractum exit. Renes etiam affecti non illac,
sed per urinas repurgantur. Itaque unum mesenterium reliquum est in abdomi-
nis capacitatem: quod sub illis notis inflammatione tentetur.

Iecoris lienisque symptomata, & horum cause. Cap. VIII.

MULTA sanè symptomata promiscue à iccore & à liene originem habent,
quod ea uiscera in humorum procreatione secretionemque plurimum occupentur.
Ea sunt icterus, melancholia, atrophia, cachexia, hydrops eiusque species. Icterus
biliosus est humoris per summa corporis effusio. In hoc album oculorum & par-
tes quæ circum tempora sunt, interdum & cutis tota uel pallida, uel flauo, uel
citrico colore suffunditur, hincque uitium aurigo nuncupatur. Auriginosum cor-
pus uix sudat, sed prurigne plerunque tentatur, & quasi suscepto onere ingraue-
scens torpescit, mens sensusque hebescent & uariis lacessuntur imaginibus. Icteri
uariæ existunt causæ, una est uirulætarum bestiarum ut uiperæ demorsus, aut
epotum venenum: quorum uis sanguis totus pristinam amittit puritatem & in
citricum ac biliosum humorem corrumpitur, qui omnia peruadens cutim infi-
cit atque labefactat. Tunc autem euidentes causæ prægressæ sunt, atque repen-
te aut breui color mutatus est, febris nulla fatigat. Fit & aliter icterus per cri-
sim biliosarum febrium, qua noxiam materiam natura ex alto corpore in sum-
mum forasque propellit. Hic repente nascitur, febrem finit nec tamen cum fe-
bre definit, sed diutius aliquando protrahitur: urinæ & alui excrementa se-
cundum naturam habent. Ex iccoris quoque inflammatione icterus nascitur,
cutis uis & incendio pars sanguinis maxima uertitur in bilem, & in omne cor-
pus quoquoersum effunditur. In hoc uehemens ardensque febris existit, dex-
tro hypochondrio grauitas dolorque, subest, deiectiones & urinæ biliosæ profluunt,
inflammatio iccoris signa comitantur. Atque hi quidem rarius incidunt, nec om-
nino simplices existunt. Simplex uero icterus & qui frequentius ingruit, aut
iccoris aut folliculi peculiari uitio fit. Quum enim in calidioris iccore bilis
copiosior gignitur quam a cysti expurgari tota possit, redundans ea quoquoersum
irumpit aut effunditur, atque cum sanguine uel eius sero euadens summam
corporis cutem inficit. Sed & quum ea cumulat in iccore, eius substantiam
amplificat & in tumorem attollit tactu conspicuum: ac dein tempore crassescens
atque obdurefcens non modo obstructionem, uerum etiam iccoris scirrhum re-
nitentem ac predurum ingenerat, cui ferè succedit hydrops. Sub hoc ictero aut nul-
la aut admodum leua febris est, atque licet turbida, crassa & crocæ sint urinæ, alui
tamen deiectiones non albicant, quod è folliculo atque etiam è iccore bilis mul-
ta proruat in aluum. Icterus uero qui ex obstructione meatuum ad bilis cystim per-
tinentium fit repente hominem adurit, sine febre sine magna corporis aut uirium
iactura: deiectiones albicant, quod bilis illapsus intestina cohæbeat. Urinæ cras-
sescunt atque rubent adeo ut & ppe nigrescunt: dextro hypochondrio grauitatis sen-
sus in-

sus inest sine conspicuo tumore. Communiscuntur plerique alias icteri causa
ut folliculi fellis imbecillitatem, & partium quæ in habitu sunt eo poris cali-
diorum intemperiem: quæ tamen omnes rarissimæ quum sint, in eorum nume-
ro haberi debent, quæ cogitatione potius quàm usu & euentis deprehen-
si sunt.

ΥΠΕΡΟΣ
ΠΛΑΣ-

Icterus arquatiusve niger melancholici est humoris in cutem & in corporis
summa effusio. Sub hoc coloris flos perit isq; pro viuido obscurus primùm
deinde sabliuidus & subniger nulla evidenti occasione apparet. Corpus qui-
dem minus quàm in altero ingrauescit, mens tamen imaginibus magis pertur-
batur, quæ metus & mæstitia plenæ sunt. Nec deiectio, nec vrina de naturali
statu manifeste decedit. Proxima huius continensq; causa est melancholicus
humor in omne corpus cum sanguine effusus: idque vel quod in sanguine atq;
in icore nimium exuperet, neque totus lienis vi clici expurgarique possit, vel
quod lien huius copia infarctus alium excipere nequeat, vel copia turgens il-
lius portionem refundat in venas, ac tum lienis tumor grauitasque premit: vel
quod vena è portis icoris in lienem directa & qua sanguinis fex deducitur ac
expurgatur, obstructa obstitataque sit.

Τὸ φυσὸν
δὲς καὶ ὑπε-
χολδρικός
πάθος.

Affectio hypochondriacæ vtriusque affecti visceris maximeq; lienis soboles
est. Huius enim species duæ vna mitior, deterior altera. Illa ex melancholico
humore terreno sanguinisque hæc ducit originem, qui in liene vicinisq; sedi-
bus supra modum cumulatus tumore ingenerat, è quo teter vapor sursum ef-
fertur. Lienis tumor interdum conspicuus ingensq; animaduertitur, sine ictero
sine cachexia: idq; quum & mitis est humor & arte coercetur. At vero quum
è propria is sede prorumpit in venas effusus aut icterum aut cachexiam parit.
Quum autem præter naturam incalcescit, vel deteriorem substantiæ conditio-
nem subit, atrum de se vaporem exhalat qui animum mentemq; varie contur-
bans, author emhypochondriacæ melancholiæ huius notæ sunt multa fixaque
diu cogitatio, rerum commentatio & suspicio malarum, uerecundia, rusticus-
ve pudor, solitudo, mæstitia, timiditas & ignauia, animi deiectio aut despera-
tio, mentis atque sensuum caligo, turbulentus somnus, peruersa rerum existi-
matio ac sæpe preposterum iudicium. Atque hæc quidem sunt melancholico-
rum symptomatum mitissima. Altera affectio ferocior existit. Ea fit ab atra
bile quæ vel ex terrena sanguinis fæce supra modum incalcescente & exusta,
vel ex bile flaua proceffit. Colligitur hæc nonnunquam in liene, sæpius in pan-
creas & in mesenterium spargitur nullo tumore manifesto. Quumque sit hu-
mor acer atque perniciosus, exigua portione seuissimorum symptomatum au-
thor existit. Quæ igitur ab hoc fit melancholia, superioris notas præ se fert
omnes & eas quidem multo grauiores. Præterea uero præcordia sæpe ingen-
ti feruore æstuant, pulsusque arteriarum in his est ualidus, quum uapor qua-
uis ex causa excitatus sursum euolat, cor palpitatur: aut premitur, anima defi-
cit, facies rubore ardoreque suffunditur, oculi quasi suffusione caligant, mens de-
que perturbatur, ac interdum tantopere occupatur, ut sine ulla rerum expe-
ctatione meliorum, summa sit desperatio uitæ: neque possit ulla orationis sua
uitate ad spem recuperandæ ualitudinis erigi. Hoc miserabile medicis tor-
mentum: summa uero tranquillitas est laborantis constantia & prudentia. At
uero extincto dissipatoque uapore symptomata mitescunt, subinde tamen re-
tursura. Hoc malum si penetrerit in cerebrum eoque figuratur, furorem ac tandè
febrem accerserit hecticæ finitimam, & quæ in marasnum deducet.

His quadamtenus similia profert incommoda bilis simplex circa iecur abun-
dantior

dantior coarctata & exæstians: nam & æstus apparet, & animi defectio, & suffu-
sio atque rubor: & nisi uires iam malo succumbat, animus concitatus exarde-
scit, iracundia sæpe iactatur, ulciscendi libidine effertur. Hac etiam tandè cor-
pus absumitur & liquefit, nisi in melancholiam transitus sit.

ἄτροφία ἢ
τῆς σπένδε-
ως ἀποτυ-
χία.

Atrophia est nutritionis error quo corpus sensim exarescit & absumitur. Si
uel alimenti penuria, uel uacuatione immoderata, uel aliarum euidentiu cau-
saram, uel acuto morbo corpus emarescit, atrophia non appellatur: sed dunta-
xat quæ lente ac pedetentim nulla prægressa causa id simpto alimento non a-
liur. Atrophia quæ unam quampiam partem obsideat, causa est pecculare quod
dam illius uirium: eius uero quæ totius est corporis, causa in aliquo principio
uiscere consistit, quæ caloris spiritusque aut naturalis aut uitalis robur uel ob-
tundit uel extinguit. Itaque cordis affectus maximeque febris hectica, & pul-
monis exulceratio, quoniam uitalem illius omniumque partium spiritum la-
befactant, in atrophiâ perducunt. Quinetiam uentriculi grauiores affectus
eodem adigunt, & lienis icorisque calida atque sicca intemperies, & bilis mul-
ta tum fluxa tum atra perfusio. Vix enim ullam animaduerti ueram atrophiâ
in qua uiscera præter intemperiem, non multa quoque humorum præsertimq;
biliosum coluue scaterent, ac earum plerumque copia distenderentur. Hac
igitur causa quoniam naturalem spiritum & calore proterit: uix ut uilem san-
guinem gignat, in atrophiâ præcipitat. Per hos affectus tamen si alimenti co-
pia suppetit, uenæ multo humore turgent, corpus tamen non alitur, quia is hu-
mor caloris & substantiæ bonitate, sæpe etiam fibris quibus concreuit desti-
tutus, partibus neque adhærescere neque assimilari potest. Multo autem diuer-
sa est cachexiæ ratio de qua nunc transigendum.

Cachexia malus est atque uitiosus corporis habitus. Sub hoc plena satis at-
que copiosa corporis moles est: at uero tum substantia tum colore uitiosa. Cor-
pus non ut athletarum promptum & alacre, sed graue est atque iners, non ui-
uido colore florens, sed uel pallido, uel liuido, uel citrino squalidum. Hoc
mali ex alimentis impuris atque corruptis contrahi solet: aut si hæc uitio nõ
sunt, uentriculi ac uiscerum uel imbecillitas uel impuritas accusanda. Imbecil-
litas diminutam concoctionem cruditatemque parit, quæ in uenas & in habi-
tum corporis, utilioris uice alimenti rapta, partibus singulis tum apponitur, tum
etiam agglutinatur, ac non perfecte assimilatur. hincque uitiosa non autem ue-
ra & perfecta fit nutritio. Impuritas uiscerum siue à scirrho, siue à corrupti hu-
moris affusione, siue ab eorum corrupta substantia proficiscitur, uitiosum cor-
ruptumque sanguinem profert, qui demum in partes singulas euectus illicque
concretescens, uitiosam quoque efficit nutritionem, uitiatam nimirum substan-
tiam pro utili dissipata reponens. Hinc cachexia pro sanguinis conditione uar-
ia: alia cruda ac pituitosa, alia melancholica, aliaque aliter corrupta, quam
alimenti natura & mala uiscerum constitutio protulit. Pituitosa cachexia, qua
ferè uirginum nitor squalet uiuidique coloris flos perit, leucophlegmatiam
antececidit eamque prænuñciat: quemadmodum & melancholica cachexia ele-
phantasim minatur. Cachexia igitur ab atrophia quam longissime distat: in hac
extenuatum corpus sensim contabescit, in illa ampliolem id molem habet. In
atrophia quod in uenis est, nec concreuit nec parti adhærescit, uixque sangui-
nis appellationem meretur: in cachexia & concreuit & nutriendæ parti adhe-
rescit: atque licet pituitosus, melancholicus aut aliter uitiatatus, sanguis tamen
appellatur. In utraque corporis uiriumque robur elaguefit, sed in atrophia
quod nulla prorsus, in cachexia quod uitiosa sit nutritio.

καχεξία.

Huic

Huic proximus est hydrops, maxime qui sarcites appellatur. Triplex. n. trahitur, *ἀνασάρκα*, ascites, & tympanias: horum rationes atque causæ in primis diuersæ. Anasarca, idest subter cutem, qui & leucophlegmatias Græcis nuncupatur, molis corporeæ incrementum est præter naturam Huius initio pedes tumet, maxime ut speræ & ab exercitatione, aut quæ decliuus diu fuerint, in hisque (si crassiusculus est humor) digiti manet impressum uestigium, mane vero & per quietem sæpe dissipatus tumor euanescit. Deinde neque facies neque brachia, neque partes aliæ, imo neque abdomen ipsum magis quam reliquum omne corpus intumescit: sed id æqualiter molle, laxum & pallidum existit, dissolutum & quasi enervatum minimo labore frangitur, oēsque illius functiones languent & hebescunt: febris ferè assidua sed lenta conficit, cum pulsû paruo, crebro & inæquali: urinæ albæ, tenues & omnino crudæ. Hæc autem icterico accidit quod corpus uniuersum ruditate & pituitoso albicanteque sanguine aut si dicere mauis, aqua lenta & concreta suffunditur, hinc & malum ipsum aqua inter cutem rectè nuncuparunt, cuius copia natiuus calor obruitur. Hanc à phlegmatica cachexia seingit sola magnitudo, quod tumidiorem habeat corporis vitiatam molem. Vna & eadem utriusque causa, immodica nimirum iccoris atque venarum refrigeratio, quæ aut primaria est, aut ex cordis, lienis, uentriculi, mesenterii aliarumque partium concoctioni seruientium vitio cõtracta: & insiti caloris ac spiritus nimia dissipatio. Et causis autem euidentibus vitiosa refrigerat natiuumque calorem obtundunt aquæ frigidæ & vitiosæ potus in modicum, lactucarum fructuumque; esus intempestiuus, præsertim dum uel æstu, uel exercitatione corpus incaluit, eiusque viæ patent, per quas externa vis penetrauit. Insitum uero calorem spiritusque dissipant acutus uehemensque morbus, & sanguis è naribus, aut ex utero, aut ex hæmorrhoidæ immoderatus profusus, & quæcunque denique exhauriunt nutrientium viscerum robur. Harum causarum magna vis est, si uehementer & assatim fiant: sin uero sensim ac lente, tamen persequerent (ut diutius ab utero uel naribus paulatim fluens sanguis (minimum certe incommodaturæ sunt. Mensium uero consuetarumque hæmorrhoidum suppressio & omnis sanguinis nimia exuperantia calorem spiritumque strangulat & obruit.

Ascites est abdominis ex subito aquoso serosoque humore distentio. Venter sensum impletur dum diuulsa laxata uel cute supra modum intumescat. Corpus reliquum marcescit ac liquefcit. Tumor pressio diaphragmate spiritum difficilem reddit. Si abdominè impellitur, aut corpus in alterutrum latus prouoluitur, fluctuantis humoris sonus obauditur. Vrina admodum pauca est, eaque ferè crassa & rubicunda: præsertim si iecur morbo intumuit dedit. Serosus humor totus interdum sub addomine concluditur, nonnunquam eius portio in femora & in pedes, maxime post inambulationem, interdum in scrotum, ueluti cuniculis si bi inusitatam viam parat. Irrepat & nonnunquam in thoracis spacium, infertque ea symptomata quæ diximus purulentos affligere: nonnunquam & in uterum, ut in ea muliere cui instante menstrua purgatione humor sub addomine congestus, per uterum sponte ita profundebatur, ut omnis moles abdominis biduo subsideret: alius dein humor sensim proximo mense succrescere incipiebat, qui stato quoque tempore totus efflueret. Hæc non ut leucophlegmatias ex sola partium nutrientium refrigeratione, nec ex cruditate sola ortum ducit: sed maxime ex soluta continuitate partium aut uasorum quibus humores contineri solent. Itaque in leucophlegmatia quoniam solida sunt omnia, cruditas è uisceribus per uenas in omne corpus permeat: in ascite uero quoniam exesum,

aperturnum, ruptum, fissum uel aliquid est, serosus humor utpote tenuis, sine sanguine solus uti solet per renes excidit & in abdominis capacitatem illabitur. Haud secus atque suppurans pleuritis, excelsa aut discissa succingente costas membrana, assatim irruit in thoracis capacitatem. Non enim aliter tanta feri collectio præter naturam illic fieri potest. Turpiter hallucinantur qui putant per angustos cecosque paucos serosum humorè transferri in capacitatem abdominis. Nã hac ratione ascites peræque omnes inuaderet: & distribuendis humoribus uideretur natura inutiliter uias ductusque; tam multos destinasse. Adde quod is quos ex urina dies uiginti suppressa, extinctos nouimus, aquæ nihil quicquam deprehensum est per cecos illos ductus in abdominis spacium refluxisse, quoniã integra nec pertusa his erant sanguinis seri que conceptacula. Hinc fit ut ascites iis ferè superueniat, qui rupta uel excelsa viscerum uena, cruentis uomitionibus aut deiectionibus opportuni sunt. Licet enim suppressus sanguis sit, serosus tamen humor per derelictam fissuram præterfluit inciditque; in spacium abdominis. His et superuenit qui uisceris errore ictero diu tentantur, & quibus lien uel iecur uel mesenterii ueteri scirrui obduruit: quandoquidè uiscerum substantia siccitate humorisque penuria, eorum rimis quibusdam dehiscit, eorumque ambiens membrana diffringitur, ut non amplius tenue serum continere possit, sed id renum more elabi sinit, atque sensim quasi ex fissa olla stillare in vacuum abdominis spacium.

20 Hanc causam innuit Hippocrates, quum ait. Quibus hepar aqua plenum eruperit, iis uenter aqua repletur. Quod si sola uisceris substantia diffunditur, ambiens autem ac cingens membrana integra manet, aqua non excidit, sed uentriculæ aqua plenæ uisceris emergunt, quibus sæpe pecudum bouumque iugulatorum iecur scatere deprehensum est. Hoc enim uiscus quia ter renum siccumque est magis quam reliqua hydropem accersit, & magis ætate prouocatis quam pueris. Itaque causæ omnes quæ iecur uehementer exiccant, ut ardentes febres, ut calidiorum ciborum præsertim uini meracioris liberalior usus, hydropem inuehant: ab his quippe exarefactum iecur perinde atque terra siccitate dehiscit ac finditur. Fit præterea ascites ex iccoris aut lienis uulnere ex quo quod non alte penetrauit (hoc enim repente hominè interimit) sed summam duntaxat extimamque faciem attingit. Oritur & ex ulcere quod ferè ab illorum suppurante phlegmone atque vacuata relinquuntur.

Hydrops tympanias abdominis est distentio ex multo flatu in illius capacitatem conclusa. Moles quam in ascite minor & minus grauis, parum fluctuans, sed rugito obmurmurans: summus uenter uingue percussus ut tympani tinnit, multa que flatus indicia existunt. Huius ergo materia flatus est ex imbecilla cõcoctione & cruditate genitus: qui cum multus in uentriculo aut intestinis: uelut in collo dolore coeretur, nec exitum naturale reperit, impetu uia sibi municiens, per cecos tenuesque ductus inter abdominis membranas magnis cruciatibus sese infert, ac demum varie impulsus in ipsum abdominis spatium penetrat aut deuoluitur. De hoc inquit Hippocrates. Quibus tormina circa umbilicū fatigant. & labor atque lomborum dolor, qui nec medicamento aut ullo alio modo solui potest, in hydropem siccum firmatur. Rarus certe hic hydrops, uisusque syncerus flatus sub addomine citra humoris permissionem unquam est animaduersus.

Intestinorum morbi cause & signa. Cap. IX.

INTESTINA nõ admodum intemperie infestari solent, horum aut grauiores morbi, sunt obstructio, adstrictio, inflammatio, abscessus, & ulcus. Obstructio, aut

aut alimenti prolapsionem, aut fecis deiectionem, quæ præcipue sunt intesti-
 norum functiones, interpellat. Ea autem interdum, sed admodum raro fit à
 tumore præter naturam in intestini substantia orto, qui nonnunquam eousq;
 increscit, ut eius ductum viamq; impleat. Hic notis elucescet, quæ mox recen-
 sebuntur. Interdum à resiccatis obduratisq; fecibus, quæ in illorum anfractibus
 reconditæ exturbant uix possunt: siccantur uero quoties tarde descendunt, aut
 quum forensibus negotiis aliisve occupationibus coercitæ sursum remeant.
 Euidens hæc causa antecessit: nullus subest dolor, nullusq; tumor conspicuus.
 Leuiter ac facile hæc soluitur obstructio. Interdum a crassa, lenta, uereq; gy-
 psea pituita, quæ sensim copiosior collecta firmitusque intestinis adhærescens,
 omnem eorum capacitatem replet. Superuacanea quidem pituita in cerebro,
 in uentriculo, & in intestinis gigni consuevit: sed in cerebro tenuis & aquosa,
 in his uero crassa atque lenta: hæc enim peculiare est uentriculi & intestino-
 rum excrementum, non fecis alui, quippe quæ cibi excrementum est commu-
 ne. Etenim quum illorum substantia frigida sit atque membranosa, crassum
 certe ac uiscosum de se excrementum proferet, quale est pituita lenta. Hæc igitur
 secundum naturam gignitur concrescitque in intestinis: è quibus cernitur
 alias sponte fecibus circumiecta descendere, alias clystere manifeste deduci,
 alias dysenteria ui corradit. Quum autem parcius ea vacuatur, sensim aucta ca-
 loris ui sic tandem crassescit, ut prorsus obstruens intestina quasi infarciat, fiat-
 que latentium difficiliumque morborum causa. Caroli Quinti Imperatoris,
 legatus quidam dolore torquebatur, necnon tumore à dextro hypochondrio
 per ima uentriculi in sinistrum exporrecto. Huic quum sexennio toto reme-
 dii genus omne tanquam emolliendo scirrho adhibitum fuisset, iniecto tandè
 acriori clystere durum ac firmum quippiam, medio ductu perusum, pedis lon-
 gitudine detractum est: quod ille intestini portionem esse metuebat. Sed
 quum repente leuatus uideretur, adhibito consilio iterum ac tertio clystere
 prolutus est, rursusque simili euulsa materia continuo pristina est ualitudi-
 ni restitutus. Alteri cuidam similis, sed grauior affectus aluum prorsus co-
 hibuit: qui tandem uentre supra modum intumescente decessit è uis: inuen-
 tumque est eorum intestinum usque adeo infarctum pituita concreta, ut soli-
 dum prorsus censeretur, nihilque omnino fecis in aluum delabi sinere. Vera
 hæc esse testamur, quæ tamen Galeno non admodum probabilia uidentur.
 Crassior porrò hæc pituita in cæci aut coli intestini cellulis diutius coer-
 cita, nonnunquam concrescit in calculos: quales sæpe uidimus instar nu-
 cis iuglandis, & in quodam magnitudine castaneæ quarto aut sexto quoque
 die dolore nullo exturbari. Hæc igitur mala concrescens pituita efficit, qua
 exuperante animus uiresque languent, uentriculi cruditas adest, tarda que al-
 ui deiectio, flatus plurimus obmurmurat, uenter friget, ac nonnunquam colico
 dolore premitur.

Obstructioni affinis est intestinorum coarctatio & angustio. Ea autem fit e-
 rum ui quæ ingeruntur: siue cibi sint, ut cotonea mala: siue adstringentes cly-
 steres. Quinetiã a mesenterii aut uiscerum tumore intestina premente: hocq;
 frequens admodum est. Fit & ab enterocæle, quum intestinum in serotum de-
 uoluitur, eo que quasi uinculo coarctatur. Horum unumquodque seipso non
 aliis indiciis percipi debet.

Iam uero inflammatio in gracilia intestina non sæpe incidit: at in crasso-
 ra quæ sanguine multa que carne prædita sunt, frequenter, maxime que in id
 quod rectum appellant. Dolor in primis acer isq; laminans, non ut in dysente-
 ria aut

ria aut corradens, aut vagus, aut intermittens: sed in vnâ eandemq; sedem de-
 fixus costansq; premit. Febris quàm in dysenteria ardentior, eaq; dum pus cõ-
 ficitur exasperans & inæquali rigore fatigans. Desidendi cupiditas inanis, &
 qua præ obstruētis tumoris magnitudine nihil minimumve deiecit: in dysen-
 teria uero nonnihil atque etiam creberrime. Dolorem uel anodynus clyster mi-
 rum in modum exacuit, quod tumore comprimat: in dysenteria compescit at-
 que demulcer acri humore teritur.

Abcessu factò ruptoque pus primum saniosum, deinde album & concoctum
 a podice exigitur: idq; uel seorsum ac syncerum, uel paulum ante feces, à qui-
 bus detergi impelliq; solet. Tum dolor, febris atq; symptomata mitescunt,
 & aluus impedimento sublato libere exit.

Vlcus tum ex abcessu, tum etiam ex dysenteria aut tenasmo relinquitur.
 Huius dolor fixus est, cuius sensu debilitata intestina, sæpius onus suum depo-
 nunt, eructantq; modo cruentam modo purulentam sanem. Id si cauum est,
 quoniam in parte humida consistit & excrementis peruia, diu fordidum manet
 vixq; tandem cicatrice obducitur, & nisi diligenter præcauetur, ferè vel in si-
 stulam, uel in cancrum definit.

Intestinorum symptoma: a; horum cause & signa. Cap. X.

INTESTINA non paucis dirisq; symptomatis torqueri solent, qualia
 hæc ferè sunt: dolor tum colicus, tum iliacus, tarda alui deiectio & ileus, pro-
 fluens aluus, quæ aut liëteria est aut colliquatio, aut diarrhœa, aut dysenteria,
 aut tenasimus. Ad hæc cruenta aut purulenta deiectio, lubrici quoq; & asceri des.

Colum intestinum amplum quum sit & laxum, anfractibusq; multis sinuo-
 sum, varias sanè materias excipit, quarum exuperantia distorquetur, dolorque
 fit, quem ab affecta sede colicum nuncupamus. Hæc autem materiz sunt duas
 crassior, humor aut lentus ac pituitosus, aut acer & mordax & uere biliosus,
 qui interdum etiam inflammationem accendit. Flatus in colo intestino pluri-
 mus gigni cumulariq; solet, in quo sæpius rugire uel murmurare obauditur:
 neq; enim aliud natura condidit excipiendi flatu receptaculum, quem tamen
 prima uentriculi concoctio maxime progeniuit. Itaque flatus in hoc intestino
 copiosior congestus, si propter obstructionē à duris resiccatisq; fecibus alijsve
 de causis erumpere nequit, intestinum vi distendit atq; diuellit, magno certe
 & immani cruciatu magnoq; sensu doloris. Cohibendi flatu consuetudine
 non paucos dissectione animaduertimus, quibus dilatatum colon intestini bra-
 chij amplitudinem adæquabat: alios quibus ex imo uentre flatu toto anfra-
 ctu in uentriculū resiliens ructu emittebatur, & quibus pro crepitu ructus erat:
 alios quoq; alijs ex causis hoc symptomate continenter affligit, ut his plures ru-
 ctus quam uerba essent. Flatulentus dolor colicus uentre distendit, uagus est &
 instabilis, in variasq; ventris sedes se contorquet: sæpe obmurmurat: & arcte
 conclusus, nec ab ore nec ab aluo erumpit: hunc cause flatu effectrices præ-
 cesserunt. A crassa lentaq; & præsertim à uirca pituita, quæ non modo huic
 intestino adhærescit, sed & ipsum contradit, dilacerat atq; in id plerumq; per-
 forantis terebelli more se infigit, colicus etiam dolor excreet. Hic sæpe fixus
 est & altè excruciat, nauseam & pituitæ vomitionem ciet: neq; ructibus neq;
 flatibus emissis demulcetur: habuitq; originem à crapula & otio, quæ crudi-
 tatem crassumque humorem progignunt. Ab acri uero erodenteque humore,
 aut etiam ab inflammatione quilibet ortus fuerit dolor colicus, fixus etiã est,
 A a a sed

sed cum febricula, ardore, siti & vigiliis: irritatur esculentis, potulæ usq; castidioribus, à quibus etiam sumpsit originem. Atque hi quidem vere colici dolores facile mitescent ceduntque iustis remediis: Nephritici dolores in quibus nec arenula nec calculus exturbatur, sæpe colicorum specie elidunt.

Alii insuper, cruciatus quadam similitudine & vehementia colici nuncupantur, quibus tamen non in colo intestino sedes est, sed vel in peritonæo vel in membranis que ab domini ventrisque partibus obtendunt. Hi sanè gravissimi sunt & admodum diuturni, ac neque clysteribus, neque medicamentis, neque fomentis, neque iis remediis, quibus qui vere sunt colici dolores, deliniri solent. Eorum materia aut flatus est tenuis, aut humor acerrimus & eruginosus membranarum spaciis conclusus, è quibus detrahi uix potest. Succedunt diuturnis febribus aliisque biliosis morbis, quorum est difficilis solutio. Natura quippe crism noxii que humoris depulsionè in aluum molita, quum nusquam vacuandi viam promptam & expeditam nanciscitur, illum è uenis & uisceribus in membranas sæpe auertit, ubi dolores exurgunt priore morbo grauiore. Observantur & continuas & tertianas, sæpius vero quattanas febres doloribus finiri, qui diu circuitu certo exacuebantur paremque accessionum ordinem retinebant.

Tarda atque pigra alui deiectio est, qua feces & cibi reliquia raro nec pro assumptorum ratione descendunt. Per hanc feces necessario obdurescunt, quòd diutius cohibite calor is continenter siccescant, ab hisque non nihil succi semper exugant mesenterii venæ, non modo in tenuia, sed & in crassiora intestina distributa. Tarda deiectio intestinorum quidem symptomata est, sed quod alios deinceps morbos excitat, quocirca inter evidentes morborum effectrices causas refertur. Illinc siquidem vapore caput tentatur, corpus ingrauescit, ventriculi concoctio offenditur, ac reliquæ functiones deteriores euadunt. Sæpe ex viuendi errore nascitur, velut ab esculentis siccioribus, acerbis & adstringentibus, quæ præsertim prima mensa assumpta sint: ad hæc ex immoderata ciborum copia, quam pauco tempore natura neque vincere neque distribuere potest: ex otio denique & decubitu somnoque multo. Cæterum non hanc, sed eam quæ morbi soboles est tardam deiectionem perquirimus. Huius causa triplex statuitur: sensus obrufus qualem insignit veteris, apoplexia & paralyfis. Stimuli penuria, ut quum flava bilis quæ obiter intestina ad excretionem irritat cohibetur, hocque crebro fit in ictero. Intestinorum vel obstructio vel adstrictio, quæ cæteris est causis frequentior. Adstrictio à mesenterii aut viscerum tumore nascitur, qui intestina pressu coangustat: nonnunquam & ad entorocele. Obstructio vero vel à duris siccisque fecibus, vel à crassa lentaque pituita, uel à concreto calculo, in quibus ergo pigra multum ac tarda est aluus, ut in eo quem nouimus non nisi duodecimo quoque die excrementa fecesque deicere, & aliquando citra manifestum corporis functionumque detrimentum dies rotos quadraginta nihil prorsus ab aluo reddidisse, causa quidem neque à consuetudine, neque à natura, sed ab iis, quæ nunc recensui vitis petenda. Quinetiam tumor præter naturam in intestino genitus, id in totum obstruit fecisque prolapsum cohibet.

Hæ causæ cum supra modum increuerint, excrementorum uia prorsus occlusa, miserabilem ileum edunt, in quo feces aluum præterlabi nequeunt. Hunc per sepe committit intestinum, si cum resiccato stercore vel in serotum vel in disruptum umbilicum procidens retrudi nequeat. interdum & stercus durum, & in-

Η βραδυς
σα ἀπαχ-
σησ. εα

ο βραδύς

& intestini tumor præter naturam: alix vero causæ rarius. Sub hoc omnino neque cibus descendit, neque iniectus clyster ascendit. Atque in initia intestinorum murmur inest, dolor circumuectus, ructus, inanis, nausea, atque uentri culus nimium humidus. His dein accedit pituitæ bilisque uomitio, quicquid estus bibiturve, tametsi in intestina prouoluitur, hinc tam en postea remeat inquinatum stercoreis nidore: ac postremo horrendum uisum iterum ipsum moritum ris uomitione reicitur, frigiditate quidè iâ corpore & oborto sudore frigido.

Cita alui deiectio contrarius fit ex causis, quum uidelicet cibus uel liquidas uel lubricus uel pinguis nimium est, quum is sua copia uentriculum & intestina quasi pondere grauius onerat: quam quædam acrimonia eum pungit atque uellicat, siue ea ex medicamentorum genere, siue cibus sit corruptus, siue biliosum & acre corporis excrementum sit, aliunde eo confluens, aut etiam illic genitum. Hæc quippe citam aluum reddunt, quæ & liquida, & sæpius quam ex consuetudine denit. Ex iis autem quæ exeunt profuuiorum differentia statui debent. Quum ab aluo continenter cruda destuant, aquosa nempe diluta, humentia, colore subalbida uel cinerea, graueolentia, idque solo uentris rugitu uel murmure, nullo manifesto terminum doloresve sensu, aut lienteria aut cæliaca est affectio. Si enim læuia & æqualia sui, similia & quasi chyli aut cremoris specie profuuium, cæliaca: sin vero inæqualia & dissimilia, in quibus cibi nec obruti nec confecti substantia aperte cognoscitur, lienteria est. Cæliacæ affectionis causa non cruditas est, non imbecilla uentriculi concoctio, sed chyli imperfecta malaque distributio, quam mesenterii, lienis aut iccoris uel obstructio, uel trahentis facultatis imbecillitas, uel alimentorum maximeque fructuum fugacium & potus immoderata copia peperit. Hæc enim distribui tota nequi, sed maxima ex parte in abdomine subsistit. Ab his causis multa cogitur illuies, quæ sensim in tenuioribus intestinis aucta, uel in uentriculo, uel in mesenterio, uel circum uiscera, tempore corrumpitur. Quum sua copia grauis esse ceperit: uel sponte infra interdumque supra prorupit, uel à natura lacessita propellitur: nonnunquam leuissimo clysteris medicamentive irrimamento exit. Pulsus frequens & celer existit tanquam febris affligeret, & deiecturis leuiusculæ animi defectiones obrepunt. Ante eruptionem abdomen distenditur, uenterque prominens: hisque succedens spontanea perturbatio, cæliaca est affectio. Vacuato humore omni superuacuo, profuuium sponte conquiescit, interdum eod. m quo ceperat die interdum postero aut tertio.

Lienteria dicitur intestinorum læuitas, quæ per aluum defluunt, alimentis tum substantia tum colore finitima sunt. Causam habet non distributionis impedimentum, sed concoctionis primæ imbecillitatem, ob quam cibus crudus nihilque mutatus delabitur: siue quæ imbecillior uentriculus eum non conficit, siue quæ laxior ille non arcte continet dum integre coquatur. Ventriculus autem imbecillior redditur proprio robore dissoluto, idque bifariam, uel suo, uel externo, seu aliarum partium vitio atque sympathia. Propria illius uitia hæc sunt refrigeratio, cuiusmodi est ab immoderato frigida potu, præsertim quum corpus exæstuat. Laxitas seu emollitio, qualem inducunt aquæ repida, olei butyri, adipis, prunorum, malux atque similibum usus immoderatio. Aliena qualitas inuita, qualem fungorum, cucumerarum, melonum & fructuum maligna qualitate putrescentium intempertius esus multoque efficacius haustum uenenum induxit, quemadmodum & peruersa cæli constitutio, quæ popularem sæpe lienteriam promouit. Aliarum autem partium consensu lienteria fit, quum ab illis uitium aliquod in uentriculum incidit. Sic pituita è cerebro procum-

Διέξοδος
ταχέα.

κίλιακή.

λεπτεπία.

bens, quia refrigerat & emollit: & bilis e iecore profusa ventriculi proritans, crudos cibos necdum plane coctos in alium precipitat. Sic sepe an'maduertimus ingentem abdominis abscessum, & pulmonum vomitum, & pectoris veniâ; suppurationem tetro malignoque nidore in cor & in ventriculum effusa, graue periculosamque peperisse lienteriam, qualem in iis quoq; cernimus, qui diutur no morbo confecti iam morti sunt proximi.

διάρροια.

Diarrhœa quanquam dici potest omne alui profluuium, id tamen proprio designat quo synceriorum humores defluunt, sine vehemēti sensu doloris. Alias enim scorsum pituita, alias bilis flaua, alias atra purior apparet. Pituita crassa & mucosa ex intestinis crassioribus ferè corraditur, in quibus cumulari & cō 10 cre scere solet: sepe & ex mesenterio in quo ea plenior congesta, œdemata scir rhosque progignit, hincq; ferè pituitosum omne profluuium originem sumit. At nihilominus tenuem spumofamq; pituitam censuit Hippocrates e capite in ventriculum inque intestina prolabi: dulcem uero atque dilutam ex vniuerso corporis habitu deriuari. Qua ratione etiam testatur diarrhœam soluere leucophlegmatium, esseq; balbis familiarem. Diarrhœa biliosa est qua bilis flaua aut citrina ardens ac plerūq; spumans emanat, idq; sine magna ventris torsione, quod libere per laxas patētesq; vias defluat. Ea sepe e calidiore iecore aut e cyli fellis profunditur in intestina, nonnunquam & ex mesenterio in quod su 20 peruacuum omnem humorem oppressa natura solet recondere: nonnunquam sed rarius e venis maioribus atq; etiam ex corporis habitu. Sic enim diarrhœa statuit Hippocrates surditatem aliosq; ex bile morbos soluere. Melancholica diarrhœa aut e liene aut mesenterio prodit, quum oppressa natura vel naturalem melancholiam, vel bilem atram in alium excutit exturbatq;. Hæc autem cæteris multo est infolentior. Atra nonnunquam vsque adeo apparet deiectio, vt vel cum diluta pice vel cum castæ medulla conferri possit, quæ multos melancholix similitudine fessit. At illa certe e sanguine fit, qui quoties aperta, rupta vel exesa præcordiorum vena, in intestina incidit, longo sinuosq; prolapsu ita præstatur ac nigrescit, vt picem plane referat. Discernitur autem quodd 30 intincta lintea rubescant, quodque cruenta vel comitetur, vel præcesserit vomitio.

Sed & intestinorum colliquatio ad diarrhœam referri potest: in qua quod inferne procedit, quasi adipe vel oleo perfusum cernitur. Hinc autem fit q; recens concreta pinguedinis carnisve aut etiam (diu protrahente uitio) solidarum partium substantia liquefeat defluatq; in alium. Familiare hoc quidem profluuij genus pestilentibus febribus & causo colliquanti & hecticæ, & phthisi, & atrophix, nonnunquam & viscerum inflammationibus.

δυσεντερία.

Dysenteria est cruenta alui deiectio cum dolore & ventris torsione: vnde & hanc Latini tormina nuncuparunt. Primum quidem intestinorum mucus egeritur, deinde adeps intus illis adhærescens exiguo cruore perfusus: eaque 40 est dysenterix species. Altera quum interior intestinorum tunica corraditur, cuius pelliculæ & fibræ deiectionibus permixtæ apparent. Tertia quum altius penetrante & depascente ulcere, ipsa caro propriaque intestini substantia putris vel exesa procidit. In quo autem maxime intestino ulcus consistat, primum ex situ doloris intelligitur, deinde ex permissionis ratione. Etenim si cruor & quicquid corraditur, fecibus alui exquiste permiscetur, intestina superiora: si uero id purum ac minime permixtum excidit, scorsumq; feces alui defcendant, inferiora crassioraq; vlcere depascunt. In hoc genere tenasimus habet, qui directi intestini vlcus est. Sub hoc assidua desidēdi cupiditas sollicitat, sed qua

τηνεσιμός.

qua nihil ferè præter mucosum quiddam & suberuentum egeritur. Dysenteria atque tenasmi causa est pungens ac: que humor, qui non recta, sed per anfractus in intestina vi quadam delatus & infixus, ea exulcerat & acrimonia rodit. Is autem vel bilis est flaua, vel atra, uel pituita salsa. Nonnunquam & excedentia medicamenta, vt colocynthidis & adamantis puluis: nec non vitiosa & acria alimenta ingesta altius se in intestinum figunt, dysenteriamque cient. Humor porro acer in intestinum irruiat, interdum ex mesenterio, in quo iam dudum cumulatus erat, vt crebro iis accidit, quibus amplum abdomen prominere: interdum e iecore vel e liene, vel ex vicinis partibus: interdum e uenis maioribus atq; 10 ex ipso etiam corporis habitu. Hæc omnia propriis signis nosse expedit, vt certa sit curatio. Non omnem dysenteriam febris comitatur, sed eam duntaxat cuius humor est acerrimus, isque e visceribus aut e uenis magna corporis perturbatione profusus.

Cruenta alui deiectio qua cruor sine dysenteria ac sine tenasmo fertur, raro iecoris imbecillitate fit, sepius ex apertis internis hæmorrhoidibus. Qui e iecore imbecillo dimanat, verus cruor non est, sed diutius & recentis carnis lotura persimilis. Hic idcirco rarissime apparet, quod insolenter admodum sanies ea per mesenterii uenas e iecore prolatabatur in intestina. Qui autem scorsum purus ac rutilus exit ex aperta hæmorrhoides est, quæ hunc proxime e vena caua profundit, modo egestionis initio, modo in fine & in ipso egerendi conatu. Interdum & grumus rubens hinc procidit, dum hæmorrhoids stiliat in recti intestini capacitatem, in qua omnino coit. Neque igitur ex apertis mesenterij uenis sanguis multus, neque ex superioribus liquidus ac rutilus descendit, sed vt ante dixi picis instar rorridus ac niger. Purulenta excretio si exigua & cum dolore prodit, ab vlcere aut intestinorum aut podicis est, quod uel dysenteria, uel tenasimus, vel phlegmone reliquit: hoc autem antecedens affectus commo 20 strat. Si copiosior est atque doloris expertus, ex abscessu quodam mesenterij in proxima intestina fertur. Nunquam certe aut admodum raro e iecoris aut e lienis abscessu, multoque rarius (quod tamen affirmat Galenus) e purulentis pulmonibus syncerum pus in alium deriuatur. Hanc tamen illi uiam communiatur, e pulmonibus eruatur in sinistrum cordis uentriculum, hic in ortam arteriam ex hac iu minores quæ per mesenterium feruntur pelli & excidere in intestina. Auicennas aliam uiam confinxit, e pulmonibus in dextrum cordis sinum, hanc in uenam cauam, e qua in iecur & portas, ex quibus in mesenterij uenas tandem que in intestina. Cæterum in his figmentis fieri omnino nequit, ut tam longo via tactu pus quod sanguinis permissione tinctum fuerat, tandem album redeat, fecernaturque syncerum.

ὁποχόρησις.

πυώδης ὁποχόρησις.

Lumbrici ex omnibus corporis partibus maxime intestina occupare solent: quanquam & exiguos interdum in renibus genitos uidi cum urina profusos, & in pulmonibus, & in auribus, & in dentibus: sepe etiam in neglectis abscessibus ulceribusque sordidis. Ex crassa lentaq; pituita, quæ in intestinis frequens corrupta præparataque fuerat, ab uberrimo infuso calore suscitantur uitamq; sumunt, eorum animalium exemplo quæ ex putri materia cœlestis caloris ope uitâ habent. Vt autem uaria est putrescentis materix figura, ita & uariæ sunt lumbricorum species. Alij longi sunt ac teretes, qui in superioribus gacilitusq; intestinis gigni solent: e quibus dum cibus descendit obnituntur & sursum pierunque irrepunt in uentriculum, quem grauibus torquent symptomatis. Inde per gulam os ipsum conscendunt, e quo hiante etiam profiliunt: clauso uero dormientibus per palati cauum obrepunt in nares forasque prodeunt. Alij breuiores sūt & lati

ἄλυσις.

αἰσρογγύλαι.

αἰπλάται.

δυναμίδες

& lati cucurbitæ seminis effigie, quorum procreatio est uel in cæro intestino, uel in coli cæculis atque hi sepe mira serie inter se cohærent. Alij exigui sunt & tenues simulque teretes (ascarides appellant) quibus serè sedes est in recto intestino & extremo sphinctere: adulti nonnunquam horum multitudine fæces consperguntur. Hos etiam animaduerti interdum ab ano pruritu quodam emergere, hincque in femorâ natesque quoquoersum serpere. Omnibus materiam suppeditant cruditas & crapula, deinde eorum usus, quæ facile putrescunt, ut lactis, casei, fructuumque dulcium & fugacium. Itaque pueri quàm adultis his multo sæpius affliguntur, quod illorum calor humidi or sit, confertioreque halitu persundantur. Lumbricorum signa sunt uentris distentio cum murmure atque torsione, lienterii profluuium, corporis dissolutio, faciei pallor, oculorum suffusio uel saggillatio, narium pruritus. Quumque sursum obrepunt, agitati (maxime per inedias & cibi penurias) intestina morsu aut suctu feriunt, siccam tussim mouent: oris uentriculi præcordiorumque compunctione animi defectione, syncopas, epilepsias: ascensu uero tremorem, deuorandi conatum & strangulandi metum inferunt, quibus malis infantes plerique sunt extincti.

Ani affectus atque symptomata. Cap. XI.

ANVM hi affectus occupant, phlegmone, abscessus, fistula, fissura, condyloma & hæmorrhoidis, cuius symptoma est sanguinis effluuium. Phlegmone fit copia sanguinis è uena caua per hæmorrhoides in partes inanes quæ circa podicem sunt incidente. Hæc quum ex aliis causis tum maxime ex multa duraque equitatione proficiscitur. Dolor inest admodum acerbis isque lancinans & qui premendo exactitur, foras interdum prominet, aluus non nisi difficile & summo cruciatiu exit, ac interdum dies multos sistitur comite etiam febre.

πρὸς τὴν

Abscessus à phlegmone relinquitur qui in recti intestini cauum sæpius quàm in cutem erumpit, quandoquidem parte molliore exedens pus sibi promptius uiam parat. Rupto abscessu ulcus manet purulentum ac sordidum, quale & nonnunquam exiit ex neglecto tenasmo. Id autem in fistulam breui degenerat: vix enim parte humida & excrementis peruis coalescit, fœdiumque copia callosum, diuissime manet, etiam dolore sedato. In hoc pus uel seorsum uel deiectionis initio exit, multo secus quàm è mesenterij aut superiorum partium ulcere. Sed & id uisum est interdum in uesicam penetrare: ac tum micturo crepitus è pudendo perinde atque è podice, deinde puris atque etiam fecis nonnihil mistum urinæ prorumpbat.

Ragades, id est, fissuræ, ani ulcuscula oblonga sunt, quibus sphincteris rimæ profcinduntur, ijs similes quæ inferius labrû & manus pedesque dilacerant. His finitima sunt & leuia quæcunque sedis ulcera. Dolor acerrimus est cum ardore citra phlegmone indicia, vlcereisque extremum expressa ano plerunque oculis patet. Fiunt autem uel duriorum asperitate fecum, uel humoris acris falsi siccantisque morsu.

καρδύλας - μα.

Condyloma durum est tuberculum in animargine ortum, aut uerrucæ, aut grani uuæ, aut maturi mori, aut ficus effigie. Ex melancholico nigraque sanguine illic sensim extuberat & increfcit, tedio potius quàm dolore molestum.

ἢ ἀμυρρῆς

Hæmorrhoidis uero quæ externa & conspicua est, ex ano quoque surgit ac prominet.

minet. Ea ex atro melan. holicoque sanguine fit, qui è caua in extremum uenæ profusus, nondum tamen illinc præ loci duritiæ exiliens cumulatur, idque implet & in ficus speciem distendit. A condylomate autem distat, quod & breviori tempore fiat, & affligat grani dolore, quoddamque nondum in callosum duritiem concreuit. Atque ea cæca appellatur hæmorrhoidis, quum nihil sanguinis effundit. Quæ uero aperta iam est, sanguineum interdum sponte, in conatu semper profundit, nec in tantum tumorem attollitur. Interiores hæmorrhoides quum corporis uentæ aut multo aut acri turgent sanguine, nullo serè sensu tumoris dolorisue superuacuum sanguinem eructant, idque solum in egerendi conatu, atque is seorsum conspicitur fæce minime permittus.

Hæmorrhoidum symptomata sunt immoderata sanguinis profusio, & eius minime consueta suppressio. Vtrunque enim præter naturam est, fitque grauium morborum causa. Sola quippe uacuatō naturalis ea censetur, quæ quod graue infensumque est, uelut onus inutile deponit citra corporis infirmitatem citraque uirium iacturam. Profusionis causa continens uel in sanguine est, qui multus, tenuis aut acer uolenter erumpit: uel in uenis quæ aut apertæ aut exsectæ aut ruptæ iam sunt. Suppressio autem contrariis fit ex causis.

Anus procidit modo sponte, modo egerendi conatu, apparetque sphinter totus interdum inuersus atque prouolutus. Causa est masculi resolutio seu laxitas ex multi humoris perfusione: qua ratione pueris & infantibus quàm adultis id uitij familiaris obseruatur.

ἀπὸ τῶν πρὸ πινῶν.

Renum morbi, cause atque signa. Cap. XII.

RENES morbi patuci exercent: inflammatio, obstructio, abscessus & vlcus. Inflammatio quæ proprie nephritis appellatur admodum raro accenditur in renibus, quod firma eorum & prædura caro ægre fluxionem admittat. Fit tamen interdum renibus ictu casu uel contusis, accessitaque fluxione per emulgentes uenas. Hanc adesse testantur, ardor ingens, dolor grauis ac pulsans in ea inanitate quæ est inter extremam costam & coxendicem. Hic & uicinas partes quæ circû præcordia sunt, circumlumbos, circum coxendicem & pubem atque partes obscenas, distentione conuellit. Extremorum frigus, atque cruris è directo fiti stupor inest: mictio cum ardore atque labore frequens, principio tenuis & cruda, deinde crassa atque mucosa: aluus impedita & pigra. Hinc uentris distentio, febris assidua, nauisæa, ructatio, crebraque uomitio.

νεφρίτις.

Renis obstructio uarias habet causas: arenulas, calculum, humorem crassum & uiscosum. Rarum quidem est uixque unquam compertum, ut a solo humore uel crasso uel lento ren totus obturetur: a calculo aut ab arenulis sæpissime, à quibus etiam solis urina supprimitur. Arenulæ autem non in interiore cauo, sed in propria renum substantia proueniunt, a qua duræ sunt ac rubræ & renis substantiam coloremque retinent. Illinc fluentis urinæ impetu raptae feruntur in cauum, prolabanturque in uesicam per ureteras, & urinam reddunt arenosam. Si curatō negligitur tempore crassescunt illæ, uel mutuo adhæsu inter se colligatæ calculum coagmentant atque componunt. Hic dein è renis substantia exturbatur in cauum, quumque euellit, renis partem cui adhærescebat, sine doloris sensu diuellens & quasi dilacerans, saniem prolicat, quæ pariter cum urina profunditur, eamque crassam, turbidam, subnigramque reddit. Calculus autem exceptus renis capacitate si exiguus est, non mul-

νεφρῆς ἐκ πρῶτης.

to post tempore in caput vtereris se infert, ex quo magna vi summoque dolore nephritico in vesicam procidit. Si crassiusculus est aut salebrosus & asper, in uia diutius hæret & magno cruciatiu ureterem dilacerat. Sed & nonnunquam in renis, capacitate subleuit ac permanet, quum præ crassitie non satis lata illi est ureteris uia. In illam contrusus & exagitatus acerbum sæpe dolorē mouet, quum præsertim profilit atque se infert in ureteris caput: at is mitescit calculo remeante in renis cauum. Hic (nisi tempore procidit) assiduo arenularum appulsu coagmentatur in uerum renis calculum, cuius nec una semper est magnitudo, nec una forma, nec color unus. Confirmatus ferè renis capum implet consuetasque arenulas exire prohibet: ac proinde renum calculus veteres dolores nephriticos obteggit & dissimulat. Perfectum in rene hunc esse, docent, affectæ partibus grauitas, ob quam uix spina dorso inflectitur: cuius tamen dolor, non ut is quem de stillatio peperit, externarum partium pressu admodum manifestus est. Nullo tumore foris conspicuo obrufioris cuiusdam doloris sensus inest, præsertim quum aluo suppressa rem ipse vel flatu uel fæce premitur, aut quum decubitus est in aduersum latus, aut quum uehementior est exercitatio. Nephriticus dolor ex internallis citra calculi excretionem redit: per laborem & duram exquitationem urina profluit cruenta, tum quippe calculus suo pondere & attritu renem contundit ac plerunque sine sensu dilacerat exulceratq; è quo sanguis cum urina profunditur. Cruris, quod è directo affecti renis est, torpor qui busdam inest molestus. Calculi materia est crassius & viscosus humor in renem pariter cum sanguine eiusq; sero excurrentis, qui alias ex cruditate, alias ex torrido terrenoque sanguine processit. Efficientem causam omnes quidem profitentur inmersum esse renem calorem, qui humores perurens, siccat, & obdurans cogit in lapidem. At certe alia statuenda causa efficacior longeque crebrior, insita renum arenosa calculosaque constitutio. Hanc quisquis a parentibus contraxit, uix ulla ratione calculi tormenta effugiet: quandoquidem hoc uitium omnium est maxime hæreditarium, ut non paucis pariter cum renibus calculus procreetur. Adiuuatiuum porro causarum præcipua est otium somnusq; diuturnus decubitu supino.

Renum abscessus quo purulenta materia coerctetur, rarius ex phlegmone fit, sapius ex sordido ulcere non expurgato, ea ratione quam mox subiiciam. Concoctione tamen phlegmones pus gignitur & abscessus, tantus interdum ut distento rene tumor circa lumbos & ilia foras promineat. Febres cum horrore oberant: grauitatis sensus quam ante magis infestat. Rupto autem abscessu pus cum urina defertur & interdum sordes aut corrupta caro ex putri renis substantia.

Vacuato expurgatoque abscessu ulcus manet diuturnum admodum ac fere immedicabile. Quæ enim substantiæ portio uel putredine uel attritu exesa est, neque reparari inquam neque coalescere potest. quandoquidem uiscus hoc ut cætera spermaticum est cuius etiam urina iugiter præterfluens ulcus agglutinari non sinit. Quocirca sordidum id ut fistula perpetuo relinquitur. Huius signum est quod modo pus, modo mucosum quiddam urina permixtum defluit: hincq; urina redditur alba, turbida, lactis sero persimilis, quæ tandem quiete se dimentum id purulentum mucosumve deponit. Vlcus ex abscessu phlegmones insolens admodum est. Nec minus id quoque insolens putandum, quod uel à profluentis materiæ acrimonia renem excedente, uel ab ictu, uel à casu eius uenas distrumpente fieri tradunt. Crebro autem ac ferè semper à calculo intus coarctato fit, qui uel pondere renem contundit, uel attritu comminuit exeditq;: Ita sæpe uidimus tota renis carne, ac substantia perçusa, ambiente tanquam marsupio membrana

membrana pus calculusq; multos obuolui. Vlcus ab his causis ortum habuisse argumento est, quod urina antequam purulenta esset, sæpe cruenta fuerit, præsertim ab exercitatione & labore, quod febris nulla aut per obscura fatiget. Si quando autem obstructo vtereris capite pus cohibetur, id sensum uel per emulgentem in maiores uenas redundans, sanguinem habitumque corporis inquinabit (qua ex causa quasi ex leucophlegmatia calculosos tumere ac palefcere sæpe animaduerti) uel ea sede congestum ilia lumbosq; copia distendet, è quibus etiam aperta cute diu multumq; manat. Nonnunquam & illinc calculus ingens cum pure alias excessit, alias euulsus est. Hæc quum accidunt tota iam penè renis substantia putredine consumpta est, illincque pus redundans inter peritonæi membranas fluctuat. Huius copia interdum uidimus totam uentris lumborumque regionem distendi & pus hinc tum deiectione, tum vomitione reddi syncerum.

Nephriticus dolor, acerbissimus est renem cruciatus, aut certe vtereris cuius est, sensus eximius. Is in renis situ fixus alterutro latere stabilis est, nisi quod interdum uel ad coxendicem uel ad testem qui è directo iacet, vtereris tractu protenditur. Non ut colicus dolor in uentrem medium aut in omnem illius regionem murmure quodam euagatur: neque semper citata & expurgata alio discussisq; flatibus mitescit: sed immanitate & ferocia peritonæum conuellit: hinc uiscera & uentriculus subuertuntur, ac primum quidem pituitosa, deinde biliosa, uomitione reiciunt. Urina quum malum incipit pauca, tenuis, & aquosa est, interdum uero supprimitur: postea, copiosa, crassa & arenosa exit, eaq; ardoris quodam sensu ad crebrius meiendum compellit. Decubitus in ægram partem dolorem demulcet in aduersam exasperat. Creber admodum est ac multis frequens hic dolor, colicus uero rarus. Tanti cruciatus neque inflammatio neque sanguinis grumus, neque crassus humor causa statui potest quod mollis ac fluidus facile obseruatur, quodq; obseruamus crassiores mucum, imo & concretum pus nullo sensu è renibus facile prolabi. Vnus calculus causa fit doloris: qui crassiusculus inæquabilis ac scaber dum per angustum ureterem deuoluitur: hunc magna vi dilatans atque dilacerans per quam immaniter excruciat. His qui iam pridem nephriticis doloribus erant assueti usque adeo dilatatum vtererem aliquando comperimus, ut in eum maior digitus immitti posset. Per hunc mediocres calculi sine molestia excidebant, qui olim non nisi summo cruciatiu procidissent. Qui uero aut nondum, aut certo raro & leuiter nephritico dolore tentati sunt, minimo calculo distorquentur. Hunc autem a colico discernere in primis arduum est, quia nihil excedere manifesto deprehenditur. Sedato atque restincto dolore etiã atq; etiam considerandum, dolorisne causa in uesicam ex turbata sit, an & assiduo materiæ appulsu in uesicæ calculum coagmentetur. Iam uero eiecto in renis cauum renigrauerit. Si exturbata est, cauendum ne illic subsistat, cum urina calculo, æstimandum solidusne sit an ex arenularum adhæsiu compactus. Ex iis namque medendi ratio constituitur. Neque iis credendum est, qui calculos albos in uesica durtaxat, rubros in renibus nasci affirmant. Nam purulenti renes albos quoque proferunt.

Vesicæ morbi, cause signa atque symptomata. Cap. XIII.

VESICA calculo crebrius affligitur, inflammatione & abscessu admodum raro exulceratione nonnunquam. Vesicæ calculus magnitudine, substantia, colore, figura atq; situ plerunq; uariat, nec uniusmodi cernitur in omnibus: hinc & uaria

ria symptomata laborantes exercent. Huius causam pleriq; omnes tradunt cras-
sum esse crudumque succum, qui per uenas cum urina in vesicæ capacitatem in-
fluat, in qua tanquam fex subsidens, loci calore exarescens sensim lapidescat.
At uero quid limum istum (nisi fore admodum angusta aut obstructa sit vesicæ
cervix) tandiu possit illic remorari non uideo, quum & sanguinis grunus, &
pus, & mucosa lentaq; pituita, aliaque multo crassiora facile illinc profluant cū
urina. His argumentis ad ductus aliā corpis causam inuestigare, ac tandem com-
peri omnem calculum in vesica conclusum, rudimentum quoddam ē renibus tra-
xisse ē quibus per nephriticum dolorem excidens, si grandiusculus est, in uesica
aliquandiu heret ac plerunq; persistit, illicq; aliarum sordium adhæsi coag-
mētatur, dum uerus cōfirmatusq; lapis fiat. Ita quidem neminē hactenus offen-
di in uesica calculum habere, qui nephriticis doloribus diuexatus ante non fuis-
set. Et quoscunq; exēptos uesicæ calculos obtrui (obtrui aut experiendi gra-
tia permultos) in eorū medio quasi nucleum reperi, uerum rudimentum ē reni-
bus exturbatum, diuersi quā relictum integumentū ac inuolucrum & coloris
& substantiæ. Propria calculi uesicæ signa hæc ferē sunt, uaga quædam & ober-
rans circa pubem & perinæum titillatio, siquidē exiguis is & leuis etiamnum
est. quū uero grandescit incumbens grauitatis pondus percipitur, ut idcirco
difficilis & doloris plenus per salebrosa loca sit incessus, multoq; difficilior sal-
tatio. Mictio crebretur a leu ut & tandem assiduo meciendum sit, uixque possit
urina cohiberi. Quum meciendum est, urinae fluor repente intercipitur, obtuiam
quidē impulsu calculo, sicq; minime continuata, sed intercipita est emictio. Ac
tum dolor alias uniuersum pudendi ductum, alias glandem solam affligit, isque
acerrius sub emictionis finem quum calculus urinae cursus incitatus quasi pro-
diturus sphincterem uiolentius comprimit. Meiciendi conatum comitatur desi-
dēdi cupiditas, quōd calculi magnitudo ē perinæo rectum intestinum ut uesicæ
cervicem extimulet. At uero nonnunquam summa uesicæ adhaerescens calcu-
lus, & quasi ex illa propendens, uix ullum ex his signis manifeste exhibet: & uisi
sunt, qui nullo dlore diu illum gestauerint: omnibus tamen hæc signa modo mi-
tia sunt & obscura, modo scruiora. Urina alba, crassa, & turbida redditur, in qua
sedimentum purulentum est aut narium mucori persimile. Horum signorū plu-
rima etiam spectantur in cauo & sordio cervicis ulcere, quale ueneræ gonor-
rhœa profert. Hæc uero ex causis antecedentibus internoscenda sunt. Si ulcus
inest sordidum sœda illa gonorrhœa iamdiu antecessit: sin calculus, laborans
miris quibusdam nephriticis doloribus fuit opportunus, neque semper calculi
doloris causam eminxit. Ad extremum uero digitus in anum aut certius cathe-
ter in uesicam immisus, quod coniectura dubium incertumque fuerat, sensu ex-
plorabit confirmabitq;.

φλεγμα-
των σφιγ-
κτῆρ.

Inflamatio si qua premit, ea nō uesicæ ut que tenuis exanguisq; est, sed sphin-
cteri cervicis musculo insidet. In ea febris ardēs & acuta infestat: dolor perquā
acerbus ac lancinans in perinæo cū robore & ardore ex cruciat: urina supprimi-
tur summo tamē meiciendi desiderio atq; conatu: alius solito adstrictior est, quia
rectū intestinū inflammationis magnitudine coarctatur: pubes atq; pecten ad um-
bilibicū urinae copia distenditur. Catheter præ loci angustia immitti non potest:
sed & in primis periculosa est irritatio, quandoquidē hic affectus sæpe in gan-
granam uel sponte abit, ē qua uix ullus unquam seruatus est. Quum abscessus
fit & suppuratio, omnia ingravescent: eo autem aperto mitescunt, pure quidē
erumpente, subsidente uero tumore profusaque urinae exuperantia.

Ex abscessu si fruetur, æger ulcus, in sphinctere cauum manet ac sordidum ē
quo

quo tū urina crassa mō sanies, modo pus copiosum & graueolēs excidit, tandēq;
subsider in imo. Visus est & hic abscessus per perinæum erumpere, ē quo urina
reddebatur nonnunquam & in anum penetrare, illacq; urinam omnē defluere.

Quintiā uesicæ corpus ipsosque ureteras leuior interdum exulceratio oc-
cupat, qua interior duntaxat pellicula abraditur. Ea fit alias à contundente cor-
rodente uel calculo, alias ab urina acriore, quam uel uini meracioris ciborumq;
calidorum usus, uel acris salisq; humoris permixtio tulit. Ex utraque aliquanto
crassior euadit urina, & modo sanguine, modo pure exiguo pfsa: pellicula aut
squammulæ, aut sarsurea quædam cum urina exeunt. Ceterum ab ea quæ in
uretere consistit exulceratione, dolor inter renem & pubem affligit, & pus capil-
lorum specie natat in lotio. Ab ea uero quæ in uesica, urina contineri nequit, al-
sidua meiciendi cupiditas perurget, neque laborans erectus stare potest: ingens
cruciatus & indefinens uesicam, pubem, perinæumque obsidet, maximus uero
emissionis tempore.

τῆς κύστεως
ἐλκωσις
σιτολαία

In penis ductu ab eisdem causis leuis quoq; fit exulceratio abrafa interiore
tunicula, hæc quæcunq; modo dixi etiam cum turbida urina manant, attamē
non ut in illis sub emictionis finem, uerum uel ipso initio, uel etiam sponte ci-
tra urinae cursum. Inter meiciendum urina, acrem in pene dolorem parit, præ-
sertim quum fluere uel incipit uel desinit: quemadmodum in uesicæ exulcera-
tione (cui acris urina semper incumbit) perpetuus ac indefinens est dolor. Fiūt
& in urinae ductu exulcerationes sordidæ atque cauæ illis multo deteriores, cu-
in sinodi hoc seculo frequentes protulit ueneræ lues, de quibus postea.

ἐν τῆν ῥή-
θρη.
ἐλκωσις.

Priapismus est colis arrectio & incrementum præter naturam permanens ci-
tra libidinis stimulum. Hic interdum cum inflammatione interdum citra hæc
existit, quum inflatus coles quodam tetano distenditur. Causa est flatulentus
spiritus pudendi arterias fistulosumque neruum affatim implens. Is autē uel
ex crasso viscosoq; humore caloris inopia suscitatur, uel ex genitalis seminis
ubertate atque redundantia. Hoc mali genus insolens admodum est, quo ta-
men narrat iugulatum quendam biduo ab excessu ē uita intentum rigidumq;
exhibuisse penem.

πριάπισ-
μός.

Iam uero præcipua partium obscœnarum symptomata sunt rei ueneræ im-
potentia atque gonorrhœa. Impotentia ea fit, aut quia extincta uirilitate semē
intus non gignitur, aut quia emitti non potest. Extinguitur uirilitas ex senio,
ex morbo, ex causis omnibus quæ insitum spiritum roburque dissolunt, ex in-
cantamentorum (neque enim fabula est) maleficiis, & ex medicamentis quæ ge-
nitale semen aut proprietate aut qualitate manifesta perimunt. Non emitti-
tur uero semen in magna uasorum obstructione atque in partium obscœnarum
paralyfi. Posteriores tamen rei ueneræ libidine iactantur, hanc tamen mem-
brorum ignauia non exercent, priores uero nec ruunt in uenerem, nec eius de-
siderio pulsantur.

ἡδυναιμία
τῆ ἀφροδι-
σιασμοῦ.

Gonorrhœa, est inuita & nimia seminis profusio citra uenerem, citra libidi-
nis insomnia, citra colis tentiginem, leui quodam aut nullo oblectationis sen-
su titillatiue facta. Sed & gonorrhœæ species quædam est, quum occasione mi-
nima semen emittitur, ut in eo qui sola clysteris perfusione semen eiaculari cō-
sueuit. Sed & quendam uidi qui longa gonorrhœæ consuetudine, per insomnia
atque etiam cogitatione sola purum sanguinem non minori uoluptate quam se-
men effunderet. Malum quidem est gonorrhœa mulieribus perinde atque uiris
commune. Est autem in hac semen crudum, aquosum, liquidum, ac tenue, nec
profusum album. Effluuii causa est spermaticarum partium infirmitas, qua uel

γονόρρηια.

non concoqui vel non retineri semen potest tantisper dum coquatut atque crassescat. Quamobrem frequens iis esse solet, qui impuberes ne dum matuta aetate ueneri petulantius sese addixerunt. Nam imbecillae partes euadunt, in quas longa consuetudine humores abundantius confluunt.

Quum per insomnia libidinis, aut in attempta rei uenerae cogitatione semen affatim procidit, non, ut in uera gonorrhoea, crudum id & aquosum, ac sine sensu, sed magna utique uoluptate exit. Effluentis huius causa est feminis uel exuperantia, uel calor & acrimonia naturam proritans, uel ingens spermatiarum partium robur. hoc argumento quod uoluptate iuucuda id semper emanat.

Inuasit hoc seculo in humanum genus exlue uenerica quoddam vitium gonorrhoeae finitimum, quod idcirco & foedam uirulentamque gonorrhoeam appellamus. Principio uirus album aut subcitrinum & uasis spermaticis sine sensu excidit uigilanti pariter atque dormienti. Eius causa est spermaticorum uasorum atque testium imbecillitas, non illa quidem simplex, sed ex uenata lue contracta: haec enim efficit ut quicquid in his uasis colligitur, in tetrum foedumque uirus faciat: quod dein contagione alium quenuis contaminat. Tempore uirus hoc putret & acrimonia asciscit, ductum penis in transitu excidit & exulcerat. Factum uero iam uleus esse ostendit dolor exortus, qui & in tentigine quasi funem peni subtendit, & in emissione tanquam in dysuria acrius stimulat, ut idcirco multi in calculi uesicae suspicionem uenerint. Sed haec propriis affectuum signis haud difficile sit internoscere. Tam alte interdum excavatur uleus, ut foras emergat in penis summam cutem. Hoc uirulento fluore praeter rationem suppresso, intus plerumque colligitur abscessus, alias quidem circa testiculum in epididymide, alias in perinaeo, qui rupta aperta uel cute materiam fundit.

Diuturnum quidem penis uleus esse solet, uixque unquam sponte sanescit. Quocirca in eo neglecto uel tuberculum carnosum intar verrucam expullat, uel cumulata sordes in callum obdurescit: idque non uno meatus loco, sed duobus ac plerumque tribus. Adnati tuberculi callive notae sunt: urinae suppressio uel tenuis emictio, qua non pleno illa cursu ac fluore, sed exili quodam quasi filo exit. Pene compresso durum tuberculum deprehenditur, & immisso cathete obuam sit obstititque quasi offendiculum.

Meiendi porro symptomata sunt: diabetes, urinae incontinentia, ischuria, dysuria, stranguria, mictio cruenta atque purulenta. Diabetes immoderatum uirinae profluum est, quo assumpta potio nihil mutata profunditur. Quibus uenter aut corporis habitus aquosi humoris copia tumet, iis interdum magno impetu urina quam potus longe copiosior emanat: quomodo obasum quandam & tumidulum uidi ex multa mictione diebus circiter octo, mirum in modum extenuari & concidere. Qui largissime bibunt, copiosam quoque profundunt urinam, ut is quem nouimus quotidie horae spatio repentis aequae medicatae libras sexdecim exorbere: teenim qualem sumperat, talem protinus emebat. Caeterum horum affectuum neuter diabetes putandus: sed quum siti inexplata supra modum bibitur, omnisque potus nihil ferè mutatus mox effluit. Hoc proprium est renum symptoma, in quibus calor ingens, aut ardentissimus humor impatiens, uim trahendi feri vehementer impellit, quod tamen praeretiendi imbecillitate continuo prolabitur in uescam. Proinde corpus uniuersum & siti & calore immodico exhaustum planè contabescit. Sed hoc quam rarissime symptoma usu uenit, uixque ullus est deprehensus, qui copiosam emictionis

γονορροια. κροκοδινος και δυσουρα. δης.

καλλου δακρυς.

δυσουρα.

tionis non aliam intus causam haberet.

Urinae incontinentia dicitur quum ea sine acrimoniae & doloris sensu manifeste excidit praeter arbitrii imperium: hisque signis longe distat a dysuria. Fit autem resoluta sphincteris ceruicis, atque iis ueruis paralyti affectis, qui e lumbaribus in eum inferuntur musculum. Hoc alias ex ictu aut casu, alias ex refrigerio aut destillatione fit. Qui se in somno permeiunt quales maxime pueri, his quidem non paralyti, sed sola laxitate atque mollitie sphincter dissoluitur, qui neque exuperantiam, neque acrimoniam urinae sustinere potest, praesertim quum animales uires somno sopita obscuram functionem obtinent.

10 Ischuria his contraria est, ut qua profusa urina supprimitur, nec huius quicquam exit. Causam Galenus plerumque refundit in obtusum uesicae sensum, uesicae sensum, ob quem illa se impleri non sentit, nec idcirco ad excretionem irritatur. At certe urina quandiu patentem liberamque uiam habet (ut in iis qui ob calculum seci sunt) nullo propellente aut excernente prolabitur, & suo ipse impetu foras excidit. Vna igitur suppressae urinae causa est aditictio uel obstructio. Haecque uel ueterum amborum capita, uel uesicae ceruicem opplet. Vtrum autem eorum in causa sit, certis notis peruestigandum. Si alterius duntaxat ueteris uia obstructa est, haudquaquam supprimitur urina per alterum enim perlabitur. At quum uterque obstruitur aut coarctatur, suppressio fit, hinc conspicua, quae laborans renis utriusque dolori sicut opportunus, lumborum summa grauitas est, ac interdum uehemens utrinque dolor ex cruciat: nulla aut minima meiendi cupiditas urget: in pube nec dolor nec tumor, ne premeudo quidem percipitur, uesica inanis est & uacua, ut ne immisso cathete urinae quicquam emanet. Quum uero obstructa uesicae ceruix urinam cohibet assiduum meiendi desiderium premit, summusque sed irritus conatus est: pubes collectae urinae copia distenditur ac dolet: atque si catheter in uescam inferatur, copiosior urina impetu profluit leuamentoque est. Obstructio circa ueterum capita ferè fit a calculis grandiusculis, qui pariter illis impati sunt: raro uel ab humore crasso, uel a sanguinis grumo: rarius ab inflammatione uel a pure in uesicae ceruice plerumque fit, uel ab inserto & haerente calculo, uel a tuberculo carnosio aut calloso, cuiusmodi ex uirulenta gonorrhoea succrescit: rarius a crasso humore, aut a pure, aut a sanguinis grumo. Haec enim non diu subsistunt in uia, sed facile urinae cursu ac impetu foras impelluntur. Cuidam annuum a genti trigefinum obstructa uesicae ceruice, urina affatim tanquam emictione ex umbilico in multos menses profluxit: idque citra tumorem, citra ullam, aquae in abdomine collectionem, & citra ualeitudinis offensam. Quum hinc multi admiratione tenerentur, audirem uero recens in lucem edito male uinctum uembilicum nunquam coaluisse, exhincque semper nonnihil stillasse, censui nondum inaruisse urachum, & nunc illi perinde atque dum utero gestaretur urinam e uesica in umbilicum reflueret.

20 30 40 Stranguriam, id est urinae stillicidium nuncupant, quum urina stillatim guttatimque redditur: id alias quodam conatu, sed dolore nullo, alias uehementi dolore & irritatione fit. Quae nullo fit dolore, easdem causas atque ischuria obtinet, sed sane leuiores, quae fit diminuta quaedam ischuria. Quae cum dolore aeri, tum ischuria, tum dysuriae permittas causas habet. Quod enim guttatim stillat, ischuria, quae uero ardeat ac stimulet, dysuriae rationem sumit. Dysuria penis & uesicae ut dysenteria intestinorum difficultas est urinae quippe magno cruciatu atque dolore interdum affatim, interdum guttatim redditur. Causa uel in urina consistit, uel in uesicae ceruice. In urina quae acrior euasert idque

δυσουρα. κροκοδινος και δυσουρα.

εσχουρα.

σπαγγουρα.

δυσουρα.

idque aut uictu, calidiorē, aut bilis permixtione, aut acrimonia puris ex rupto abscessu manantis. In uescicæ ceruicæ vel exulceratio, uel inflammatio est, quæ transiens urina acrius ferit. Causæ his signis internoscuntur, quæ supra unicuique affectui sunt ascripta.

αἰματηρὲ
δύρησις.

Mictio cruenta est quæ sanguine perfunditur. Puri syncerique sanguinis eruptio ex interiore penis meatu, mictio haud quaquam appellerit, quod sine urina nullo que uolontatis arbitrio, ex aperta, rupta, uel e uena fiat. Quum autem sanguis urinae permiscetur, si copiosus est, uel a renibus excidit, uel a sphinctere ceruicis musculo. nam neque ad vretē, neque a uescicæ corpore multus emanare potest. Qui a renibus defluit, urinae toti exquisitè permiscetur, ut ea quasi dilutus & tenuis quidam sit sanguis: hic uero mox subsidet rubicundus, liquidus, ac minime concretus. Huius causa si neq; casus neq; ictus fuit, debet omnino ad calculum referri, qui per corporis laborem presertim per exercitacionē validam, renem eiusq; uenas obterens, sanguinē profundit. Sola sanguinis emissio sæpe renis calculum patefecit, qui aliis nullis indicijs se prodebat, ut ne subesse quidem putaretur. Sic diu potest multa emissio cruenta prodire, sine manifesta uiriū iactura. Quæcunq; huius aliæ causæ tradi solent, ut renū imbecillitas, simplex eorū apertio, iecoris infirmitas, plethora, mensū aut hæmorrhoidū suppressio, rare adeo hæ & insolentes obtingunt, uix ut unquā solæ cruentam mictionem rotulerint. Qui porro sanguis a sphinctere musculo in uescicæ capacitatem instillatus mictionem cruentam reddit, urinam non æquabiliter perfundit, ac subsidens in imo concreuit in grumos: eius quoque portio aut grumus interdum citra urinam excidit: dolor plerumque meiendo premit, ac ueluti penis radicem adurit, aliaque uel vlceris uel ruptæ uenæ signa comitantur.

10

20

πυώδη ἢ
ρησις.

Mictio purulenta interdū è renibus, interdum è penis ductu prodit. Illa pus habet accurate permixtum, aut si quid forte crassius seorsum est, id sub finem emanat. Hæc uero primo loco pus syncerum eiaculatur, quod uel a penis ceruicæ uel a parastatis exulceratis, uel a uasis spermaticis exierat: ab hoc dein purior urina subsequitur.

ὑπομέλαι-
να.
δύρησις.
λευκώδης.
τριχίασις.

Mictio subnigra ac turbida sine dolore, si neque ab ictero neque a crisi prodit, ab euulso calculo est, qui postea non sine molestia exturbabitur è rene. Mucosa uel ab ulcere quodam, uel a calculo uescicæ fit. Filis aut capillamentis confersa, uel a lenta pituita, quæ in vretibus, uel a feminis excremento, quod in uasis spermaticis longitudinem hanc adipiscitur. At uero tum hæc, tum alia quæcunq; urinas possunt immutare, fusius explicantur in iis quæ de urinae contentis sunt tradita.

30

Scrotii morbi, cause, & signa.

Cap. XIII.

40

SCROTVM & qui in eo sunt testes tum inflammatione labefactantur, tum tumore duro scirrholoque, tum omnibus herniæ generibus. Inflammationem accendit tenuis feruidusque sanguis præter naturam in scrotum & testes profluens. Scrotum in tumorem distenditur, durities inest, rubor atque calor, dolor lancinans, qui leui contactu exacuitur, febris plerumque comes. Quod si inflammatio restem solum occupet, hæc in profundo demersa sunt, tactu melius quam uisu comprehensa: sin uero in scrotum effunditur, omnia

omnia foris extant oculis obuia.

Male curata inflammatio illic sæpe prædurum tumorem ex calorem præpropere extincto relinquit. Tum rubor, calor & dolor absunt, durities una persistit, cuius nonnihil plerumque immedicabile permanet.

ἢ κήλη.
βεβωρημένη
λή.

Hernia seu ramex alias in inguine prominet, Bubnocele appellatur, mulierum atque uirorum communis, alias in scroto, quæ uirorum duntaxat est. Fiit autem quum quippiam in alterutram sedem illapsam, tumorem parit. Illapsus causa est peritonæi, quod omnia sub abdomine coercere solet, ruptio aut dilatatio. Quum sola est ruptio interioris membranae, duplex quippe est peritonæum, tumor in inguine solo existit: quum uero huic etiam dilatatio accedit eius membranae, quæ in scrotum deuoluitur, hoc pariter distenditur. Illabuntur autem uaria, ex quibus ramicum differentia statui solent. Ab intestino, enterocoele est: ab omento, epiplocele: ab aqua, hydrocele: ab adnata carne, sarcocele. In enterocoele & epiplocele permanens tumor non est: nam resupino & intestina & omentum uel sponte uel blando digitorum impulsu remeant: illa quidem rugim & flatulento, murmure, hoc uero ægrius, & nullo sono, nullo rugitu. Hydroceles atque etiam sarcoceles tumor perpetuus est, nec impulsus in abdominis capacitatem cedit. Hoc aut discriminis intercedit quod hydroceles tumor mollior est, pulsatus resonat, pödere leuis, & opposito lumine perspicuus. Sarcoceles tumor durus, grauis & obscurus, qui longiori tempore pedentim increuit. Ut autem uir in scrotum, ita & interdum mulieribus tum in testinorum, tum omenti aut aquarum prolapsus fit in pudenda, è quibus illa uidentur tanquam è sacculo propendere. Sed & umbilici ruptio ramicis genus esse feri potest, quo sæpe uidetur is mirum in modum prominere, intestinis sub eum prorumpentibus. Neque præter institutum fit cum uirum producere, cui ex accepto uentris vulnere præcisum tenue intestinum prodit è quo alui excrementum nondum solidum aut coherens continenter emanat annos iam quindecim, ea uia intercepta quæ in annum ducebat. Ab his iam mulieri peculiæ res morbos exequar.

10

20

30

40

Uteri affectus, cause & signa.

Cap. XV.

UTERVM morbi uarij obsident: phlegmone, abscessus, vlcus, cancer, scirrhus, mola, infatio hydrops canaliculus: & in ceruice rhagades, condylomata, hæmorrhoides. Phlegmone fit tenui feruidoque sanguine è uena caua per tenues uenas, non in uteri capacitatem, sed in illius substantiam effuso: qui collectus accensus ac putrescens, phlegmonem parit. Malum certe in ceruice quam in utero frequentius. Quum totus uterus inflammatione obsidetur, dolor acer ac pulsans excruciat: atque si inflammatio in priorem partem magis de uergit, in pubem quoque dolor inclinatur, & urinae difficultas est: sin uero in posteriorem partem, dolor labos infestat, & aluum suppressit. Pubis, imi uentris, lumborumque ardor, tumor, distentio atque grauitas inest: febrisque comes assidua cum symptomatam syndrome: immisso in ceruicem digito quæcunq; pars ueteri premitur, uehementer dolet.

ἐντεροκήλη
ἐπιπλοκήλη.

ὑδροκήλη
καὶ σαρκώ-
κήλη.

ὁ ἐξ ὀμφα-
λίου.



Putri sanguine in pus transeunte abscessus fit. Ac tum commemorata signa inualescunt, febrim horrores sæpe adoriuntur nulloque ordine: omnia tamen confecto iam pure mirentur. Rursum uero quum pus acre & exedens eruptio nis uiam parat, acriores dolores, febres uehementiores, aliaque grauiora symptomata excruciant.

ἀπόστημα.

Rupto

ἄλλοσ φύσα
ρον.

Rupto expurgatoque abscessu ulcus manet, idque sordidum. Pus autem ex uteri corpore uel in illius capacitatem incidit, unde syncerum proficere deprehenditur: uel extra in abdominis capacitatem penetrans, inter intestina hæret ac subsistit, ut inum uentrem copia distendat præmatque pondere. Ruptus in ceruice abscessus tactu quidem deprehenditur, atque is interdum in solam ceruicem pus effundit tandemque foras emittit: interdum in uescam, tumque uirina per uteri ceruicem assiduo fluit, hacque ex re sæpe uidimus naturalem mitigationem prorsus abolitam: interdum indirectum intestinum penetrat abscessus tumque sæcis nonnihil ex uteri ceruice profluit.

Ἐλκωσις ἐπιπολαία.

Lenior interdum exulceratio utero eiusue ceruici inuritur, quæ interioram pelliculam corradit aut excauat modice. Fit autem a partu difficili, quo aut grandior foetus editur, aut etiam aduersus aut corruptusui misere extrahitur. Fit & a uiolento effrenique concubitu, atque a diurno fluore acri & erodente. Ab omni exulceratione dolor subest acer pungens & exedens sanies & coluiues emanat, eaque copia substantia & colore uaria, nonnunquam foetida, nonnunquam odoris expers, quamque a simplici fluore uix discernas. Propria autem exulcerationis cognitio ex causis antecedentibus atque ex sensu doloris capitur qui uel immisso digito, uel acri iniectione, qualis ex uino aut ex hydro melite est, refricatur.

τῆσ ἐλήθρας ἔλκη κακοῖσιν.

Vteri maligna ulcera, quod locus extremitatis putredini que pateat, sepe uel in nomas, idest depascentia efferataque ulcera, uel in carcinomata degenerant. Nomæ inæquales conspiciuntur, exedentes, indiesque magis ac magis depascentes, cæteris ulceribus foetidiores, sordidiores, carciobioresque. Neque a solis euidentibus causis, sed & ab acri excedenteque humore infixo originem habent. Carcinoma humor efficit atribularius, qui collectus ut caloris efferatur & excandescit. Hoc si nondum exulceratum est, moles pondere grauis percipitur, tumorque durus colore subliuido. Ab inflammatione hinc sciungitur, quod diurnus, sit dolorque minus lancinans, & febris non perinde ardens. A scirrho quod calore dolorque fatiget. Exulceratum uero carcinoma ut nomis malignius est ita præter cæteras notas labra habet prætumida ac dura, atque ex concreta illuue sordida & liuida: sanie quoque id manat graueolente, tenui & nigra uel etiam fulua.

σκιρροειδία μίτρα.

Scirrhus aut interdum totus uterus, interdum pars quædam obdurefcit. Tū durus ipse tumor tactui renititur, nullus aut obscurus dolor adest, stantibus graue pondus, quod in aliis etiā tumoribus obtingit, quasi prolapsurū incūbit in pudenda sedentibus uero aut decumbentibus sua grauitate rectū intestinum premit: in cessus difficilis. crurum totiusque corporis segnities. Fit autem ex humore crasso ac terreno per uteri substantiam effuso, illicque concrefcens: aut ex inflammatione quæ neque dissoluta est, neque in abscessum conuersa.

ἡ μύλη.

Mola tumor est carnosus, non in substantia, sed in uteri capacitare genitus. Rudimentum interdum cuiusdam formæ obtinet, sæpe moles est informis cute uel membranis obducta, intus caro mollis & confusa, uenis respersa compluribus, sine ossibus sine intestinis, sine uisceribus. Alimētum ea per uenas prolitit, nutriturque plantarum more & incrementum sumit, ut interdum uentrem quasi octimestris foetus distendat. Hæret nonnunquam acetabulis firmissime, ut hanc aliquæ quatuor quinqueue annos, interdum & totā uitam utero gestarint. At plerunquæ leuius adhærescens tertio quartoue mense excidit, nondum ad iustam magnitudinem perducta.

Ad

Ad hanc proxime accedunt irriti & inutiles conceptus, quorum frequens est euentus. Multi simul interdum gestantur pariunturque, & interdum cum legitimo foetu eduntur. Molæ causa efficiens non est solus sanguis menstruus, neque hanc (oua quæ appellantur subcutanea) efficiere potest solum muliebrem men quum nusquam uita sit mulier molam sine mare concepitse. sed molæ causa est uiri semen, idque aut corruptum, aut quouis modo inualidum, quod alimentum quidem trahere, nihil uero conformare potest. In mola quemadmodum in conceptu menses sistuntur, mammae turgescunt, cibi fastidium inest, uenter sensim atrolitur, ut idcirco concepti foetus suspicio magna sit. Atque his signis distat à scirrho. A foetu autem uero atque legitimo, quod hic blande ac leniter mouetur; mola aut grauitate figitur, aut impetu quodam prouoluitur in quodcumque latus mulier decumbat. In mola mulier ad incessum grauior euadit, eique quasi pondus propendet ex utero, artus gracilefcunt, dolorque uentrem sæpe compungit quorum nihil adest in uero atque legitimo foetu; præsertim si ualitudine integra est mulier.

τὰ ἐμβρυα
καρὰ καὶ
ἀμβλυὰ.

10

Vterus præterea nonnunquam tumet atque distenditur flatuum copia: qui aut edito partu in uacuum capacitatem irrepserunt, aut alia ex causa illic geniti coarctantur. Pestentiusque uenter infiat ac dolore concutitur, qui plerunquæ ad septum transuersum & inguina excurrit: agitato corpore interdum sonitus obauditur: uenterque digitis impulsus tympani sonus editur: ac flatus è ceruice manifesto prorumpit.

ἔμπυα μὲ
τοῦ μὲν
μύτρας.

20

Tumet & nonnunquam uterus aquarum copia: qui certe hydrops est uterinus. Inflationis signa adiuunt: sed grauitas maior & sonus quasi fluctuantis aquæ. Huius quemadmodum & ascitæ efficiens causa est iccoris aut lienis vitium, aqua tamen ex abdominis capacitare cæcam & inustratam uiam sibi parat in uterum. Interdum etiam uena cava solum sanguinis serum eodem instillat: Mulier quædam hoc hydropre correpta, quoties appetebat menstrua purgatio, omnem aquarum colluuiem ex utero per ceruicem profundeabat pellesque sex aut octo implebat aqua citrina feruentissima, dum uenter totus subsideret. Mox dein menses insequerantur ex nature præscripto. Collecta proximo mense par colluies, statocin tempore profluebat. Hæc tandem persanata uerum gestauit, peperitque bene uitalem foetum.

ὕδρωσ ὕπε
ρικὸς.

30

Rhagades, condylomata & hæmorrhoides in uteri ceruice, in eiusque pudendo, perinde atque in ano proueniunt. Percipiuntur dolore, aut cruoris profusione, maximeque in coitus attritu: atque etiam (nisi foras prodeant, instrumento uterino, quod dioptrismum appellant.

ἡ διόπτρα

Vteri symptomata, horumque causa. Cap. XVI.

40

VTERI propria symptomata sunt: mensium suppressio, mensium profluuium atque stillicidium, albus fluor uterinus, gonorrhœa duplex, uteri stranguilatus, ascensus, descensus, prolapsus & conuulsio. Hinc furor, dolor, adhæc quoque sterilitas & abortus aliaque gestantis uteri incommoda. Menstrua purgatio ex nature præscripto primum erumpit ætatis anno quarto decimo, desinit uero quinquagesimo. Quibusdam à duodecimo in sexagesimum persistit. Plerisque serius incipit citiusque desinit. Horum causa est tum nature, tum uictus uarietas, quæ aliis copiosam: alii per exiguam purgationem exhibet. Itaque aptus & conueniens purgationis modus est, qui nature & uite generi est consentaneus: hoc uno signo dignoscendus, quod ubi desit, neque uires grauatæ neque

ἡ ἐμμηνοσ
καθαρσις.

Ccc im-

ἡ τῶν κ. τζ
μηνῶν ἐπι
χρῆσις.

imbecillas relinquit.

Mensium suppressio in etate matura citra prægnationem, omnino præter naturam censetur: quemadmodum & eorum purgatio rarior quam mensura, & parcior quam naturæ & uictus conditio possit. Hinc symptomata succedunt: nauſa, cibi fastidium, lumborum scapularum, capitis, totiusque corporis grauitas, & dolor quasi tensus lassitudinis: urinæ crassæ, turbidæ, rubicundæ, ac plerunque nigricantes: ex quibus tandem graues ac diuturnos morbos fieri cõmemorat Hippocrates. Euidentes horum effectricesque causæ sunt, cibi potusque parcitas, labor uehemens, sudor, multus sanguinis immoderata uel ex naribus, uel ex hæmorrhoidibus, uel è seclta uena profusio: uomitio aut alui immodica uacuatio: corporis extenuatio ex quocunque sit morbo contracta. Quinetiam curæ ac mœrores & timor horrendus, sæpe menses suppresserunt. Interiores uero causæ aliæ quidem in principibus partibus uel in toto sunt corpore, aliæ in utero solo. In principibus partibus ut in iecore, in liene, in uentriculo, aut in pulmonibus. In his si qua est frigidior in temperies contracta: aut uehemens obstructio, aut scirrhusa durities uelut in iecore, in cachexia, in hydrope, in asthma, in aliisque affectibus, quorum uitio uenarum sanguis la befaciatur, fieri certe nequit ut menses recte atque ordine ex naturæ præscripto fluant, quemadmodum neque si crassorum uiscosorumque alimentorum uisu, aut frigida multa potione, aut otio diuturno, frigidus, lentus crassusque sanguis euaserit. In utero autem mensium purgationem impediunt, refrigeratio, obstructio tum quæ simplex est, tum quæ à tumore fit, ut a scirrhuso, ab inflammatione: utri quoque peruersio, & quicquid interius os eius obturat, ut concretus sanguis, caro excrescens, adipis copia, & adnata pellicula, aut ab ulcere male inducta cicatrix: aut conformationis naturale uitium, ex quo mulierem uidi, cui nunquam uel menses, uel aliud quicquam fluxit ab utero, ac nihilominus bene habita prorsusque incolumis annos uixit circiter sexaginta.

ἡ μέτρος
ἀνάστασις καὶ
ταύτην ἴσθαι.

Immoderata autem mensium purgatio ultra naturæ uitæque modum est, qua aut copiosior sanguis, quam pro multitudine, aut diutius profluit, aut crebrior, aut non statim circuitu redit. Omnis nimis & exuperantis uacuationis signum est uirium imbecillitas & eorum symptomatum inuasio, quæ immodicâ sanguinis effusionem sequuntur: cuiusmodi sunt inappetentia, cruditas, fædus faciei color, pedum ac doinde reliqui corporis tumor œdematosus. Fit autem uacuationis exuperantia ab his causis omnibus quæ sanguinem ita ex calfaciunt, extenuant, uel quoquomodo exagitant, ut prompte ora uenarum pateſciant, tantoque impetu efferatur, uix ut possit naturæ robore cohiberi. Fit & a plethora, quæ tanta plerunque exuberat ut non solum uenarum ora aperiat, sed & ex iis tenues interdum disrumpat, quod his ferè accidit, quibus menses diu suppressi postea confertim ac concitatius erumpunt: & quibus abortus aut nati aut irruenti fetus quauis ex causa contingit. A partu quoque laborioso atque difficili, quum uel grandior fetus, uel obliquè situs, nimio conata excluditur, in quo uel rumpuntur uenæ uel nimis dehiscunt, ut idcirco immoderatus sanguis, quemadmodum & ab euidentibus causis quibuslibet uiolenter emanet.

ἡ τῶν κ.
καὶ σαχνο-
τέρα κατὰ
μηνῶν καὶ
δαρσις.

Crebrior mensium purgatio, siue bis siue ter ea mensè redeat si modo copiosa sit, uisidè quoque sit ex causis. Etenim neque huius ordinem neque mensuram natura moderari potest. Atque hæc quidem immoderata eruptiones conferunt ac repente sunt. Est & uteri stillicidium seu fluxio diuturnior, quo sanguis parce ac sensim, nulloque ordine illabitur, interdum quidem purus, interdum

dum ferofus & quadam saniei specie: idque alias assiduo, alias ex breuioribus interuallis. Huius causa est uenæ exesio modo simplex, modo ulceri coniuncta, quod nonnunquam in utero, sæpius in eius ceruice consistit. Quum simplex est exesio, aut nullus aut obscurus est dolor, sin uero uleus adest, manifestus ac uehemens, plerunque immisso digito deprehensus.

Fluor quem muliebrem aut uterinum appellant, à mensum profusio distat, quod non sincerus sanguis, sed corruptum quiddam prodeat, idque continenter, aut nullo ordine, nulloque circuitu. Est autem id modo liquidum & albidum lactis sero aut pituitiæ cremori persimile: modo citrinum aut pallidum adeo acre ferè & adurens, ut quascunque partes attigerit, erodat aut leuiter exulceret. atque id rursum modo retrum est & graueolens, modo odore nullo molestum. Prodeuntium odor, color, atque substantia floris speciem commoustrat. Causa autem quæ corruptum humorem assiduo gignit, alias in utero alias in principibus partibus consistit. Grauiter proinde hallucinatur, qui omnium ex utero prodeuntium, quemadmodum & omnis suppressionis mensium causam ab uero requirunt utero. Etenim quibus mulieribus uiscera refrigerata, uel obstructa, uel scirrhusa dura, cruditates, malum habitum aut leucophlegmatiam inuixerunt, corruptus humor in uarias partes effusus, sæpe in uterum procumbit, & illac decurrens corpus expurgat, quod aliis quibusdam per renes aut per aluum fieri contingit. Hoc quidem uitium mulierum commune: sed maxime in ea muliere conspicuum: cuius supra diximus hydrope mensibus singulis per uterum expurgari. Neque uero affectus hic ætate maturas tantum: uerum etiam uirgines quas pallor decolorat inuadit: quo & puellam octauo ætatis anno oblesam uidi: ac diu postea graunterque afflictam. Atque hæc floris uterini causa admodum frequens obseruatur. Altera causa ex utero longe quidè rarior existit, eaq; uel intemperies est ferèque, frigida, uel imbecillitas ab uteri gestatione: a partu, a contusione, aut ab alia exteriarum causarum uel contracta: uel erosio, uel exulceratio ex inflammatione aut ex abscessu derelicta. His quippe causis oblesus uterus & proprium alimentum male consciciens, excrementa multa progignit quæ foras elabuntur & excidunt. Internoscuntur cause, quod ex solo uteri affectu parci or sit fluo, & eius affectu adstant indicia: ut ex uiscerum totiusue corporis affectu, fluo fit copiosus, nec male affectorum uiscerum nota desint.

ὁ σῶς γυναι-
κῶν.

γονόρροια
καὶ ἀπὸ
τῶν γυναι-
κῶν.

Muliebri fluori affinis est gonorrhœa, quæ mulieres perinde ac uiros imo etiam frequentius exercet: quod harum semen ut pote crudius ac dilutius minus subsistat. Profluit autem citra ullâ ueneris titillationem, nec assiduo nec quotidie ut in uterino fluore, sed quibusdâ interuallis, non ab uteri capacitare, sed a uasis spermaticis in uteri ceruice, estque id albu, serosum, omnis ex ps graueolentiæ & acrimoniæ ac omnino paucû. Huius eadem est causa atque uirilium gonorrhœarum. Hæc autem multo crebrior est uirulenta gonorrhœa, quâ impura uenus infligit, eodem modo quo ante in uiris est comprehensum. Quod per hæc excidit continenter assiduoque, fertur ut in uterino fluore. Est tñ crassius multo atque modo albu, modo flauu aut uiridescens, odore graui molestû, acre & exedens: ac proinde raro deprehenditur citra pudèdi uleus. At nodû his notis certo possit ab uterino fluore internosci: sed hinc maxime quod nõ utile ab utero, sed a spermaticis uasis prodeat, quodque proruptis mensibus non desinat, sed cum his & mox ab iis similiter persistat, uterinum uero fluo cesset in mensum eruptione & aliquantotum post tempore. Quinetiam huius ueneris signa se produnt, neque uterini fluoris seu primarij, seu eius qui uiscerum uitio fit, indicia ulla cernuntur.

ἡσυχία
κατὰ

Hystericorum porrò symptomatum grauisimus est ab utero isti angulatus. Primum quidem quum leuis & exigua est mali causa, ex utero sublata vapor viscera uentriculūque feriens, nauseam quandam mouet, cui tamen raro succedit uomitio, sæpe tedium quoddam & cibi fastidium, idēque interdum cum murmure uentrisq; rugitu, interdum citra hæc. Quum vapor in diaphragma thoracisq; partes effertur, respirationem breuem crebramque tanquam compresso pectore facit. Simul etiam cor obsidens leuem interdum animi defectio nē inducit, qua tamē uix pulsus immutatur. Metus hinc atque despiratio agrā concutit, ac plerumq; tanta ut se mox interituram putet, nullaq; ratione in spē erigit & recitari possit. Malum aliis in fauces inuadens, eas quasi uinculo constringere, aut manu præcludere uidetur, prorsusq; spiritum intercepte magno suffocationis metu. Vbi uero cerebri arcem confenderit, alias quidem furorē uterinum appellatum, cum garrulitate, iracundia, & inquietudine mouet, aut alia desipientiæ genera metus horroisq; plena; alias quasi soporem quandam ac ueternum inducit, quo mulier corruens uelut attonita iacet, sine motu, sine sensu ullo respiratione adeo parua & rara, ut interdum nulla esse credatur, tanquam ipsa iam mortua extinctaq; sit. At nihilominus pulsus interdum constat validusque est, interdum obscurus paruusq;, ut ne percipi quidem possit. Hi uarii sunt ordines variæq; hystericarum accessionum formæ, quæ circuitu ut epilepsia reperiunt, aliis quidem crebrius, aliis rariis dum discussa sit earū causa. Sub accessionis finem humor quidam ex muliebribus locis excurrit intēstina obmurmurant, deinde oculi attolluntur, malæ rubescunt, intellectus, sensus, ac motus restituitur, & corpus firmari incipit. Sæpe tamen prehensum est frigus, tum temporis è capite per ceruicem in scapula, & brachium illabi, quod stuporem difficilemque motum redderet, exhiberetque speciem quandam paralytici, sed quæ non multo post discederet. Causa quidem accessionis hystericæ est uapor ex utero, non solum per uenas aut arterias, sed & per spiracula cæca & latentia sublatus, atque is certe uenenatus, atque malignus ac perniciosus, ut partium quas attigerit facultates offundat earumque functiones intercipiat. Si uaporis naturam spectemus, plurimorum uenenorum conditione frigidus is & melancholicus est. Huius focus est uterus, in quo uel menstruus sanguis uel conclusum semen, uel alius quiuis humor in hanc uenenatam malignitatem corrumpitur. Ut igitur sæpe animaduersum est comitalem morborum ab utero uel in prægnante suscitari, è quo uenenatus humor terrum uaporem in cerebrum expiraret, ipsumq; morbum cum partu finire, ita & de hystericis symptomatis credendum. Hæc autem uix patem duntaxat uel à menstruo uel à semine suscitari, quum & eas quæ bene purgantur, & uterum gestant, & uiri consuetudine fruuntur, plerumque fatigent; quumq; supra quingentas eodem cœnobio degere uideamus: quæ diu contuetum ueneris usum intermiserunt, nullo hystericis symptomate. Quiuis autem humor in utero hoc modo corruptus, eius generis uaporem ex loci natura uenenatum expirat, & unde uita, illinc & summa ueneni perniciēs exoritur. Hinc fit ut tametsi uiris diu hæmorrhoides superpressæ sint, aut ueneris usus sit intermissus, nulla tamen hystericis similia symptomata contingant. Hæc quoties grauius incidunt, noscuntur quidem facile, leuia difficile, quod melancholicis aut cardiacis non admodum sint dissimilia. Debent autem omnium affectarum partium obseruatione, omniumque signorum consensione discerni.

ἡσυχία
κατὰ

Vteri ascensus, descensus, prolapsus, atque conuulsio mulieres sæpe fatigant. Galeni motus auctoritate nonnunquam putant uterū nihil aut perexiguū è sua sede

sede dimoueri: aut ægotarum mulierum modo querimonia modo precibus ad ductus, hunc sæpe tactu prehendi instar globi cuiusdam in uentriculum efferri, cumque grauius opprimere. Hinc & sæpe manu depressus est mani festoq; in propriam sedem propulsus. Neq; id sanè alienum magis uideri debet, quàm eiusdē prolapsus, quo totus ferè procidit. Ascensu non quæ strangulatur symptomata sunt, sed duntaxat premitur mulier quodā præcordiorū dolore, spirandi difficultate aut animi defectiōne at sine metu, sine delirio aut alio symptomate grauiore. Descensus uteri appellatur, quum in inferas partes is prouoluitur. Percipit osterrix hunc pudendo obtinui, laborans uero si erecta steterit, grauitatis pondus in pudendum incumbere: sin uero uel sedeat, uel supina iaceat, uel alium exoneret, quasi onere rectum intestinum premi, sin prona iaceat, urinæ difficultatem nasci, ut etiam uiri congressum pertimescat. Prolapsus, descensus grauior est quod euerfus uterus foras procidat, eiusq; fundus promineat & manu atre tectur aserenti saltē omni magnitudine. Conuulsio est quæ uterus in alterutrum inguen contorquet. Inguinis ac sæpe coxendicis uehementis tum dolor exercet, qui si atrocius excandescat uteri furor appellatur, crus totum maxi meq; femur torpescit ac friget. Tam uarij motus & errores iis duntaxat obtingunt, quibus uteri appendices laxiores, idq; uel ex graui uteri gestatione, uel ex casu atque contusione, uel ex copiosi humoris perfusione euaserunt. At prolapsus non ex leuioribus hisce causis, sed ex uehementiore solum pariendi conatu, quo uterus factum secundarūve excludens impetu consequitur, seq; inuertens præcipitat: interdum & imprudentis obstetricis temeritas uterum cum foetu aut cum secundis inuertit detrahitque. Quibus itaque habent seu appendices laxiores sunt, his uterus quoties irritatur, sursum deorsumue, aut in alterutrum latus se contorquet. Irritatur autem aut rei præter naturam quam in se continet, aut externæ eiusque aduersæ molestiæ. Tum quippe lacescitur & quasi succescens de proprio loco decedit, alias in aliam partem oberrans, ut quod infensum inimicumq; est fugiat, quod uero iucundum ac blandum sequatur. Ita quidem rem habere sensus animaduertit, ut proinde non parum demirer Gale num, contra Platonem censuisse, uterum nihil aut terre perexiguum moueri, idque non per se, sed duntaxat à uinculis & appendicibus quibus annectitur, diu plenitudine distenta cōtrahuntur breuioraq; sunt. At tametsi sponte mouetur uterus aut errat, non idcirco animal haberi debet. Nam & uentriculus pars etiā planè naturalis, sine arbitrio, sine iussu nostro mouetur, quum rei alienæ iniuria lacescitur magno impetu hanc uomitione repellit, aut quum fame exinanitus iucundo cibo quasi gestiens occurrit, huncq; ab ore uix dum præmātum eripit, ereptumq; auide adeo continet & arte amplexatur, ut undiq; contractus in eum totus incumbat. Hæc si in uentriculo conspicua sunt, multoq; magis in corde, cur non similiter in utero fiant? quem scimus prima foetus conceptione semen attrahere, genitumque foetum mensibus nouem continere, & maturum (quasi cognitione sit præditus) excludere.

κατὰ
πλά.

πρόπτωσης

Sterilitatis causa. Prægnantium signa, symptomata, horumq; causa. Cap. XVII.

Sterilitas ut alia pleraq; symptomata, alias uteri obscœnarumque partium, alias uiscerum uitio tum uiris tum mulieribus inducitur. Steriles enim & infœcundi sunt impuberes & senio confecti, quod is tenuē & aquosum languidumq; sit semen: & qui uel ætate matura morbo acuto, uel etiam diuturno conficiuntur,

tur qui uel humores corrumpat, uel spiritus principes offendat. Ad horum conditionem accedunt, & qui citra manifestam corporis actionumque vitæ offensionem, principum partium ut ventriculi, iecoris, lienis ac pulmonum latenti vitio, intemperie, obstructione aut scirrhis tenentur, maxime si uel cachexia, uel leucophlegmatias, uel icterus, vel tabes & corporis extenuatio, uel lenta febris, uel alia quædam cacochymia febiles sit consecuta. Viri enim ita affecti aut semen non proferunt, aut proflus euanidum & in fecundum, utpote nec ex utili materia productum, nec spirituum benignitate perfusum. In mulieribus uero quæ ita sint affectæ aut viri semen utero non concipitur, aut conceptum à muliere semine deficitur 10
 moxque excidit: aut retentum principum partium uitis obrutum extinguitur, idque vel mox, uel aliquanto post tempore. His ex causis non modo sterilitas fit, sed & mola, & irritus conceptus: & fetus languidus & abortus, multo quidem frequentius: quam peculiari uteri errore. Iam uero obsecnarum partium vitia, quæ sterilitatem accersunt, in uiris quidem numerantur: pudendi paralysis & atonia, gonorrhæa: uasorum spermaticorum obstructio, coarctatio, & contusio: testium pudendique exilitas & quæuis mala conformatio. In mulieribus eadem atque in uiris testium spermaticorumque uasorum vitia: & oris uteri cervicis uel nimia amplitudo uel angustia, obstructio, obliquitas, peruersio, hincque nata mensium suppressio: quæ omnia non signis egent, seipsis quippe conspicua. Adhæc uteri semen suscepturi intemperies immodica sterilitatem facit. Calidior ea est, quum (ut in viragine) genitalia pruriunt nimisque titillantur uenere, & menses parce & cum labore emanant ardoreque exulcerant. Frigidior, quum uenus est ignauior, menses aut suppressuntur aut parce fluunt, atque ii decolores: lumborum, pubis, curumque stupor incit. Humidior quum renue, aquosum, copiosumque menstruum red datur, ac sepe ueterinus fluor infestat, frequensque lumborum & pubis grauitas premit. Impedit etiam & nimia coarctatio ab omento pingui & uteri inflatio: omnis denique affectus insignior. Quæcunque igitur mulier ætate matura his uitis minime tenetur: & bono recteque conformato est corporis habitu: nec extenuato: nec obeso: lumbis latis amploque ventre, secunda censetur. Eam autem hinc nosci putat. Hippocrates, si ueste obuolutam subter suffias, atque odor per corpus ad os & nares transmitti deprehendatur, sterilem uero quum in uia extinctus odor eo minime pertingit. Quinetiam allium expurgatum si pessi forma dormituræ subdatur, odorque uel sapor ad os pertingat, fecunda est, sin minus sterilis. Hordeum in mulieris aut uiri urina maceratum, si deinde sepultum decimo die germinet fecunditatem, sin minus sterilitatem arguit. Præterea si urinæ uiuum sulphur inspergatur, hincque uermes prodeunt, fecunditas, sin minus sterilitas est. Quum igitur maris ac feminae congressu conceptus non euadit, utrius id culpa contingat hæc indicabunt. Sæpe tamen usu venit, ut neuter coeuntium sit sterilis, sed quia eorum sunt inter se abhorrentes naturæ, nihil idcirco ex se se, ex aliis uero generare possunt. Sic amborum impense calidorum non facilis est consensus, uti nec frigidorum: temperaturum atque etiam contrariorum perutilis congressus.

Itaque mulier uiro iuncta conuenienti & consentaneo, quæ nec naturali nec aduentitio uitio sterilis sit, nec ad ueneris usum ignauior ea ad cœpiendum apta idoneaque est. Eam, autem concepisse conueniendum, si ingenti oblectatio-

ac una

ne una cum uiro, aut certe paulo post semen ei aculetur. Si exceptum id retinetur nec est cibi nec à concubitu mulieris pudenda madent. Tum etiam eo ipso die mulier aut leuiter inhorrescit, aut titillatu quodam uterum contrahi percipit, dum semen arctius cõprehendit, aut dolor leuis in uentre obidet. Vteri os interius arcte adeo conuinet, ut ne specilli mucrohem admittat. Deinde pleniore ditentoque iam utero, os illud interius quod oblongum erat, breuius fit, ac retrahitur, iursumque remeat, uix ut immisso oblectricis digito attingi queat. Veneris appetentia languet, huiusque aliquanto negligentior est prægnans. Mæstrua purgatio præter consuetudinem subsistit, nec statim tempore procedit: quum enim uteri acrabula secundarum adhasu obturentur, osque ipsum interius conuinet, nihil sanguinis ex uteri capacitare elabatur. At quibus fortasse sanguis primis mensibus aut etiam postremis effluerit, ex iis uenis quæ ad uteri ceruicem pertinent, quemadmodum & uirginibus emanat, citra ullam fetus offensionem. Mense secundo etiam si menstrui aliquid profluat quia tamen prouida solersque natura sanguinis non nihil reponit in mammæ superioresque; sedes, pectoris uenæ impleri, mammæ uero turgere ac duræ scere incipiunt. Fœtu grandescente latera lumbique expanduntur dilatanturque, ac uenter citra manifestam grauitatem intumescit. Quibusdam dum temporis in facie uel citrinæ uel liuidæ maculæ, uel lentiginis efflorescunt, uel oculorum ambitu liuescit aspectu languido: aut alia symptomata urgent, quæ posthac enarrabimus. Urina citreo aut subliuido est colore, crassaque; ac turbida, quæ leuiter cõcussa bullulæ uel granula è summa corona demittit, in hac quod per quietem subsidet innata uel crassum est: & male cohærens: carptæ lanæ haud absimile. Urina uini albi permissione, similis euadit elixarum fabarum iusculo. Mulsæ cruda ex aqua cælesti data dormituræ, si deinde uentre torsionibus affligit, grauida est, sin minus non est. Postremum hoc & minime fallax indicium est, quum iâ fetus loco dimoueri cœperit, quod uel tardissimum accidit medio prægnationis tempore. Moueri aut incipit non ut mola, graui molestoque pondere, non rugientis aut euagantis status specie, sed leni, blande, ordinatoque impulsu, aut quasi muscæ uolatu, quæ sæpe calens manus imposita animaduertit. Quum citra hæc signa menses subsistunt, ac uenter præter modum sine hydrope distenditur, in utero præter naturam quippiam incit, aut irritus conceptus, aut mola, aut inflatio.

Masne an femina utero geratur hinc conueniendum. Mulier si marem gerit, probe colorata est & hilari uultu, si femina decolor ac tristis. Mares parte uteri dextra magis continentur, feminae magis sinistra. Et quum mas est, dextra mamma amplior est ac tumetior, eiusque papilla nigrescit, firma & arrecta, citiusque lacte stillat. Prægnans a sede progressura dextrum pedem primum promouet. Omnes tum uenæ, tum arteriæ dextræ magis quam sinistra implentur ac tumet, præsertim sub lingua: estque pulsus dextra quam sinistra manu plenior maior, ac ualidior. Quum uero femina gestatur, sinistra omnia firmiora & magis cõspicua sunt, flaccidioresque sunt mammæ papillæ. Quinetiam lac emulsum, si aqua instilletur, mox (quia tenue & dilutum est) diuellitur, cohæret autem ac diutius persistit in summo, si masculus est fetus. Mulier quæ uiuidum fœtum opportune conceperit, si integre sana est, nihil molestiæ offensionis uel perditur toto prægnationis decursu. Natura quippe singula in conuenientes usus legitime disponit. At uero si ualudinaria est, secundo aut tertio mense quum iam menstrua purgatio diutius subsistit, nec dum tamen in fetus alimentum absumitur, eius morbi insultus præsentiscit, cui maxime fuerit opportuna, & quicquid.

quid est in corpore uitij, id tum detegitur: quemadmodum non grauidis mulieribus quoties mensium instat eruptio. Et autem quæ uel cacochymia uel plenitudine premitur, corpus quasi lassitudine frangitur, lumbi inguina, femoraque ingrauescunt ac dolent; somnus grauis interdum obrepit. His accedit cibi fastidium, inappetentia, nausea ac plerunque uomitio modo pituitosa, modo biliosa: ex eo scilicet humore superuacaneo qui in partibus redundauerit. Quibus autem cumulat humore uomitione non prorumpit, iis spirandi difficultates, uertigines, animi defectiones anxietatesque contingunt. Et quum tetri humores uentriculi tunicis impacti fuerint, pica & malacia, omnisque rei alienæ & peregrinæ, ut terræ, testarum, carbonis, salorum acidorumque eduliorum deprauata appetitio in quartum quintum ue mensem fatigat.

Abortus porro uel ab euidentibus, uel ab interioribus fit causis. Euidentes alia foetum euecant, ut syncope, timor & tristitia: & quæ toto genere extinguunt ut quæ uel sultu, uel odore, uel substantia uenenata sunt. Alia cibum subtrahunt, ut inedia, immoderata purgatio, sanguinis e naribus ex hemorrhoidæ aut aliunde reiectio. Mulier enim sanguine misso abortum facit, idque magis si foetus auctior est. Aliæ uteri acetabula dissoluunt, per quæ foetus alimentum capessat: ut uolentia exercitatio, saltatio, durior equitatio aut uectio, grauioris oneris gestatio, casus uolenter concutiens, aut uentris ictus foetum contundens. Interiores uero causæ sunt cibis immoderatus, & plethora foetum suffocans aut extinguens: mucosus humor uteri implens acetabula, & ligamenta ita remolliens ac dissoluens, ut foetum continere non possint. Cibis mali succi & inde nata cacochymia, ob quam foetus alimenti benignitate destitutus, sensum laquet & emoritur. Morbus acutus, qui sæpe foetum in grauius discrimen quam matrem conficit: adhuc quæ supra enumerata sunt & principum partium & uteri affectiones malæ. Quæcunque igitur mulier citra euidentem causam abortire conuenit, uel totius corporis, uel uteri solius uitio laborat. Abortu porro immaturus foetus excluditur, alias uiuus, alias mortuus & extinctus. Viuus quidem quum acetabula uolentius dissoluta sunt: mortuus quum iis firmis & constantibus foetus ipse perit. Abortus futuri notæ sunt: lac sponte fluens è matris, præsertim aquosum. Id enim, inquit Hippocrates, foetum imbecillum esse testatur, Mammarum spontanea extenuatio. Nam si gemellos habenti dextra mamma gracilesca, marem, si sinistra foeminam amittet. Laterum uentrisque superioris coarctatio. Lumborum coxarumque grauitas & ad motum segnitias. Si foetus iam moueri cœperit, rarior languidiorque motus euadit, quumque abortiendi tempus instat, aqua primum saniosa profluit loturæ carniū similis, deinde cruenta: hinc purus sanguis, postea grumi, ac demum foetus ipse aut formatus, aut informis excluditur.

Quum uero extinctus iam foetus diu in utero subsistit, commemorata omnia ingrauescunt. adfuntque stomachi morsus, animi deliquium, capitis & oculorum dolor, frequens horror febrilis, spiratio foetida & graucolens, uenter grauis & quasi procidens, & qui etiam admota manu frigidus percipitur. Imo & obstetrix immixtis digitis frigidam animaduertit uteri ceruicem, interdum coarctationes ob oriuntur epilepticis finitimæ.

Pariendi difficultas aut a matre, aut a foetu est. A matre quidem mala conformatio, statura breuitas, uirium corporis imbecillitas, ut in puella & anu puillanimitas atque metus. Uteri ceruicisque mala conformatio, angustia, & ossis pubis firmiter compactio, compressio seu coarctatio ex uicinarum partium

tumore

humore ac duritia, ex uescicæ calculo, ex recti intestini excremento duriore, & lumborum concavitas, A foetu autem, quum solidior illius membrana ægre dirumpitur: quum ipse imbecillior enixu nihil matrem adiuuat: quum grandior aut monstrosus, aut geminus est: aut quum non recta in caput fertur, nec manibus secundum latera adductis, sed uel ambos pedes, uel quod multo operosius existit) alterum duntaxat, uel manus primum exierit: uel duplicatus in nates exit: uel obliquus alterutrum latus, uel pronus uentrem primum exhibet, quæ omnium pessima est pariendi figura. Difficilem partum in propinquo esse prænuunciat, humor aquosus in membrana allantoide conclusus totus ante partum effluens, aut copiosior sanguinis eruptio multo tempore foetum præcedens. Loci enim sicci manent, destituti eo humore qui foetui transitum facilem & lubricum præbet, languidi dolores ex interuallis longioribus recurrunt, quandoquidem egre abrumpuntur acetabula, uixque secundæ ab utero disuelluntur.

Arthritidis differentia, signa & causa.

Cap. XVIII.

ARTHRITIS articulorum est dolor ex interuallis sæpe inuadens. Corporis artus uarij dolores occupant: alij nanque ossium membranas, uel musculos, uel neruos, uel medias regiones, quales aut lues uenerea, aut simplex destillatio proferre solet. Alij articulos duntaxat obsident, in quos quasi defixi incidunt: atque hos solos arthritidis nomen complectitur. Statuuntur autem arthritidis differentia ex articulorum numero: sed tribus duntaxat usus nomina indidit, hæ sunt chiragra, ischias & podagra. Quæcunque in alio quouis figitur articulo, generis nomine arthritidis appellatur. Chiragra manum infestat, eiusque uel carpum uel externam partem, uel digitorum articulos ac uincula. Dolor huic inest plerunque pulsans, sæpe cum tumore, rubore, calore atque turgentibus plenisque uenis. Podagra uel malleos, uel pedium, maxime uero pollicis articulum adoritur. Tumor ut in chiragra adest, tum partis, tum uenarum ambientium, rubor, calor, dolorque pulsans. Ischias omnium uehementissima, sedem habet, non in eo articulo quo femoris caput in coxendicem inseritur, sed altius ad summam natem, qua nerui a lumbis & ab osse sacro emergentes, feruntur in crura. Dolor atrox non in sola est coxendice, sed in femur quoque, & in suram, & in extrinsecam pedem exporrigitur, quocumque nimirum ab affecta coxendice ductus neruus percutit. Raro tumor inest conspicuus, rarius calor aut rubor, quod eius loci summa cutis uenis conspersa minime sit. Humeri arthritidis dolore quidem insignis est, non tamen (ut neque ischias) tumore, rubore, uel calore manifesta. At quæ cubitorum genuumque est, & dolorem & tumorem præ se fert ingentem, ruborem uero caloremque exiguum. Proxima continensque omnis arthritidis ac doloris causa est, non simplex ulla intemperies, sed humor præter naturam infixus & adhærens, qui sæpe humore manifesto se prodit. Atque tametsi nonnunquam, ut iis qui primum incipiunt illa tentari, citra insignem tumorem in dolor affligit, tenuis tamen ac paucus aliquis humor subest. Hic autem qui continens est doloris causa, nunquam aut admodum raro, præter multorum id opinionem asseuero, in id cauum ac spacium penetrat, quod inter ossium extrema interuenit, sed in uincula duntaxat, atque in eas membranas quæ extrinsecus ossium extrema neant & ambiunt, ac etiam in tendones eo directos: hoc sanè argumento quod in nodosa tophaceæ podagra atque chiragra, humor in calculum iam concretus, aperta rupta uel cute plerunque

D d d crui-

ernitur è digitorum articulis, vinculo integro ac illaeso. Et in ischi de si noxius humor in coxendicis pixidem conditus esset, nec tam vehementem (q. vinculi obtusi sit sensus) nec tam late diffusum dolorem inuheret. Neque porro humor hic, continens arthritidis causa, tam varius atque traditur existit: nec enim sanguineus, nec biliosus, nec melancholicus unquam est, sed omnino uel pituitosus uel serosus: perperamq; arthritidis differentia ex humoris genere statui solet: ut alia calida, alia frigida sit, sed omnis frigida est, ex frigido humore genita. Quod si rubor aut calor interdum maximeq; in chiragra uel podagra cernitur, is non ex morbi essentia, sed ex uehementia fit doloris, qui ruborem caloremq;, nonnunquam & febrem accerit: quæ potissimum iis eueniunt qui constitutionem corporis obtinent impenitè calidam atque plethoricam, & qui leui occasione febre iactantur. Hic igitur frigidus humor ac tenuis, articulorum uincula, membranas aut tendones implens & distendens aut feriens, dolorem infert: dolor uero si corpus præparatum iam est, ruborem calorem atque febrem: quæ distendentis aut ferientis humoris sunt symptomata. Talis est ratione artisq; usu comprobata sententia de arthritidis continente causa. Antecedentem porro causam recte omnes statuunt humorem esse, qui alium de in imbecillos articulos aut influit aut influxurus est, unde autem & per quas uias influat, nemo ad unquam uidetur inuestigasse. Ex hac ignoratione hætenus dolor articularis pro immedicabili derelictus est, nuncupaturq; medicorum opprobrium. Errant profecto quicumque ex intimis illum partibus in articulis irruere putant. Quomodo enim a uisceribus intimisq; sedibus possit humor syncerus aliquisquam per uenas ferri? aut qui sanguini permixtus nuper erat, illinc per ora uenarum in articulos purus excidere? aut si etiam cum humore sanguis emanat, cur in articulo collectus phlegmonem nõ excitet? Sed acque humor crudus qui per alios ductus quam per uenas fertur in articulos, arthritim facit. Nam cruditas in cachexia è uisceribus in pedes incumbens dum tuinefcant, podagram nõ efficit. Alia igitur quam ex intimis partibus est arthritidis origo. Hæc autem, caput est, è quo sanè pituitosus humor isque tenuis profluit in articulos. Non quidem cerebrum aut interiores eius uentriculi, in quibus pituitosum excrementum cumulari coaceruariq; solet (hoc enim uel foras, per nares, uel per palatum in asperam arteriam atque pulmones, aut in uentriculum interioresq; sedes illabatur) sed partes capitis externæ & extracalam positæ origo sunt arthritidis: è quibus superuacaneus humor per summa corporis sub cute deorsum decurrit. Venæ enim multæ ab externis iugularibus deductæ eo excrementa sua tenuia atque serosa deponunt. Quumque capitis crassa densaque sit cutis è qua capilli lucescunt, non quemadmodum e reliqua corporis cute, illinc facile humor expiratur. Tempore igitur cumulaturo copiosior, in iis maxime quibus gignendi eius euidentis cause (quas mox referemus) conueniunt. Cumulati iam humoris signa sunt: capitis grauitas & somnolentia, dolor externus & qui contactu, præsertimque in uersis capillis exacuitur. Tumor œdematosus interdum ut cera mollis, cuti præsertim ad occipitium subiectus: cutis densa nec calux propius adhærens. Ea igitur humoris densa lentaque congestio arthritidis fomes est atque origo. Supra modum congestus humor leuissima occasione aut æstus aut frigoris, aut frictionis, interdum etiam sponte de sua sede decidit, & in subiectas partes illabatur. Atque quum aquæ & feri instar tenuis sit, ei permissim quem frigidiore cælo è cerebro per nares fluere comperimus, non per spinalem medullam (paralysis enim fieret) non per neruos & musculos, sed facile sub cute (ubi

te (ubi laxæ & amplæ sunt uix) in corporis extimas sedes influit. Is autem fluxionis decursus, quia tenuis, in solis articulis qui compacti densique sunt, subsistit ac hæret, non item in mediis regionibus, quæ amplæ laxæque sunt. In id demum corporis latus præcipue fertur, in quod crebrius corpus decumbit. Atque si dam incitatus est humor in dextrum latus est decubitus dextrum humerum brachiumq; dolor imperit, si in sinistrum, sinistrum: si in dorsum, ceruicem, scapulas coxendices uel crura. Qui arthritide conflictari incipiunt, solent primum leuem chiragram aut podagram expirari, cuius uix quisquam nisi expertus credat humorem è capite ducti, aut illinc posse tam repente in extremos pedes clanculum & sine sensu illabi. At quoniam initio admodum tenuis est, & iis maxime qui calidiores mundi regiones incolunt, facili promptaque illius est defluxio. Quum autem tempore crassitudo illis iam euaserit, maxime in frigidis regionibus & ætate prouectis, non repente in extrema profluit; sed in mediis hæret regionibus: ac tum mali ongo, tum de curio conspicua est. Sentitur enim dolor è ceruice uel per humeros in cubitus & manus, uel per dorsum in coxendices, genua, pedesque sensim de uolui, sensu interdum frigoris oborto, quo corpus omne perhorrescit. Dolor ei superius partibus inferas sæpe descendit, ascendit nunquam, nec è dextris in sinistras aut contra commigrat: si quando enim dolori dextro succedit sinister, hunc non loci permutatio, sed noua defluxio parit. Omnis etiam quum defluit humor aliquantum, tenuis est, alioqui non defluxurus: articulo iam impactus nostri caloris uehementiorumque medicamentorum ui crescit, & parte tenui dissipata dissolutaque sæpe quedam terrena manet, quæ frequenti infusione coagmentata, in manifestum tophum & calculum digitorum præsertim in articulis concreuit. Ea est arthritidis nodosa, qua distiliunt articuli, distorquentur, & pereunte motu incruescunt. Iam uero arthritidis euidentis cause eadem quæ fluxionis existunt: una quippe humoris in capite redundantia, altera articulorum imbecillitas. Harum neutra seorsum arthritim facit, sed necessarius ambarum concursus. Imbecillitas quum ex aliis quibusdam uitiis estimanda est, tum maxime ex uinculorum membranarumque laxitate, & ex uiarum amplitudine. Hæc autem uitia uel ab ortu sunt, uel parentum imbecillo senectute, uel tum arthritidis hæreditaria: uel aliis ex causis euidentibus, quæ laxant & emollunt membranasq; ferunt: eiusmodi sunt ueneris balnearumque usus crebrior, & quæ foris incidentia articulos cõtundunt Redundantis uero humoris interior scaute sunt cerebri totiusque capillis imbecillitas, & frigida humidaq; intemperies. Humor enim uel alimenti uix è capite exceptus, quæ hec uiti ad sunt, rotus confici non potest, ex eoq; necesse est excrementum tempore gigni atque cumulari. Hæc autem fluxionis materia multiplicabitur, si præterea e uentibus causæ accesserint, quæ illius exuperantiam gignunt. He præcipue sunt, crapula, potus omnis uinique maxime liberalior: hoc enim & caput implet & neruos membranasq; ferit. Somnus immodicus præsertim mox à cibo: iocium, exercitationum intermissio, consuetarum vacationum earum maxime quæ per urinas & sudores sunt suppressio uel imminutio.

De elephantia. Cap. XIX.

ELEPHANTIA morbus est uenenatus in terrena substantia, totius corporis naturam immutans. Quæ terrenus ac melancholicus humor uenenatus qualita

Ddd 2. tum

met afciuerit, eam mox tum visceribus, tum patribus omnibus in paritur, quæ dein inquinata, terrenum quenda m ac melancholicum succum vel ex purissimis alimentis gignunt eiusdem veneni participem: quo partes inibunt ac nutritæ tempore similem nascuntur naturam, fitque in eis elephantia totius substantiæ morbus. Neque vero hic (quod plerisque visum est) cutem solam aut corporis summa, & intima quæque ossaq; ipsa inuadit & obsidet, quod omnia impuro fruuntur succo. Quanquam autem ipsa morbi qualitas ad totum corpus pertinet, præcipua tamen uis in iccore atque in liene residet, quæ sua dein uitia corpori toti impertit. Elephantiam alij ab ortu, alij contagione alij spõte proprioq; vitio cõtrahunt. Ab ortu, q ex elephantico parentu semine procreati sunt: atque si parentum alter quum genuit elephanticus erat, foetus quoque nascetur: tanta est diuinæ illius procreaticis facultatis energia, vt in semine intemperato ac prorsus impuro, consistens, corporis partes fingat vel ex impura materia. Si nondum elephantia parens quum genuit tenebatur, sed in eam duntaxat erat propensus filius eadem ætate qua parens elephanticus euadet. Quorundam etiam literis proditum est, mulierem quæ instantibus aut profluentibus mensibus conceperit, foetum edere in elephantiam procliuem. Contagione vero siue concubitu, siue accubitu, siue assidua vitæ consuetudine, lues hæc hominem adoritur, quod ex elephantico perniciofa qualitas pariter cum humore transferatur in aliud corpus sensimque irreat in omnes partes. Proprio corporis vitio inducitur, cum bilis atra plurimum exuperat quæ sensim ac tempore venenata labo inficitur. Nam venenum specie in nobis in spon te gigni posse, alio loco demonstrauimus. Exuperat aut quum vel sanguis, vel melancholia, vel bilis flaua supra modum torretur. Quo circa eos adoriri solet, quibus vel menses, suppressi, vel varices vel diurnæ hæmorrhoides curatæ sunt: & eos qui bubula, ceruina asininave carne vescuntur, ceterisque cibis glutinosi atque crassis: eos denique quibus vel iccoris ardor, vel vitæ calidior bilem flauam cumulat, quæ diu cohibita degenerauit in atram. Quæ mala quum non nisi florentis aut etiam proeuctioris sint ætatis, elephantia nec pueros nec adolescentes sponte inuadet. Incipiente morbo viuidus ille coloris flos perit, cutis decoloratio apparet, aliis quæ nigricas, aliis flauescas aliis albicas: vnde nonnulli tres elephantia statuerunt, pro coloris varietate differetas, hinc densior durior, asperiorque redditur, quum scilicet iam multo est humore perfusa. Talis vero præcipue conspicitur aut in facie, aut in manibus, aut in pedibus natura quoad licet vitia propellente in corporis extrema. In his sensus torpescit frigusque perpetuum inest, maximeque in pedibus. Licet enim horum initio interger feruetur motus, stuporis tamen & frigoris sensus inest. Tum temporis verrucæ plurimæ succrescunt, non in manibus solum, sed & in facie & in reliquo corpore, peculiare vero in lingue radice. Pedes, manus, & facies tument, in hisque varia prominent tubercula, maxime vero in malis quæ extuberant liuido tumore, labra inuertuntur, nares resine obstruuntur carissitie alarum, & rimis disceptæ crustulas nigras atque cruentas excutiunt: oculi candidum flauescit, miraque crassitie quasi ungue obteguntur: super cilia prædura ac ferè callosa atque etiam glabra. Ex his enim, quemadmodum & ex palpebris, & ex mento, pili venenata qualitate imbuti desluunt, dum tandem horrenda euadat partium omnium deformitas. Manuum pedumque digiti siccitate dehiscunt, unguesque finduntur ac dilacerantur. Totius etiam corporis cutis arefcit atque foeda siccaque scabie exasperatur, eaque interdum cum pruritu. Ipsa musculorum caro absumitur ac sensim liquefcit.

Malo

Malo autem ingrauescente proflupore cutis sensus peris manente motu, vt ne infixa quidem acicula dolorem moueat, neque insperfa feruidior aqua exurat: uox e gutture rauescit, respiratio difficilior euadit, spiritus totiusque corporis exhalatio fetet, fordida uirolentaque vlcera in manibus, pedibus & plerisque locis excavauntur, grauisque putredo omnia contaminat. Quæ ex vrinis aut ex sanguine tradi notæ solent, incertæ omnino sunt atque fallaces. Est autem eo leuior elephantia, quo signa grauiora apparent: maxime vero quum non in summo dum taxat corpore, sed & in ipsis quoque visceribus, in ossibus ceterisque interioribus partibus firmius inhærescunt. Non omnia tamen in omnibus, sed alia in aliis comparere solent.

De lue ueneræ. Cap. XX.

LUES ueneræ est contagiosus affectus cum vlcere aut immani cruciatu variis locis emergens ac sepe extuberans. Efficiens eius causa, uenenata est & maligna qualitas atque perniciofa labes, quæ in quacunque corporis parte primum insederit, eam contaminat, indeque continuatione in corpus omne spargitur, & ex paruo initio & quasi suscitabulo profecta sensim inualefcit & propagatur dum non spiritus modo atque humores sed & carnem & partes omnes solidas peruagetur. Neque earum temperamentum solum uerumetiam totam substantiam peruertit, ut ut ulla deinceps probo ac puro fruatur alimento. Hinc excrementorum prouentus succrescunt, uariaque uitorum genera emergunt, qualia mox recensabo. Ea porro qualitas non simplex & solitaria est, sed in humore subsistit, quo vt subiecto quodam & vehiculo utitur. Neque qui iam inquinatus est, alium alitu solo, sed liquore de se in alterius corporis partem epidermide nudatam eiectione contaminat: è qua malum prorsus initium sumit. Itaque ueneræ lues contagiosa est morbus, non sponte intimoque corporis vitio, sed tactu solo contrahendus. Nam & quam quis ab ortu accepit ea olim ex parentum contagione processit. Maxime autem ueneræ cõtrahitur concubitu, à quo & nomen inuenit: eius frequentatione propagata est in hominum genus, atque ex vnus im puritate & inquinamento sensim in uniuersum orbem est disseminata miserabile scortatorum flagellum. Sæpius ea è partibus obscenis incipit, licet interdum & ex aliis plerisque locis expululet, in quibus labes contagione fuerit asperfa. Inquinatur autem duntaxat vel purus ab impuro, vel impurus ab eo qui longe sit impurius, à simili vero aut à minus impuro nunquam. Aequè impuros citra offensionem congressi licet, & uterque, tamen puriorem alium cõgressu labefactat. Hauritur interdum lues è scorto, quod nondum inquinatum est, quum quis cum eo uolatur mox ab alio impuro scortatore. Impuritas non ex cute spectatur, quæ sepe maximeque inueterata lue fermentum intus reconditum sit & abstrusum. Et hæc de causis & ortu.

Differentias eius speciesque nonnulli: quibus symptomatum quam essentia maior pura fuit varias multiplicesque statuerunt. Vna tamen & eadem totius est essentia, sed variis distincta ordinibus, ut alia leuior sit, alia grauior. Est & corporum in quæ illa incidit permagnarietas: ac utraque ex eadem fit, vt lues alia leuioribus alia grauioribus, symptomatis exerceat. Oium leuissima est ea species qua solè capitis, & barbæ pili sensim citra aliam corporis offensionem desluunt. Eius quippe virus in tenui quodam uapore consistit, qui in corporis summa effunditur ad illorum radicem: atque vt ephemera febris à putrida, ita & hæc species distat à ceteris. Altera paulo deterior est, qua cutis uniuersa crebris malis minime extuberantibus conspergitur, iisque paruis lentiginis instar, ac modo rubris, modo flauis: quæ non ante

ante deleri extinguique possunt, quam morbi radix sit euulsa. Hęc in tenuissimo sanguine uirus habet, quam nulla grauiora sequuntur incommoda. Tertia species grauior ac iam uera lues est: hac rubrę au: flag pustule primum quidẽ circa frontem ac tempora ponęq; aures, deinde in capite atq; etiam toto corpore erumpunt & extuberant, rotundo schemate sicę sine pure quę deinde sicca crassa obducuntur, atq; si negliguntur, serpunt in ambitum excantantq; cutem, dum ex pustula uerum uleus euadat, quod ferę virulentum est ac sordidum. Partes quę ad podicem, ad nares, atq; fauces sunt, quia tenellę, omnium primę exulce rari solent. Emergunt autem hęc, quę secus ipsum atq; sanguinis humorumq; massa labefactatur, a quo protinus carnosę mollesq; partes detrimuntur capiunt. Quarta his species succedit, quum iam inualefcens lues fetidas partes, ossa, uin cula, membranas, ac neruos adoritur. In his iam uitiatis excrementa multa, crassa quidem & glutinosa pro partis conditione, sed tamen maligna congestio ne cumulantur, quę nonnunquam in tendones sępius inter ossa & periostia con fiunt. Hęc quum uel membranam ab osse diuellunt, uel eam malignitatis acrimonia feriant cruciatus cient implacabiles, qui noctu ferę ingrauescunt. Ab his demum coagmentatis pręduri tophi cruciatus multo grauiore succrescunt. Eadem porro quum in osse subsistunt, id amplificent, distendunt atq; etiã exedunt, ut eius sępe deprehensa sit monstruosa figura. Tandem uero corpus uigiliis, di rris cruciatus cofectum, & atrophia marcescens uita destituitur. Longissime hi dolores distant ab arthritide, q; hęc breui paruq; tempore exoritur, idq; ex defluxione, quę repente in articulum incubuit. Dolores uero luis uenerę sensim multoq; tempore procedunt ab eo excremento, quod pars male affecta paulatim congestit. Adhęc arthritidis aut in articulo, aut circa hunc consistit fixaq; est. Dolores ex lue, non articulos, sed medios artus obsident, in quibus & plerunque tophi concrefcunt, maxime uero in fronte & capite, in clauibus, in medio humeri osse, & in parte priore tibię, nonnunquam & in aliis quoque ossibus. His ergo ex signis una quęque luis species dignosci percipi q; potest. Quum autem ex dubiis signis de lue ambigitur, eius origo altius est inuestiganda, a qua parte initium habuerit. Etenim quoniam non nisi a tactu contrahi potest, necesse est labes aliqua in ea primum parte comparuerit per quam insertum est uirus. Hęc enim prima se profert in partibus obscę nis si concubitu, in summa cute si accubitu contracta est, in nutricum mammis si inquinatus erat infans in infantis ore & faucibus, si nutrix infecta. Emergunt autem in obscęnis partibus pustule, ulcera maligna, uirulentaq; gonorrhœa, in guinum bubones. Sed hęc nisi altius intro subeant nondum lues sunt uenerca, rudimentum & ueluti character eius impendentis. Huc affinitate quadam attendi uidentur reliqui tum uenenati tum contagiosi affectus, & quicunque uirulentarum bestiarum ictibus infliguntur. At quoniam principia eorum cognitio ex causarum animaduersione capitur, non ante duxi de his tradendũ, quã eorum curandorum ratio quoque subnectatur. In hęc omnem iam uideor interiorum affectuum cognitionem cõtraxisse, quam tamen frequens inspectio et in templatioque rerum confirmabit. Confido etiam particulatim singula ne per secutum, nihilq; recens emersurum, quod non ex illorum obseruatione ac imitatione nosci percipi que possit.


Libri sexti de Partium Morbis & symptomatis,

E I N I S.

DE EXTERNIS

CORPORIS AFFECTIBVS,

LIBER SEPTIMVS.



PRÆFATIO.



HIRURGIA primum medicinę pars est habita, & ambę sub iisdem nata sunt authoribus: nec chirurgię alia quã medicinę præcepta, nec alia demonstrandi sunt leges. Postea uero ut unius medicinę dignitas splendidior præstabiliorq; foret, rationis consiliisq; facultatem, ut pote liberalem, assumentes medici, ac suo quodammodo iure sibi uedi cantes, quicquid manuũ opera geri solet, id omne ad chirurgos ac pharmacopæos artis ministros transtulerunt. His prima cura fuit luxata ossa sedibusq; suis mora reponere, fracta uero dirigerẽ in suamque sedem cõpellere: & nonnulla ferramētis quoque aperire, se care, excidere, vrere. Tũ deinde uulnerum uleerũque, ac postremo suppurantium tumorũ curatio illis est relicta, quę unguētis illita linteola atq; linamēta manu adhibet. Reliqui affectus externi possunt sine chirurgia curari, quos tamẽ & illa plerunq; usurpat sibi. Omnium tamẽ origo ferę ex interiore causa trahitur, cuius obseruatio atq; curatio p anẽ est medicinæ: imo etiã omnium quę foris existunt atque geruntur ratione medicus tenet, qui & chirurgi opus dirigit, ut medicus ratione, chirurgus manuum usu & exercitatione præset & excellat.

Tentorum præter naturam differentie.

Cap. I.

MORBI qui in externis partibus ex humoris uitio succrescunt, modo cunctumore, sicut, modo citra tumore: & ex utrisque alij ex sanguine, alij ex bile flaua, alij ex atra, alij ex pituita, alij ex sero, alij ex flatu, alij ex horũ permissio ne. Humor porro qualitate aut acer est & exedens, aut mitis ac blãdus. Sitis uero humoris aut in sola cute est, aut cũ cute subiectã quoq; carnẽ, uel tendonem, uel adenę occupat. Qui in cute, uel in summa quę epidermis appellatur, uel etiam in uera cõsistit, quę illi subternitur. Rursus uero humor uel partẽ cui in fides in suã naturã conuertit, ut in elephãte & alphi, uel per ipsius dũtaxat sub stãtiã effusus sua illã qualitate afficit: Hęc quidẽ proprię externorum affectuũ differentie sunt ad medendi rationẽ accommodatã. Itaque uniuscuiusque propria continensq; causa est humor quidam uitiosus præter naturã cumulatũ: cum mulatur autẽ, uel cõgestione uel fluxione. Cõgestio præter naturam sensim fit ex humoribus in partem alimenti uice distributis. Quum enim pars uel ita imbecilla est, ut nec affluens alimentum in propriam substantiam mutare, uel ita uitiata, ut idipsum corrumpat, nec genita excrementa se propellere queat, necessario præter naturam cõgestio quẽdam fit. Fluxio autem est humoris incurfio concitatio atque copiosior, quã parti alendã sit ex usu. Hu ius

ius interiores causæ sunt fluxuriæ materiæ copia, acrimonia uel tenuitas: pro-
pellentis partis robur, uiarum laxitas, & excipientis partis imbecillitas stultus
declinior. Euidentes uero causæ: contusio, ruptio, uulsus, luxatio, & quæcunque
doloris aut caloris uel fluxionem acersunt. Hi porro affectus qui corporis sum-
ma obfidant, uel in cute prominent, uel eam excauant uel commaculant.
Prominent tumor, tuberculum, pustula. Tumor tuberculo maior, & utroque
minor est pustula. Tumores sunt: phlegmone, phygethlon, bubo, phyma, erysipe-
las (hoc enim & in tumoribus recenseri solet) œdema, hydrocephalon, hydro-
cele, tumor flatulentus, scirrhus, ganglion, bronchocele, parotis, strum, 10
cancer. Tubercula sunt, carbunculus, furunculus, terminthus, glandula no-
dus. Pustulæ sunt: epinyctis, phlyctæna, ephymata, ephelides, hidra, herpes,
scabies, prurigo, lichem, psora, lepra, omniaque uerucarum genera, clauus, cal-
lus. De singulis igitur dicendum, sed alio ordine ex causarum affinitate institu-
to, quæ in curandi ratione primas obtinent.

Tumores, tubercula, et pustula e sanguine.

Cap. II.

PHLEGMONE tumor est calidus præter naturam collectus, prominens
atque circumscriptus, oui saltem gallinacæ magnitudine. Huic quasi ex igne
aut ex balneo rubor inest: calor quoque ex inflammatione uehemens quasi
parsuratur: distentio ex copia renitens: pulsatio profunda & molesta, quod
arteriarum diastole partem inflamatam feriat: dolor ex calore, ex pulsio at-
que tensione acerbus, præsertim quum pars eximio sensu prædita est. Causa
contineus sanguis est, non in solam cutem, sed in subiectam quoque carnem
impactus, qui è uenis eo tandem confluit. Quum enim uenæ arteriæque ma-
iores immoderata sanguinis copia distendantur hanc grauata in minores
quasi onus deponunt, ex his demum in minimas. Ac tum per earum oscula, per
que uenarum meatus sanguis cohiberi non potis, effluit illabiturque in spa-
cia uacua quæ inter fibras sunt primorum corporum, præcipueque musculorū,
uenarum, arteriarum, neruorum atque membranarum. Hæ partes fluxione
dum præfunduntur implenturque: distentæ copia quasi diuelluntur, feruentis
que sanguinis ardore incalescunt, doloremque faciunt. Sanguis quippe extra
uasa collectus, nec libere perflabilis, necessario putrescit atque inflammatur.
Ita quidem si purus is era, exquisita phlegmone fit: cuius species sunt. ophthal-
mia, parotis, angina, parulis in gingiuis, aliæque ex partibus nomina adeptæ.
Est & alia minus exquisita, cuius non syncerus est sanguis, sed aliorum quoque
humorum particeps. Hinc sunt phlegmone erysipelatodes, œdematodes, &
scirrododes.

Phygethlon phlegmone est in adenum locis emergens, maxime uero in cer-
uice, in aliis, aut in inguinibus: Latinis Panus appellatur. Sed & qui in inguine
nascitur, peculiari nomine bubon nuncupatur. Similibus ex causis ortuque si-
mili ac phlegmone nascitur, iisdemque signis innotescit. Ferè autem fit
aut post febres, aut post dolores partis alicuius, qui fluxionem proritant in
adenes.

Phyma tumor quoque adenum est, simplici phlegmone atque phygethlo ali-
quanto minor ac planior, minusque rubens ac dolens. Non enim è puro san-
guine proficitur, sed ex eo cui pituitæ quiddam sit admistum, ut sit phlegmo-
ne œdematis particeps.

Carbunculus ex sanguine originem habet, non eo quidem tenui & laudabili
sed

sed crasso, ac nigro, calido tamen feruente atque corrupto. Hic in quamcumque
partem inuaserit, eam mox exurit, pustulas circum se ardentissimas acceri-
masque; ciet: tandemque ardoris uel crusta uel nigra uel cinerea obducitur. Huic
partes uicinæ longo sæpe tractu consentiunt, caloris dolorisque particeps: ualida
da quoque febris accersitur. Inflammata pars nunquam suppurat, sed feruore
exusta corruptæ carnis lobum tandem excutit, quo excidente ulcus cauum for-
didumque, manet, hocque uno maxime à cæteris seungitur tuberculis. Carbu-
culorum alius simplex, qui è solo ardore simplici que putredine nascitur, alius
malignus, qui his etiam iungit uenenatam qualitatem: talis in pestilentia graf-
20 satur, de quo plura proprio loco diximus.

Furunculus dothien Græcis appellatus, tuberculum acutum cum inflamma-
tione ac dolore, ouum columbinum magnitudine non excedens. Phymate ex-
ergo minus est, sed acutius, rubentius, ac dolore grauius. Phlegmones uerâ spe-
ciem exhibet, sed eius exigua, & quæ uix infra cutem descendat, atque subie-
ctæ carnis minimum comprehendat. Suppurat furunculus perinde atque phle-
gmone, hincque à simplici carbunculo discernitur. Fit autem non quemadmo-
dum phlegmone è probo sanguine qui in particulam uel quadam irruat: sed è
crasso & uisioso, non perinde tamen atque in carbunculo exusto, quem à reliquo
purior natura secerens tanquam inensum & inutile in corporis summa pro-
pellit. Quocirca ut phlegmone multitudinis, sic furunculus cachochymix sobo-
les est: raroque fit ut hic solitarius erumpat: sed ferè multis corpus scætet atque
inquinatur.

Epinyctis. Callo pustula est pessima, sub rubra ac quadamtenus liuescens, que
uociu potissimum affligit. Sponte exulceratur ex eaque subruenta fanies ema-
nat. Unde & speciem habere cognoscitur carbunculi, causamque similem, sed
quæ nullius particeps, lenior existat quemadmodum & eius pustula
carbunculo minor. Terminthus huius quoque generis est, ex feruido præassatoque
sanguine proripens. Epinyctis par quidem magnitudine, sed cui pustula incubit
nigra ac rotunda, quæ ardore in squamam abit. Ephymata etiam si pestilentia
30 conditione sequantur, ex sanguinis tamen feruore prodeunt & extuberant: ne-
que manifesta sit pituitæ permistio. Tempore concoquantur & albescant, co-
ram materia in pus iam conuersa, quæ tandem & in squamas siccescit.

Tumores, tubercula, atque pustula ex pituita. Cap. III.

UT paruita alia tenuis, aquosa, aut mucosa existit, alia crassa & glutinosa,
cuiusmodi est quæ vitrea aut gypsea appellat: ita necesse est varios ex hac col-
lecta nasci tumores. Ac primum quidem œdema tumor est frigidus, laxus ac
molli, doloris expres. Nec calor nec rubor, sed uel genuinus uel albidus dum
taxat color inest: tumor sæpe magnus & qui presso digito, uel nullo uel exiti-
guo dolore cedit. Est autem duplex: vnus collectus & circumscriptione defi-
nitus, qui proprie ac simpliciter œdema nuncupatur, alter diffusus & expan-
sus, qui rectius tumor est œdematosus. Hic ex crudiore pituitosoque sangui-
ne aut iecoris aut asumptorum uicio progignitur, qui in narrantas partes illap-
sus, nec in eam substantiam conuersus, sensim cumulatius redudat partemque; tumore
distendit, ac ferè retinet premētis digiti uestigiū. Ita sanè in tabe, in cachexia,
& in leucephlegmatia, modo pedes, modo reliquum corpus omne tumidū ena-
dit. Veram autè & exquisitum œdema non ex sanguine pituitoso, sed ex pitui-
ta fit superuacanea, quæ solum uel aquosa, uel mucosa sit, undecumque illa
Ecc in affectam

δδθθθθ

ηεπινυκτις

ετερμινθος

τω εκδυματα

το σιδημα

επινυκτις
οδθθματα

in affectam partem deferatur. Ferè tamen è capitis destillatione huic origo est quæ sæpe in genua, interdum in humeros aliasque partes decumbit.

ὄγκος ὑδα-
τώδης.

Huc pertinent aquosi tumores, quibus vel aqua citrina, vel sanguinis ferum comprehenditur: quod genus hydrops ascites, hydrocephalon, hydrocele, & quicunque horum similitudine sub cute prominent.

ὕσπεδαι
ἢ φουσκώ-
λη.

Finissimi his etiam sunt flatulenti tumores, in quibus uapor aliquis flatus ve præter naturam concluditur. Huiusmodi sunt hydrops tympanias, tam ex flatulentus, & quicunque aut sub cute, aut sub ossium membranis, aut in musculis excolleto uapore attolluntur. Hi admodum raro usu veniunt, uixque postest solus flatus citra humoris permissionem colligi. Tumor indolens est, nisi quum membranas magna uia diuellit atque distendit, cedemate mollior minus que renitens, nec prominentis digiti uestigium retinens.

ὄσκιρρος.

Scirrhus tumor est præter naturam durus ac renitens, concolor & indolens. Duplex is est unus uelut incipiens nec confirmatus nec legitimus in quo præfeso, doloris sensus inest: alter confirmatus & exquisitus, qui omnis doloris omnisque sensus est: expers. Vtriusque materia est crassus uiscosusque humor, qui particule impactus in eiusque spacia insertus ita obduruit, ut non nisi ægre solui dissiparique possit. Hic autem humor aut statim tumoris initio talis existit: ut quum uel pituita uitrea atque gypsea, uel naturalis melancholia quæ sæx est sanguinis, in parte aliqua seu fluxione, seu congestione cumulat. Aut ex male curato erysipelate uel phlegmone talis euasit, ut quum eius materia immo-
20
dice refrigeratur & adstringitur, aut diaphoreticis dissoluta tenui portione crassior subsistit ac manet. Ut enim iccoris scirrhus ferè omnis qui ab ictero relinquitur, ex bile sensim crassescente, fit ita & nonnunquam in externis quoque partibus eandem habet originem.

ὄγκος
γλῆος.

Ganglion tumor est concolor durus renitens & indolens, nisi quoddam uehementer pressus stuporis sensum exhibet. Oritur circum neruos & articulos, sæpe in carpo ex crassa lentaque pituita, uel ex naturali melancholia, quæ in eam duritiam concreuit. Qui extra articulos neruosque necnon extra adenes passim exoritur, discriminis gratia quibusdam nodus appellatur. Huius generis est bronchocele, nostris hernia gutturis appellata, inter asperam arteriam cutemque congesta: non ut plerisque uisum est ex immodicis et moribus, aut ex po-
30
tzu aquæ ex liquefactis niuibus, quæ Alpinis aliisque montanis in usu est: sed ex crassa lentaque pituita, quæ eo sensim è capite eiusque partibus externis per auras posteriora deuoluitur.

ἡ δ' ἰνὸ σκίρ-
ρωμένους.

Glandula est adenis tumor obduratus, a nodo ganglio uel solo situ distans. Hæc enim è solis adenibus, ille è neruis aut articulis emergit. Quumque adenes
40
varie sparsi sint in omne corpus, maxime ad uenarum arteriarumque diductiones, in multas quoque partes glandulas incidere solent, quibus nonnunquam corpus uniuersum (quod multa pituita recundaret) scaterere deprehendimus. In hoc etiam genus pertinet parotis frigida, buboque, frigidus. Glandularum alie resoluuntur, quarum humor non admodum crassus sensim digeri dissiparique possit. Alie suppurant, fauceque & erumpente pure in abscessum. Er hæc quidem sanguinis caloribus que sunt participes. Alie duræ persistent uerè scirrhii speciem adeptæ, earum origo è gypsea pituita est: alie ubi inueterata uerunt contracta tandem malignitate in uiculis desinunt: illæ strumæ simplices sunt, hæc uero exulceratæ. Vehementer quidem duræ sunt strumæ, & proprijs membranarum glandulæ omnes obuoluntur, sed earum materia acrior tandem euadens, adenam ipsum, circumstitam carnem cutemque excedit, uiculusque efficit e malignum, serpens & ex-
dens.

ἡ παρωτίς.

ἡ χιρρὴ
ἡ δ' ἰνὸ σκίρ-
ρωμένους.

dens. His sæpe ortus est in ceruice, in qua plerumque longa serie dispositæ glandularum mole cernuntur. Hinc & nonnunquam impectus aut in alas, aut in manimas proropunt. Denit autem earum materia è capitis parte externa, per ceruicis tendones & adenes: idque sensim ac lento ad locum cursu, ut sæpe obscura sit origo. Ea uero materia non simplex pituita est, sed que iam caleris uel ac putredine excandescens acrimonia conquirat. Quod si pituita atra bilis permissione ferocior fit, struma carcinomatis uim & conditionem emulatur, nuncupabiturque struma carcinodes.

ἡ λευκὴ κατὰ τὸν χιρρὸν.

Cancer, tumor est durus rotundus, inæqualis, uenis quandoque in ambitu
20
turgidus, colore liuescens aut nigricans, dolore, ac interdum calore grauis. In qualibet corporis parte nasci solet, in ore, in oculis, in uulua, in colic: in ano: at maxime in foeminarum mammis, quæ quia fungosæ & inanes, illius materiam prompte excipiunt, sed & in eas tum è capite, tum ex uero fœtibus est decursus. Huius obscura sunt rudimenta, ac plerumque tumor exoritur: ciceris magnitudine cum dolore & calore quasi ferientis candentis actus, interdum etiam dolore nullo. Hinc fabæ, deinde iugulandis & oui magnitudinem æquat, dum tandem in ampliorem molem attollatur & increfcatur. Quum iam illius materia aut uetustate aut errore uinendi, aut medicamentis incalcescit, dolor calor que citra inflammationem uehementior exercet, pars conspicua liuescit: aut
30
nigricat, uenæ in ambitu crasso nigroque sanguine nonnunquam turgent. Huius continens causa est bilis atra sanguis uel feruidus ac retorridus: sæpe ex suppressis menstruis aut hæmorrhoidibus, nonnunquam ex quartana febre cumulatus. Quo pigrior & ignatior humor est, hoc mitiorè cancerum insert: grauiorè uero quo is calidior acriorque fuerit. Ille nisi irritatus excandescat, diu citra perniciem consistit. Hic uero coerceri uix potest quin breui exesa cute se detegat, fiatque cancer exulceratus. Tum quidem corruptæ carnis speciem tumor exhibet, cum fœtore, cum sordida illuue, horrido aspectu, labris præduris & in uersis. Ex eo sanies tenuis, nigra aut fulua manat, uapor expiratur cordi, ori, cerebroque; grauis, febris assidua eaque; lenta inest, frequens animi defectio, quum præsertim cancer mammis inhæret: exesis uenis sæpe sanguis profunditur, & ni
30
si malignitate ocyus interimat, longe lateque proreperit.

ἡ σαγέδα
να.

Cancrum proxime imitatur phagedæna, uiculus quidem non cutem modo, sed & subiecta queque depascens & erodens. Huius etiam origo est ab atra bile maligna aut ab æruginosa, de qua inter ulcera tradetur.

τὸ σάρκινον.

Sarcoma carnis est incrementum tuberculi tumoris uel speciei. Non ex humoribus cuiusquam sit affluxu, sed ex solo partis alimento. Hæc enim quia aut intus aut foris exulcerata, est ni cohibeatur, assiduo alimenti accessu diffunditur atque luxuriat: sæpe etiam uenarum & arteriarum instar ductus producit per quos alimentum sumat. Sic in male curatis uicibus sæpe excrefcit caro, sic polypus naribus
40
contusus, sic epulis in gingiuis ad dentium radices, sic ficus in ano. Sic demum et integra cute quæ subiecta caro cõtusa ruptaque est, ingens tumor sensim exurgit, qui & cæterarum partium more alimentum capessit, nullo quidem dolore, sed exquisito sensu & naturali calore. Hic in quauis parte, sed frequentius in ceruicis, alarum, inguinumque, adenibus prouenit, quorum circumscripita caro non facile potest amplificari in tumore. Simile ferè ortu habet atque phlegmone, distat uero quod non affatim, sed sensim sanguis accedat, & quantum accedit, in alimentum absumatur atque luxuriet.

ὁ σαρκῖνος ἢ ἐπὶ τοῦ ἡ σφύκτος ἡ σκίρρος.

Huc fortasse casum affinitate pertinebunt: uarix & aneurysma. Varix uenæ immo dica est dilatio: in cruribus quam in cæteris partibus frequentior. Quumque uena impletur multo crassoque sanguine pars aut liuida aut
50
Eccè 1 nigra

ὁ χιρρὸς.

nigra apparet, atque etiam tumet, sed sine dolore: pressus tumor protinus cedit moxque redit. Fit autem ex istu, ex contusione, ex nimio conatu, ex labore & peregrinatione: interdum ex plethora, ut plerisque mulieribus veterum gerentibus. Ancuryfima arteria dilatatio est spirituosus plena sanguine. Id interdum in externis partibus existit, in manibus, pedibus, circa iugulum atque pectus: hoc a varice distans, quod magna, turgida ac saepe molesta pulsatio insit. Presso tumore, quae intus est materia prompte subterfugit. Fit & nonnunquam in interioribus arteriis, maxime sub pectore, circa lienem & mesenterium, ubi vehemens saepe pulsatio animadvertitur. Credi vix potest quod nonnulli comminifcitur per hos affectus ruptam apertamque esse venam aut arteriam. Si enim sanguis e vena aut arteria profiliens, non amplius illis contineretur, mox corruptus putresceret, tumorque fieret generis diuersi.

Externi affectus et pustula a bile.

Cap. IIII.

τὸ ἐρύσιπτε λαι.

ERYSIPELAS, ardor est vehemens per corporis summa diffusus. Nec tumore manifesto extuberat, nec partem attollit aut distendit, nec penetrat in subiectam carnem, sed late diffunditur nulla collectione circumscriptum. Quaecunque partemprehendit, vehementer mordicat & urit, color inest ex rubro flavescentes, qui pressu subterfugit, moxque redit. Dolor nec pulsans nec admodum vehemens est. Quum fluxio excutitur, horror quidem ac dein febris hominem adoritur: ac saepe quum in crura irrui, ab inguinis tumore initium ducit. Serpit id quidem herpetum more, atque priori derelicta sede, in vicinas partes sensim obrepit. Est autem duplex, unum quod simplex erysipelas. Celso appellatur, solo rubore & ardore, nulla exulceratione molestum. Alterum quod eidem sacer ignis nuncupatur: estque exulceratum erysipelas. Huius duae species sunt, vna quam summa cutis sine altitudine exulceratur, in qua & crustulae instar furfuris excitantur: altera cuius exulceratio altius in cutem penetrat, e qua ruptis pustulis purulenta sanies exit. Simplicis erysipelatis origo est e feruente tenuique sanguine, qui biliosus appellatur: exulcerati vero ex eo cui bilis superuacuae eiusque incalcescentis nonnihil sit admistum. Is e venis tenuioribus propulsus nequaquam in carne subsistit & haeret, sed tenuitate in cutem fertur & euolat, quae densior & compactior hunc retinet cohibetque. Quumque tenuis sit humor facile dispergitur, neque in conspicuum tumorem se attollit. Genus hoc uniuersum exquisitum est erysipelas: quod uero phlegmonodes appellatur, tumentius quidem, sed minus feruidum existit, multoque minus oedematodes.

αἰφλὸν ταινακαί φλυκτίδες

Huc pertinent phlyctenae & phlyctides Graecis nuncupatae. Repente emergunt subitani humoris copia distentae, bullarum modo lucidae atque iis similes quae ab aqua feruida, vel ab igne ambustis erumpunt, non manifesto tamen dolore graues. His ruptis humor excidit, crustulaeque obdurescunt, dum sanescant. Has constat non nisi ex feruentissima bile gigni, quae ignem uiribus suis adaequet, ut non idcirco praeter rationem illas vulgus ignem syluestrem appellarit.

His proxima est papula. Est autem ardor cutem serpentibus minimis pustulis exasperans ac rodens, Graecis herpes appellatur. Ea quidem duplex, vna simplex quae herpes est miliaris, altera fera, quae herpes exedens nuncupatur. Papula fera ruptis pustulis veram cutem exulcerat, rodit atque depascit, serpit, in latum atque in altum, ex eaque vicuscula manent arida. Papula simplex

plex & mitior summam cutem exasperat, & sub vna epidermide consistit exiguas illic pustulas excitans, quae minimum extant aut prominent, milio haud abfimilis. Vtraque in uicina quasi in orbem quoquoersum serpit seque diffundit, ac plerumque medium sanescit extremis longius procedentibus. Papula exulcerata erysipelati summe affinis est, ut id citro nonnulli in genus idem confundant: hoc tamen discriminis intercedit, quod erysipelas conspicua fluxione derepente emergit, herpes vero seu papula sensim multoque tempore, nec conspicua fluxione efflorescit. Herpetis pustulae aridae sunt, e quibus ruptis nec sanies nec pus exit. Erysipelatis uero magna, exulcerata & humidae, quae saniosum pus effundunt. Herpes pruritu, erysipelas dolore ac ardore torquet, 10 Omnis papula diuturna est, prorsus febris expers, nec nisi tempore sanescit, erysipelas uero ferè cum febre est praecipit & quod breui uel sponte soluitur. Vtriusque herpetis materia continensque causa, bilis est sincera, superuacua ea quae ardentissima cuiusmodi prassina uel æruginosa, quae sensim nulloque fluxione impetu e venis expurgata, tenuitate partes omnes praecipueque carnosas transgreditur, dum densiorem cutem attingat. At uero crassior ea atque glutinosior est, quam in erysipelate ac proinde diutius atque tenacius in cute haeret ac subsistit. Quae igitur glutinosior fuerint simulque acrior, in cute tota remoratur pustulasque mouet, quibus ruptis exulcerata cute, papula fera emergit. Tenuior uero cutem etiam penetrat, coarctaturque in sola epidermide, quam si sudoris modo nequeat transire, erodit & pustulis intercurfantibus exedit.

Impetigo, cutis est asperitas dura ac sicca cum ingenti prurigine. Ea autem a scabie distat quod sicca sit & omnis humoris omnisque saniei expers. Ex siccis enim pustulis fit, scabies uero ex humidis. Huius quatuor sunt species, una admodum simplex, qua cutis rubra, dura, exasperataque uehementi pruritu roditur: at haec simplici pruritus nomine continetur. Oritur ex bile, aut ex pituita tenui, quae tamen putrida sit aut salsa & quae sub vna epidermide coarctatur eamque exedit. Altera est vera impetigo, lichen Graecis nuncupata, quae asperior pustulis maioribus emergit, acrius corrodit latiusque procedit. Haec saepe ex neglecta papula fit, ferèque ex ea quae papula fera nuncupatur, & quae nisi mature sublata sit in lichenem vertitur, hic deinde in psoram, psoraque in lepram. Lichenis materia, est bilis ardentior, aut pituita putris ac salsa, non tenuis illa quidem, sed quae crassitiem aut ex se aut ex aliorum per mistione contraxit. Tertia species est Graecorum psora (haec enim a scabie longe est diuersa) qua cutis crassior, siccior, durior, tumentior & serpentibus pustulis asperior euasit: his uehementer roditur & exeditur passimque finditur, ex se furfura caeae quaedam nigra excutit. Huic originem dedit atra bilis in cutem effusa, e qua digeri uix potest: ægre si quidem hoc malum sanescit. Quarta species est lepra Graecis nuncupata, omnium sane deterrima. Ea cutem uehementer rodit, alte depascit atque findit: ex qua non solum furfures, sed & squamulae decidunt, modo pallidae, modo subnigrae: nullis haec cedit remediis, & de eius curatione vulgus diuos implorare solet. Nascitur ex bile atra cui etiam crasse lepraeque pituita salse quiddam sit admistum. Hincque non epidermidem solum uerum etiam totam cutem prehendit ac obsidet. Quodcunque psora leprave inquinatum sit corpus, sensim id tabescit & absumitur.

δλαιχμήν.

δκησιμός.

ήψώρα.

ήλίπρα.

De

De pustulis.

Cap. V.

τὸ ἐκφυμα

ἢ ἐφελίς.
τα ἐκφυμα
ματα.

ἢ δρῶα.

αἰ ἐφελίς
δός.

Ἐυφράς.
το κριση.
δ ἀχάρι.

ἀκροχόρ-
δόν.

μυρμακία.
ἦ λος.

CUTIS admodum frequens uitium est pustula, cuius appellatione comprehenditur quicquid rotundo schemate leuiter in cute exuberat. Eius duo genera, vna est humida, e qua rupta uel humor uel sanies uel pus emanat: altera sicca humoris nihil profundens. Humidis continentur hidrea, ephelides phlycten e seu phlyctides, epinyctides, & quæ ex his ruptis fiunt scabiei genera. In siccis numerantur exanthemata quædam, pruritus, deinde & vari & verrucarum genera.

Exiguæ & aquosæ pustulæ sunt hidrea, id est sudamina. Emergunt repente sparsim toto corpore, sed frequentius in manibus pedibusque milij. magnitudine, aqua plenæ, sine rubore, sine vilo dolore. Fiunt enim ex sudoribus sub epidermide coarctatis, per cuius spiracula ij digeri minime possunt: vnde a quibusdam sudorum papulæ nuncupantur.

His aliquanto maiores sunt ephelides, pustulæ quidem in ambitu rubræ ac feruidæ leui dolore, e quarum medio rupta bulla aut vesica, albus humor instar lactis exit, scabiesque succedit. Fiunt autem ex feruido impuroque sanguine sub cutem effuso.

Scadics aspreudo cutis est, seu leuis exulceratio pruriens aut interdum rodés. Fit autem ex humidior quauis pustula, siue pallida, siue liuida, siue nigra sit: quæ rupta vlcusculum in cute profert humidum, aut etiam interdum expurgata sanie aridum, idque modo cum pruriginè sola, modo cum leui rubore in ambitu, cumque calore ac dolore. Ex resiccata sanie crustula obdurefcit, qua sæpe vlcusculum obducitur. Vt autem pustularum, ita & scabiei species multæ, humoresque multi ac uarij earum causæ existunt, quos & dolor & color & manantis sanici species distinguit. E toto quidem corpore scabies erumpere solent. sed ex capite pestilentiæ, quæ idcirco peculiari nomine sunt insignitæ. Appellantur autem psudracia, fauus, & manantia capitis ulcera. Fauus, qui Græcis est ceriô saniem amplis foraminibus emittit mellis crassitudine. Vlcus manans, quod Græcis est achor, glutinosam saniem angustis foraminibus eruclat. Hæc scabiei genera ab ea simplici capitis scabie distant, quæ summam duntaxat cutem obfudet. Hinc autem cerion & achor dignoscuntur, quod euulsi capilli radix crassa in primis est, lento crassoque humore obsita. Causa est nitrosa salsaque pituita aut melancholia, sub cute maligne putrescens, quæ quoniam capillorum radici multa inherefcit, & capitis quàm ceterarum partium cutis densior est, ex ea de tergeri aut elui tota uix potest. Quocirca ulcus ægre sanescit, atque ex humoris pernicio in primis contagiosum pueris existit.

Verrucarum genera licet exigua sint mole, quod tamen fœda sint ac plerunque molesta, in morbis haberi debent. Verruca pensilis, quæ acrochordon Græcis appellatur, parte quidem summa latior, ima uero quæ ad cutem est tenuior, qua quasi pediculo innititur. Exquisite dura est & aspera, cuti con color. Altera thymium dicta, & colore thymi florem representans, ad cutem etiam tenuis est in summo lata, dura, & aspera, pensili minor. Hæc quidem uerrucæ raro solitarie, sæpius complures proueniunt, maxime in palmis pedibusque puerorum. Plerunque inopinante comparent, atque etiam nonnunquam subito disparerent. Verruca scissilis, quæ Græcis est myrmecia, humilior est thymio, lupino uix unquam maior, dura, stabilis, latiore basi, radices alte exigens dolorem citæ. Clauus ut scissilis uerruca, in cute eminet, albus, rotundus, collo-

10

20

30

40

fus, parte summa clauorum capiti similis, sed prædura solidaq; radice intro se insignens, quasi ex ossium membranis emergat & e. pullulet. In digitis plantisq; pedum ex calcei pressu aut intertrigine nasci solet: acuto interdum dolore sponte feriens, semper uero ingrediti molestus. Callus colore atque substantia clauo similis, obdurata est summa cutis ex labore, in palmis aut in inferioribus pedum plantis succrescens. Nullam tamen radicem alter demittit, ac pro inde profusus est doloris exers.

τὸ ἄλλωμα.

Macule. Cap. VI.

10

20

30

40

CUTIS etiam vitia quædam nihil prominent, sed æqualia manent nulla asperitate: huiusmodi sunt maculæ quæcunque alieno colore hanc scedant: ut vitiliginis species, lenticulæ, ecchymomata, sugillata, stigmata, uibices. Vitiliginis tres sunt species: alphas, melas, leuce. In his cutis scedatur, dispersis maculis, neque continuatis, neque coherentibus, sed quæ sedem mutât ac serpunt. Sub his sensus aut omnino perit, aut multo stupidior euadit, ut ne si cutis scalpatur, & interdum ne si acus quidem leniter inagatur, percipiatur. Alphas albo, melas nigro colore velut umbra inscit: atque in summam duntaxat cutem occupant. Leuce albo etiam, ut alphas colore describitur, sed altius descendit cutemque totamprehendit. In hac pili excidunt, aliique albi ac tenues succrescunt lanugini similes. Confirmata leuce perfectione nusquam rubescet, neque adacta acu sanguis, sed aquosa duntaxat sanies exit. Videtur præterea & interdum vitiligo quædam rubro, fusco, aut liuido colore, cuius sensus aut perit aut stupidior est, hocque genus vniuersam iuniores malum mortuum appellant. Hæc vitia peculiararia iis sunt, quorum malus est habitus: omnium quippe efficiens causa est humoris impuritas. Alphi quidem; & leuces crassa glutinosaque pituita, melanos bilis atra, ceterorum humor fædo coloris contentaneus.

δέρματος
σπίλος,
καὶ κηλίς.

ἢ ἀλφός.

λίκμη.

ὀφείβης.

Lentigo in facie potissimum & in manibus, nonnunquam in pectore emergit lentis magnitudine, colore fusco, crebris quasi guttis dispersa: his familiaris qui russo sunt pilo. Interdum hyemeque præsertim sponte delerur, ætate reuifescit ac crebescit. Accidunt & partibus ceteris maculæ maiores, palmæ interdum magnitudine, colore etiam fusco, & quæ quibusdam temporibus & oriuntur & desinant, quæ quoniam naturæ eiusdem sunt, in id quoque genus pertinent. Has autem constat ex melancholico succo nasci, qui e visceribus in cutem sit effusus. Interdum etiam peculiari cutis uirio & affectu contrahuntur, quo illius alimentum, etiam si purum sit, corrumpitur alienumque colorem subit. Cutis enim extrinsecus infecta suum pariter cibum mutat, quæmadmodum & maculæ ab ortu primæque conformatione, ut signa quædam nobis, inultæ, nulla possunt ratione deleri: & si nonnunquam obsecurantur, tempore tamen uifescunt, aliæ quidem cum maturis fragis aut cerasis, aliæ vindemiarum, aliæ alio tempore, alioue cœli itari. Quinetiam ut exanthemata, ita etiam aliæ quædam maculæ venenatæ qualitate contagione sine pustulis eflouescunt, tum colore tum figura variæ: atque etiam interdum inaudite: idque uel aeris inquinamento, uel hausti ueneni pernicio, uel virulentæ bestiæ morsu: quæ non nisi extincta venenata qualitate deleri possunt.

Ecchymomate quoque cutis scedatur, hoc enim est sanguinis per cutem effusio atq; cœcretio Effunditur aut e tenuibus exilibusq; uenis in cutem sparsis, quæ ob sanguinis copiam aut tenuitatem aut acrimoniam, uel anatomosi, uel diapedesi reserantur

τὸ ἐκχύμα.

τὸ πελίωμα τὸ μέλασμα. τὰ ὑπόπια τὰ σίμα. τὰ καὶ μὲν λωπερ. γιγγύρινα

ferantur: crebrias vero uel labore immodico, uel contusione ex istu casuue rumpunt. Ex his ergo sanguis per cutem effusus coit, modo cum leui tumore ac dolore, modo citra hæc, eiusque colore inficitur cutis. Primumque, huic, ac tunc affectio pelioma Græcis nuncupatur: deinde & nonnumquam nigrescit, estque tum melasma: utraque nobis sugillata dicuntur. His minora sunt stigmata, minoresque vibices: quales relinquuntur è flagellis.

De gangrena et abscessu. Cap. VII.

σπράγγελος

MAGNA sæpe vitia phlegmonis aliisque tumoribus succedunt, quorum non aliud gangrena peius. Est enim incipiens partis corruptio: quæ quum iam eo processit, ut pars corruptione extincta & emortua sit, Sphacelus, id est sideratio nuncupatur. Hæc in osse caries est, in carne ceterisque partibus generis non men retinet. Primum igitur coloris flos perit & extinguitur: quumque iam sphacelus est pars liuet aut nigrescit, tumida, mollis, ac prorsus cadauerosa: nec articularum pulsus est, nec dolor, sed nec sensus ullus, ut etiam sine sensu doloris alte scalpellus adigi possit. Oritur autem quum pars affecta vitali calore ac spiritu destituitur, aut quia à corde per arterias influere prohibetur, arctiore uinculo, contusione uel obstructione: aut quia insitus partis calor præfocatur & extinguitur: idque uel humorum copia: ut in magnis inflammationibus, uel ingenti obstructione quæ perspiratione prohibet, uel penetrabili frigore, uel venenata atque maligna qualitate.

τὸ ἀπόστημα.

Abscessus, apostema Græci dicunt, est collectæ materiæ in pus aut in alienam substantiam conuersio. Inflammationis quidem materiæ, quæ sanguis est, extra uenas putrescit, cuius si tanta est putredo ut nequeat ab insito calore uinci, sæpe in gangrenam transit: sin uero vincatur, concoctione in pus faciescit, eaq; puris collectio absolute est abscessus. Hic quum fit, locus tumens, durior, rubricundior, feruidior ac antea apparet, dolor incumbit uolentior, isq; pungens ac lancinans: atque si locus insignis est, febricula rigorque inordinatus non est potissimum fatigans. Abscessu iam facto mitescunt omnia, tumor in mucronem magis attollitur, excitaturque cutis prurigo. Pus enim cineri comparatur, cuius iam calor deferuit. Fiunt porro & alij abscessus ex frigidis, duris, inueteratisque tumoribus, quorum materia neque inflammatur neque suppurat. Ex his non pus, sed aliena quedam substantia eruitur, ex frigido humore concoctionis uigenta. Ita enim his apertis potissimumque inueteratis, substantiam deprehendimus similem uel grumo, uel ossi, uel ungui, uel pilo, uel lapidi, uel adeni, uel ligno, uel carboni, uel luto: ea in carnosa parte succreuit, sed nulla cysti obuoluta. Fiunt & alij quoque abscessus quorum materia cysti & tunica concluditur, atque ex materiæ conditione tres emergunt eorum differentia, steatoma, atheroma, & meliceris. In steatoma quæ extirpatur seuo, in atheromate pulsi, in meliceridi melli persimilis est, circum quamstunica uetustate obduruit.

τὸ ἀθήρωμα ἢ μέλι κηρ.

Hæc in reliquis partibus corporis rarissime, crebro in capite progigni solent, quod huius cutis densa materiæ diu cohibeat, dum in alienam externamque substantiam concedat. In hæc quoque genera pertinent capitis tumores, iunioribus testudo & talpa dicti, nisi quod forte distent magnitudine. Quoniam autem lenti sunt hi abscessus, ac sensim multoque tempore gignuntur, aut nullo aut obscuro dolore exercent, nisi quum forte acius suppurant.

δ κόλπας.

Sinus, uenter est & obiecta latensque capacitas expurgato abscessu manens. Quum

Quum sanguis in phlegmone, aut alia in abscessu materia putrescit, contagio ac vicinam quoque carnem, & interdum neruorum uenarumque fibras corrumpit & excidit, quæ & puris naturam subeunt, & cum pure delinuat. Proinde pure affatum effuso, necesse est intus sinum relinqui, quo id tenebatur. Quum enim pus exitum nullum habens diu coerctur ac intus subsidit, proxima quæque & adhuc sana rodendo sicuat, sicq; late sinus se fundit. Hic si in longum exporrigitur longioreque ductu pus emittit, fistula nuncupatur: est enim arcus oblongusque sinus. Hæc ex figura modo simplex, modo multiplex quasi ramulis sparsa, interdum recta, interdum tortuosa flexuosaque est. Recens sinus atque fistula carne sua circumuoluitur, cuius tandem latera ueritate obdurescant, quod pure adherente nec tempestiue deterfo atque concrecente occalescant. Hoc tanquam pariete aut uelamento sinus fistulae circundatur, qui & tum callosus appellatur.

De uulnere. Cap. VIII.

VNITATIS solutio in utranque partem tum similitarem tum organiceam incidit, estque communis utriusque morbus. Quæcunque interiorem & ex corporis uitio originè habet, aut quæ pus, putredine uel contraxit, uelcus appellatur. Nam & phlegmone aperta, & uulnus quod incuria iam sordidum ac putre euasit, specie mutata uelcus est. Quæ uero extrinsecus orta est si casum infertur, plaga aut uulnus: si punctum ab acuto telo, punctio: si collisum à re graui, in carne quidem contusio, in osse fractura: at in membrana, neruo atque uena ruptio nuncupatur. Euidentes causæ, aut incidunt ac uulnerant, aut pungunt, aut contundunt, aut multifariam agunt. Incidunt enis & quæcunque longiore sunt acie. Pungunt pugio, sica, sagitta, animalium morsus, & quæcunq; mucrone sunt prætenui. Contundunt caufas, uiolenta incurfio, motus uehemens, uociferatio. Multifariam agunt, uenabula, reuisa tela, & quæcunque uulnerando contundunt. Hinc igitur tres primæ sunt solutæ unitatis differentie, uulnus quod partis est mollioris, ut cutis, ut carnis, uenæ, arteriæ, nerui, aut membranæ. Punctio uero uniuscuiusque partis perforatio. Contusio seu collisio, mollioris partis frequens interior diuisio, externa facie integra. Durioris uero partis ut ossis quod irruenti corpori duro non intro cedit nec in se compellitur solutio, fractura est. Tensarum uero partium, ut nerui, membranarum, tendonum, uenæ & arteriæ, ruptio. Hæc quidem simplicia sunt solutæ unitatis genera, ex quorum commissione composita emergunt. Vniuscuiusque multæ rursum species existunt. Nam uulnus aut simplex est aut cauum. Hoc ita appellamus in quo propriæ substantiæ portio quedam perit. Simplex rursum aut sum mum est, quum cutem solam occupat, aut profundum quum in carnem in aliaue subiectas partes infigitur. Longum aut breue, magnum aut paruum, atque in his non longitudo sola, sed altitudo quoque & latitudo spectanda. Rectum uel obliquum, æquale uel inæquale, ut quod parte una summum est aut angustum, altera profundum aut latum. Singule eiuſmodi differentie tum sensibus præsertimque visu atque tactu, tum intuentis causæ animaduersione inter nosci solent: neque (quum coram sint & in conspectu positæ) alia de se indicia postulant. Sed tamen causæ quæ uulnus influxit, & materia, & figura, & magnitudo, & uires æstimandæ sunt. Materia aut lignea est, aut arundinea, aut terrea, aut græca, aut stannæ, aut plumbeæ, aut corneæ, aut nitreæ. Figura aut acuta, aut obtusa, recta, curua, angulosa, sulcata, aut spiculis alata. Magnitudo re-

ἢ ῥύριγγ. ΤΥΛΛΩΔΗΣ ὑπόπιον.

τραύμα. ΠΛΗΓΗ. ἢ ΤΡΑΨΙΣ. ΝΥΓΜΑ. ΘΛΑΨΜΑ. ΚΑΤΑΓΜΑ. ΡΗΓΜΑ. ΤΡΑΥΜΑ. ΝΥΓΜΑ. ἢ ΘΛΑΨΙΣ. ΚΑΤΑΓΜΑ. ΣΤΑΨΜΑ. ΚΑΙ ΡΗΓΜΑ.

li admodum varia obtingit, cuius etiam appellatione irruendi impetus comprehenditur: ut sit utrinque vulneris magnitudo conspectior. Vires eius materiae quae vibratur interdum nullae sunt, interdum aut simplici aut venenata qualitate insensae sunt: simplici ut cauterium & septicum medicamentum: venenata ut tela toxico immersa intinctaque, ut rabidi canis, serpentis aut muris aranei morsus: ut scorpi, viperæ aut phalangii aculeus. Hæc vero non amplius simplicia & solitaria sunt vulnera: quemadmodum nec quæ vel intemperiem, uel ingentem dolorem, uel phlegmonem, uel pruritum comitem habent. Hinc autem illi nosci possunt, quod symptomata quàm pro simplicis vulneris conditione grauiora suscitent, maxime vero quæ toxicorum & virulentarum bestiarum ictibus infligantur, de quibus posthac plenior erit tractatio. Nunc autem ad eas notas pergo, quæ demonstrant quæ pars in quouis vulnere plurimum sit affecta. Incisa vena, sanguis abunde profunditur, eoque abundantius quo amplior atque turgidior ea fuerit: profluit autem continenter & æqualiter nullo subsultu, sanguis crassiusculus atque rubicundus. Ab arteria vero tenuis, flauus feruidusque manat, neque is æqualiter, sed pulsû quodam & saltu: quum enim arteria se summittit copiosior exit. Nervo autem seu punctum seu cæsum vulnerato, motus interdumque sensus perit aut certe offenditur, torporque accidit partibus vulnere subiectis, dolor ingens excruciat, inflammatio partem exercet nonnunquam in gangrenam desinens febris accenditur cerebrique consensu sæpe delirium succedit. Canuulsiō quoque insequitur, idque, frequentius puncto aut quadam tenui sectio quàm præcilio nervo. Vulneratis tendonibus aut membranis quæ tum caluam, tum reliqua ossa conuestiunt, eadem signa at obscura tamen obtingunt: multoque magis cæsis articulorum vinculis. Os vulneratum si nudatum est, immisso specillo scabrum exasperatumque percipitur nullo dolore, nisi quum forte obtegenti membranae durities occurritur. Iam vero quam intus partem vnumquodque penetrans vulnus attingat, signis indicandum. Si ex capitis ictu meningens vulnus acceperit, atrocissimus dolor inest, qui & manu adductis que maxillis, & spiritus contentione exacuitur, protinus vomitio consequitur identidem ac subinde recurrens: sanguis intro effusus nonnunquam vel è naribus, uel ex auribus, uel ex oculis promanat: sensus interdum quasi attonitis obtunduntur, neruique distenduntur: nec multo post febris atque mox delirium exoritur, præsertim quum inflammatio occupauerit. Si cerebri quoque substantia offenditur, ut facile fit quum amplificatum id (ut plenilunio) omnem calig. capacitatem implet, mens labat symptomataque omnia ingrauescunt, ac sæpe cerebri portio non citra vite perniciem excidit. At si altius in cerebri ventriculos vulnus sit inflictum, aut si transfossi sunt oculi, repentina mors insequitur, perinde ac per cussio cordis: illic quippe animalis, hic autem spiritus atque etiam sanguis confertim emanat. Quum pectoris vulnus in cauum subit, expiratione flatus erumpit, atque, uel aloes, uel myrrhæ uel aristolochiæ puluere in vulnus infuso, mox amaror impartitur ori. Vulneratis pulmonibus præter hæc, expuitio spumans cruenta que fertur, spiritus difficile atque cum sono eliditur, deinde nisi repentina mors sequatur, tum febris tum marcor hominem sensim conficit. Consuiciato corde protinus extrema frigescent, morsque in propinquo est: atque ea repente irruet, si sauciatio in illius signis descenderit. Arteriis venisque amplioribus inibi dissectis magna sanguinis viriumque facta profusione, sudores frigidi foetidique exeunt mortis nuntii: Transixum diaphragma præcordia conuellit, summam infert difficultatem spirandi, delirium quoque & mentis alienatio-

alienationem, nonnunquam tussim & expuitionem cruentam, tandemque haud secus atque ictus pulmo tabem atque interitum: maxime quum parte id media afficitur, ut quæ nervosa exanguisque sit, & continenter agitetur. Extremarum uero partium quæ carne multo sunt præditæ vulnera interdum agglutinantur. Vulnerata gula nullus cibi porusve transitus est, quicquid assumptum fuerit, protinus euomitur: singultus animi defectio, ac plerumque conuulsiō distroquet. E ventriculi vulnere quod in capacitatem subit, cibus & potus erumpunt, uomitio quoque frequens est, & singultus, & animi defectio, nec ex eo diuisquam feruari potest. Dissectis intestinis faeces minime descendunt, sed in abdominis spatium illabuntur graui exorta putredine: atque plaga uel feces ipsa earum odorem fundit. Iecoris aut lientis uulnus quum per summa est, præcordia ad spinam reducit, cruentas tum uomitiones tum defectiones mouet, lateris punctiones doloresque ad iugulum quod è directo est, animi defectiones atque febrem, alui profluvia, quibus tandem quasi atrophia corpus liquefcit & absumitur. At quod altius vulnus infligitur, animi defectione frequenti sudoreque frigido mortem accelerat. E rene læso mictio fit cruenta eaque parcior, dolor ad inguina atque testes deuoluitur, urina sub abdomine collecta hydropsis quandam speciem exhibet. Eadem propemodum & percussa uesica infert, atque insuper uomitionem singultum deliria, urinaeque profusionem è vulnere, quibus & mors succedit. Dissecta spinæ medulla subditæ partes resoluuntur, earumque motus ac sensus omnisque functio intercidit, ut etiam modo sterens, modo urina, modo semen præter uoluntatem exeat. Raro autem simplex vulnus usquam consistit, sed ferè partes complures occupat atque comprehendit, è quibus & multa & uarie confusa signa existunt,

De ulceribus.

Cap. IX.

Vlcus, est læda impuraque continui solutio. Impura quidè sit, non ut uulnus sanguine, sed uel humoris uitio, uel hinc genita sanie, uel pure uel quauis alia corruptione, non extrinsecus, sed ex uulnere ipso profecta. Vulnus extrinsecus accipitur: vlcus nonnunquam extrinsecus quoque, ut quum uel septicō medicamento, uel cauterio corpus inuritur: at sepius huic origo spontanea, ex interiori uitio est. Itaque omnis efficiens uulneris causa euident est, vlcere uero plerumque interior, quiuus scilicet humor præter naturam collectus. Hic enim uel exesione ulcus gignit, uel in uulnere accepto uetustate at uae ratione succrescit. Est autem ulceris interior illa causa duplex antecedens & continens. Antecedens est corporis impuritas atque cacochymia, aut ex improbo uictu, aut ex uiscerum praua affectione contracta. Continens est, uitiosus humor omnisque corruptio in affecta parte cõsistens ac hærens. vlcus ergo solitarium existit neque illi causa affidet, vlcere sua semper comes est causa, quæ quod genuit etiam non fouet. Præcipue vlcera differentia & ex iis quæ dimanant & ex causarum uarietate statuuntur. Vlcus quidem quemadmodum & vulnus appellari licet magnum paruum, summum profundum, rectum obliquum, æquale inæquale, recens aut inueteratum, at non illius propriae sunt differentia. Ab iis autem quæ in vlcere succrescunt indeque manant species hæc sunt: vlcus saniosum, virulentum, sordidum purulentum atque uerminosum. Est autem sanies omnium quæ deluunt tenuissima, minime glutinosa, subibida aut subrubicunda. Quod hac crassius existit, si blutinosum quo-

το ἔλασ.

ἔλασ.
ἰχαιρῶν ἢ
ἰσῶ δ' ἐσθῦ-
παρόν, πῦ-
σῶ δ' ἐσθῦ, σκῶ
ληκίῶν.
ἰχαιρ.

36.

3705.

σκαλιπες.

κακόςθες.
ελλος.

νομωδες.

φαγέδαια.

κακόςθες
δυσίατα
τηληφεια
χερσωνια
ελλακη.

que est, siue Græcorum ichor sit, siue meliceria, nostris uirus appellatur: pus-
troque crassius est & albidius: minime tamen glutinosum aut coherens: hoc
ex ulcere exit iam sanescente, sanies ex incipiente atque crudo, uirus ex mali-
gno. Vnumquodque autem uiriosum habetur, si multum, tenue, dilutum, li-
uidum aut nigrum, mali odoris & acre: tolerabilius uero si omnia obtineat cõ-
traria. Sordes hisce omnibus crassior glutinosiorque est ac minime profuit, sed
ueluti concreta adhærescit uiceri. Vermes tum fordis tum putredinis soboles
sunt, solentque in neglecto ulcere procreari.

Vlceris porrò differentia ex continente causa hæ sunt: vlcus phlegmonodes
erysipelatos, œdematos, & carcinodes: dein exedens, cacoethes & putri-
dum. Nam interdum ad apertum quodam tumore sit vlcus, interdum citra tumo-
rem ex humoris partisve corruptione. Ex tumore sit phlegmonosum aut erysi-
pelatosum aut œdematosum aut canerosum, quod & cancer dicitur exulcera-
tus. Sine tumore uero vlcus sit exedens, quod partem cui insidet assiduo exca-
uat exteritque. Quinetiam depascens (Græci nomodes appellant) quod non
solum affectam partem excauat, sed & uicinas quoque integras absumit & qua
si depascendo depopulatur. Huius quoque species est phagedæna, serpens qui
dam vlcus & obambulans, sed solam cutem, non autem subiectam carnem ro-
dens ac depascens. Omnium causa est biliosus, acer & mordax humor, a-
lias crassius, alias tenuis confertim in partem effusus succedunt ea herpe-
& erysipelati, interdum & vulneri quod acrius medicamentum exasper-
rauit.

Ab his sunt vlcera cacoethe, id est maligna & ægre sanabilia, quæ etiam quæ
difficile ad cicatricem ducuntur Græcis dysepulota nuncupantur. In hoc genere
sunt Telephía atque iis ueteriora Chironia. Ea ferè magna, non tamen putri-
da sunt, neque tetrum odorem expirant, neque depascunt, neque dolore ex cru-
ciant: sed oras habent tumentes, præ duras atque callosas: proinde non facile
sanescunt, cicatrice interdum obducuntur tenui, sed quæ mox dirupta vlcus re-
nouat exulcerato cancro ferè similia, nisi quod tumore nullo obsidentur in am-
bitu. Horum præter vulgare humoris uitium, cæca quoque malignitas causa
statuenda quæ uix abigi profligariue potest. Talia ferè ex pestilentia relin-
qui solent.

Putridum vlcus proximum his est in quo non id solum quod exit sed ipsa
quoque vlcis caro computruit, atque mollis, glutinosa & cadauerosa iam red-
dita tetrum grauemque odore exhalat. Hoc nisi coerceatur plerumque in
sphacelum deducit. Oritur nonnunquam ex sola humoris pernicie, sed hinc ta-
men frequentius quoddam partis insitus calor uel ab arteriarum obstructione, uel
alia quauis ex causa sit extinctus, neque iam possit partis substantiam & inte-
gritatem tueri. Vlceris igitur cuiusque species eiusque continens materia tum
ex iis tum ex eorum quæ dimanant substantia atque colore, tum ex orarum du-
ritia uel tumore uel colore noscenda.

Ad hæc uero ut perfectior instituat curandi ratio, causam quoque vlcis
antecedentem, & quicquid in illius ambitu consedit etiam atque etiam circun-
spicere oportet & accuratius explorare. Multa enim plerumque circumstant, si-
ne quorum animaduersione nequeat vlcis sanatio compleri: cuiusmodi sunt
intemperies præter naturam, phlegmone, omnis tumor, varix, contusio aliaue
carnis corruptio. Intemperies deprehenditur partis colore, contactu, laboran-
tis sensu, atque remediorum usu. Tumor præter naturam quum tactu uisusque
sit obuius, seipso innotescit. Hic autem vlcis materiam pabulumque suggerit,
(ut

19.

20.

08.

40.

10

20

30

40

(ut ni prius sublatus sit) nequeat vlcus omnino sanescere. Varix quoque aut
quouis modo dilatata, uena, si in ulcus materiam eructat, id agglutinari non
sinit. Contusio autem omnisque subiectæ carnis corruptio aut uiriositas, haud
sicut ac intemperies vlcus sanari prohibet. Neque enim id carne impleri, ne-
que agglutinari, neque cicatrice recte obduci sinit, ni conuenientem natura
sua modum obtineat, Quinetiam viscerum præsertim uero iccoris atque lie-
nis constitutio, totius denique corporis habitus tenendus, quod ex bono faci-
lis ex malo habitu difficilis sit ulceris curatio: hæc ex causa hydropicorum &
ictericorum vlcera ægre sanescunt.

De ossibus fractis, luxatis, aut aliter uitiatis, Cap. X.

OSSI quoque peculiaria uitia insunt ulceri finitima: nam & continuitas
soluitur & id loco mouetur. Continuitas soluitur quum id aut uitiat, aut
colliditur, aut foratur, aut finditur, aut frangitur. Vitiatur uel quum nigrum
enatis, candente ferro uisum, a maligno ulcere, a fistula, a cancro assidente in-
quinatum: uel quum pingue & molle, uel etiam quum cariosum sit. In his
non solus color, sed & ossis soliditas perit: quæ in nudato ossè satis est conspi-
cua, in contexto uero explorari debet specillo tenui in ulcus immisso, dum os
attingat: molle si quidem & asperum deprehenditur. Colliditur atque con-
runditur nonnunquam cum nulla diuisione pars illius summa ex istu soli exa-
spertur: nonnunquam quum integra continuatione inflectitur, ut costa atque
cartilago, at uero proprie quum in interiorum partem impellitur. Hoc concu-
tum quodam modo sit, quemadmodum & aenea uasa quum illiduntur. Infantibus
& iis quibus etiamnum tenella sunt ossa, præsertim uero caluariæ, pecu-
liare hoc uitium: Tum quidem incumbens caro contusa est atque sub ea de-
pressum os cauumque tactu dignoscitur. Foratum est os quum adacto tenui mu-
rone demissoque tenui specillo undique soliditas existit. Finditur rectum &
ut lignum in longitudinem, frangitur uel transversum uel obliquum: atque hu-
ius extrema modo reclusa, modo acuta sunt, hæcque sæpius carnem uulnerant
aut neruum. Quinetiam fragmenta ab his tenuia interdum recedunt non si-
ne compunctione ac dolore. Fissum fractumue os facile cognoscitur si illius
fragmenta suis sedibus mouentur: aliud enim super aliud effertur, ac proinde
asperitas & inæqualitas tangenti occurrit, mutaturque interdum partis figura.
At nonnunquam sit ut fragmenta omnia in suis sedibus persistant, ac tum ob-
scurius est malum: nihil enim pungit, nihil resimul est, sed tactu omnia sunt
æquabilia, membroque sua figura manet. Hinc tamen conicere licet, quod pars
contacta dolet, neque suo perfungitur munere, tota intumescit ac plerumque ca-
let, euidentibus quoque ictus causæ antecesserunt. Atque hæc omnibus qui-
dem ossibus communia sunt, nunc quicquid unicuique peculiare est per-
sequamur.

Caluariam penitus frangi aut etiam findi periculosissimum, & nihilominus
cognitu difficillimum est. Quum caput uehementer percussum est re quapiam
dura, aspera atque uasta, sanguisque per aures aut per nares effluxit, & bilis uo-
mitio & uerrigo insequuta est, homoque quasi attonitus concidit, siue uoce, si-
ne sensu, magna fractæ caluariæ suspicio esse debet. At hæc certe interdum ea
nondum fracta obtingunt, concusso duntaxat uehementius cerebro. Sed & non-
nunquam sine his quosdam uidimus fracta caluaria dies circiter octo quasi mi-
nime affectus, ad consueta munia prodire, quos tamen postea ingens sympto-
matum

matum turba prostravit. Itaque quæ fracti ossis opinio est, nullum certius signum sit, quam demisso in plagam specillo id explorare. Si quid enim in ossis asperum extra suturas occurrit: fractum id ipsum est: si nihil nisi læue & lubricum, integrum manet. Interdum etiam ex malis symptomatis fractæ calvarie suspicio est, nec tantum qua parte uulnerata est, cutis, sed altera os finditur: actum circumspicius quærendum nunquam locus mollior sit aut tumeat aut doleat, in hoc quippe ruina exiit. Porro autem si malis quas dixi notis statim per initia uel mentis alienatio, uel torpor, uel neruorum resolutio uel distentio accesserit, non modo fracta, sed & depressa caluaria meninges cerebrumque premit. At si ea multo post tempore superuerit, uel ex phlegmone, uel ex humorum illuie origi-
nem trahunt. Si quid autem in naribus aduersum frangitur, siue os siue cartilago est, nasus desidit, coarctantur nares spiritusque ægre ducitur. A latere uero si quid fractum est, aut locus cauus apparet, aut nasus in alteram partem contorquetur. Fracta uero maxilla quemadmodum & iugulum, non nisi communibus indicibus deprehenditur. At costa si tota perfringitur, præter eas notas, sanguinis quoque sputum, grauissimum dolorem, spirandi difficultatem, inflammationem, febrem suppurationem vitæque periculum infert. Contusio atque depressio, eadem quoque sed leuiora multo. Quum quid uero in spina fractum est, quoniam acutum id est, utique pungit, locus concauus sit, corpusque in partem internam nititur. Humerorum atque femorum fractorum non alia quam communia signa sunt: uti neque brachiorum neque tibiarum: quæquam in his non parum ad rem pertinere considerare alterumne os an utrumque, sit fractum. Hæc de fractis ossibus, nunc de luxatis.

τα ε ε α β -
θρα μ α τ α .

Luxari os dicimus quod vel prolabitur, vel quouis modo sede sua mouetur. Id si perfecte sit & articulus profusus excidit, ossisque caput è sinu suo promouetur, uitium hoc Græci ε ε α β θρα μ α τ α uocant. Si uero os ab ossis paulum recedit, eaque inter se dehiscunt atque diducuntur, τ α ρ ε θ ρ α μ α . Vtrumque autem modis quatuor fieri solet, aut enim in partem priorem, aut in posteriorem, aut in internam, aut in externam os elabitur. Fit autem prolapsus omnis interdum ab externis causis ut ab ictu, casu & ab alijs quæ uiolenter os aut è propria sede dimouent, aut vincula disrumpunt, aut laxant, idque frequentius in pueris & imbecillis, quam in robustis. Interdum etiam ab interiore causa, quæ vincula articulosque laxat & infirmat: ut quum humor pituitosus, mucosus, ac lubricus exuperat, qui uel multitudine vincula emollit, uel lentore ossa lubrica efficit. Luxati autem omnis articuli hoc indicium est: quod qua parte os profilit, articulus extuberat, aduersa à qua recessit sinum habet: membri figura peruertitur, neque recta manet, membrum ægre in eam partem flectitur in quam os excessit, in aduersam perfacile. Et hæc quidem luxatis omnibus sunt communia, quid uero singulis accidat, deinceps dicendum. Maxilla & in partem priorem & in alterutrum latus promouetur. Quum in priorem, mentum prominere forasque excedit, & inferiores dentes longius superiorum seriem excedunt: quum uero in latus, mentum in contrariam partem contorquetur, nec dentes inferiores paribus respondent. Cervicis uerabræ si in partem internam procident, ægre tum spiritus ducitur, tum cibis uoratur, sinusque inest: si in externam præter hæc mentum etiam pectori committitur & tumor in ceruice prominere. Sic prope modum & quum in spina uerabræ, prolabantur, licet non profusus excident, ea posteriore parte uel prominere, uel exciuiantur, uel in alteram latus inflectitur, neque amplius recta illius figura manet. At uero quum toto loco mutatae sunt uerabræ, quoniam & membranae & nerui premuntur

tur aut etiam diuelluntur, præter ea quæ dixi, ex iis quæ super septem transuersum sunt, brachia atque latera aut resoluuntur, aut distenduntur, uel omnis spiritusque difficultas incidit. Ex iis uero quæ sub septo, crura resolutione aut distensione laborant, unde aut flexa aut uelina modo supprimitur, modo præter uoluntatem exit. Humerus in aliam frequentius, in priorem partem rariis, in superiorem nunquam prolabitur: si in aliam, brachium recedit a latere, neque in id adduci potest: si in priorem, brachium in posteriora facile inflectitur, Cubitus ab humero in omnem partem excidit: quum in posteriorem, brachium curuum est, neque exporrigi potest, estque altero breuius: quum in priorem, extentum id ipsum est neque incuruatur. Similis quoque luxatae manus est ratio. Femur si (ut sæpiissime fit) in internam partem prolabitur, crus totum extra porrigitur, uix alteri iungi potest, estque eo longius. Si in externam, ut nonnunquam contingit, crus totum intro spectat, estque altero breuius. Raro autem ad modum uel in priora uel in posteriora luxatur. Genu in omnem præterquam in priorem partem conuerti potest: quod signis communibus internoscitur. Hinc etiam quod perinde atque in femore nerui intendi solent. Palmæ Plantæque ossa modo in priorem partem modo in posteriorem prodeunt, atque in ea parte tumor apparet, in aduersa sinus. Digni tum manus tum pedis in partes omnes excidunt, communesque notas habent, quia neque naturalem figuram retinent, neque possunt in eam partem flecti in quam prolabantur.

His expleta atque conclusa sit Pathologia quæ est affectuum, causarum & signorum in salubrium omnium denique quæ præter naturam in humanum corpus incidunt tractatio. Quamquam autem ea in breuem quasi formulam comprehensa uideri potest, quisquis tamen acriter studio atque cogitatione singula expendat atque æstimabit, tandem percipiet nihil eorum prætermisissimè esse, quæ ad perfectam rerum & morborum cognitionem pertinent, & ad medendi usum conducunt. Præstabilia quæque uideor persequutus, minutioribus iisduntaxat neglectis, quæ nullo studio in cuiusque uel medio critere eruditi captum ac mentem uentre possunt.


Libri Septimi Physiologie, de Externis corporis affectibus,

F I N I S .

477

I O A N . F E R N E L I I
A M B I A N I T H E R A P E V T I C E S E V
M E D E N D I R A T I O .

Methodus medendi. L I B . I .



P R A E F A T I O .

Naturæ legibus esse medicina leges consentaneas.



10
20
30
40

N I V E R S A illa mundi natura, omnia conti-
nens atq; per singula meabilis, vt solis & lu-
næ reliquorumque syderum cursus & cōuer-
siones, temporumque vices & tempestatum
commutationes, atq; Oceani æstus recipro-
cationesque moderatur: ita & hanc rerum
immesitatem ordine certo & constantia re-
git immutabili. Nec verò tam sapienter &
vniuersa gubernare & singula fouere posset,
nisi diuina quadam mente architectatrice &
conseruatrice vteretur: quæ consilio & recta
ratione omnia prudenter administraret & pro-
uidenter tueretur. Hæc autem ipsius ratio, lex
est naturæ, summa quippe vis insita in natu-
ra, qua administrantur omnia atque existunt, & conseruantur singula: eui imperium quoddam cui cuncta pareant, & sine quo nec rerum natura nec mundus ipse consistat. Atque hæc quidem lex vna cum mundo nata, è summa est mære Dei que nomine perfecta. Nam, vt inquit Plato, quum Deorum fator mundum naturamque conderet, huic simul leges fatales indixit. Iam verò quicquid aut animantium aut stirpium aut metallorum genere continetur, inferiore hac mundi regione comprehensum, id peculiari quoque quadam natura (quæ sua est rei cuiusque) constat, quæ quod genuit, tuetur & regit. Hæc rursus peculia-
ris cuiusque natura, propria lege eaque stabili & rata ducitur, qua ætione om-
nes perficit, illaque tota est obediens & subiecta vniuersæ naturæ, eiusque pro-
pria lex summæ legi: vt omnia vna quasi consensione & sympathia iussis supre-
mæ legis obtemperent. Itaque quicquid habet naturæ imperium, id perpetua
constantia recte, que ratione & conuenienti lege sustinetur. Hæc si ad nostram
medicamque contemplationem referemus, quicquid in homine præter cogni-
tionem & voluntatis arbitrium inest, id omne administratur naturæ legibus.
Ad huius autem similitudinem effectum simulachrum quoddam est medicina,
quæ naturæ legem semper intuens in eamque defixa, ad ipsius imitationem, stu-
dium & opus omne dirigit, vt homini firmam minimeque morbis obnoxiam va-
letudinem conseruet & tueatur, lapsam verò & affectam erigat & in integrum
restituatur, vitamque ipsam saluam, & in columen quàm potest fieri longissime
G g g productat.



producat. Illa quidem nata aut potius æterna, hæc verò scripta naturæ lex est: illa archetypus & primarium exemplar, hæc solida & expressa quædam est eius effigies. Has nulla vis humana, nulla regionum locorumve mutatio, nulla temporum decursio peruerit: sed inuolata, itabiles, & omni seculorum æternitate immutabiles & perpetuæ manent. His vel inuiti (quia mors omnibus communis) colla submittrunt, qui omnium gentium populos sibi subiicere & legibus astringere contendunt. His imperatores summique reges parent, aut certè non impunè refragantur. Hæ legum omnium præstantissimæ, omnium gentiùm peræque communes prorsus necessariæ & immutabiles. Quum igitur sit tanta earum necessitas, tanta præstantia, enitendum omnino vt integræ, puræ & castę hauriatur è saluberrimis & purissimis naturæ fontibus: nõ ex quidem arctæ & rigidæ, sed blandæ ac mites, quæ morbis grauitè afflictos erigant, recreent & reficiant: eos verò qui earum ope medicinam nam sint facturi, magna dignitatis commendatione apud omnes extollant, hiantq; tandem suafori honorificæ, morigero & obtemperanti frugifera toti denique humano generi salutares.

Medici officium & quæ artis præstantia. Cap. I.

MEDICI munus atq; officium est curare appositè ad sanandum. Non. n. semper ægroti sanitati restituit. Appositè aut curat qui citò, tutò & iucundè remedia confert. Medicus porro remedia confert, non solum vt naturæ minister, sed interdum vt adiutor, interdum etiã vt opifex primarius. Est. n. in plerisque ars natura præstantior: vt quæ nõ solum naturã imitatur, sed & modò adiuuat, modò èt superat, ac sæpe medendo plus quàm natura gerit. Etenim humanæ vitæ moderatrix natura, cuncta quàm optimè pòt administrat, idq; assiduè molitur, vt corpus in extremam vîq; vitæ periodũ integrã, aut quã saltè ortu accipit, sanitatè cõseruet: & si qua id fortè extrinsecus iniuria laesissetur, eã pro viribus propulset. Quæcũq; aut vel tuenda sanitatè, vel morbos profligandis rectè illa gerit, imitatur consilioq; dirigit medicina, vnã sanitatè scopum agendorũ sibi proponens. Nonnunquã & morbi pernicitas impeditæ vel imbecillitate laboranti naturæ, adiutrix medicina fert opè, & manca inchoatq; munera explet ac pficit, diuturnosq; morbos plerũq; breuiores facit. Quinetiã naturã interdũ ea superat. Siquidè luxatos artus reponit, vulnerisq; difuncta labra adducit, & in alijs nõ paucis præcipuã curationis partè administrat, quã minimè natura aggredi pòt. Quorsũ quæso constituta hæc esset tot tantisq; maiorum vigilis, nisi maius quiddã & excellentius quàm natura p̄staret? Vt fabrica in auro, quæ naturalis est materia, opera magnifica & eximia insculpit superiora naturæ viribus, & architectura & lignis & lapidibus ædes tẽplaq; extruit, quæ architectari natura nunquã possit: sic & medicina nonnulla maiora, interdũ & p̄stãtiora gerit, quã natura queat efficere. Nimirũ qd natura instinctu solo, medicina verò rerũ ducatur cognitione ac intelligentia. Quum igitur oĩum quæ mũdus habet medicina p̄spectas vires teneat, internoscaturq; salutaria a pestiferis, hæc quidè longè præuidet & declinat, illa consecratur & inquirat, & ita tempestiuè adhibet, vt suis viribus exitiales alioqui morbos leniat faciatq; salutaris, quos sola natura nunquã euicerit. Iã verò medicinæ scopus sanitas est. Hæc violatã restituit sanatio, quæ mō natura ac spõte, mō arte fit. Leniores morbos sola natura plerũq; sanat, idq; p se nullo artis subsidio; grauiores sæpius arte indigent, quos nõ ipsa p se, sed adhibita curatione sanat. nã quæ arte fit sanatio, nõ nisi curatione pficit. Est aut curatione, recta atq; conueniens remediõrũ vsurpatio. Remedia dicimus quæcũq; corporis affectũ p̄ter naturã depellunt. Horũ aut recta & conueniens est vsurpatio, quũ idonea quãtitate & modo rōneq; cõ-

grua

grua adhibentur, atq; in his curatio oĩs consistit. Tria igit sunt quibus ars tota medendi constituit: remediõ genus, quantitas, & vtendi rō: quæ hoc libro accuratè p̄sequi consiliũ est. Remediõ genus vt planius cognosci percipi; possit, discernendũ vnũ an multa esse oporteat. Si vnũ, simplex ne an cõpositũ: si multa, simulne oĩa, an sigillatim, & quo quæq; ordine afferenda sint. Atq; hæc recta censenda est methodus. Quantitas rectè designabitur si constet quàm validum remediũ, quo gradu recessit a mediocri, quo pondere, quoties & quãdiũ exhibendum sit. Vtendi rō explicat per quæ loca abigendus morbus est, cui sedi adhibenda remedia, qua forma, quo morbi tempore, quæue hora. Hæc igit omnia nõsse oportet, vt conueniens fiat remediõrũ vsurpatio. Quum enim remediũ conuenienti & quantitate & ratione adhibetur, arte curatio succedit.

De remediõ inuentione. Cap. II.

MORBVS omnis contrariis profligandus: contraria. n. sunt morborũ remedia. Remedium est qd morbu depellit: quicquid aut morbum depellit, id illi vim infert: qd vim infert, contrarium est: omni rōne igitur remedium morbo contrariũ esse necesse est, oẽmq; morbi depulsionem atq; curationè contrariis perfici. Contraria multifariam dicuntur. Quæ non in qualitate solum, verum èt in quantitate, in numero, in situ, in figura, in omni deniq; genere plurimũ distant, vt calidũ & frigidũ, humidum & siccũ, durũ & molle, crassum & tenue, atq; èt magnũ & parũ, multũ & paucum, altum & depressum contraria sunt, quæ p̄priè nuncupantur aduersa. Alia contraria sunt quæ priuatiã appellatur, vt plenũ & inane, integrũ & corruptũ, continuum & solutũ. Quæcũque aut remedia contraria morbos remouere & valetudinè restituerè possunt, in hæc tria genera retulerunt medicorũ celeberrimi, quæ sunt medicamentum, chirurgia, diætã. Chirugiã in aliud tractandi tẽpus reieciimus, medicamentorum alimentorũq; vires hic tradituri. Quæ morbis aduersa dicuntur, non in mediocritate quadã consistunt, sed ab hac in oppositũ diuertunt. Quod. n. mediocre est in medio extremorũ positũ, nunquã ad mediocritatè id traducet, quod vel extremũ iam est, vel in extremũ deuertit. Nã quum illa vel permissione vel contactu cõgre diuntur, mutua actione sese obrũdunt, suasq; vires remittunt, ac neutrum oĩno in alterius naturam, sed in mediũ quiddã facessit. Itaq; quod frigidum est, non temperatis, sed calidis dũtaxat in temperiè reuocatur: quemadmodũ quod toruosum est, nisi in aduersum crebrò retorqueatur, rectum vix euadet. Hoc autè in priuantibus multo euidentius existit, inter quæ qm̄ mediũ nihil intercedit, non nisi contrariis curationè perficiunt. Rata igitur constansq; manet curã di lex per contraria. Arbitrant pleriq; medeudi summã legem cœrti, dũ morbos quosdã audiunt remediis depelli similibus. Ad eiusmodi oĩa morbo licet similia sint, eius tñ causæ primũ ac per se aduersantur, morbo aut ex accidenti: huncq; tollunt non per se, sed sublata eius causã. Sic rheumbarbarum, quãuis calidum, febrè soluit, dum ipsius materiã expurgat. Et lassitudinè exercitatio lenit, q̄ humorem per musculos effusum discutiat. Et vomitionè sedat vomitio, quæ proritantè humorè excutiat. Et dysenteria purgatio leuat, noxia materia eius efficiens causa detracta. Ad eundè p̄pe modũ frigida largã persusio conuulsionè (vt est apud Hippocratè) soluere putatur. Ceterũ nõ eiusmodi remedia hic scrutamur, sed quæ primũ ac per se affectũ summuocant. Sũt aut eiusmodi oĩa curã cõtraria affectũ verè contraria. Itaq; quũ suũ cuiq; morbo cõtrariũ sit remediũ, eadèq; sit contrariõrũ doctrina, quot certè morborũ, tot & remediõrũ gna sunt cõstitueda. Vt igit aliàs vnicus morbus est, isq; aut simplex aut cõpositus: aliàs multi existũt mō sp̄liciti, mō difiũcti: ita sanè & remediõrũ aut

Ggg 2 vnum

vnnum est, idque vel simplex vel compositum, aut multa existunt vel disuncta, vel implicita. Hæc summa remedium genera ex uno simpliciter fluxerunt. Nam vt vnnum multis, ita simplex composito prius existit. Quocirca vt ea rectè constituantur, simplicia enumeranda sunt, & in primis inuestigandi colligendiq; simplicis omnes affectus præter naturam, quicumque vel in corpore vel in humoribus alijsque contentis subsistunt. Partis quidem similis vitia & simplices affectus contra naturam sunt, intemperies calida aut frigida, humida aut sicca. Ad hæc substantiæ laxitas & mollitudo: deinde corruptio atque putredo. Eadem vitia in humoribus quoque atque in cæteris contentis, insunt, maximè vero intemperies & corruptio. Præter hæc quoque immodica exuperantia qualis in plethora, turbulenta agitatio atque defluxio, crassities atque tenuitas, durities & mollities, lentor seu tenacitas & acrimonia. Hæc enim quoties a naturæ modo longius absunt, vitiosa & præter naturam censeri debent. Instrumentorum verò vitia, quæ quidem medicamentis emendari possunt, numerari solent: meatuum leuitas & asperitas, angustia seu coarctatio, & amplitudo seu dilatatio, densitas & raritas, oclusio & apertio. Nam cætera quæ vel in figura, vel in numero, vel in magitudine fieri traduntur, aut ex enumeratis humorum vitijs obtigerunt, aut certe chirurgiam exposcunt, quemadmodum & continui solutio affectus partis vtriusque communis. Quare non alij simplices & primi affectus præter naturam consistunt in nobis, quorum sit per medicamenta curatio. Iam verò si his aduersas medicamentorum vires perferuntur, ita quidem in medendi arte omnia inter se collata e regione respondere videbuntur, ut quot affectus contra naturam simplices, totidem existant & medicamentorum facultates, parque sit affectuum atque remedium numerus. Quod & alia diuidendi ratione certius aliquando demonstrabitur. Itaque inter perietem calidæ contrauenit & opponitur medicamentum refrigerans, frigidæ exiccans, sicca humectans. Horum exagitationi sedans & reprimens: defluxioni tum inhibens tum repellens. Exuperantiæ aduersatur uacuas per uomitum, aluum, uterum, per urinas & sudores, & quod per nares aut partem aliam attrahit: & quod per cutem resoluunt digeritque: crassities *το λεπτήνωτον* attenuans: tenuitati *το παχυντικόν* incrassans: durities *το μαλακτικόν* emolliens: mollities *το σκληρωτικόν* indurans: letori *το βρωχικόν η̄ κριμακόν* detergens & expurgans. Acrimonia *το υδρωδες εμπλασικόν* illinens & glutinosum frigidum. Partium laxitati *το σωματικόν* contendens & corroborans. Corruptioni quod hanc inhibet alexiterium & alexipharmacum: putredini concoquens, suppurans & expurgans. His contraria sunt venenatum corrumpens & septicum. Meatuum leuitati repugnat *πραχύνων* exasperans, asperitati *λειάνων* leuigans. Angustiam dilatans, dilatationi coangustans seu astringens: densitati *αραρωτικόν* rarefaciens: raritati *πυκνωτικόν* densans: oclusioni *ἀνασωματικόν* aperiens: apertioni *συναπτικόν* ocludens. Continui solutioni & agglutinans & sarcoticum & epuloticum: his autem contraria sunt exulcerans, exedens, causticum & escharoticum. Omnes igitur simplices, tum affectus præter naturam, tum medicamentorum facultates summam percensuisse videor. Hæc generalis est remedium pro affectuum varietate inueniendorum ratio, atque indicatio summa, e qua medicamentorum omnium tam simplicium, quam compositorum vires peti debent.

Simplicis affectus, simplex curatio. Cap. III.

SIMPLEX affectus, simplici remedio, compositus composito propellendus.

10 20 30
 dus. Quis enim morbi, talis est & contrarij remedij conditio. Vt enim affectus alius simplex est, alius compositus vel implicitus: ita contrarium remedium alius simplex, alius compositum aut ex varijs implicitis sit oportet. Itaque simplicis affectus simplicissima est per contrarium curatio. Cui perspecta cognitio; sit morbi natura, facile sit nulla adhuc arte, sed communi quadam animi notionem contrarium ipsi curando remedium opponere. Nam si vel corpus vel humor aliudve contentum calidius euasit, cuius efficiens causa esse defecerit, solis refrigerantibus ad mediocrem temperatumque remigrabit: si vero, frigidius, solis calfacientibus, si humidius siccantibus, si siccius humectantibus: si quid denique humoris copia turget vacuitibus, si quid inanitum est, replentibus. Eademque ratione in cæteris, omnem exuperantiam contraria deperit exuperantia. At uero inter simplices illas & primas ceterarum quasi effectrices, quæ calida est intemperies pari tempore atque frigida discutitur. Licet enim caloris quam frigoris maior sit efficacitas, illi tamen patientis corporis repugnantia magis obstitit: agenti frigori vt minus efficaci, ita & repugnantia minor occurrit, quod fit vt pari illa tempore suas efficiencias exerceant effectusque compleant. At nihilominus tutior est ac mitior calidorum quam frigidorum usus. Nam frigida dum calorem præter naturam expugnare contendunt, insito pariter negotium faciunt: calida uero dum frigus propulsant, insitum pariter calorem exascitant atque fouent. Sed & insitus corporis calor aduicium quasi auxiliarius optulatur, ut facilius ac mitius externum frigus excludat. Itaque frigida intemperies tutius ac mitius quam calida tollitur. Id uero de recente ac leui audient dum. Nam inueterata atque consummata frigida intemperies ægrius multo quam calida cedit remedijs, quemadmodum extrema senectus insito calore destituta ac morti iam proxima minus medicabilis est quam hectica febris. Sicca quoque intemperies tardius omnino ac difficilius eximitur quam humida. Si obsentior morbi species nudum tibi penitus cognita perspectaque est, huic ne properes remedia adhibere sed rem totam naturam committito. Natura enim probatione uiuendi ad iuta & innixa, aut morbum profligabit, aut patefaciet & foras proferet. Incerta quippe medicatio & irrita, non nisi dispendio discernitur. Si quid fortè experiri coges, leue id esto, ne fiat in re incipiti, iactu grauis. Hæc quidem de affectu simplici ac solitario, cui nec causa, nec graue vllum symptoma afflitit. Nunc de affectu quæ sua adhuc causa fouet accotinet.

De methodica & legitima curatione.

Cap. IIII.

40
 C A V S A omnis prius quam affectus methodo recta excindi & summoueri debet. Causa enim persistente, affectus manet, nec penitus euelli potest. Quod si adnitaris, quantum huius demes, tantumdem assidua & continens causa (numquam enim naturalis quum sit, otiosa manet) proferet: atque licet affectus intermedium leuior euadat, minime tamen eius succedit perfecta curatio. Quum recens affectus nulla adhuc firma stabili que constitutione in hærescit, totus quidem sublata causa plerumque disperditur: at quum pars quædam eius genita iam est, pars quasi ortu nouo continenter additur, tum causa sublato affectum non eximit. Quocirca causa primum, genitus dein affectus summouendus: ita enim radicitus extirpabitur, nihil ut deinceps eius repululet. Ergo & quum longior quædam continuatio seriesque causarum existit, in qua alia ex alia nasci & existere, & omnes inter se aptæ connexæque vidantur, suo quæque ordine demenda erit, ab ea curationis ducto exordio, quæ ortu prima, inuestigatione uero

vero postrema fuerit inuenta. Ab hac sensim ordinatimque ad cæteras, nostremoque ad morbū progressus fiet, suo cuique obiecto contrario. Hæc nō iam simplex, sed methodica curatio est, quæ nō solis remediis, sed uia utendique ratione completur. Hac una maxime herbariis atque pharmacopæis, quibus etiā cognita est remediorum materia, medicus est præstantior. Esto exempli causa, in puri eiusq; calidioris alimenti usu longo & immodico chylus acrior factus, qui dein necessitate & alterius penuria raptus in iecur, bilē multā vitiososq; humores proferat, quorum postea sit in uenis facilis corruptio ac putredo, quam proximè febris sequatur suis comitata symptomatis. Cōstat sanè neq; febrem neq; eius symptomata sedari posse, nisi uacua putredine. Hanc verò frustra purgari, nisi quæ hæc gignit humorum colluuiem emendetur: hanc emēdari non posse quā diu chylus impurus e uentriculo affluet & impurius calidiusque alimentū suppeditabitur. Itaque nisi urgentius quidpiam interpellit, primum prohibenda sunt euidentes causæ quæcunque impurum chylum ingenerant, mox expurganda impura omnis colluuiem quæ putredinis est materia, ac demum quæ his ex causis orta est humorū putredo vacuanda. ad postremum si quid caloris alieni uel in humoribus, uel in ipsis partibus derelictum sit, extinguendū. Quendā rursum statuamus molesta cerebri destillatione urgeri, quæ ex immodico excrementorū prouentu sit orta: hic verò ex frigida humidatq; cerebri intemperie quā uel alimentorum refrigerantium usu, uel gelidi cæli accessus pepererit; cōstat ipso statim initio, tu immutata uictus ratione, tu aliis quibuscunque remediis corrigendā cerebri frigidam intemperiem, mox eximendum omnem excrementorū prouentum: sic demum quæ ab hoc fit destillationem protinus cōquiescere. Hac ratione simplicis omnis affectus curatio pro causarum ordine procedat. In connexis quoque aut consequentibus, affectus omnes eo sigillatim extrahantur ordine, quo sibi ortu succedunt. Affectus enim prior statim initio eximatur necesse est, ut si crebrior ea destillatio tandem illabatur in uentriculum, cuius uitio tū nauſea orta, tum deiecta appetentia, tū impedita sit concoctio, ne quo profecto nauſea tolli, neq; appetentia, neq; concoctio restitui pōt, nisi expurgato uentriculo, prorsus uerò expurgari nequit non ante inhibita destillatione, neq; hæc inhiberi nisi uacuato cerebro sublataq; frigida intemperie eius effectrice. Itaque nisi urgentius quidpiā sollicitet, primū corrigēda frigidior cerebri intemperies, dein quicquid genitum est excrementi, purgandū est: ac si quid posthac gigni contingat, id cursu naturali deriuandū in nares. his quū destillatio expurgata & auersa fuerit, uentriculus omnino expurgandus, dum in eo nihil sit reliquum, atque uanescent symptomata quæ laboranti erant importuna. Hæc utique uera est & exquisita medendi ratio, ex causarum affectuumque serie ineunda: Affectus dico præter naturam, qui uel in partibus ipsis uel in cōtenuis inhærescunt, id est uel morbus, uel interiores eorum causas. Horū quippe uitium quodque cōtrario oppugnandū est. Symptomata uero inter hæc plerunq; apparēt interiecta, sed quorū tñ propria nō est curatio, neq; his cōtrariū quicquā e regione obicitur, q̄ sublatis affectibus ea protinus euanescent. Methodi atq; ordinis inuersio, nō modo nihil ad curationē proficit, sed & plerunq; morbū conduplicat. Quū. n. p̄sistente causa de morbo nonnihil subtrahitur, licet tū fortasse sibi æger nonnihil leuatus esse uideatur, mox tñ pari ferocitate morbus repetit atque etiam interdum maiore: ut quum collecta fluxio calidis uehementerque dissoluentibus discutitur, quæ irruenti causæ mutum uehementiorem afferunt & agitant. Atque hæc quidem methodus in causarum ordine: quæ uero in implicitis & compositis affectibus tenenda deinceps monstrabitur.

Quum

Quum multi morbi insunt, quanam curandi methodus. Cap. V.

Quum distincti & disparati morbi in corpore consistunt, suam quisque seorsum medendi rationem obtineat. Qui ita sedibus longe distant, ut unicuique sua possint remedia cæteris intractis adhiberi, possunt ij & sigillatim & pariter omnes curari, minimūque refert cui primum propria remedia decernas. Impliciti uerò atq; cōpositi non nisi methodo ac ratione summa eximi possunt. Nam impliciti quū tam uicinis partibus insident, ut communiter ipsarum functiones impediāt, uix propria seorsum curatione habent. Multo magis est cōpositorum implicita sanatio. Etenim quum uni eidemq; particulæ penitus inhærescant, & in unum quasi conflati coeant, quodcunque remedium unumquempiam, idem ceteros quoque pariter attinget. Quum igitur neque compositis neque implicitis, singulis liceat propria seorsum accommodare remedia: quumq; omnium curatio eodem tempore probe administrari nequant, methodus omnino adhibenda in primis est, quæ suum cuique ordinē præstituat, & quid primo, quid secundo, quid denique tertio quartq; uel loco sit sanandum. Porro autem ita uariè concurrentibus morbis accidit interdum ut omnino consentiant, quum unius curatio alteri sanando conducit, aut nihil saltem obest: interdum dissentiant, quum utriusuis curatio alteri incommodat moramq; affert: nonnunquam uero partium consentiant, partim dissentiant, atque eatenus unius curatio alteri & prodest & obest. Implicitos morbos atque compositos qui aut congruunt aut minimè dissentiant, & simul & seorsum sanare licet: quumq; id seorsum sit, ab vtrouis incipere conceditur ut si oculus suffusione & albugine teneatur implicitis affectibus, & quorum proximæ sunt sedes, potest suffusio acu deprimi perſtate albugine, potest & albugo deleri permanente suffusione, possunt & ille si uideatur pariter eximi. Similiter si iecur frigida intemperie simulque obstructio ne simplici tenetur, ex quarum permissione compositus est morbus, intemperie medicamentis emendare licet, quæ obstructionē nec expediant, nec minent: & hanc quoque expedire intemperie remanente: licet & simul iisdemq; remedijs illas tollere. Quum impliciti aut compositi morbi omnino dissentiant, nec prorsus huic aut illi, sed vtrique mediocritate quadam & contrarium permissione succurrendum. Sic increscenti phlegmone reprimentia remedia digerentibus permiscētur. Sic etiam uentriculum frigidiorē & iccur calidius tēperata iuuant, quæq; ex calidis frigidisq; constant, & modo horum, & modo illorum usus alternatus. Vbi uterque incremento iā vires acceperit, quoniam contraria præsidia postulant, difficile sanescunt, ac plerunq; desperati & insanabiles permanent. Quum impliciti morbi partim consentiunt, partim dissentiunt, ab eo auspicandum, cuius curatio alteri haudquaquam officiat, & ab eo sine quo alterius curatio cōpleri nequeat: ut quum ophthalmiæ implicatur albugo, quoniā acribus hanc detergere non est quin noua accersatur fluxio exaspereturque phlegmone, hæc in primis quidem sananda, mox deterguenda albugo. Quum etiam in parte ulcus est, idque cauum & inflammationem coniunctum, ulcus neque agglutinari neque ad cicatricem per duci potest, nisi carne impleatur: carnem autem proba impleri non potest, nisi inflammatione sedata pristinam temperiem pars receperit. Imo quæ cicatricem inducunt, quia ualide siccant, carnem gignendæ subsistunt, & quæ carnem regnunt, inflammationem augent. Necesse igitur est inflammationem primum extinguere, quæ rationem eius obrinet, sine quo nequit curatio p̄fici: deinde carne ulcus impleri, tandēq; cicatrice obducere. Hæc medendi methodū dicāt simpliciu affectuum nature, quæq; illis contraria oppo-

opponuntur remedia. Horum quippe obseruatione cognosci potest, quid a quo, quid cum quo, quid post quod sanari possit. Ita quidem omnis al soluta uideri potest legitima morborum curatio, quam semper sequi oportet dum nihil urgentius interueniet, quod hanc necessitate quadam interpellet.

De curatione extraordinaria legitima opposita.

Cap. VI.

IN affectuum connexionem plerunque urgentiori uel in uerso & prepostero ordine in primis succurrédū. Ab eo. n. auspiciāda curatio, a quo maximē egro periculū impendet, in eumque primū medentis consiliū dirigi debet. Viget autē & periculosus est affectus bifariā: aut pprie essentię magnitudinē, aut lēse functionis pstantia, aut facultatis offensę dignitate corpus uniuersum gubernātis. Atq; horū quidē piculosissimus est, qui uniuersalē facultatem posternit, & uires frāgit corporis gubernatrices, ut quarum conseruandā si grātia omnis instituitur curatio. Ab hoc sequitur qui pstantem quandā & eximiā functionē lēdit; minus his periculosus est q. magnus quidē existit, sed citra pstantis functionis aut uiriū iacturā. Ceterū si qñ uel a functionis lēsiōne, uel ab affectus magnitudine maius quā a uiriū iactura egro periculū impēdet, ab alterutro auspiciā dū, at que in id q. est grauissimū omni cura & cogitatione primū incūbendum, siue id ante susceptam curationem partum iam erat, siue recens dum legitima adhibetur curatio interueniat. Grauiissimum autem dicere possis, uel quod maximē egro in uitę discrimen adducit, uel de quo is grauissimē queritur, cuius precibus & votis interdum cedere cogimur. Hęc ut illustriora exemplis fiant, memoria repetatur frigidior illa ante commemorata uentriculi intemperies, eiusque cruditas ex cerebri destillatione profecta, omnisque eius legitima curatio; cui tamen vt preposito seruiat hoc insuper addamus, tam frigidam esse vt totus æger inhorrescat, vixque queat consistere: morbi quidem vis atque magnitudo hanc primum lenire hortatur, deinde ad destillationem quę eius causa est accedere, quemadmodum ætuosum febris ardorem plerunque intermissa causa compescimus. Rursum uerō id quoque ponatur, congestę pituitę uel que eo uentriculi appetentiam languescere calore inque remitti, nihil vt concoquat, sinatque quicquid assumitur aut crudum deijci aut vomitione reddi: lęsa quidem functionis necessitas ac pstantia suadent in primis uentriculum expurgandum antequam irruens omnis destillatio sistatur. Hanc eandem pituitam si terro statuamus ita in os uentriculi defigi, ipsumque tam acriter ferire, rosionisque sensum inuehere, ut frigidus sudores, uiriūque defectiōnem ac syncopem accersat, ita quidem maximē curationis methodum inuerti continget: tum quippe prætermisiss omnibus, properandum ut pituita accurate abstergeatur. Tribus itaque hisce concurrentibus, postremum omnium maxime urgere solet, nisi forrē (quod rarissimum est) usu ueniat, morbi magnitudinem aut lęsa functionis pstantiam plus negotij facessere. Omnem igitur eiusmodi curationem extraordinariam dicere solemus. Alias autem posterioris curationem prioribus prodesse, alias obesse contingit. Prodest in his quę nunc commemorauimus: quibus enim præsidij posteriora, ipsdem & priora tolluntur. Eodem quippe pituita medicamento potest e cerebro atque uentriculo expurgari. Expetenda omnino optabilisque curatio, qua omnibus eadem opera medemur. Quod si posterioris medicatio priori neque conferre neque officit, non utique magna potest celeritate perfici, sed ferē longius producitur: tum nihilominus tamen urgentiori obfistendum, aliis quoad fieri potest minimē negligētiis.

His. Quum nero urgentioris curatio ceteris profus obest, atque contraria exposcit remedia dum illi uacamus, reliqua deteriora fieri est necesse, quorum dein autem difficilior aut certē longior sit futura methodica curatio. Hoc tamen optabilius est quam urgentioris ferocia & afranatione affligi & proflerni ægotantis uires. Lęso etenim morte est tolerabilior. Qui methodum in omnibus nimium pertinaciter exquirat, pariter cum morbo plerunque hominem de medio tollit. Age uero donemus pituitam, quę in uentriculum e cerebro fluxit, ita demum in uenas intrudiasq; adeo obstruere vt bilem coercat, hacq; putrescente causum accendat: quis tam inconsideratus aut rudis sit, vt in perseveratē destillationem totus incumbat, neglecta febre quę interim ægotum sit peremptura? Quis non potius properet in primis ardentem febrē tum uacuatione, tum refrigerantibus restingueretiam siquid in destillationem deceret, aut etiam irriter? Eadem est atque etiam multo manifestior in ea pleuritide ratio, quam e capite ruens frigida destillatio, sensumque succingentē mēbranam subiens excitauit. Seniori quoque symptomati quod uires numiū pere conuellat aut etiam præternat, in primis diligenterq; succurrendum, morbo etiam interdum prætermisso. Quanquam enim sublato morbo protinus symptomata uanescit, quod nusquam in corpore subsistat, si tamen nimium graue intensumq; est, ne uolentia aut pernicie ingulet, leniendum protinus, ipsaque methodus inuertenda. Atque ea quidem symptomatis sanatio est, non qua symptomata, sed qua aut offensarum uiriū, aut noui cuiusdam affectus causa existit. Nā uigilia, dolor excrucians, immodica omnis uacatio, uacuationum suppressio, prohibita transpiratio & uires debilitant & morbo ingenerant. Itaque uentem quoniam symptomate quandiu uiriū robori fidimus, methodus quidem tenenda, nec contra artis præscriptum in ægotantis gratiam vni uacandum symptomati. At si iam uires labant, protinus symptomati occurrendum, morbo tantisper omisso, omniūque ratione uires fulciendę & rescicendę, quō & morbo obfistere & toto curationis spatio satis esse possint. Sic igitur temperanda sunt omnia, vt neque laborans malorum sentitia crudelius torqueatur, neque delicata molliūque medicina quę consanuisse uidebantur recrudescant. Hactenus explicatum satis qua ratione uniuscuiusque affectus remedium peruestigetur, siue id simplex siue compositum, siue unum siue multa: & quo hęc ordine congruenter & methodice afferenda sint. Nunc remedij designanda quantitas.

Vt remedij quantitas definienda sit.

Cap. VII.

EXPURGANDO morbo paria quodam modo opponenda adhibendaque sunt remedia. Vt tria erant ex quibus medendi ars constituebatur, remedij genus, quantitas & utendi ratio: ita tria sunt ex quibus illa nosse oportet, affectus species, magnitudo, & partis cui insidet conditio. Ex affectus specie remedij genus innotescit, ex illius magnitudine remedij quāritas, ex partis cōditione utēdi uia & ratio peruestiganda. Affectus speciem ostendunt propria ipsius signa quę demonstratiua dicuntur. Magnitudinē uerō, signorum symptomatumq; uis ac impetus, & tū a pristino & naturali habitu, tum ab eo qui ante morbū fuerat, recessus indicat. Hic autē ex laborantis natura, ex ætate & cōsuetudine dephenditur. Naturā dico nō modo in sitū tēperamentū, sed & organorum conformationē & situm, omnemq; insitam eorum constitutionē. Cōsuetudo cōstat ex uitę genere ex superiore uictus ratione, & ex anni tēpore, cœli statu & regione in qua quis plurimum uersatus est. His si propria signa accedāt quę alio loco prodita sunt

H h h a no-

2 nobis, certum indubitatūque euadet, quenam aut totius corporis aut partē
 affectū pristinā fuerit constitutio. Ad hanc deinde si morbi magnitudo sympto-
 matum vi percepta conferatur, planē constabit quantum morbus a pristino ha-
 bitu recesserit, & quā valida decernenda sint remedia. Cognitus sit Dion ante
 morbum calido siccoque temperamento, Theon verò frigidus atque humidus, am-
 bos persequē adoriatur febris ephemera. Theoni qui a pristino habitu longius
 recessit, frigidiora remedia quā Dion decernenda sunt, grauius quippe & pe-
 riculosius ex Hippocratis sententia laborat, quod ipsius naturæ, ætati atque con-
 suetudini minus consentaneus sit morbus. Eadem ratione senex, qui iuxta ac
 iuuenis tactus iudicio febricitet, frigidiora tandem quā iuuenis exposcet au-
 xilia, licet ad ea sensum veniendū esse hortet viriū imbecillitas. Similiter quī
 pituitosum atq; biliosum par casus inuadit, biliosus cognato morbo minus pe-
 riclitatur, huicq; leuiora medicamenta tū bilē purgātia, tū refrigerantia quā
 pituitoso congruūt. In partibus quoque si tendo pari atque caro vel humorum
 influxu vel vlcere tentatur, sicciōra quā caro remedia postulat. Et vt genera-
 tim complectar, aduersus omnem affectum præter naturam adhibendum eō us-
 que contrarium est remedium, dum in naturalem aut certē in pristinum habi-
 tum sit regressus. Id autem aliās semel & uniuersum fit, aliās sensim ac paula-
 rim. Remedium quod par morbo existit, quodque tanto recessu quanto & mor-
 bus a naturali distat, eam quidem omnino & uniuersim eximit atque per sanat.
 Etenim si quatuor numeris corpus incaluit, quicquid quatuor quoque numeris
 frigidum, paribus viribus ei conuenienter adiungetur, id quidem vehementer
 immutabit, pariterque tantūdem ab eo vicissim immutabitur, dum mutua am-
 borum pugna mediocritas quædam emergat. Vt enim si in aquam feruentissi-
 mam alterius gelidæ par modus infundatur, permissiōne tepor expurget: ita
 corporis sanguini humoribusque ualde calidis, si aut alimenta aut medicamē-
 ta paribus viribus frigida, necdum uentriculi calore prorsus obtusa accedunt,
 p̄fusionses intēperies inducēt. Si quæ uerò partes incaluerūt uehementius, eorū
 tactu aduersus, pristinā mediocritatē recipient. Ad hunc modū humoris lēti
 & glutinosi adhesionē oēm detergit medicamentū equē ualidū, & uiriosū exu-
 rantia uniuersam tollit medicamentū qđ huic semel detrahendū sit satis. At
 uerò qđ suppar infirmiusq; morbo est, hunc quidē minuit eaq; rōne iuuat, sed
 nec prorsus tollit nec per sanat. Quod. n. ordine secundo frigidum sit, haudqua-
 quā pōt quarti ordinis calidum affectum semel & uniuersim eximere, sed eius
 tñ portionem aliquam de let detrahītq;. Nam licet ab affectu uehementiore id
 fortasse uictū & quasi extinctum sit, ea tñ ueluti colluctatione aut sibi parē aut
 aliquanto minorē alterius portionē sustulit. Curando igit affectui contrarium
 remedium alias qđ par alias infirmius adhibendum, his ferē legibus. Leuior
 affectus pari contrario semel uniuersimq; summoueri pōt: qñquidē nullam id
 corpori uiribusue insignē uim infert. Extremis quoq; morbis extrema diligentif-
 simē remedia auctore Hippocrate sunt adhibenda. Præcipites. n. sunt & acerrimi,
 ut apoplexia, quiq; breui opprēssuri sunt vires & extincturi. In qbus tñ mor-
 bis materia turget, uoq; motu & instabilitate oia conturbat, statim initio va-
 lentissimū medicamentum adferendum est. Præstat. n. nonnullō uirū dispēdio
 morbū discutere, quā sinere, ut ea materia principem aliquam partem obruat,
 & nullo subsidio uniuersæ vires mox collabantur & concidant. Mediocritas autē
 affectus qm nec præceps est nec periculosius, lentē paulatimq; tutius eximitur.
 Non enim citra corporis offensionem, & magnam perturbationem iacturamq;
 naturæ, uniuersum repente demoliri licet, quod in contrariorum ualidorū pa-
 ri robo-

ri robore magna ui & utriusque iactura configatur, multoq; magis si corporis
 aut partis affectū sustantia rara, aut eximio sensu prædita sit. Ita. n. pronun-
 ciat Hippocrates, uniuersim & repente uel uacuatē uel replere, uel calfacere
 uel refrigerare, uel alio quouis modo corpus mouere periculosissimū: oē liquidem
 nimium naturæ inimicum: paulatim u. rō qđ sit, tutum. Quam. n. lentē id paula-
 timq; fit, utriq; tū morbo tū naturæ cōsuntur: morbus liquidē abigitur, natura
 quā minimū fieri potest offensa. Bīariam autē lentē paulatimq; curationem
 fieri contingit, contrariis que aut pari aut inferiore sint recessus ordine. Nā &
 contraria paria si exigua quantitate adhibent, & que inferiore sint recessus or-
 dine identidē repetita, morbum blandē sensumq; eximunt. Quod. n. ordine ter-
 tio frigidū est, si morbo paris ordinis applicatur quantitate modica, nō uniuersim
 pōt semel repenteq; discutere: at identidē sepiusq; repetitū pōt. Atq; hæc
 profectō tametsi copia nō magnopere ledunt, tpe tñ qualitatis noxiæ labē cor-
 pori quandā inurunt, vt non admodū tutus sit eorū usus. Non. n. inmodicū cor-
 poris calorē congruenter uel opio uel mandragora uel hyosciamo, exigua licet
 portione repetita extingues: neq; exuperantē humorē parua portione uel scām
 monij uel colocynthidis repetita uiliter detrahes. Tutior altera est que lentē
 paulatimq; fit curandi rō, contrariis blandis & que inferiore sint ordine, sed
 aut repetitis, aut interdum copia maiore adhibitis. Sensum quippe multoq; ocio
 & tpe affectū oēm depellunt, nullo aut certē quā minimo corporis & uirtum de-
 spēdio, nec ulla qualitate noxia in corpus inducta. Ne tñ uisquæ adeo imbecille
 & languidē sint remedium uires ut nihil ferē proficiant. Si quidē morbus ue-
 hementior illas plerūq; sic aspernatur & contēnit, ut his uel iteratis nihil ce-
 dat. Sic uerò blandē sint ut tñ aliquantum iuuent, ne remediorū blandimentis
 (quod sepe fit) morbus exasperet. Viribus imbecillis leuis lentāq; curatio nec-
 cessaria: ea quoq; semp̄ opranda, nisi morbus uehementior accelerare cogat. Tu-
 ta siquidem ea est ac iucunda, & que sat citō fit si sat bene. Hac paulatim medē-
 di lege si omnia recta rōne geruntur, neq; id succedit quod rō postulat, nō protin-
 nus, inquit Hippocrates ad aliud est trāseundum. Tametsi. n. manifesta utilitas
 necdū ulla sit secuta, & tardior sit remediorum euentus, de recta tñ medendi
 30 via decedendum non est. Imperita stoliditas nihil ratū certumve obtinēs, huc
 illuc per oē remedij genus oberrat. Dum tñ in eodem remediorum genere cōsi-
 stas, per uariā & multa euagari licet, ne uni assuescens natura eius uim non sen-
 tias, & aspernes. Sed & plerunq; remediū vni, non alteri confert, uel eas pprie-
 tates que sunt medicamentis cum corporibus cōes, & que sola experientia de-
 prehēdi pōssunt. Quod igit permutatione utilissimum compertū fuerit, id se-
 dulō usurpandū, quod uerò nouum protinus immutandum. Quæsitum sepe du-
 bitatumque est, possitne blandum ac lenē remedium iteratum, id sensum p̄sta-
 re, quod ualidius semel & uniuersim, huiusq; uehementia compensari crebrita-
 40 te & copia lenioris. Hoc sanē n ijs remediis ueritatem habet, quæ nec genere
 nec agendi modo naturaq; sed ordine solo distant. Nā plantago uel copia uel
 crebro usu equē refrigerare pōt, atq; semper uiuū semel aut parcius ad motum.
 At uerò non id efficit qđ opii, quod huic uis insit narcotica: neq; agariæ cre-
 briore usu id quod semel colocynthidis, quod huic nō illi uis insit trahēde crassę
 mucosęque pituitę, idque e summis & extremis corporis partibus. In oī porro
 siue repente siue paulatim suscepta curatione, sic administrari tēperariq; reme-
 dia debēt, ut neq; morbi qđquā indiscussum maneat, neq; contrariū morbi ge-
 nus inducāt mediocritate transmissa. Id uerò assequi in primis est arduū, unaq;
 remedij quāritas, oium que in arte gerunt, maximē acri est iudicio decernēda.
 H h h 2 Partium

Partium indicationes quibus limitatus definitur remedii quantitas.

Cap. VIII.

REMEDII quantitas quam morbi magnitudo præscripserit, etiã pro partibus affectæ conditione augenda minuendaue est non. n. omni æque parti eadem congruere pōt. Partis autem conditio æstimatur ex ipsis cōformatione, positu, præstantia atq; sensu. In cōformatione considerandum quam rara sit aut densa. In situ verò sitne in summo ea corpore constituta, an in alto demersa, quã longè ab sit vel ab ore, vel ab eo loco cuius remedium imponitur. In præstantia spectandum pars ne sit ex earum numero quæ princeps appellantur, & corpus vniuersum gubernant, cuiusmodi sunt cerebrũ, cor, & iecur: anne munus publicum habeat & toti corpori cōc, vt pulmo, vt ventriculus, intestina, renes, & vesica, & quæ his subseruiunt venæ, arteriæ, & nervi: aut an priuata sit, sibi duntaxat nõ alijs vtilis. In sensu videndum hebesne sit is an acutus. Horũ aut animaduersione remedij quantitas atq; vis sic est immutanda. Pars densa & cōpacta, remedia exposcit validiora & attenuatiã magis, quorũ vis intro subire possit, cuiusmodi sunt renes & iecur, & quæcũq; solida pars appellatur. Quæ verò substantia est rariore, vt liẽ, pulmo, & musculorũ caro, mitiora postulat. Affectus in corporis summo positus pari quodã modo remedio abigi pōt: qui vero in alto corpore demersus læter, valentius & attenuatius flagitat: validiora quippe inflammatio iecori quam inflammato abdomini extrinsecus imponuntur. Et ex assumptis vehementiora renibus quam ventriculo debentur, quandoquidem in ventriculo illabuntur ea viribus integris: ad renes verò hebetiora & imbecilliora redita, neq; qualia assumpta sunt perueniunt. Longior quippe via est per viscera parteq; multas directã, in quibus remedia alijs permiscetur humoribus, nec leuem mutationem subeunt. Quocirca longè acriora & vehementiora decernenda sunt, pro viæ longitudine & partium quas permeant numero. Præstantia porrò idcirco mitiora exposcit remedia, ne vehementiorum impulsũ & contigione facultas aut offensaẽ aut dissipet ad vitæ cōseruationẽ necessaria. Priuata verò pars & ignobilis vehementiora perfert, & quãta exposcit morbi magnitudo. Principi parti laboranti nullũ adferendũ est remediũ quod immodicè vel relaxet vel refrigeret, vel aliena & occulta qualitate sit præditũ, sed id semper quodã corroborandi facultate polleat. Obfentiendi quoq; præstantiã neq; oculus, neq; os ventriculi, vehementia acriaque medicamenta: hebetioris verò sensus partes & valida & acria medicamenta nullo incommodo sustinere ferreq; possunt. Atq; hæc quæ sunt oĩa, quorũ summa esse debet observatio, vt certa decernatur remediorũ quantitas. Ex his. n. & ex intellecta morbi magnitudine, scire potest quam validum remediũ, quo gradu recessus, & quo pondere conueniat, ut affectum semel uniuersq; demat: aut quoties & quousq; admouendum sit, si lentè paulatimq; id ars efficere præcipit. Semper autem pristini habitus memoret, in eumq; intentus, eousq; curationem promouet, dum in eũ factus sit regressus. Eo quippe redire cōsiliũ est, unde morbus exordiũ duxit. Pristinũ statum, licet uitiosum qualem acceperis cōserua, nec quãdiu morbus fatigat, de eius in meliõrẽ cōmutatiõẽ laboras, nisi aut morbi causa sit, aut eius curationis officiat. Sublato recentiore morbo recreatisq; uiribus, si quod demũ uetustioris inesse deprehenderetur in sensum ocioq; multo, si uideat, demoliedũ. Nam quæ longo sunt tpe contracta, lætè curare oportet: quæ breui, breuiter, ut creationis morbi atq; curationis paria quodã modo sint temporũ momẽta. Quisquis remediij quantitatẽ arte consequi se posse diffidet, oĩa sensim paulatimq; gerat, dũ eger sibi uideat restitutus, & pristinas receperit uitæ functiones.

Quæstionis

Quis huius magnitudine nõ pauci occupant: possitne q̄ ex morbo, in pristinũ & æquẽ atq; antea salubrẽ statũ redire. Validis hæc utrinq; rōnibus agitãt, sed quod in ea uel obfcurũ uel ambigũ est, explanatiõẽ adhibita elucebit. Morbus sæpe repẽtẽ emergit, cuius causa sensim radices egerat. Nã quicũq; continentẽ causam intus habet, sensim multoq; tempore genitus est: ut licet fortasse cōtinua febris repente hominem prehenderit, eius tamen causa, quæ humoris est uitium, multo antè tẽpore sensim inualefcebat, ob quam neque tum omnino & integrè sanum corpus erat. Quum igitur febris sublata causa perfectè sanatur, corpus non modò ad pristinum statum redit, uerum etiam plerũque ad multo meliõrẽ eo qui ante febrem fuerat. At uerò fieri arte nulla potest, ut ad similem habitum redeat ei qui ante morbum & eius causam fuerat: aut si morbus si ne continente causa fuit, fieri nequit ut in pristinum statum regressus sit. Qui enim naturalis bonusque erat, ex morbo non nihil immutatus est, parsque affectiõẽ alicuid contraxit, cuius naturam aut diu aut perpetuò redolet, manetque imbecillior: quod in grauioribus morbis luculentius apparet. Inuentũ iam est affectus cuiusque remediũ, eiusque designata quantitas, restat utendi ratio, quæ cui parti, & qua forma, quoque tempore & hora id adhibendum sit, expiicet.

Vtendi ratio.

Cap. IX.

REMEDIORVM alia natiuã, alia duntaxat immutant uitiosũque affectũ depellunt. Remedia quæ solum immutãt, siue externa siue interiora sint, affectũ parti quam proximè licet, adhibenda. Id autem partis affectũ situs ostendit & sedes atque cōsensu. Nam si externa pars est, ei ipsi imponenda sunt quæ immutent, uitiosũque affectum remoueat: ea quippe non nisi contagione quicquam efficiunt. Quum autem interior est affectus, eius sedes indicat remedia ei parti extrinsecus imponenda, quæ illi proxima e directo respondet. Quocirca ex anatome compertum sit oportet & notum, cui cutis regioni pars quæque interior subiecta subditauẽ est. Quo modo uerò intro sumenda rectè exhibentur, demonstrat partis cōsensu atque societas, & uia in affectam partem ferentes atque directæ. Quum enim cognitum perceptũque fuerit qua uia ad partem affectam faciliõr expeditiorque transitus est, mox in promptu erit illac etiã intromittenda esse remedia. Sic cerebri affectus corrigunt et immutãt auxilia, quæ capitis maximeque syncipiti & coronali committuntur foris adhibentur, & quæ indantur in aures, quæque uel substantia uel suffitu per nares intro subeunt: uis uerò quæ eduntur bibuntur uel immutandi cerebri parua & admodũ lenta uis in est. Pulmonum, laterũ, thoracisq; interiori uitio succurrunt, quæ foris pectori imponuntur, & quæ uapori specie unã cum spiritu hauriuntur: & quæ sensim labendo & deglutendo illabuntur in arteriam, minimè uerò quæ ore accepta in uentrem statim deuorantur. Ventriculum, iecur, & lienem immutant & corrigunt, tum quæ admouentur, tum quæ sumuntur conuenientia remedia. Intestinis superioribus portio clystere utilior, inferioribus clyster portio re cōuenientior. Renibus & externa conueniunt, & intro sumpta, & subdita ut clyster. Vesicæ atque utero externa, immilla, & assumpta. Vacuatio autem fiat per communes patenteq; uias, in quas natura commodè dirigit. Has uerò ostendunt partis affectũ cōformatio atque cōsensu. Cōformatio quidem, ut quæ illius sit figura, quæ in ea aut circum eam spacia sint, in quæ excrementa sua deponit. Cōsensu, ut quas & ex quibus locis in se uias habeat pertinentes, quibus superuacanea suscipit, & quas aliõ de se emitti, quibus illa depellit atque propulsat. Quum igitur uacuatio triplex habeatur, una absolutè uocata, altera quæ

quæ reuulsio, tertia quæ deriuatio appellatur: simplex quidē & absoluta uacua-
tio eorum est, quæ citra motum ullum aut exagitationem peccant. Reuulsio eo-
rum quæ ex quauis sede in partem aliquam impetu feruntur & int uunt. Deri-
uatio eorum quæ partem obsident, ipsi quodam modo iam impaētia. Itaque uen-
triculum aut summa præcordia suis uitiis utiliter euacuat uomitio: intestina
clyst. rursus atque mesenterium purgatio: uenas maiores uenæ sectio: habi-
tuum corporis euaporatio aut sudorum eruptio. Ita igitur simplex fit euacuatio
Reuulsio uerò ex humoris motu spectanda. Si enim constet ex qua parte in quâ
is incumbit, facile fit reuulsione eam in contrariam partem retrahere, eiusque
cursum inhibere. Sanguis uel quiuis humor cū sanguine per uenas confertim
in quamuis corporis partem supra claues positam irruens, reuelli debet, secta e
10 regione cephalica cubiti uena. Influxus autem e uenis maioribus in aliquam ea-
rum partium quæ inter claues & renes sitæ sunt, reuulitur secta e regione basi-
lica cubiti uena. Qui autem in eas partes decumbit, quæ inter renes & femora
interica sititur, sicutur, siquidem plethoricum corpus est, primum sectione interio-
ris uenæ, deinde saphenæ, idque e diuerso sedis affectæ. At si minimè plethori-
cum corpus est, una saphena aperta, satis reuellet. Aliorum humorum quocun-
que influxum, reuulsio etiam purgatione fit: præsertim si e icore maioribus-
que uenis, uel in totum corporis habitum, uel in caput, uel in pectoris sedes, uel
in renes & uescicam, uel in uterum aut crura procumbant. E icore aut e liene
20 cursus præceptus in aluum, uomitione reuulitur, quemadmodum & uomitio deie-
ctione. Deriuationis porrò & genera & loca multo plura existunt, quæ ut aper-
tiora sint sigillatim accuratius perse qua. Cerebri humores quicunque partem
priorem habent, per nares errhinis sunt deriuandi, qui partem summam per cõ-
missuras, qui partem imam apophlegmatismis per palatum, qui latera plerun-
que per aures, qui posteriora eius uenæ sectione quæ puppis appellatur. Oculo-
rum epiphora & lachrymæ deriuantur per coronalem commissuram: eorundè
externa uitia collyriis eluuntur, interiora uero quæ e cerebro per opticos ner-
uos fluxerunt, per occipitium, uel commodius per id cauum quod ponè radicè
est infimæ auriculæ. Qui in auribus cõgesti sunt humores, per eas ipsas expur-
gantur & qui circum fauces, uel sectis uenis quæ sub lingua extant, ut in angina,
30 uel de tergente & discutiente gargarismate. Pulmones, latera, interioraque pe-
ctoris uita, vna excretio purgat: quanquam interdum suppuratio aut abscessus
pleuritidis, aperto latere foras deriuatur. Ventriculi pars summa, uomitione:
ima, deiectione leuanda. Iecoris pars gibba per urinas, pars caua quemadmodum
& mesenterium, & pancreas, & intestina, & lien totus, omnis denique intestino-
rum affectus per aluum expurgatur. Renes & uescica per urinas: testes, spermati-
caque uasa per parastatas: & uterus per suam ipsius ceruicem. Quæcunque ali-
ter & per alia loca sit deriuatio, nec naturæ motu, nec arte, sed humoris impetu
40 fieri putetur. His quidem omnis exposita uidetur remediorum adhibendorum
ratio: nunc de eorundem formis.

Medicamenta qua forma, quo tempore conueniant.

Cap. X.

VARIÆ multiplicesque medicamentorum formæ omnes duabus continē-
tur: liquida & solida. Vtra autem sit utendum, ostēdunt affectus species, & par-
tis affectæ natura atque situs. Pars affecta longius a remediis abhærens, aut soli-
da atque densa, liquidiorum medicamēti formam exposulat: ut quæ altius ac
promptius penetret omniaque subeat. Pars uerò propior aut rarior, solidis etiam
iuuari

iuuari potest. Medicamenta autem quæcunque intrò sumuntur ut uel emolliant,
uel extenuent, uel detergent, uel dissoluant digerantque: & quæ foris admoentur,
ut uel eadem præsentent, uel dilatent, uel relaxent, omnia quidem liquidiorum for-
ma efficaciora sunt. Quæ uerò uel repellunt, uel attrahunt, uel incrassant, uel in-
ferunt, uel astringunt atque densant, uel corroborant, siue intus siue foris ad-
hibenda sint, maiorem uim obtinent affectumque: promunt manifestiorem soli-
da. Quæ medias quodam modo uires habent, ut pleraque ad detergetia aut emol-
lientia, his media quoque forma, qualis unguentorum est & eclegmatum, aptari
accommodarique debet. Et hæc de remediorum forma, nunc de tempore.

- 10 In morbis curandis magni semper momenti est opportunitas. Affectus qui ali-
quantum protrahitur, uix nisi mutatis remediis sanescit. Simplex affectus qui le-
uioribus præsidiiis tepèstinè non cessit, ualètoribus profigandus. Quis autè di-
uersorum quadam remediorum serie curatio perficienda est, nõ nisi prioris effectum in-
ducto, postèrius aggredimur. Nõ enim durum scirrhumque; tumorem discutere con-
nandum, antequam is planè attenuatus sit & emoluitus. Neque erysipelatis hu-
morem digerere, priusquam id omnino, deserbuerit. Frustra enim postèrius tètatur
relicto priore. Ad hæc uerò, qualis morborum p sua tēpora, talis sit et remediorum
mutatio Fluxionis initio astringentia quæ hæc repellant sola ex usu sunt. In sta-
tu quæ fluxio plane consistit digerentia: incremento uerò utraque p mista. Aut si
20 fortè cõgesta materia digeri minimè posse uideatur, eius de in suppuratio procu-
randa. Et in febribus cæterisque partium morbis, primum quidè initio exuperantis
materie portio uacuanda, reliqua dein naturæ imitatione præparanda, quæque iam
illius beneficio cõcocta, aliquid propellitur, illac etiam protinus arte uacuanda, ac
præsertim extirpada. Aut si fortè nullus uel certè languidus sit naturæ motus, artis
psidiu eius uices tepèstinè suppleat: tunc .n. medicamēto locus est. Opportunè
gerit oia qui morborum tēporibus ois, mutationi imitatio præparanda. Naturam
quippe adminiculantem habet qui progressum eius imitatur. Fœlix autè medica-
tio cui adiutrix natura succurrit. Irrita uerò quæ citra naturæ opem tentatur.
Sed & uictus ratio præscribenda est ex morborum tēporibus. Nã initio tenuis quo
30 dāmodo est habendus, incremento tenuior, in statu tenuissimus. Quis .n. seuis-
sima symptomata uigēt, & natura in morbi cõctione tota incēdit, aliò auertenda
nõ est, neque p lenioris cibi cõcoctione distrahenda. Et quo breuior futurus est
morbus, hoc uictus tenuior pro cuiusque tēporis cõditione imperandus, quo uerò
longior, eo minus tenuis. Itaque sine clauo & remis nauigat, naufragiu tādè factu-
rus, qui nulla tēporum obseruatione medicinā facit. Iã uerò quæ plerique morbi
certis horis cõcoctur uehementius & exasperentur neque ullius ferè sit eadè &
perpetua æqualitas, horarum quoque tū alēdo tū medendo habenda est sum-
ma ratio. In accessionibus (inquit Hippocrates) cibo abstinere oportet: nam ad
40 hibere noxiu. Quis enim p circuitus irritantur morbi, natura his obhærens noua
cibi cõctione auocanda nõ est. Sed & ipsa cõcoctione suscitatus calor morbum ple-
runque grauius exasperat, quum etiam secunda uale tudine nõ ipaci dum cibis
conficitur ingrauescant, aut non parum agitentur. Huc adde, in ipsa morbi
maximeque febris excā descentia, tetro uapore corpus uniuersum pfundi, eoque re-
cēs sumptu cibū labefactari & maxima, ex parte corrumpti. Quod sit ut neque in ac-
cessionibus, neque quum mox futura est, sed duntaxat quum eius est recessio seu inclina-
tio aut intermissio, cibis adhibendus sit. Medicamētorum aut extrinsecus ad mo-
uendum nulla statim hora, nisi quum uentriculum aut præcordia attingunt:
hæc enim cibo præmitti debent. Quæcunque uerò intrò sumunt, expleta cõco-
ctioe exinanitoque uentriculo iuuat, nec antequam excideriat, cib⁹ est offerend⁹, nisi
quum

quum fortè maligna qualitate prædita sunt. Hebetatur enim eorū uis & obrūtur permissioe cibi, neque longius potest syncerior ea prouehi, plerunque etiā permissum cibum corrumpit. At quum perniciofa qualitas medicamento ut el leboro inest, ne eius cōtagione exinanitus uentriculus grauis offendatur, cibi reliquias inesse concludit, ut quæ illius uires non eximant, sed duntaxat exupe- zantem ferocitatem infrācent. Neque præterea quum morbi accessio fatigat, uacuatione ulla conuellendæ sunt uires. Perutilis & accommodata est uacua- tionis hora quæ exacerbationem aliquantum præcedit. Tum enim cumulata ma- teria exacui mouerique incipiens, promptius euellitur. Cautio tamen etiam atque etiam adhibenda, ne uacuatione immodica dissolutæ uires, succedentis exacerbationis impetum ægrius perferant.


His summas medendi leges perstrinxisse uideor, quibus unicuique cognito perceptoq; affectui, mox remedium eiusque quantitas & utendi ratio præscriba- tur. Quod autem summam comprehensum est, nunc particulatim discutien- dum, & uno quoque remedij genere proposito, excutiendum qua id quantitate, & qua ratio ac methodo, curando morbo adhibendum sit. auacuatione, quæ se- rē omnium morborum communis est, inducto exordio.

Libri primi Therapeutices de methodo medendi.

F I N I S.

DE VENAE SECTIONE

LIBER SECVNDVS.



Quid euacuatio, quotque sint humorum vitia. Cap. I.



EDENDI methodo certis legibus stabilita, summa re- mediorum genera, quæ unicuique præter naturam simplici affectui ex aduerso opponuntur, eorum quantitatē, ven- tendique rationem summam attigimus. Nunc quo sit ar- tis cognitio usque certior, particulatim in unoquoque re- medij genere accuratius versandum, & explicandum quæ cuiusque vis sit, quæ congruens quantitas, & quæ utendi ra- tio. Quoniam autem contenta dum præter naturam exi- stunt, quam plurimorum morborum interiores cause sunt, quas in primis ar- rimouere præcipit, illorum euacuatio, ut maximè generale remedium, cete- ris iure præmittenda. Est quidem euacuatio eorum quæ præter naturam in cor- pore continentur expulsio. Continentur autem spiritus, humores, & excremen- ta. Excrementa sunt fæx alui, & urina, & quæ a partibus quibusdam, ut a cere- bro & a pulmonibus redduntur. Humores alij superuacui, alij propriè succi nū- cupantur. Superuacui qui a sanguine vi naturæ secreti alendo corpori inuti- les procul amandantur: ut pituita quæ in uentriculo & circum intestina hæ- ret, bilis flaua quæ in propria cysti, & melancholicus humor qui in liene est. Suc- ci dicuntur qui in corporis substantiam conuertunt ipsi quæ alere solent: hoc ge- nus ij sunt ex quibus sanguis sanguinis moles constituitur, & ij quos aliquando diximus secundarios appellari. Iam uero horum singula alias secundum natu- ram, alias præter naturam consistunt. Secundum naturam quum decoram & consentaneam tum qualitatem, tum quantitatem obtinent, conueniuntque na- turæ legibus & integram sanitatem tuentur. Præter naturam quum uel qua- litatis, uel quantitatis modum non tenent. Itaque quicquid horum a medio- critate & a iusto naturæ modo manifestè deficit, quia morbi causa existit, si e- mendari aliter non potest, protinus auferendum expellendumque est. Hæc au- tem illius expulsio, est euacuatio. Vacuationis porro differentia ex conten- torum tum uitio tum situ comparandæ instituendæque sunt. Contentorum ui- tia sunt plethora & cacochymia, quæ hoc modo accipienda sunt. Venarum sanguis nequaquam simplex est & uniusmodi, sed ex pituita, bilis utriusque, & puri sanguinis permissioe conflatus atque hos etiam succos ex omnium con- sensione vsuque dicendi, sanguinis appellatione designamus. In homine be- ne temperato & optimè sano, minus est bilis flauæ quàm melancholice: mi- nus huius quam pituitæ, & pituitæ minus quàm sanguinis puri. Iusta illa & naturæ conueniens omnium humorum proportio, consentanea & naturalis est æquabilitas: atque is sanguis optimus & benignus censetur, qui ex quatuor suc- corum naturalium æquabilitate constat. Non sic quidem ut is parem habeat om- nium portionem, sed pro ratione quam dixi cui que idoneam. Sanguis autem

quantitate peccat, quum succi omnes in qualitatibus mediocritate positi, supra iustam & naturę congruentem mensuram accumulatur & crescunt. Tum sanę corporis vniuersa moles intumescit, & uenę supra modum plene tensionis sensum inuehant; omniaque membra, præsertim ab exercitatione, exporrigi uidentur. Hęc ista constitutio, tamen si bonis conferta est humoribus, & uires obtinet robustas, hoc tamen malum circungerit, quod ad immodicam peruenit redundantiam, quę in graui pericula præceps ferri solet. Siue autem in hac succorum omnium æquabilis est redundantia, siue syncerioris sanguinis summa uertat & affluentia, quia purus ille sanguis reliquos in permissione succos magnopere uincit, non qualitatibus, sed quantitatis solius uitium subest, debet utraque plethorę genere contineri. Atque hęc simplicis & absolute plenitudo censetur, quam etiam ad uasa iam trito & apud omnes peruulgato nomine celebrant, quod amplam uasorum capacitatem prorsus impleat, etiam si uires non premit. Alterum genus est plenitudinis quę ad uires refertur, in qua tamen uasa non tument, nec copia distenduntur, plus tamen utilis sanguinis & alimenti continent, quam a natura regi gubernarique possit. Mediocre alimentum sæpenumero infirmiori naturę molestum est & graue, quod licet per initia sit purissimum, diu tamen uix tale persistit: sed a nostri caloris gubernatione destitutum, tempore dierumque numero corrumpitur, fitque morborum causa. Cacoehymia est uitiositas seu uitiosa humoris qualitas, qua is a iusta mediocritate defecit. Sub hac humorum perniciosis atque corruptela corporis functionibus incommodat, eiusque colluue corpus fordescit & labefactatur. Est autem ea bipartita una mitior, quum uel superuacui humores immodicę accumulati sunt, uel succi in sanguine non illa iusta naturali que proportione & concordia tenentur. Altera deterior quum uel superuacui humores, uel succi tum primi, tum secundarij a naturali & conuenienti sua temperatione in uitium prolapsi sunt, quod aut substantię aut temperiei corruptio que dam est. Horum utrunque rursus aut cum putredine, aut citra putredinem obtingit. Latius uerò patebit cacoehymię appellatio, si excrementorum quo que uitia comprehendat.

Contentorum porrò uitia quibus sedibus insint & ubi posita, nosse quidem maximę oportet ante quam uacuentur. Plenitudo quę Græcis est plethora potissimum in uenis atque in corporis habitu confedit: at cacoehymia in omne corpus dispergi diffundique solet. Quo sit autem uacuandi ratio conspiciat, corpus uniuersum in tres publicas regiones distribui parti que debet, quę proprijs limitibus & terminis circumscriptę tum uaria superuacuatorum receptacula, tum uias expurgandi uarias sortitę sunt. Vna uereque prima e gula in mediam iecoris partem dirigitur, in qua uentriculus, uenę mesaraicę quęcunque ad portas concedunt, caua iecoris, lien & his interiectum pancreas includuntur. Altera e medio iocinere in tenues partium singularum uenas excurrit, comprehendens iocinoris connexa, omnemque uenam cauam, atque illi comitem arteriam maiorem, & quicquid earum incidit inter axillas & inguina. Tertia regio musculos complectitur, membranas & ossa, omnem denique corporis molem, quę ab ipso ingressu arteriarum uenarumque minorum, in partes singulas & in summam extimamque cutem profertur. Magna profecto istarum regionum uarietas, quum proprijs finibus ita circumscriptę sint, ut inter eas communionis minimi intercedat. At multo maxima ex proprijs cuiusque uiribus: quum sint alijs alię conditiones, excrementa alia, & uię expurgandi alię; ex quorum animaduersione omnis ferè medendi

di ratio ducta deriuataque est. Præter communes ac publicas corporis regiones, extant haud pauca arctiores, excrementis etiam subiectę, quę nec late dimanant, nec in uniuersum corpus influunt. Hoc genus sunt cerebrum, pulmones, renes & uterus.

Euacuationum genera & differentia.

Cap. II.

HINC rectę euacuationis differentię duę statuuntur, una uniuersalis, particularis altera. Vniuersalis est quę communiter ab uniuerso corpore materiam subtrahit. Huiusmodi sunt sudor uel perspiratio, sanguinis profusio, vomitio & alui subductio. Harum siquidem quęcunque primum obtigerit, quanquam plurimum ac ualidę regionem unam, ceteras tamen etiam uis sequitio quadam licet parcius exinanit. Vomitio primum quidem ac maxime uentriculum, deinde si persistit uiscera uenasque maiores, postremò corporis habitum. Alui deiectio primum & abundę intestina, uentriculum, uiscera, primasque uenas, deinde uenas maiores, postremò minores habitumque corporis. Sanguinis profusio primum uenas exhaurit & arterias illis anastomosi coniunctas: exin corporis molem ipsaq; uiscera, ad primas usque uenas progressa. Quę per cutem fit dissipatio, proximę quidem e corporis habitu dissoluit, secundò e uenis arteriisque grandioribus, ad postremum e uisceribus & ex intima corporis regione. Particularis autem euacuatio duntaxat aliquantipiam excrementorum onere pressam lenat. Quo in genere est cerebrum per palatum & nares expurgatio, excreatio quę pulmonum & pectoris uia extulit, arenularum aut puris e renibus emictio, sanguinis ab utero aut hæmorrhoidibus profusio: hęc enim podicem, illa uterum in primis, utraque uenam cauam expedit: quum alius balneo uel clystere mouetur, aut ex quouis loco per cutem fit eruptio, particularis quoque euacuatio existit. Vnumquodque porrò uacuandi genus alias sponte, alias arte fit. Sponte quum citra ullam medicationem quippiam e corpore effunditur. Id fit interdum natura duce, quę dum integre ualet nobis que rectę moderatur, quicquid uitiose se habet aut superfluit, id omne corpore excludit, estque tum naturalis & opportuna euacuatio. Fit & interdum præter naturam, quum imbecillior facultas, humores corporis regere atque conibere nequit, eosque prorsum diuere finit: aut utet robustior ualidiorque sit, interdum tamen humoris copia uel acrimonia tantopere lacessitur, ut hunc ualis receptaculis, suis proprio impetu foras exillire sinat. Utraque symptomatica, irrita, præter naturam, nulloque usui est euacuatio, quod benignus atque salutaris humor pariter cum pernicioso promiscuē, nullo delectu, nullisque legibus prorumpat. Artificiofam euacuationem perhibemus, quę externi subsidij ope suscitatur. Ea rursus bipartitò scinditur. Vna legitima existit, quę quod uel qualitate uel quantitate negotium facessit, duntaxat exterminat. Altera huic aduersatur extraordinaria, qua utilis & qui in nullo uirio est humor exigitur: hęc medentium culpa uel inciticia decernitur, quę neque quod iustum neque quod idoneum est perspectum habent.

Euacuationem natura non externa ope, sed suis duntaxat uiribus maximeque expultrice complet: medicus uerò uarijs subsidiarum generibus, quę in ea comparat & accomodat. Profundendi sanguinis gratia uenam aperit aut scalpello, aut hirudine, aut medicamentis quę ora uenarum referent. Purgationem molitur medicamentis, quę noxios humores e corpore eliciunt, ac dein eos foras uel uomitione uel deiectione pellunt. Per spirationem uerò at-

que sudores, exercitatione, frictione, motu omni, æstu, balneis, præsertim nitrosi, sulphureis aut bituminosis, & ex accidenti inedia. Per hanc enim dum nihil offertur alimenti, insitus calor humoris plurimum populatur atque dissipat. Multa insuper attenuantia medicamenta, tum foris adhibita, tum intro sumpta, corpus per halitum, perque sudores digerunt. In partium quoque vacationibus, cerebrum per nares expurgant errhina medicamenta, & per palatum apophlegmatismi: pectus & pulmones expediunt, quæ bechica nuncupantur: renes & vesicam diuretica: uterum hysterica: auium resoluunt balani & clysteres. Ex unaquaque demum particula eruptionem mouent, adhibita digerentia, suppuratoria, amyctica, caustica: item hirundines cornua, cucurbitulæ, scarificatio, & ferrum candens. Hæc igitur præsidia & tanquam instrumenta medici ad omnes omnium generum omniumque partium vacationes, sibi compararunt. Singulorum autem remediorum quæ hic generatim percensui, tractationem iam iamque diligentius exequamur, a uenæ sectione exorsus.

Quid & unde uena secta uacuet.

Cap. III.

Quoniam quatuor ex succis sanguis totus constat & cohercat, iisque tenui sero perfusus, omnes quidem caloris & concoctionis quæ in icore periclitur efficientia, ita accuratè exquisitèque permixti sunt, ut nullus ne minimum quidem a cæteris disinctus compareat. Incisa uena idque patente satis foramine, continendi facultas nequit obliquis fibris tam arctè sanguinem continere ac inhibere, quin is aperta uia excidat desuaturque. Imò si fortè conetur audius complecti atque suppressere, contractis uenis hunc vberius e uulnere profunderet. Emanat autem, non quemadmodum in purgatione, seorsum hic ille uel humor, sed sanguis uniuersus, qualem in uenis haberi commemorauimus. Atque tametsi moderatus aut etiam paucus sit, motu tamen impetuque suo prorumpit, nihil aut minimum protrudente natura. Naque per morbos in quibus uitiosa est humorum constitutio, natura potest sic opus moderari, ut aperta uena id solum quod redundat, uel uitio contaminatum est effundat. In crisi (fatear) nonnunquam infestum humorem concoctione præparatum ab alijs segregat, ac tandem per uias idoneas excludit: at nihilominus si tum uenam incidere contingat, per eam minimè possit tantulo tempore uitiatum humorem secernere atque exigere. Quod Auicennas ait phlebotomiâ bonum sanguinem rapere, malum uero intus relinquere, quodque metuit ne uena secta æger uel ad biliosorum efferuescentiam, uel ad pituitosorum cruditatè perducatur, si de permixtis uenarum humoribus id protulit, falsissimum & inconsideratè plenissimum est. Neque enim serum prius quam bilis, neque hæc prius quam pituita uel melancholia, neque inutilis & deprauatus humor antequam integer & familiaris elabatur. Hoc & quotidianus rerum euentus dilucide demonstrat. Dum enim sanguis effluit, simplex quidem & uniuersimodis apparet. Exceptus deinde proprio dispersito calore mox totus concrefcit, eiusque partes omnes in suam quoque regionem contendunt. Serum per summa innatat, ureghaud absimile. bilis tenuis & florida concreti sanguinis pars sit suprema, melancholia subsidet, sanguis rubentior & pituita pallidior mediocriter. Constant si igitur præcisa uena omnes qui in uenis conditi sunt humores æquabiliter uacuari. At uerò unde & quibus ex locis euacuatio fiat, querendum.

Quum

Quum profluens liquidusque sit sanguis, quisquis secto loco uicinior afflirit, prius quidem exilit, deinde qui illi iunctus continuatusque est, deinceps uero totus non modò e uenis & arteriis, uerumetiam e uisceribus & ex habitus corporis emanat. Est enim admirabilis quædam continuatio sericsque uenarum, per quam sanguis sic totus transfunditur, ut patente uia uniuersus plerumque cum anima excedat. Fit autem sanguinis per uenas & arterias transmissio, dum toto corpore analogia quædam sit & æquabilitas. nam inanimatæ & indigentes partes fibris oalongs trahant e plenioribus, & pleniores illis subsidio ueniunt, copiaque grauata in uacuas illas onus suum deponunt. Adde quod fufus & liquidus humor sponte sua decliniores inanesque regiones consequitur, in easque procumbit. Itaque uenæ sectio quæcunque uenas depleuerit uniuersum corpus euacuat. Hinc duplici illa nomine uniuersalis censetur, & quod omnes humores ex quibus sanguis constituitur, & quod ex uniuerso corpore detrahit. At certe non æquabiliter: quum enim partes ordine quodam constitutæ sint, prius ac magis e propinquis quam e distantibus. quumque alia uenæ in alias propagentur partes, celerius atque ualidius ab iis quæ e directo, quam quæ ex trãuerso positæ sunt, hauriet. Hæc rerum nominumque explanatio præmittenda uidebatur uacuandi præceptis, quæ deinceps traditurus sum.

Quæ humorum uitia phlebotomia uacuet e uenis.

Cap. IIII.

HUMORVM qui aut peccant in uenis, aut ex his affatim defluunt propriè accomodatamque remedium est uenæ sectio. Illos quippe euacuat, hos reuolendo sistit. In primis autem de euacuatione, mox de reuulsiõne præcipiam. Humorum qui in uenis conduntur uitium, aut plethora, aut cacochymia est. Plethora exuperantisque sanguinis unicum ac proprium remedium est uenæ sectio. Quumque sit plethora duplex, una pura ex optimorum succorum partem quodammodo portione constans, altera impura cacochymie particeps, quæ uitiosorum est humorum in uenis redundantia, utriusque secta uena iuccurrit. Quum igitur musculi solidi atque distenti, nec non uenæ amplæ atque turgentes periculum minantur, protinus sectione est opus. Hæc enim dolores extensione placat, corpus graui pondere leuatum erigit, & quasi recreatum alacrius expeditiusque reddit ad omnis generis functiones: quinetiam insito calore liberalius uentilato, referatisque arctioribus uis & spiraculis, morbos arcet, quorum discrimen impendebat. Discrimen autem est uel ne distenta uasa dehiscant aut disrumpantur, unde partium inflammationes obtingunt, & hæmorrhagiæ: uel ne oborta uniuersalis obstructio insitum calorem restinguat, stranguletque uires alioqui ualidas, unde ardentissima febris aut repentina mors irruit. His uerò malis neque purgatio, neque exercitatio, neque inedia tutior ac repente quemquam prohibere potest. Plethora pura sanguine tutissimè demitur. Impura uero non æquè tuto, quo tamen ea simplici propinquior, magisque affinis fuerit, hoc sanguis abundantius mittendus: parcius uero atque restrictius quo fuerit impurius. In iis igitur qui prauam constitutionem fortiti, uenas supra modum referferunt, aut qui licet proba essent constitutio ne, uitiosis tamen se cibis impluerunt, eouque solum eximendus sanguis est dum plenitudine pericula uidentur. Nam reliquæ impuritati purgatio dein accomodatur. Calida autem biliosaque plenitudo omnium impurarum tutissimè uena secta tollitur: ut quæ non eam modo minuit, uerumetiam refrigerat. Melancholica plenitudo parcius id auxiliij genus tolerat: non enim eouque calida.

calida existit vt refrigerationem postulet. Pituitosa omnium certè minimè : quum enim impente frigida sit sanguinis missionem auersatur, quæ magis crudat em refrigerans ita conduplicat, uix vt unquam concoqui emedarique possit. Sed & huic fere comes uirium imbecillitas largam uacuationem minimè tolerat. Quocirca decernenda non est, nisi uenæ supra modum confertæ grauæ periculum minentur : quumque necessitas exposcet non id semel & uniuersè, sed sensim ac partite tentandum, ea ratione quam posthac explicabimus. In omni igitur impura plenitudine a secta uena auspicianda est uacuatō, sine qua uix turō purgatio decernatur. Etenim medicamentum quod præsertim ualidius sit, tum calore tum trahendi facultate humores exagitant perturbansque plethoricum corpus, in grauius id discrimen adducit. In uniuersum autem plenis turgentibusque uenis, si non proficit, obesse tamen non potest moderata sanguinis missio. Iam uerò altera plenitudo quæ ad uires refertur (hæc autem signis non facile agnoscipotest) licet neque uasa diducere, neque dirumpere, neque ingenitum calorem obruere possit, quoniam tamen imbecillas uires premit, ne qua fortasse putredo aut humorum corruptela succedat, uenæ sectione minuipotest, quæ tantum relinquat, quantum natura facillè gubernet. Sed & ea quoque quoniam nullius periculi præsentis metu urget, aut victu parciorè, aut inedia utiliter subtrahitur. De sanguinis humorumque corruptione aut putredine quæ in uenis citra plenitudinem consistit, & quæ nuncupatur cacochymia, quæ etiam nonnulli appellat plenitudinem ad uires, maior dubitandi occasio existit, num etiam possit commodè uena sectademi. Simplicem uenarum cacochymiam secta uena minuere tutum est ac utile, copix tamen ac uirium ratione suscepta. Licet enim dum in hac uena secatur, omnes humores equabiliter procedant, & uena eademque ac antè restet humorum proportio: quoniam tamen de tracta oneris portione quo natura premebatur, uires nihilo imbecilliores, sed alacriores plerunque euadunt, quod reliquum est facillius ferunt, minoreque negotio domant atque conficiunt. Ita sanè per continuas febres quum humorum summa etiamnum cruditas & putredo in uenis est, plerunque missio sanguine urinæ quæ rubræ, crassæ, ac turbidæ fuerant, mox puriores apparent, concoctionisque notas exhibent. Ita quidem ex artis principijs isthæc præcepta duci uidentur atque stabiliri, ut in secanda uena perinde ac in diiudicandis litibus, facti quæ iuris quæstio sæpe fit obscurior. Exercitari igitur unumquemque in his signis oportet, quæ tum plenitudinem, tum uniuscuiusque humoris exuperantiam situmque demonstrant. Neque imperitorum more si uel nares stillant sanguine, uel urinæ rubicundæ sese offerunt, protinus imperanda uenæ sectio. Etenim facillè sanguis prorumpit, non ex plenitudine solum, quodque eam uacuationem moliatur natura, sed aliis compluribus ex causis. Quibus enim exesa sunt uenarum oscula: quibus etiã uiscera, præsertimque iecur imbecillum uel scirrhosum euasit, iis sæpe sanguis fluit e naribus, haud secus atque hydropticis. Quinetiam urina rubescit cruentaque redditur in attritu calculi renum. Flauescit existero simplici, ex scirrho hepatis, atque etiam ex ascite. Nemo tamen per hos affectus rectè uenam secuerit. Itaque ex iis solum notis quæ uniuscuiusque humoris exuperantiam denunciant, uenæ sectio turò decerni potest. Hæc una omnium humorum qui in uenis maioribus conditi sunt vitio expeditè succurrit: eoque liberat si illinc nõ autem e malè affectis uisceribus originem habet: tum enim (vt aliquando plenius exequemur) præstantior accomodatiorque est purgatio. Ex his igitur constare potest quæ humorum vitia uena secta uacuet. Nunquam e uenis prorumpentes humores reuellendo sistat, exponendum.

Reuulsio

Reuulsio atque deriuatio ut per uenæ sectionem.
Cap. V.

VNUM prorumpentis sanguinis remedium est reuulsio: idque siue foras vt e naribus aut ex utero, siue in partè aliquam abscessum facturus illabitur. Est autem reuulsio illabentis humoris in contrarium tractus. Hoc quippe nihil celerit fluxionis impetus cohibere potest. Contraria mathematicis sunt quæ unius & eiusdem rectæ lineæ extrema tenent, ad quæ qui sunt motus contrarii dicuntur. Medicis uerò contraria quæ in eiusdem uenæ recto processu, per quem humorum cursus est, quam longissime distant. Aperta porrò uena primum quidè pars vulneri per quem humorum cursus est, quam longissime distant. Aperta porro uena primum quidem pars vulneri propinqua exinanitur, hæc dein e longinquis sanguinem prolucit. Quumque id rectarum fibrarum ope compleat (illas siquidem trahendo vt transuersas expellèdo natura destinauit) plus sanguinis & expeditius ab ijs partibus, in quas fibræ diriguntur, quàm a cæteris eripiet. Imò etiam si nihil uenæ trahant, humores tamen sponte recto fibrarum cursu defliunt. Quicumque in dextris sunt, dextra confectantur: qui in sinistris, sinistra; Laudanturque humorum cursus quicumque in directum feruntur: qui uerò oblique in transversum, vitio dantur, tanquam violatæ naturæ & perturbationis indices. Nomina quidem contraria sunt, antè ponè, ad dextram ad læuam, sursum deorsum, intrò foras. Cæterum in humoru reuulsione, ne illa quidem contraria sunt, nisi & in fibrarum uenarumque recto cursu collocentur. Pleuritidi dextræ nequaquam contrarium est latus sinistrum: at inflammato cruri dextro contrarium est sinistrum. Hic enim communis & directæ uenarum societas, per quam sinistrum crus incisum euocat & dextro: at e dextro latere nulla uena rectis fibris in sinistrum concedit. Proinde huius secta uena, dextram pleuritidem non admittit, sed noxium humorem uel in inflammata parte linquit, uel puro sanguini permiscet, uel (quod frequentissimè accidit) sinistram pleuritidem inuehit. Quæ itaque omne eò spectet consilium, ut a loco phlegmone occupato plus sanguinis ac celerius quam a cæteris partibus hauriatur, uena præcidetur, quæ sit in directo situ partis affectæ. Sic enim & naturam cum ratione, & Hippocratem summum uirum imitabimur, qui in pleuritide interiorem brachij uenam secare iubet, ab eo latere quod dolore sit affectum. Neque uerò solum in dextera pleuritide, uerumetiam in iecoris inflammatione (cui tamen uenæ omnes societate iunguntur) interiorem dextri cubiti tundit: qua non comparente, mediam secat: si nec ea se profert, ad humeralem confugere mauult, quam ad interiorem sinistri brachij, tantam scilicet uim his attribuens, quæ sunt in directo situ. Itaque reuulsio e directo euidens subsidiū celeriter adfert, e transuerso nullum. Vena porrò ampla copiose, uicina ualidè atque celeriter trahit. Quum igitur magna uehementisque fiet inflammatio ex humore scilicet maligno cuius fluxio sit præcepta, & locus in què procumbit nobilis eximijue sensus, ampla uena finitimo loco secanda, ut quæ plus, celerius atque potentius ab affecta sede uacuet. Sin uerò affectus mitior est, angusta uena eligenda, eaque distantiore loco, ut minus, tardius & ignauius euacuet. Eiusmodi reuulsio omnis præterquam quod fluxionem sistit, ab affecta quoque parte prius putrem & inquinatum sanguinem, quam ex reliquo corpore benignū atque syncerum detrahit. Neque tū metus ulli sit nouæ fluxionis proritandæ. Quum enim pars laborans magis quam ceteræ exinanita fuerit, si ad penuriam usque detractum sit,

fit, vix denuò alia humorum fluxione consistabitur, nisi fortè nouo peccetur viuendi errore. Distantes enim indigentia auidæ, proprium sanguinè elabi nõ sinent: nec pars affecta (nisi dolor aut calor restet vehemens) ab illis quicquã eripiet, vt quæ sit imbecilla, nec multo egens alimento. Malè igitur Arabù dogmate censetur, præcisam in pleuritide eiusdem lateris venam fluxi onis impetum augere, ac proinde quum ingens est plenitudo, ne fluxio geminetur, copiã primum vel ex inferiore pedis vena subtrahendam: deinde ex aduersi cubiti interiore reuellendum, proftremò reliquias ex eodem latere deriuadas. Quid hoc quæso consilij & prudentiæ, ægrum toties torquere, quem semel possis malo redimere? Profusus ad indigentiam ex laborante latere sanguis, copiã e fonte plenissimo haurit, simulq; phlegmone obsessam partem releuat, nullum metum afferens nouæ fluxionis. At ex alijs venis quæ e directo non sunt, vnam copiam immittit, nequicquam tamen deprauati elicit, neque oppressa parti leuamento est: aut certè putris humor e parte motus, puro venarù sanguini permiscetur, redditurq; malum quod corrigendum fuerat pristino deterius. Quò autem e directo secatur, vacuat, reuellit atque deriuat. Vt fluxio lenta atq; diuturna totius e distantissimis reuellitur, ita & quæ futura est arceatur: sic enim in tractum nouæ viæ longiorem conuersa, sensim a pristino citra virium offensionem desciscit. Deriuatio est humoris illapsi tractus in vicinum latus. Fit autem aperta ea vena quæ in affectam partem inseritur. Per quam ea modo alimētum capessit, modò noxium humorem insipientem excipit. Quocirca quò iniecto scalpello ea vena præciditur, pars multitudine defessa illac onus suum abiicit. Opportunè autem deriuatio administrabitur, quum reuulsione pmissa fluxionis impetus & ardor iam resedit, neque denuò recentis & inopinati suspicio est: simulq; humor adhuc liquidus est in parte, e qua remeare potis est. Si verò vsque adeo infarctum esse parti coniectura est, vt omni suendi remediq; habilitate sit orbatus (quòd in diurnis inueteratisq; inflammationibus frequens est, in quibus scirrhusæ quædã reliquæ inhærent) nulla vtiq; deriuatio venæ sectione, sed fomentis & emplastris mollientibus digerentibusq; tentanda. Quibus etiam si ne humor dissolui dissipariq; potest, neque locus est insignis, neque dolor vehementer vrget, pars affecta incidetur ac diducetur, maximè verò si humor pernicie atque contagione vicinas sedes inquinauit. Id quanquam deriuatio propriè vereq; dici non potest, illi tamen quasi vicaria succedit. Hactenus de venæ sectione generatim traditum sit, quæ interiorum morborum causam in vasis conditam euacuat, uel effluentem reuellit: deinceps enumerandi affectus singuli quibus illa debeat accommodari.

Singulorum morbum, quibus uel presentibus uel futuris facta uena succurrit, enumeratio.

Cap. VI.

MORBOS quos uel sanguinis vbertas, uel eruptio progeniit, præsentibus quædam sanant venæ sectio, impendentes arceat. Eius generis maximè sunt, synochus febris, tum ea quæ citra putredinem ex sanguine efferuescente, tum quæ expurescente eo accenditur, omnisq; continua, cuius putredo in vasis maioribus condita est. In partium autem affectibus numerantur, phrenitis, ophthalmia, parotis, angina, pleuritis, peripneumonia, hepatitis, splenis, uephritis, vteri, pudendorum, inguinum, alarum, brachiorum, crurum, articularum, omnium denique tum interiorum tum externarum partium inflammationes, dictæ Græcis phlegmonæ. Fiunt enim dum aperta, rupta, uel exesa vena, dilapsus sanguis in partem abscedit,

abscedit, abundantiorq; congestus tumorem parit. His proximè accedunt sputum sanguinis incipiensq; tabes, sanguinis vomitio, & quæ e naribus, ex vtero vel ex hæmorrhoidè plenior fit eruptio. Horum initio vena opposito loco tusa fluxionis impetum sistit, reuulsionisque vi nonnihil ex affecta parte reuocat. Ea igitur legitimum ac proprium his remediū est, qui ex boni sanguinis plenitudine ortus sui primordia acceperunt. Qui verò ex impura plenitudine emerferunt, quia his plurimum cognati sunt, vena quoque secta curari desiderant, quod eorum materia, etiam si impura sit, in vasis tamen condita est, vel ab his emanat. Deinde carbunculus, furunculus scabies humidior, omnisq; rubor per corporis summa efflorescens, & quicumque ad istorum naturam conditionemq; accedunt. His ergo præsentibus venæ sectione medemur. Sic igitur causis, omnisq; continua febris curanda, cuius putredo in vasis maioribus coarceatur. Intermitteus verò quæ pura sit, siue tertianarum, siue quartanarum aut quotidianarum genere continetur, quod eius proxima materia propriusq; fomes non in vasis sit maioribus, neque ex his prorumpat, venæ sectione haudquaquã rectè curatur. At nihilominus in his interdum sanguis conuenienter mittitur, quum aut venæ immoderata copia turgescunt, phletoræ quæ pericula impèdit, aut incalescentis sanguinis symptoma quoddam acrius vrget: vt pulsans capitis dolor, corporis iactatio, ætus penè suffocans: quamquam & hæc pierunq; obrepunt ex bile circum præcordia efferuescente. At ne sic quidem venæ sectio aut febrem aut causam eius tollit, sed duntaxat symptomatum tum præsentium, tum impendentium fruitiam compescit. Ex partium quoque affectibus, capitis & aurium pulsans dolor, lethargus, vertigo, apoplexia quædam, & epilepsia, acris mordaxq; fluxio, cordis quædam palpitatio. Quinetiam impendentibus illis consuetis, aut anniuersariis, quum iam plenitudo causæque subesse deprehenditur, anteuertendum occurrendumq; est sectio-
ne venæ, quandoquidem præsentium atque futurorum vna communisq; est ratio medendi: & quæcunq; morbis præsentibus e ceteris per aguntur, eadem sunt aut incipientibus aut imminetibus illis præmittenda. Sed & citra plenitudinem, atque etiam in penuria interdum vena inciditur, quum evidentes causæ vt contusio, dolor, uel ardor, uel ardor fluxionem proritant, quæ partis alicuius phlegmonem minatur: quod etiam nõ præsentis, sed incipientis, aut imminetis morbi magnitudine atque metu fit. Hoc loco dubitatio existit non parum controuersa, vtri magis ex vsu sit uenæ sectio, præsentine morbo an imminenti. Quæ sic tamen explicari potest. Quum maxima & præces est plenitudo, nec dum morbus ullus genitus est, nullo uirium dispendio sanguis abundè educi potest, ut qui copia & pondere naturæ grauis erat. protinus enim laborans discrimen effugit morbi imminetis, securisq; redditur. Quum uerò morbus iam est genitus, uires præsentia eius attenuatæ, uix queunt citra detrimentum iustam sanguinis effusionem sustinere. Hinc Hippocrates ex more insipientes uel imminentes morbos iubet anteuertere sanguinis missione, non illorum in cursum apulsumq; expectare. Hac ratione in ephemera ex obstructione, in synocho simplici, sanguis copiose trahitur antequam materia putrescat. Quo circa tutius imminente quam præsentem morbo sanguis profunditur: ac utilius est futurum prospicere atque præcauere, quam prorogare ut insipientem defixumq; profligemus. Nam agrius eicitur quam non admittitur hospes. Cæterum quum morbus iam grauitur hominem exercet, maiore necessitate remediū exoptulat, quam quum nondum inuasit. Quocirca genitoquam impendenti morbo, necessaria magis est uenæ sectio, quod geniti læuitia, maiore nos
KKK necessitate

necessitate impellit & urget, quam futuri metus. Itaque presenti necessitas, imminente vilitas ac securitas inest.

Quæ uena in quouis effectu secunda. Cap. VII.

PLENITUDO cui nullius partis affectio assiluit, qualibet ex uena citra delectum detrahitur, commodissimè tamen usuque maximo ex interiore cubiti dextri, quæ a caua plurimum & a rectore ualidissimè prolucit. Plenitudo biliosa, ex dextri quoque melancholica ex sinistri cubiti interiore uenarum enim est efflagitat lienis situs. Quæ uero ex crudorum coluue suborta fuerit, ex utroque cubito præque demum potest. Eadem prorsus lex & in febrium curatione obseruanda. Quapropter synochus tum simplex tum putrida, uenam interiore cubiti dextri præcidi postulat, perinde ut febris ardens, & pestilens simplex, itemque tertiana & quotidiana continua. Quartana uero quæ continenter affligit, interiore poscit sinistri brachii. Eadem propemodum ratione in puris intermittentibus secunda uena deligetur, si quando aut plethora aut symptomatum seuitia hanc aperire postulet. Ex partibus quæ supra clauiculas sunt, perspicue reuellit & uacuat incisa uena humeraria, celerius ualidiusque in cubito tardius uero & seignius in eo manus ramo, qui inter pollicem & indicem excurrit. Ex his uero quæ inter clauiculas & renes positæ sunt reuellit secta interior, celerius & maiore vi in cubito, tardius uero & seignius in manus ramo, qui inter annularem & minimi digitum porrigitur. Ex utriusque reuellit uena media, si quidem ex communibus illa humeraria & interioris ramis coagmentata conflataque est. Nam plerumque aut latet altius inuoluta, aut alterius duntaxat soboles est. Subter renes in quacunque parte inhæret affectus, secta poplitis uena, maiore tum impetu tum celeritate reuellit, lentius uero & infirmius secta in malleolo saphena. Renes ancipites sunt, medii inter superiora inferioraque intersecti. Situs definitio non ex partis ordine, sed ex ortu & productione uenæ, quæ in partem emittitur. Itaque phlegmone quæ rectos abdomini musculos supra umbilicum inuaserit, retrahetur aperta inferiore uena. Quæ uero colum intestinum prehenderit, quamuis subter renes sit, reuelletur secta interiore cubiti: ita enim uenarum origines deriuationesque commonstrant. Hinc singulas uniuscuiusque partis affectiones persequamur. Capitis ex plenitudine affectus tum interiores tum externos, siue etiam nunc initium faciant, siue magnitudinem summam impleuerint, reuellit secta cubiti humeraria: dextros quidem dextra, sinistros sinistra. At si seignius & ignauius id agendum erit, uti quum anteuertere ac futuros præcauere, consilium est, secabitur quæ directo inter pollicem indicemque manus contendit, nisi fortasse aliunde quam ex humeraria ducat originem. Eos porro deriuant scapularum atque humerorum sacrificatus, iniectionesque cucurbitulæ, & sanguis profusus e naribus, quemadmodum etiam phrenitidas, deliria, & apoplexias. Vertigines uero quæ capitis uitio enatæ sunt, deriuantur præcisus quæ porè aures sunt arteriis: perinde atque inueterati capitis dolores calidi spiritusque pleni. Qui dolores priora capitis obsederunt, deriuantur aperta frontis uena: qui uero occipit & posteriore tenent, cucurbitulis ceruicis humerisque adhibitis, aut incisa uena puppis. Oculorum inflammationes & acres lachrymæ, primum secta eiusdem lateris humeraria, deinde humerorum ceruicisque cucurbitulis retrahuntur inhibenturque: deriuantur autem incisa uena quæ in alterutrum fertur angulum. Auribus inflammatis & parotidibus post humerariam

riam si cetera uena sub aure. Gingiuarum, maxillarum & dentium calidiores affectus, post humerariam, earum quæ sub labiis extant sectionem desiderant, ut angina earum quæ sub lingua conuocantur. Pulmonum inflammationem reuellit pariterque deriuat interior cubiti sinistri potius quam dextri: quandoquidem pulmonum uenæ ex dextro cordis sinu procedunt, hic autem in sinistram partem uenæ caue inferitur, qui per alam sinistram in cubitum excurrit. Eadem sanguini qui tuellendo reuicitur, tibi, cordis palpitacioni, aliisque eorum uitiis succurrit. Plenitudo tum interiori, tum externæ, itemque pectoris, diaphragmatis inflammationibus & ulceribus sanguinem spuro fundentibus, interior eodè latere secta reuellendo deriuandoque confert. Inflammationes quæ uel axillas uel humeros malè habent, nisi ad brachii flexum pertingant, eandem curandi rationem subeunt. Quum autem eò peruenitur, quoniam partem inflammatione obsessam sectione proritare tutum non est, minus & directo aperienda est uena. rectore inflammato grauitere oppresso, interior dextra exciditur: at uero malè affecto lienis, succurrit interior sinistra, in cubito quidem ualidius, in manu languidius. Deriuatio e lienis, non ut quibusdam uideatur in hæmorrhoidas, sed in aluum fit: & e cauis quoque iecoris in aluum, e gibbis uero in urinas. Recens renam inflammationem, quam copia sanguinis comitatur in uenis, ex interiore cubiti reuellit, dextri quidem si ren dexter, sinistri si sinister affligitur. Quum uero non iammodica plenitudo premit, tutius ualidiusque ex inferioribus quæ e directo sunt, uel in poplite uel in malleolis. Per uteri affectus si menses præter modum emanant, uena cubiti interior impetum coercebit, sursumque retrahet, quemadmodum & cucurbitulæ subter mammæ, uel etiam umbilico infixæ. Suppressos autem menses uena in poplite aut malleolo instante purgationis tempore caesa mouet: nam sanguinis imperu dæcorum conuersio, uenæ quæ in uterum pertinent, resignantur. At si qua inflammatio sub est, per initia sursum retrahetur, idque directo, illinc quippe tanquam e fonte plenior fluxio irruerat. Nec est quod inde mensium suppressionem uerere: si modò quam mox uenam in poplite aut in malleolum directam ferire iubeas, quæ illorum euacuationi deriuationique, paratum & expeditum est præsidium. At si quis temerè hoc ab initio experiatur & attentet, fluxionis imperum plegmonemque augebit. Reuulsio enim quæ fit secta interiore cubiti uena, quia iecur fontem ipsum, e quo fluxionis exordium est, exhaurit, uniuersalis censetur: quæ uero ex uenis inferioribus fit, particularis, neque fontem primariò euacuat. Quum itaque uniuersalia particularibus sint præmittenda, inflammationes quæ subter renes incurrent, primum reuellendæ sunt præcisæ interiore cubiti uena directæ, deinde referatis inferioribus, quæ aliquam etiam reuellendi vim obtinent: has tamen tutum minimè sit primas ferire, maxime si ingens est uasorum plenitudo, fluxionisque incurso uehemens. Prefluente affatim hæmorrhoidas, secta in cubito uena suppressas diducit & euocat secta in malleolo. At si qua inflammatio uel podicæ, uel partes obsecras, uel uescicæ uel alterutrum inguen infestabit, modò non uenenatæ cuiusdā pernicii particeps ea sit, ex superioribus cubiti uenis multitudo summouenda, inhibendaque fluxio: secundum quam ex inferioribus, si magna premet necessitas, particularis reuulsio deriuatioque fiet. Similis est crurum inflammationum ratio: quoties enim ingens inest plenitudo i effrenataque fluxionis vis & incurso, ex cubito sanguis primum, mox ex crure uel pede fundetur. Sin leuior existet inflammatio, neque plenitudo extra modum increuerit, superiorum uenarum sectionibus prætermisissis, satis superque erunt quæ ex inferis obeunt.

Hæc igitur uenæ, in factis aut incipientibus morbis incidenda. Cæterum qui ex præfenti plenitudine futuri morbi metuuntur, sanguinis detractioe arcèdi sunt & præuertendi. Ac si plenitudo ex suppressis menfibus coagmentata est, quif quis morbus impendebit, congruenter propulfabitur inferarum fectione, quæ dum uacuant, menfes pariter exciunt, ipsamque mali causam exterminant. Vbi uerò ex longa consuetudine fluentes hæmorrhoides cohibentur, plenitudinemque inuehunt, si quidem has euocare consilium est, ex inferioribus plenitudo haurietur: sin illas obcæcare egrotus requirat, neque uelit posthac illis obnoxius haberi, plenitudo ex superioribus erit detrahenda. Quæcunque autem aliis ex causis nata plenitudo morbos minatur, eos inhihibebit sefta iecoraria in flexu cubiti dextri. Pars cuius uasa facillè diducuntur vel rumpuntur, aut illabentem fluxionem promptè excipit, exinanienda est non per uenam finitimiã, quum nihil morbi adhuc genitum fit, sed per uenam quam longissimè e directo disunctam, quæ & futuram fluxionem inhibeat, & eius solitum impetum in diuersam regionem incitet.

Quid spontanea sanguinis eruptio conferat in morbis. Cap. VIII.

SANGUIS e naribus, ex hæmorrhoidè, atque ex utero plerunque sponte prorumpit: ex ore uerò modò ruffi, modò uomitione. at ex alia corporis parte perquam rarò, nec nisi contra naturam. Quocunque ex loco lentè parceq; sanguis etiam secundum naturam emanat, inutilis habendus: neque enim morbum soluit, neque conuenientem uacuationem dehortatur, quam præfertim morbi uehementia maturare cogit. Qui uerò affatim copioseque prociuit, tum in grauantè plethora, tum in lynchcha febre utilis, ut quam decretorio die plerunque finit. Quum enim uniuersale malum omnes pereque tû uenas occupet, undecunque obtingat sanguinis imminutio, grauitatis plenitudinisque symptomata cedunt. At in causo atque in omni continua per quâ humores alij in maioribus uasis putrescunt, sanguis etiam copiose & affatim profliens non eque confert. E naribus enim qui excurrit licet uigilias, deliria capitis dolorem aliaque symptomata demulceat, uix tamen propriam morbi essentiam atque radicem euellit, nisi forte immoderatio succedat profusio, summa uirium dissolutione, quæ tamen nusquam uidetur optanda. Vitiosus enim sanguis per nares postremus elabatur, nec nisi quum utilioris magna uis erit effusa. In his igitur febribus tametsi nares multo stillent sanguine, uena tamen cubiti secunda: quandoquidem sæpe deprehensus est e naribus tum calore, tum substantia laudabilis, quum ex cubito impurus sordidusque detrahitur. At uerò qui per hos morbos ex hæmorrhoidè aut utero affatim & copiose exit, quod proximè e uena caua lumborum decedat, multo equidem utilior habendus: sed plerunque nec ipsam febris radicem extirpat, quæ in uenis est cordi proximis. Hinc sæpe profluentibus menfibus, atque etiam in puerperis quæ ritè purgantur, ob febris ardorem sanguis (licet parcius) e cubito demendus. Eadem quoque ac etiam euidentior est interdum ratio mittendi sanguinis e cubito, profluente hæmorrhoidè. Iam uerò partium phlegmonæ aliisque affectus qui supra iecur & diaphragma consistunt, nihil aut minimum mitescunt sanguine ex utero aut ex hæmorrhoidè profusio: nec qui inferiores sedes obsident, eo profluente e naribus: quemadmodum nec e nare dextra emanans affectus tollit sinistros, nec e sinistra dextros. Itaque sanguis sponte at non ex ratione profluens, non eam dehortatur uenæ fectionem

nem quam ratio ususque postulat. Morbis autem curandis uenæ feftio aut per se, aut accidente confert: per se aut uacuat renellit, ex accidente uero, modò refrigerat, quum calidiorem sanguinem educit, modo obftrictiones expedit, sed eas duntaxat quæ ex multitudine contractæ fuerant. His autem affectibus semper adhibenda est, quibus per se, non semper uerò iis quibus ex accidente medetur. Etenim iecoris calidiorem intemperiem emendare emifione sanguinis quum eius est penuria, minimè tutum fit: sed eorum tutior usus quæ per se refrigerant & proprium sunt intemperiei remedium. Diftiam sunt affectus omnes quibus remedio est uenæ feftio: nunc effundendi sanguinis præfnienda quantitas.

Quibus signis morbi magnitudo & uirium robur comprehendantur, pro quorum indicatione mittere aut non mittere sanguinem oporteat. Cap. IX.

CVICVNQVE affectui conuenit uenæ feftio, ei protinus adhibenda si magnus is est uiresque consentiunt. Leuis autem usque adeo interdum affectus est, ut uel sponte nullo artis subsidio breui sanescat. Atque interdum licet magnus fit, uires tamen imbecilliores apparent quam quæ ullam uacuationem sustineant: ut quæ serè omnis illarum substantiam conuellat, quarum seruandarum gratia curatio instituitur. Itaque ut accurate & ad uigueni præscribatur in quibus morbis si quantum demendum fit sanguinis, prorsus estimandum quam magnus morbus fit, quamque ualide sint uires. Morbus autem siue factus omnino, siue incipiens, siue impendens, magnus dicitur aut ex se, aut ex sua continente causa quæ in humoribus consistit, aut ex symptomatis cuiusdam sequitia. Ac primum quidem magnus uehemensque intelligitur ex suo genere: nam cuiuscunque partis fit phlegmonæ, grauior deteriorque censetur quam simplex eiusdem intemperies. Deinde ex partis usu atque præstantia, si ex principum partium est ordine, ut cor, ut cerebrum & iecur: aut si contra inter partes abiectas & ignobiles censetur. Præterea ex istarum situ: nam aliq; principibus affinitate iunguntur, ut pulmones, latera, uentriculus & lien: aliæ uero longiore interuallo disunctæ sunt, ut intestina, renes, uesica, artus, aliæque in extremis corporis positæ. Ex ipso denique partis sensu, qui aut acer acutusque est, aut hebes. At causæ magnitudo ex humoris qui in affecta sede congestus est & continens fit morbi materia, conditione & natura spectatur: quod nempe benignus fit uel vitiosus, uel putridus, uel perniciosus qualitate contaminatus. isque aut multus aut paucus. Hic enim quicquid perniciosum est & malignum, magnum etiam nuncupare consueuimus. Ex uasorum etiam & uiscerum totiusque corporis plenitudine uel exinanitione, antecedentis causæ magnitudo deprehenditur: itemque ex humorum inibi cõceptorum puritate aut uitio. Symptomatis magnitudinem ex uehementia aut remissione eorum quæ incidunt metimur, nempe doloris, sitis, languëtis appetentiæ, uigiliarum, & ceterorum quæ uires imminuunt & attenuant. Itaque si praua quædam morbi species uel inflammatio, iecur, cerebrum, uel partes cordi uicinas atque connexas occupauerit, cuius uis latè se fundat, sitque humor putridus & uenatus, quali & corporis uasa cõferta appareant, adeo ut inde magna excitetur corporis agitatio, mala appetentiã, sitis, dolor acerbus, & uigilia: hunc profecto in maximorum grauissimorumque morborum numero reponemus, cui & maxima cõgruit euacuatio.

tio. In quo autem morbo diuersa comparent omnia, is certe pro leuissimo mi-
 nimoque ducendus est, & qui fortasse nullius uacuationis indigeat. Inter hos
 non pauci interiecti sunt mediij ordines, qui pro maioris minorisque ratione,
 aut abunde aut parèe vacuandum denunciant. Nunc ad uirium affirmationem
 trasferatur oratio. Facultatium uiriumque corporis alia partibus singulis in-
 generata sunt & instita, aliae communes & influentes. Institarum atque innati
 calidi vnam eandemque haberi essentiam, eamque naturam appellari, & ex in-
 nato spiritu & humido primigenio conflare, cui solida partium substantia tā-
 quam materia subternatur, alias planum effecimus. Communium uero ua-
 10 garumque essentias e tribus principiorum fontibus emanare, triplicique spi-
 ritu in totum corpus, animale quidem e cerebro per neruos, uitalem e cor-
 de per arterias, naturalem e iecore per uenas effundi ostendimus. Quo loci de
 monstratum simul est vires partibus singulis ingenitas ab influentibus illis su-
 stineri, totum uero animi ab utriusque gubernari. Itaque si integra sanitate
 sui debet animal utraque tam instita quam influentes saluas & incorruptas
 esse est necesse. Quod enenturum est, si earum substantia equabili & iusta qua-
 20 dam moderatione consistat, que in certa quantitate atque proba temperie pos-
 ta est. E contrario autem si substantia uel quantitas uel tem peries inuertatur,
 illa necessario iacturam facient, aut imbecilliores euadent, unde earum
 functiones ledentur, totiusque animalis gubernatio perturbabitur, tandemque
 uite consequetur eneruatio. Ergo valentes & imbecillae uires ex operibus pri-
 mum internoscendae sunt. Urinae aut alui excrementa cruda, nempe tenuia,
 & aquosa, aut lorurae carnis similia, naturalis facultatis imbecillitatem com-
 monstrant, quemadmodum uel retentio, uel alia quaeuis oblaesa functio. Vi-
 30 talis facultas ex pulsu paruo, obscuro & languido, similiter ex respiratione
 parua, difficili atque crebra, ex uoce exili & languida, quae neque pulmonū,
 neque pectoris uitio oborta sit, debilis animaduertitur. Horum uero contra-
 ria eiuſdem robur & firmitudinem ostendunt. Animalem uim imbecillam ce-
 arguunt motus sensuumque lesio, uigiliae, deliria, aliaque perturbatae principes
 40 actiones: quemadmodum contrariae constantiam ipsius firmitatemque demon-
 strant. Ex iis ergo functionibus facultates laedi coniciimus. Laeduntur au-
 tem & imbecillae apparent bifariam, uel oppressae uel languidae. In omni por-
 ro euacuatione maximi refert languidas ab oppressis internoscere. Haec siqui-
 dem largam, illa nullam uacuationem ferunt. Earum distinctio ex causis cui
 dentibus est perenda. Si enim eius generis praegressae sunt quae uirium substan-
 tiam uel mutant uel dissipant, eas uere languidas esse: sin nullae eiusmodi de-
 prehensae sunt, & aliae urgent suo pondere, opprimi solum censeto. Externe
 40 causae & euidenter quibus institarum uirium (ab his enim exordiar) temperie
 mutatur, sunt ardentissimae febres quae corpus liquant, & causae uehemen-
 tiores quaecumque solidas partes immodice calefaciunt, refrigerant, humectant,
 siccant uel. At illarum substantia digeritur atque disperditur in morbis longif-
 finis, qui hominem in atrophiam uel in tabem concijciunt. Influentium au-
 tem uirium triplex spiritus permutatur, tum ex ambientis & rerum quarumli-
 bet irruentium intemperie uel uenena qualitate, tum ex uiscerum aut hu-
 morum deprauatis qualitatibus. Aeris quippe feruor & aestus non solum qua
 nos extrinsecus ambit, uerum etiam qua intro respiratione ducitur, pulmones
 primum, deinde cor, omnesque spiritus conſequē inflammant, dum plerumque fe-
 bris incendatur: ex qua spiritus intemperis necessitas est vires imbecillae lan-
 guidaeque reddantur. Adde per eum feruorem spiritus non modo temperie
 muta-

mutationem subire, sed & dissipatione minui. Frigoris contra immoderata uis
 foris incidens introque subiens, alias spiritum omnemque calorem infrigit &
 debilitat, alias profus extinguit. Aer dum uel pestilens uel quoddam uene-
 natum aliud uitium coecepit, haustus tractusque contagione nostros etiam spiri-
 tus labefactat, ex quo grauium morborum in corpus incurſio, uiriumque non
 medioeris iactura. Multo quidem apertius uel scorpionum uel rabidi canis uel al-
 terius uenenatae bestiae morſu acceptum uirus, spiritum polluit & inficit. Porro
 etiam interiores & abitrusae causae spiritus immutare solent. Vbi enim prin-
 10 cipes corporis partes intemperie aliquapiam conflictantur, eadem si longius
 serpat necessario ad spiritus indidem ortus dimanabit, uiriumque robur com-
 minuet. Quodcumque etiam humoris uitium in corpore deminetur, ex eius in-
 temperie grauius offensionem spiritus excipiant oportet. Crudorum quippe
 humorum uel qui aut corpus uniuersum aut uentriculus maximeque os eius oc-
 cupauerint, necesse est tum caloris tum spiritus substantia refrigerat & infrin-
 20 gatur, animalque profus languescat, interdum uero & syncope prehensum cor-
 ruat. Bilis ardentior calore immodice spiritus cremas, aut os uentriculi uelli-
 cas & quasi aculeis compungens, haud leuiorum malorum sit causa. Est & quum
 humor aliquis ueneni labe & perniciē aspergitur, cuiusmodi est cohibitus pu-
 trescensque sene, aut menstruum, aut grumus sanguinis, cuius uapor spiritum la-
 30 befactas & inciens alias syncopen, alias ueteri stragulum, alias epilepsiam, al-
 alias alia incommoda solet inferre, uiribus extra modum offensis. Ergo tot tan-
 tisque modis spiritus a sua temperie desciscunt. Eorum porro uiriumque sub-
 stantia imminuitur atque dissoluitur, interdum sponte, quia tenuis & dissipabi-
 lis in corpore calido, raro, laxoque concluditur, ut proinde suo prope impetu dif-
 perdat & uanescat. Interdum uero externarum & euidentium causarum oc-
 cursatione permittitur, quales sunt ambiens aer feruidior & siccior, uacuatō im-
 modica motio uehemens, animi pathemata dolor & uigiliae. Immodica humo-
 ris aut etiam inutilis excrementi euacuatō, hoc ipso quod spiritus substantia su-
 40 sa atque profluens est, non potest non bonam illius partem e corpore secum abri-
 pere. Quae circa siue alius nimis pere uel natura uel arte profluit, siue urina
 plus aequo profunditur ut in diabete: siue pus aut aqua ex thorace, stomacho,
 uentre inferiore, aut ex magno quopiam abscessu uniuersae & astatim prorumpit,
 necessitas est grauium vires iacturam faciant. Multo autem certius &
 clarius nimia sanguinis aut salutaris humoris uacuatō spiritus effundit, vi-
 resque conuellit, siue is ex uenere, siue ex naribus, siue ex ore, siue ex mariscis,
 siue ex utero, aut aliunde profiliat. Hac etiam ratione inediae corporis ro-
 bur frangunt, quod per has necessario & utili corporis alimento disperdit &
 exhausto aliud non sufficitur, unde uim omnem concidere est necesse. Labor ac-
 40 estus spiritus calorisque substantiam halitu aut sudore dissipant. Quapropter
 qui uitae suae cursum in labore aut circa balneas & fornaces conficiunt, quo-
 niam continenter labitur ac fluit eorum substantia, haud equae excrementis cir-
 cumfluunt atque ij qui ociosam & inertem uitam traducunt. Qui luxuria & ef-
 frenata libidine diffiunt, his (inquit Poeta) frigent effoete in corpore uires,
 que nullius medicinae uim perferunt. Hi omnium maxime ex tanta feminis uac-
 uatione flaccescunt & languent, quod spiritus plurimum dissipetur. Doloris porro
 atrocitas multo amplius quam labor spiritus disperdit, uiresque prostrernit. Animae
 pathemata alia quae spiritum atque calorem obrunt & stragulat, ut timor, molestia:
 alia uero dissoluit atque dissipant, ut gaudium, letitia: Vigiliae corpus uniuersum
 etiamque maxime animalem spiritum exhauriunt, quemadmodum somnus uacua-
 tionis

tionis genus omne præter sudores & quam *αδην δ' διαπνι* Græci uocant cohibent. Atque hæ sunt causæ quarum exuperantia calorem, spiritum uiresque dissipat: quæ quoniam euidenter existunt, tanquam notæ & signa sunt, ex quibus vires propriæ substantiæ iacturam fecisse intelligimus. Causæ uero quæ dū taxat vires opprimunt interiores sunt & abstrusæ, neque ad eod nobis expositæ: eius generis sunt obstructio, & immoderata humorum copia. Venarum arteriarumque obstructio quæ a crassis lentisque humoribus fit, spiritus arctæ coercet neque illos ventilatio ne refrigerari sinit, unde præditio vsu vitæ necessario grauius cum ingenito calore opprimuntur. Id quidem in pulmonibus, in iecore in cerebri ventriculis atque arteriis, in ipso denique corporis habitu sæpe ac multum euenire solet. Obstructio autem quam humores nimio plus exuberantes induxerunt, non modo spiritum caloremque premit, verumetiam suffocat e obruit. At multitudo lipera neque, vlla obstructio præpedita siue simplex siue cacochymiaë particeps est, vires strangulat: vt in athletico habitu sanguinis, in leucophlegmatia pituitæ, in hydrope cruditate, in ictero bilis exuperantia. Quotiescunque igitur naturalis facultas ab excrementis, vitalis ex pulsu & respiratione, animalis ex propriis functionibus imbecilla deprehenditur: si qua ex causis illis procatarctis vehementior antecesserit, direptam & imminutam censeto virium substantiam. Vbi uero nulla ex causis illis prægressa fuerit & vires nihilominus imbecillæ comparebunt, non vtique dissolutas, sed oppressas purato: maximè si vel plenitudinis vel multæ cacochymiaë signa fuerint connexta. Sublatis causis opprimentibus protinus vires recreantur & ad sese redeunt, nisi affectionis diurnitate prostratæ iam sint. Velim igitur affectuum virium tres a nobis ordines constitui, alias esse prostratas, grauatas alias, tertias languidas, quarum signa sigillatim ex antè commemoratis elucebunt. Sunt qui vni pulsu tanquam signo minimè fallaci iubent attentos esse de virium robore iudicatuos. Id certè magnum quippiam, at nondum satis esse iudico: quandoquidem pulsus ferè inconstans incertusque est, & externarum complurium rerum interuentu perturbatur, mutationemque suscipit. Deinde ingens copiosaque euacuatio alias vires non minus quam vitalem concutit, atque earum occasu haud secus emorimur atque si vitalis intercideret: quare videtur aliarum etiam facultatum obseruatio ad vacuandum necessaria. Siquis enim vehemèti aut diuturno morbo, vt lenteria, atrophia marasmoque extabuit, huic sanguinem non mittes, etiam si pulsus plenus nunc existit & validus. Quocirca non vnius, sed trium vagarum & influentium facultatum, neque harum solum, verumetiam insitarum, quibus actio vitæ continetur, robur ad vacuationem æstimandum est.

*Et uacuandi quantitas ex morbi magnitudine & virium robore æstimari
debet.* Cap. X.

MORBUS ois ægroti vires conuellit, vt & vacuatio quæ ad illius depulsionem adhibetur. Ne igitur durum videatur iam effluctum grauius affligere, ea lege temperanda sunt omnia, vt morbi substantia dematur, viribus quam fieri potest minimum oblatas. His quidem tantisper negotium facessere dum malum profingitur, & in maioris commodi spem adducamur, periti in primis est artificis. Quæcunque autem offensio per legitimas euacuationes viribus infertur, leuis admodum, & breuis esse solet, vt quæ completa euacuazione mox conuiescat. Natura siquidem noxiorum humorum pondere deonerata, quo veluti sarcina premebatur, priores vires recuperat, quicquid spiritibus & innato calori fuerat detractum

Aut refarcit, factaque morbo deinceps superior, quæ reliqua sunt euincit partim coquendo, partim foras dissipando. Si Hippocrates ad pericula prospicienda sagacissimus consuluit tenuem uictum ægrotis adhibere, haud ueritas illorum uires, licet infirmas uictus tenuitate debilitare, ut hac simul morbi essentiam comminueret: idem profectò inuacuandi munere tenendum. Cæterum præ inde ut in uictus ita & in euacuationis ratione cauendum, ne in extremam debilitatem adductæ uires concidant, circumspectumque etiam atque accuratè considerandum, quantum & quoad perferre queant. Aequa autem & legitima euacuationis quantitas citra insignem uirium offensionem morbum admittit. Hoc morbi uiriumque inter se exquisita collatio comonstrat. Nam ualidis constantibusque uiribus, fidenter quantum morbus desiderat erit euacuatum: minus ualidis parcius, prostrati nihil profus molliendum. Cæterum hoc ipsum in disceptationem quæstionemque uocatur, possintne vires usque adeo debilitari, ut ne minimam euacuacionem toleret. Plerumque enim in magna uirium deiectione euacuaciones sponte, salubriter, euentuque felici prorumpunt. Deinde unicuique uirium ordini sua quædam euacuacionis quantitas proportione reddi potest, non enim credibile est uncia aut semuncia sanguinis effusa uires etiam prostratas offensionem iri. Quoniam igitur hæc obscura sunt, explanationes adhibendæ, ut omnis ueterum ambiguitas tollatur. Vacuacionum alia integra statuitur & perfecte absoluta, quæ omnem aut certè plurimam morbi materiam facit leuiorem: tertia eousque exigua & deficiens, nihil ut laborantem leuet. Raro quidem uires adeo prostrantur (nisi malo uictis & deploratis) ut ne uel minimam quidem euacuacionem sustineant: uerum huiusce tanquam inutilis ueteres non meminere, quod citra ægroti alienationem uiribus incommodet, statueruntque uiribus afflictis & prostratis nullam omnino euacuacionem adhibendam. Itaque ualentes uires integram consummatamque, mediocres imperfectam quidem, sed utilem, prostratæ nullam mali curatricem euacuacionem tolerant. Ex morbis autem quicunque uehemens ac magnus extiterit, copiosam eamque necessariam exposcit, sine qua aut nullo modo aut non tuto sanari potest. Mediocris moderatam, quæ raro necessaria, sed duntaxat utilis haberet, per quam citius ac tutius sanatio perficitur. Exiguus morbus exiguæ etiam aut nullius omnino euacuacionis indiget. Iam uero morbi magnitudo uirium robori conferatur. Quum uires erunt planè integræ, & morbus mediocris, non utique necessaria, sed duntaxat utilis est uenæ sectio: potest tamen tuto & quantum morbus desiderat sanguis mitti. Non enim uerendum est constantes uires aliquantisper imminuere, dum morbi sentina funditus ex hauriatur: ea siquidem præpedit nullaque mora recreantur. Quum in uirium constantia & firmitudine morbus inuadet magnus & periculosus, qui uasa immoderatiore copia distendat, quæadmodum in habitu athletico & in synochis febribus, tunc uberior euacuatio præscribenda, quæ affectus magnitudini usquequaque respondeat, expectetque (inquit Hippocrates) usque: ad animi defectionem ducere, si eger perferre possit. Neque uero de ea animi defectione præcipit, quæ uel timiditate et animi ignauia, uel acrimonia humoris accidit, qui os uentriculi pungit & irritat: sed de ea duntaxat quæ uberiorem euacuacionem consequitur. Hanc enim in morbis extremis statuit tanquam regulam & legitimum euacuacionis modum. Est autem animi uiriumque defectio lipothymia siue lipopsychia, in qua etiam ægrotus loquitur, audit, uidet, agnoscitque præsentis. Syncope uero est omnium uirium præceptus lapsus, ut epilepsia animalium: qua certè qui op-

primus, nec audit nec videt, & (ut verbo expediam) omnes externas functiones quasi interceptas habet. Lipothymia leuior est syncope, hancque solè precedere. In his igitur affectibus sanguinem usque ad lipothymiam mittere permittitur: at non timore & sine iudicio. Sed quum iam vires præ vacatione manifestè fatiscunt & uacillant, & initium patiuntur des. stionis atque lipothymia exhibendum: neque unquam vacationis ad extremum & usque ad veram syncopen deducenda, ut quæ omnino periculose enadant, etiam si ualde vires erant. Tenta dum igitur est exuperantem humorem subducere, quæ vires ferant. Et quocumque tempore dissoluuntur, etiam si restent superuacua, ab euacuacione nihilominus desistendum cessandumque protinus est. Hoc autem certissimè discies pulsuum mutationi animum mentemque adhibes, quum ex magno paruum, ex æquali inæquabilem, ex ualenti debilem & obsecurum fieri, quumque fluentis sanguinis impetum labare, egrotumque iam languere animadueras. Quoniam igitur syncope mortis est imago quædam, quæ astantes percerret, & ægrum in maximum vitæ discrimen adducit, in eam profectò vacatione ægrotum minimè præcipitabit, quicumque existimationem suam inuolutam tueri, neque in ulla obsecutorum reprehensionis incurere uolet. Conducibilis quidem sit ægrum diutius torqueri, quam unà cum morbo vitam omnem profunderè. Hactenus vires integras valentesque oratio nostra at igit. Mediocres porro vires si mediocri quoque morbus adortur, moderate at quoque vacationem postulant, quæ leui aut exigua uirium offensione ueneriam causam detrahatur. Atque etiam utilis ea fuerit, quæ leuior mitiorque adhibebitur. At si easdem vires morbus maior inuadat, & cui multa vacuatio fuerit necessaria, nequaquam debet ea semel & uniuersè suscipi: ut quam vires tolerare nequeant. Non enim rectè morbus demit, qui cum morbum demit, qui cum morbo egrum de medio tollit. Quum igitur semel & uniuersè facta uacuatio citra periculum adhiberi non potest, quod uitæ se habet, paulatim uacuare expedit, & minutatim salubre quippiam pro reo reponere: ac primum quantum vires ferant detrahenda, deinde quod de fuit iteratione supplere, idque uel bis uel ter, uel nonnunquam sæpius: ea curatio Græcis est *τακτα*. Prostratis autem uiris nulla uel morbo exigente uacuatio inuenda. Quæ enim adeo exigua fuerit, ut uiribus illis quasi dimensa & par respondeat, quoniam comodi nihil, incomodi uerò atque perturbationis plurimum inferat, tanquam inutilis & superuacua prætermittatur. Atque in uiribus reborandis confirmandisque omnium studiū collocatur, idque cibis boni succi modicè & sapienter offerendis, uicibus etiam facultas in fit morbo aduersa, quæ cacochymiam emendet. Quod si postea vires recreari atque refici contingat, tum idonea afferretur vacuatio, quod in diuturnis morbi sæpius uiuencit. In acutis uerò nimia curatio semper anceps est & periculosa.

Præsentium, & veteriorumque obseruaciones, ex quibus certior uacuandi quantitas inueniatur. Cap. XI.

MITTENDI sanguinis quantitatem ex morbi magnitudine atque uirium robore præceptam, exquisitius atque perfectius euidentiū casualium obseruatio præscribit. Ex his causis tres numerantur interiores & nobis congenitæ, tempore uero, corporis constitutio uel habitus, & ætas. Totidem externæ & aduentitiæ, ambientis constitutio ex anni tempore, regione & coeli statu profectæ: uacuatio

uacuatio suppressa uel immodicè procedens: consuetudo uisus uel generis uitæ uel uacuationis. Præteritas hæcæ causas idcirco supra exquirebamus, ut ex his exquisitis morbi & uirium magnitudo nobis eluceret. Præsentis & futuræ nondum morbum aut vires immutauerunt: quoniam tamen humoris aliquid e corpore uacuare & vires dissoluere incipiunt, non parum ad euacuacionem quam proponimus momenti obtinent. Quas autem hæc vires habeant, sigillatim explicandum est. Calidum humidumque corporis temperamentum, in propria solidarum partium substantia situm, quoniam uisus caloris assiduo plurimum dissipatur ac dissoluitur, non peregrinè copiosum fert uacuationem atque quod ab illo plurimum distat frigidum & siccum. Quocumque uerò corpus ualde humidum appellant, quod multo humore abundat in uenis & cõdito, id facillimè uacuationem tolerat. Corporis habitus extenuatus, mollis & raris, tum imbecillus, tum multæ dissolutioni obnoxius est: contra uerò carnosus, firmus atque densus pauca sinit e corpore dissipari. Qui autem præpinguis & obesus exiit, quanquam minimum dispergitur, difficilè tamen uenæ sectionem idcirco sustinet, quod exilibus sit uenis, quas exanimitas pinguedo facillè stringit deprimitque, ut inde metus sit ne natium calorem extinguat. In corporis habitu æstimanda etiam est uenarum capacitas: quibus enim amplæ & turgide spectantur, tolerabilior est euacuatio, quam quibus angustæ. Neque uerò humorum natura posthabenda est: nam tenuis & calidi celerrimè dissipantur ac dissipant, crassi ac frigidi diutius hærent. Atque hæc quidem ad corporis constitutionem habitumque pertinent. Aetatum porro quæ decrepita nuncupatur, quia effectus est uiribus, nullam uenæ sectionem tolerat: moribundum senem præcipitatis quibus reliquum uitæ calorem cum sanguine profundit. Quæ inter senectutem & pueritiam medietate interueniunt, quoniam firmis uiribus & corpore bene constituto tenentur, nulla uacuandi præsidia metuunt. Puerorum ætas uirium quidem substantia abundat, ceterum quia corpus calidum & humidum obtinet, molle tenerum ac patens, quod sponte sua assiduo digeritur ac desinit, sanguinis missionem tutò non feret: quantum enim ex incidenda uena uacuandum fuerat, id ultro ex corporis natura præstat. Has ætates nullis annorum finibus Hippocrates circumspicit. At Galenus neque ante annum decimum quartum, neque post septuagesimum uisus quas protuli causis adductas, uenam percutit. Quod profectò de plenioribus illa ueterebusque consuetu uacuatione audiendum: nam moderatam quæ tum uiribus tum plenitudini aut par aut inferior sit, utrique pro eo ipso quantum locumque sunt præditi modo, facile ferent. Sic Rhafes ætate decrepita quæ graui urgenteque pleuritide uel peripneumonia torquabatur, sanguinem erisit. Sic Auenzoar filio suo trimo se uulter uenam secuisse commemorat. Nec & ipsi plerumque experimur, sexto aut quinto ætatis anno tres sanguinis quatuor uenæ, pleuritide interiores in inflammationes, hisque grauioribus morbos finiuisse. Sponte nature tum pueris, tum infantibus lactentibus, sanguis interdum abundè prodit e naribus, nulla corporis aut uirium iactura. Suis uiribus iisque ualidis prædita est puero, uenæ, cur igitur ad illarum proportionem uacuare non possumus, quum præsertim curare uisus est puer, plenè ac liberaliter educatus, cui amplè uenæ bene cõcto puroque sanguine timent? Ad extremum uerò donemus uirium robur lædi, utrum magis optandum fuerit, uel ut puer seruata plenitudine succique copia intereat, uel ut ea imminuta, offensisque quodammodo uiribus a morbo vindicetur? Secundè atem uenæ necessitas in pleuritide interioribusque inflammationibus quam in cõtinuis febris puero maior existit. Nulla igitur est ætas, quæ non aliquem

vacuationis modum ferat. Hæ sunt interiore caularum obseruationes, quæ sponte intimoque motu corpus viresque afficiunt. Præter eas uerò euidentia quoque consilium tenenda. Regio feruens & arida multum innati calidi uiriumque, multum peccantis humoris e corpore haurit. Hinc vires committuntur parcius sanguis manet in uenis. in ea proinde contractiores parcioreque in sanguine mittendo esse conuenit. Regio frigidior ac humidior, innatum calidum humoresque intus coeret, horumque minimum dissoluit, quocirca sanguis abundantius profundus potest. Cæterum in extremè frigida quæ plurimum in Boream deurgit, sanguis frigere ueluti congelians uacuationi uix cedit, sed & partes interiores si a suo calore destituta mancant, ambientis frigoris iniuria extinctionis periculum subibunt. Quæ inter illas intercedit regio temperatior, largissimam sanguinis præfusionem tolerat. In anni temporibus uer temperatum, succi uiriumque abundans, sanguinem largius fundi permittit: estque uere secta uena præcauendis morbis idonea. Post uer, autumnus, deinde hyems, omnium uerò minimum ætas. Cæli status qui calidior obtigerit, ut subsolana uel austrina tempestate, parcius: qui frigidior ut ualido Aquilone aut Fauonio, is quoque parcius: largius autem quicumque elementis nulla ingenti tempestate ui factabitur, sanguinem mittendum esse suadet. Tria hic in ambientis constitutione perpetuo implicita atque colligata, iam in unum conferamus. Regione frigida & hyeme premens Boreas prorsus uenæ sectionem nobis interdicit: solusque Ausster placidior illam admittit. Regione autem feruida & æstate, quum perflat Ausster, uenam pertundere fomidosum: at quum Boreas æstum temperat, tutissimum. Hæ igitur causæ tum innati calidi, tum humorum substantiam, uel conferuant, uel dissipant, sed tamen obscure ac sine sensu. Cæterum de manifesta copiosa uacuatione, quæ fortè tum erumpit, quum uenam sic care proponimus, ita quidem statuendum. Spontanea uacuatione materiæ morbi nihil detrahens, ueram atque legitimam non excludit. Quod igitur morbus exposcit protinus uacuandum, præsertim si necessitas impellit, & vires spontanea illa uacuatione nondum in magnam offensionem incurrerunt. In uehementi pleuritide, quo tempore fortè fortuna erumpet totius corporis sudor, aut uomitio, aut aluus, sanguis mitti non debeat: at sedatis illis paulumque recreatis uiribus, uena incidenda. Symptoma enim quum illa sint, neque morbi substantiam detrahunt, neque uicaria esse possunt phlebotomiæ. Sic in febre ardente, lienteria quæ ex frigida potu immoderatione laxato dissolutoque uentriculo incidit, ut ne sectionem non uerat. At quoniam vires inde paulo imbecilliores euaserunt, harum seruata dignitate sanguis parcius emittetur. Spontanea autem uacuatione quæ morbi substantiam demit, si iam ægrotum leuet, possitque quantum requiris uacuare, prorsus est naturæ committenda. Sin minus id possit, tantum ipse detrahes, quo ex coniunctis ambobus perficiatur quod postulas. Quæ sponte natura perfectura est, ne tangito: inchoata uerò nec ab ea perficienda, completo. Itaque in pleuritide, in febre asidua, si sanguis abundantius ex utero, ex hæmorrhoidibus, uel e naribus dimanet, iustaque sit uacuationis quantitas, ex qua æger satis leuetur, uenam non incidet. Sin uerò parcius aut languidius ex his locis profuerit, morbusque interim uehementer urget, quod deficit, etiam si puerpera sit laborans, uenæ sectione supplendum. Eadem ex causa in dysenteria purgans medicamentum offertur, ut quod sensum & languidè per anfractus parum idoneos elabatur, affatim per ductus conuenientiores deriuetur ac defluat. Consuetudo porrò nobis obseruanda, in uictus ratione, in uitæ genere, & in euacuatione

tionem. Qui frugaliter siue ex consuetudine, siue ex morbi impedimento uicturant, parcius uacuandi sunt quam qui liberalius pleniusque uiuunt. Qui uenæ sectionem iam est expertus, modo vires crebra uacuatione nondum sint lesæ, alacrius ac leuius eam perferet quam in expertus. Consuetæ quippe mala, minus sunt in secula. Quapropter opinione sua uulgus longè fallitur, qua primam uenæ sectionem ut in primis salutarem suscipit, & quasi ueneratur, conseruatque in extremos usus commodaturam.

*Futurorum obseruatio aut uerius prouisio præfinienda
quantitati necessaria. Cap. XII.*

Non solum vires præsentis emetiri, uerum etiam futuras prospicere acuti sapientisque est medici. Post uacuationem vires ita tueri atque conseruare par est, ut & alia deinceps adhibenda remedia ferre, & morbi longitudini atque indicationi sustinendæ satis esse queant. Quin etiam ne post hæc intempestiue & alieno tempore nutrire cogamur, sanguinis non nihil retinendum asseruandumque est ad morbi decursum & ad reliquæ curationis spatium. Futuras vires æstimabimus tum ex causis præcætarcticis quæ præsentis sunt, & post hæc etiam perseverabunt, tum e symptomatis quæ præter opinionem incidere possunt. In causis præcætarcticis præcipuæ sunt, cæli constitutio, & uiuendi ritus. Cæli constitutio si calida euaserit & sicca, ac istiusmodi deinceps expectetur, restrictius sanguis emittetur quam si frigidam fore coniciamus. Rursum si prospicimus ægrotum tenuiter sobrieque uicturum, uel quia portionis & cibi languet appetentia, uel quia morbus deuorare non sinit, ut in angina fauces præcludente, parcius euacuare mouemur, quam si plenius is uiuat. Seruare tum aliquid sanguinis oportet, tanquam naturæ thesaurum & suppetias in leuamen futuræ penuriæ. Iam uerò repentina & inopinata symptomata, quæ vires sum moperè eneruant & frangunt, sunt dolor uehemens, uigilia, uacuationes præter spem erumpentes, & in primis syncope. In hanc si quidem non pauci quæ mox ab aperta uena ex consuetudine incidunt, uel quod natura sint imbecilliores, uel quod timore magno percussis, uires omnes effundant: uel quod os uentris amarabile perfusum, aut quam maximè acri sensu præditum & infirmum nacti sunt. Quum igitur aliquid eiusmodi futurum suspicamus, quoniam vires tunc ualent, sanguinem tamen uel nullo modo uel præparè mittemus, nisi fortè huic periculo antè sit occursum. Summæ autem prudentiæ fuerit repentina & inopinata quæcumque incident, longè prospicere atque præcauere. Hæc autem exemplis illustremus. Esto quispiam natura sanguineus, corpore euarco, denso ac firmo, ætate florenti, qui multos dies luxuriosum uitæ genus secutus, alimentis se expleuerit solidioribus & ualentis materiæ: qui pristinam exertationis consuetudinem intermiserit, domique otiose uixerit, cui sanguinis ex naribus, ex utero, uel ex hæmorrhoidibus uetus consuetaque eruptio iam primæ subliterit: adeo ut ex harum concursionem causarum corporis habitus non mediocre incrementum ceperit, & uenæ natura ample præcopia sint distentæ. Quocumque tempore hominem ita constitutum grauis uehemensque febris uel inflammatio prehendet, quam mox sanguis profundendus est, isque copiosus: quomodo uerò tum morbi tum causæ magnitudo id exposcular, ex præteritorum obseruatione confirmata. Quod si his etiam præsentia consentiant, aditque aeris constitutio ex regione, anni tempore, & ex tempestate col-

latis frigida & humida, ægrotus ad uacuationem procliuus sit: posthac uero morbus non ad multos dies longius producat, nulla calidioris futurarum temporum significatio apparere, nulla inter futuri doloris, uel inedia, uel uigiliarum, uel spontaneæ uacuationis comminatio intèdatur: his ita in unum conspirantibus, quis dubitet largissimam sanguinis missionem imperare? At uero hæc cōtraria omnia, quam non subito a sanguinis detractioe auocant? Permissentur plerumque ac prorsus inter se pugnantes existunt obseruatione, ac tum prudenti acriq̃e iudicio est opus, quo ex comparatis illis uacuationis modis præscribatur. Prætorum recordatio plerumque copiosum sanguinem fundendum monet, cuius tamen libertatem nobis præsentium obseruatio subtrahit. Ut si quis pristina exercitationis consuetudine intermissa desidiat se & luxuria dediderit, & alimentis expleuerit, & solennis quæpiam uacuatō subliterit: sed hinc euaserit corpus pingue & album, laxum & moile, tenuisque succi plerum, adfiteque estas, regio æstuosa, cœliq̃e status calidus ac siccus: omnino huic sanguinem nō mittes: satis enim ex se ipso nō modo obscure, uerum etiam manifeste uacuatur. Parum uero detrahes in eo ipso habita, si hiems adit & regio frigida, cœliq̃e status Aquilonius. In hac autem rerum permissione, nō obseruationum multitudinem, sed potestatem uelim te attendere, quod una plerumque reliquis omnes dignitate præstatiq̃e superet. Qui neque artis cognitione, neque lōgo rerum usu, neque prudenti sinceroq̃e mētis iudicio, confidit se posse uacuationis quantitatem definire, is Hippocratis consilio potius infra subsistat, quam exquisitè uacuet.

Hoc autem loco non abs re fuerit perscrutari, sitne uteri gestatio inter obseruatione habenda. Ipsa ueritatis species multa probabilitate suadet in prægnantibus graui morbo implicitis temperandum, obfœtum qui utero continetur Hippocratis patrocinio ac sententia hunc in modum defensa: Mulier in utero gestans incisa uena abortit, idq̃e magis si est fetus auctior. At certe hoc perpetuum minimè est, ut neque illud quod proximè antè scribitur: Mulierem in utero gerentem acuto morbo corripit, lethale est. Quum enim purgatio quæ malignis sit medicamentis, cum periculo grauiore fetus quam uenæ sectione decernatur, si Hippocrates grauidæ morbo ex cacochymia tentata, purgationem largitur iis mensibus qui inter tertium & octauum interponuntur: nos profectò ipsidem multo rutilius sanguinem mittemus ei, quæ aliquo plenitudinis morbos consistabitur. Quod si media gestatione liceat, longè tutius in initis factus fas est: quod sanguis magis redundet, & fetus minore egeat alimento. Hoc tempore sæpe natura illius superuacui effusionem sponte utiliterq̃e aggreditur per nares, per hæmorrhoidas, aut per uterum: & nonnunquam menses statis temporibus salubriter effluunt, cur non similiter nobis liceat premiente necessitate naturam arte imitari? Multæ nisi uena citè quartum mensem referetur, ab ortiunt, fetus enim copia obruitur. Neque uero in plethora sola, uerum etiam citra hanc quum pleuritis, alia ue inflammatione uehementius urget, prægnanti uena in cubito cedenda. Inferiores autem prægnantium uenas incidere minimè tutum, quod impetu deorsum conuerso menses procedunt, præcipiturq̃e fetus. Octauo ac nono mense raro citra abortum sanguis emittitur, quum præsertim mulier leui ex causa, uel ab uteri imbecillitate, uel ob lubricum lentorem abortire consueuit. Hac in re Cornelius Celsus morbi duntaxat uirumq̃e magnitudinem animaduertit. Antiqui, inquit, primam ultimamq̃e ætatem sustinere non posse hoc auxilii genus indicabant, persuaserantq̃e sibi mulierè grauidà,

quæ

que ita curata esset abortum esse facturam. Postea uero usus ostendit, nihil ex his esse perpetuum, aliasq̃e posterioris obseruationis adhibendas esse, ad quas dirigenda sunt consilia. Interest enim nō quæ etas sit, neque quid in corpore in us geratur, sed quæ uires sint. Firmus uer, & robustus fetus, & grauidæ mulier ualens tuto curantur. Itaque uteri gestatio quæ admodum & ætatis & uires obseruationes habenda. De quantitate mittendi sanguinis hæc quidem satis, deinceps uero de utendi ratione.

Quæ morbi semper, quæ dies, quæque hora sanguis emittendus. Cap. XIII.

10 QVORVM morbosum causa est plenitudo alia ue humorum labes in uasibus, ac incipientibus illis quæ iam mox secta uena summoueri debet. Hoc enim patet quicquid morbi in posterum gignendum est prohibebitur, quicquid uero genitum & procreatum iam est, si cilius natura concoquet, euincet, atque proligabit. Sic febres ardentiores ante quam sanguinis moles feruoris incendio torreatur, aut uehementior putredo inualescat, acceleratum hoc remedium extinguit. Sic & interioris inflammationes hoc auxilii genus initio radicibus eruit, dum qui in partem confluxerat humor nōdum obhæret, profluentis sanguinis impetum cursumq̃e sequitur. Vires per initia firmæ sunt & constantes, nec admodum dissimiles quæ pridem erant integra ualitudine: si quo igitur tempore, ipso maxime initio hoc præsidij genus tolerabunt. Quæ plenitudo uero aut fluxione permanente alia uult remedia adhibere, peruerso mendendi ordine affectum conduplicabit uiribusque negotium facies. Sic tamemature uena secetur, ut uentriculus primæque uenæ nec ulla humoris corruptela, nec cruditate, nec cibo semicocto conferta sint. Præcepit quidem Auicenna in morborum principijs phlebotomiam prorsus omittere & concoctionem expectare, dum morbus principium statumque præterierit: atque tum demum solum illam coferre assueuerat. Idq̃e non de solis partium morbis quos ante percensuerat, audiendum putat, quum & mox id ipsum de febribus omnibus præcipiat, maximeque de sanguinea, in qua uulgi adierit cōcoctio iubet sanguinem profluenter educere. Quia uero ista mirabiliter dissentanea uidentur, perpendè in quibus illa rationibus suadere cōtendat, ut controuersia ad unguem discussa, ueritas ipsa clarius eluceat. Inquit igitur per initia incelsam uenam noxios humores extenuare, & per corpus quoque uersum impelleri, sanguineque puro & sincero permiscere: nonnunquam etiam nos expectatio nostra ad hoc decipi, ut cum salubri nihil prorsus uitiosi humoris educatur. Ex animi uero sententia atque uoto omnia succedere, si expectata cōcoctione quam iam morbus principium & statum præterierit, sanguinem detrahimus. Sed minimè tam inconsiderata eius ferenda est sententia: neque audiendi illius explanatores, quorum dicta quotidie re & euentis refelluntur. Quæ enim absurdior inutiliorq̃e sententia hæc excogitari possit, phlebotomiam humoris extenuare, quum ex superiorum demonstratione dilucidè constat, quæ ante, eadem & post phlebotomiam proportionem humorum in corpore retinenda atque seruari. Si qua fortè mutatio incidit, quum tenuis humor expectatus celeriusq̃e, crassior egrius & pigrius emanet, uerisimilius est phlebotomiam tantam sanguinem & humores potius incrassare debere. Cur deinde hæc humores exagitet? si multitudinem demit, quæ perturbationum & morbi causa fuerat, debet eadem omnia mitiora & tranquilliora reddere. At si peccas materia sanguine permiscetur in uenis, cur hæc secta uena nō pariter foras exiliet?

Sed

Sed iam plenius æstimata rei veritate, donemus morbum quempiam vehemē-
tem & acutum ex se lius sanguinis exuperantia natum, cuiusmodi sunt vtra-
que synocha, putrida febris ex plenitudine, angina, pleuritis, per ipnucenia,
iccoris aliarumque partium inflammationes. Hæ si peracuta sunt & periculo-
se præ sanguinis copia præcipites, quis non statim ipso initio venam pertun-
dat? quis quum adhuc vires integræ sunt non eam plenitudinem prorsus exi-
mat, quæ morbo causam dedit, & quæ in vitæ discrimen adducit? Hoc con-
silio in synocha scilicet statim in initio sanguinem ad animi defectionem mit-
tere, antequam materia putrescat. At ille, in ea febre sanguinea principio
sanguinem parce mittit, abundantius uero ubi coctionis signa comparent. At
quam quæso concoctionem expectes sanguinis optimi & bene cocti, qui sola
multitudine peccat? In his igitur ut in valde acutis, Hippocratis consilio dif-
ferre & cunctari malum est: sed statim si vires integræ & valentes erunt, ad
animi usque defectionem ducendum. Si minus acuti & uehementes erunt
morbi, etiam per initia sanguis confunditur, idque pro multitudinis ratio-
ne. Num igitur in his venæ sectionem emittimus, & cum Auicenna expe-
ctabimus dum concoctio cluceat, & principium morbus statumque præterie-
rit? Siccine morbum sinemus suo impetu proteruire atque egrorum tam im-
maniter tæstari citra ullam artis opem? Si exitialis est, ad concoctionem
nunquam perducentur: sin salutaris uel anceps, post statum in ipsa declina-
tione quum iam prorsus euictus erit, & laborans a periculo tutus, quid tū ve-
næ sectione fuerit opus? Sed age hoc loco temporum morbi, & concoctionis
vim expendamus. Natura concoctione impuros noxiosque humores e purio-
ribus scernit: hos ut tandem foras exturbet, aut sola per
se aut medicamenti ope. Atqui uenæ sectio nullo delectu omnes qui in uenis
sunt, promiscuè & indiscriminatim prolestat. Quorum igitur ut hæc fiat,
humorum concoctionem atque secretionem præstolemur? Ut in phlegmone
pus iam factum non amplius secta uena, sed alia ratione per uias breuiores
deriuamus: ita in febribus quarum materia in uenis coarctetur, concoctus ac
iam secretus humor, medicamento deriuandus deturbandusque est. Qua in
re tum temporis naturam habebimus adminiculantem, quæ secretos humore
foras excludere contendit. At si quis hoc tempore uenam auisit incidere, non
eius solum, sed pariter utiles eliciet: quodque grauius est, eos quiui naturæ se-
creti fuerat, puro sanguini permiscebit, hunc inquinabit, omnia confundet,
naturæque molitionem optimam interpellabit. Quum igitur concoctionis
manifeste signa comparebunt, non amplius uenæ sectione, sed aut purgatio-
ne, aut alijs deriuantibus præsiidijs reliqua curatio transigenda: nisi (quod in-
terdum fit) cruditatis signa denud se prodant. In febribus vacuata multitu-
dine ubi quæ putruerant concocta sunt, per aluum, urinas, & sudores ea ua-
cuare tentandum. In pleuritide & in peripneumonia quæ putruerunt, & in
pus conuersa sunt, per iputa: in hepaticide, caua quidem per aluum, gibba per
urinas, quemadmodum & in nephritide: singula denique per loca proxima
& conuenientiora sunt expurganda. Si metu, ignauia, alijs ue occasionebus
uenæ sectio primis morbi diebus ad ministrata non est, quocumque die etiam
uigesimo in egrum incidetis si plenitudinis atque cruditatis signa permane-
bunt, hoc præsidij genus adhibendum, modo uires ferant, neque sint morbi diu-
turnitate collapsæ. Non enim dierum morbi numerus a phlebotomia, per se
ac primum dehortatur, sed quod sæpius temporis progressu uel concocta est
morbi materia, uel sunt vires dissolutæ. Ut autem uniuersa ium temporum,
ita

ita particularium, & dierum quibus morbi recurrunt delectus habendus, in his
potissimum morbis quorum certa est uel intermissio, uel remissio. Vacuatio
non excalescenti, sed mitescenti morbo afferenda. Natura quidem plerumque
februm maxime quæ intermittentium inuasionibus uomitiones, & declinatio-
nibus sudore commode ciet, quo tempore nobis etiam licet eadem utiliter ar-
te promouere: at nõ uel alii defectionem, uel uenæ sectionem. In accessioni-
bus ab his omnino temperandum est, ut quas neque natura tum mollitur, sed
10 si quæ fortè incidunt, solius morbi feruore impetuque sunt. Nulla eiusmodi
uacuatio, quæ uires supra modum lacescit, in tanta accessionum quali fluctuum
agitacione tutò obiri possit. Quum enim humores tum maxime quodam quasi
zitu incitati effervescant, obturbati que permisceantur, nulla omnino queat in-
sta eorum fieri secretio. Esto etiam peccans morbi materia extra uenas maio-
res exardescat, si hoc tempore uena referetur, metuendum erit ne illa in uenas
exinanitas e uestigio commigret, fiatque ex intermittente continens. At
verò maxima morbi tranquillitate uena secta, uix illum naturæ negotium
faceffit, ipsamque multitudinem e uenis maioribus eripit, nullo excalescen-
tiæ metu. Maxima tranquillitas est medio remissionis intermissionisue tem-
20 pore. Si spatia inter accessiones porriguntur, facile sit medium ipsum pro rerū
commoditate designare, sin angustum, difficile quod interdum uix occasio
sefe offerat, ut uel ante uel post uenæ sectionem opportunè ægrum alamus.
In quibus morbis uel præcautionis uel curationis gratia, potestas datur sangui-
ni mittendo horam deligere, conuenientior erit matutina quam pomeridia-
na. Nam a solis exortu sanguis suscitatur, uiget atque dominatur, ipsoque
diei lumine tenuis fit, se reuus, & ad fluendum aptior: maxime secunda ter-
tiæue hora. Hac ipsa ne eger sopore torpeat, experrectus insomnem horam
saltem uenam duxerit oportet. Hæsternum cibum integrè cõcoxerit, sitque a-
lui & vesicæ munia executus: eoque magis si una quepiam, ampliorum uena-
rum erit incidenda. Nam exiles e quibus sanguis parcius emanat, nulla istius-
30 modi obseruacione feriuntur. Astrologica etiam obseruatio ut non parum ef-
ficax tenenda. Cæterum quotiescunque uehementiores morbi premèr & in sta-
bunt, tum uenam pertūdito. In uehementi enim & suffocante pleuritide, uel
in angina, in sanguinis immoderato fluore, in extrema uasorum plenitudine,
in alijs denique morbis qui nimium præcipites sunt, nihil istiusmodi delectus
habendus. At uero in febribus alijsue morbis qui circuitibus affligunt, quietis
aut remissionis animaduersio multo præstārior quam matutini temporis. In
quacumque igitur die noctisue horam remissio inciderit, cæteris in id ri-
tè administratis uena pertundetur.

Quæ ante uenæ sectionem præparatio afferenda.

Cap. XIII.

Ut ad uenæ sectionem opportuna temporis occasio, ita corporis idonea
preparatio adhibendi, qua neglecta, egrato plurimum offensionis impendet.
Partium quæ in prima corporis regione sunt, puritas & expurgatio, potissima
est ad uenæ sectionem præparatio. Vitiæ quæ opus impediuit aut certè remo-
rātur, sunt uentriculi primarumque uenarum cruditas, noxiorum humorum
colluuiæ, alius scæcibus astricta: os uentriculi nimio opere sentiens uel im-
becillum: quæ nõ omnino uentant & excludunt, sed duntaxat retardāt uenæ se-
ctionem dum arte sint sublata. Crudiore enim uentriculo secta atque exinani-

M m m ta

ea uena, crudi succi plurimum in sanguinis locum rapier. Et suppressiore alio si uenam eliseris, recur exhaustæque uenæ sordidum quiddam & impurum e facibus exugent. Tantum moræ in uena perturbanda interponi debet, quantum satis est tum ad crudorum concoctionem, tum ut excrementa descendant. Hæc sponte nisi succedant, clystere uel balano prolicienda sunt: prunis, uel casta alius emollienda. Coctus crudusue cibus interuoscitur ex accepti eius qualitate & copia, ex tempore quo acceptus est, ex ructu, ex uentriculi pondere. Corruptus humor in uentriculo, aut in uicinis partibus exuperans, siue illic genitus est, siue aliunde, uelut ex capite, ex iecore aut ex liene procubuit, differre hortatur uenæ incisionem, dum sit expurgatus. Secus enim multo maiore detrimento quam cruditas rapitur in uenas, hasque impuritate multa polluit. Hinc uel obstructions, uel cachexiæ fiunt, uel morbi quibus mederi propofueris ingrauescunt, euaduntque eorum symptomata seuiora. Quinetiam impuri humores impetu ferociæ; cõcitati excandescunt, uentriculum cordiaque vellicant, hinc nausea, conuulsio, lipothymia, syncope & alia symptomata, quæ terroris & metus plena sunt. Vna bilis in os uentriculi tum effusa, omnium maximè hæc mala inuichere solet. Has autem partes a putidis humoribus occupari portendunt, cibi fastidium, nausea, humoris uomitio, frequens alui deiectio, uentriculi grauitas aut dolor, uentriculi præcordiorumue tumor atque distentio. Quæ quoties præter ullam ciborum cruditatem in ægris apparebunt, e prima corporis regione antequam uena fecerit deturbandus est uitiosus humor, illorum auctori & uelut seminarium. Vomitione id molliendum si sursum uergit, hausta portione uel aquæ, uel hydrelæi tepescens pondo selibræ. Alui autem deiectione si eo declinat. Casta in id parum efficax, ut quæ solui leniente & emolliente prædita, tenaces ualde & glutinosos humores nec satis detergit. nec ex alio subduxit? Accommodatior est hiera picra, si febris non reclamata, uel rheumbarbarum, uel senna, uel agaricum, uel pro humoris specie aliud quoddam blandum, cuius uis uniuersam corporis molem neutiquam exagitet. His non modo semel, uerumetiam secundo & tertio pro rei necessitate, expedit uti: sub hæc tamen mox ad uenæ sectionem accingendum. Quandoquidem humorum uitia, quum in omnes corporis regiones pariter iruerunt, methodus summaque artis præceptio est, eas suo quamque ordine uacuare, mesenterij quidem uenas ante maiores, atque has rursus ante corporis molem. Non autem contrâ, ne ex primis uenis in maiores, aut ex his in corporis habitum noxij humoris sit traiectio: quod sanè est non expurgare, sed inquinare & labefactare corpus. At ex habitu corporis in uenas maiores, aut ex his in primis atque in alium traducere consentaneum est. Quæ autem dixi uitia non solum uenæ sectionem remorantur ac tardant, sed omnino præpediunt. Hinc neque in hydrope, neque in cachexia, neque in scirrhu iecoris, aut lienis, uel exigente alterius morbi importunitate, scalpellum admouemus. Tertium vitium cui præparatio ante uenæ sectionem adhibetur, erat oris uentriculi sensus eximius aut imbecillitas. Eximius est sensus quibus nerui e cerebro missi, molles sunt, teneri, nudi, aut occurrentibus rebus obuii: atque hi uix citra offensionem, acria, acida aut falsa, quod genus habentur, acetum, piper, sinapi deuorant. Imbecillitas siue ex intemperie, siue ex rariore fibrarum structura prouenerit, inde noscitur quod nec cibus appetitur, nec facile fertur, sed eo accepto dolor est, interdumque uel nausea, uel cibi uomitio. Qui sic affecti sunt, ut ex leuissima occasione, ex inedia, ex ira, ex tristitia, uel timore, ita sanè ex phlebotomia quæ pariter cum sanguine spiritus dissipat, &

reli-

reliquos humores commouet, uel conuulsione uel comitiali morbo, uel syncope stomachica tentantur ad internicionis periculum, uel in alia denique symptomata incurruunt, quæ huius partis occasione nasci proditum est. His itaque ante uenæ sectionem consulendum, osque uentriculi muniendum iis quæ corroborant, quæ humorum acrimoniam retundunt, & quæ humoris influxum arcent. Id genus sunt, succus mali puniceum, mali cotonei, medici, citrei, limonum oxyachantæ, & uuæ acerbæ, acetum, aut qui ex his fiunt syrups. Aut si qua frigidæ intemperiei suspicio inest, ex usu erunt calida aromatica, maximè syrups mentæ, diacydonion, uinum austerum aut aromatics: Horum tantulum uel panis optimi momentum his intinctum conferetur: mox uero ut æger paulum quieuerit, uena incidetur. Præparatio uenæ sectioni premittenda, si morbi clementia finit. Immanis uerò importunusque morbus nulla præparatione nullaque cunctatione sellinare cogit. Sic in habitu athletico a quo præseas aut suffocationis, aut ruptionis uasorum periculum impendit, in uehementissima pleuritide, in febre ardentissima eaque maligna, in casu & prolapsione, aut in obstritu graui, imminenti periculi euentus magis reformidandus est quàm noxa ex non præparato corpore.

Quid ipso sectionis tempore faciendum.

Cap. XV.

DECVMBENTI egro, in maxima tum corporis tum animi tranquillitate uena incidenda, potissimum si uires imbecillæ sunt, aut synopes metus inest. Etenim dum uel stamus uel sedemus animalis facultas corpus sustinens laborat, ipsaque intestina ac uiscera ex præcordiis pendencia, uitali naturali que facultati uim inferunt. Sit pars quæ inciditur prona, sit & in hanc facilius directusque sanguinis cursus, ex ea corporis sede quam plurimum examinare proponimus. Artus confricentur dum incalescant, & proximè supra eum locum in quem scalpellum adiget arctius uinciuntur, ut sanguine profecto uena tumetior in conspectum sedet. Infra etiam illigari mos est, quum tremula inconstanque uena ad scalpelli quemuis impulsu subterfugit, aut e sua sede dissilit. Quibus autem densa & squalida cutis est, & quibus angustæ uenæ, aut in altu demersæ multa carne uel adipe obductæ, ipsi multo arctius uinculū iniici debet, quam quibus diuersa est constitutio. Minores pedum manuumque uenas, quia uinculis non satis implentur, in calentem aquam demittimus, quæ & profluenti sanguini impetu facit. Si ne sic quidem uena in apertum promatur, eam quo loco inesse solet digitorum impulsu percunctare, dum sanguinis fluxu & incurfione, illius sit explorata sedes: hancque signatam, scalpello industrius artifex feriat. Sedulo etiam atque etiam prospiciat, ne uel flatu tumidum locū, uel arteriam, uel tædonem pro uena petat. Interdum enim in ictu arctiore uinculo aliquid uenæ simile intumescit: interdum pressa arteria motu vacuat, & pro uena se profert. Scalpellum chirurgus uisu perspicaci manuque ualida, summis digitis prehendet, nec plus mucronis proferet quàm ad penetrandum sit satis: manu altera mæbrum eiusque pollice uenam stabiliet, sensim nullaque festinatione scalpellū intrò suauiter, quod satis erit impellet. Venæ quæ in articulis, in brachij flexu & in poplite extant, in rectum diffusæ, tardius coalescunt, quod articuli motu uulneris labra dehiscant: neque eiusmodi fissio tentanda, nisi quum iteratione est opus. Extra articulos, ut in capite, in

M m m 2 mani-

manibus, uel in pedibus quæcunque emergunt, in rectum fissæ cicatrice celerius obducuntur, quod labra semper inter sese coeat. Sub interiore quæ basilica dicitur, ferè comes arteria delitescit, & sub media nervus, utriusque musculorum tendones plerunque substernuntur. Cephalica licet difficilis, omnium tamè solet esse tutissima. Chi rurgus ne in tendonem, in neruum aut in arteriam impingat. Ex neruo aut tendone puncto dolor sit ingens, stupor, resolutio, & brachij conuulsio cum tumore. Arteriæ sanuis ægrè compefcitur: illiusque magna ni effusa uirium sequitur exolutio, sed neque incisa arteria coit, neque sanescit, ac pars tandem gangræna corrumpitur. Punctum neruum aut tendonem indicant doloris uehementia & insequens conuulsio, atque tumor. Huius si qua erit suspitio, uulnus ne coalescat, dum ab impendente phlegmone uindictum sit, & dies duo tres abierint. Inhibetur autem coalitus fotu repentis olei. Lapso triduo si dolor conquiescat, nec noui quicquam obrepit, sinatur coalescere. Sin minus, adhibeantur aperientia, attrahentia, & qualia neruis compunctis conueniant, ut terebinthina, adiecto interdum euforbi momento. Aperta arteria, sanguis emanat tenuis, rubicundus, igneus, & pulsu quodam exiliens. Subsidio autem est emplastrum ex aloe, mirra, thure, & bolo armena quæ oui candido & pilis leporis sint excepta. His dein lintea ex liquore rosæcco imbuta infernentur. Emplastrum fasciis obuoluetur firmè ac tuto, ne triduo excidat, hoc blandè summoto simile denuo imponendum. Si ne iis quidem arteria coalescat, tota tràuersum discindatur, ut extrema utrinque reuulsa molli carne obducantur. Rursum autem quod ad sectionis modum facit, si crassus aut uiscosus sanguis qualis melancholicus inesse putabitur aut coeli constitutio frigida sit, ampla fiet uenæ apertio: sin tenuis & aquosus, aut ipsa cœli constitutio calida, angustior. Vena ut decet aperta uinculum a superiore parte laxabitur, quò inde sanguis uberius defluat. Si sanguini cursus erit idoneus, sinatur, si minus abundè & segnius fluat, idque sectionis errore, ea emendetur: si sanguinis crassitie, aliave ex causa, laborans pugnam arctè uehementerque adducat, neruos musculos & later, atussi ac uoce ualida contendat: uulnus aquæ calidæ formento proritetur. Si uecordem cura metusque terreat, hincque parcius sanguis emanet, intermissio fiat, dum vires exponendis recreentur modis. Immo etiam si pro ratione sanguis dimanet, utile est medio cursu digitum uulneri imponere, tum ut vires reficiantur minusque dissipentur, tum etiam ut deterior spurciorque sanguis, ex intimis celerius in sectione confluat. Emanantis autem sanguinis quantitas estimanda est, ut is demum opportunè sistatur. Aestimatio ex morbi necessitate & ex uiribus est ineunda. In plethora simplici ad imminendum morborum præcautionem satis fit redundantiam demere, dum mediocritas sit reliqua. At quum iam morbus inest, isque uniuersalis ut febris, non satis illud fecerit, sed si vires toleret, infra mediocritatem imminuendum est. Mediocris enim si putrescat, quasi effruescens intumescit, & tum corpori infestus, tum uiribus gravis est: minui igitur debet, at parcius quam in plenitudine. In partium autem phlegmonis non vna quantitas, sed tum calor, tum substantiæ mutatio spectanda. Quam uehemens dolor, aut magna quædam inflammatio locis inest sectioni propinquis, sanguinis cursus non antè sistatur, quam uel dolor mitescere occupiat, uel eius color commutetur. Mutatio quippe indicat sanguinem ex inflammata sede, in qua is est à reliquo dispar euelli: quod omnino expectandum est, nisi aut parti uehementer impactus humor est, aut euacuatione uires exoluuntur. Hæc siquidem cogunt intempestiuè suppressere, ac potius ite

rato

rato quod reliquum est detrahere, alias quidem eodem die, alias postero. Ve enim effluenti sanguini, ita & uiribus attendendum ne deficient. Vires defesturas præmonstrant, labans fluoris impetus, pallens faciei color, oscitationes, pandiculationes, aurium tinnitus, oculorum suffusiones, quæ omnia coarguunt vitales spiritus iminui & cor infringi destitutum calore. Ad hæc singultus & nausea, quæ sunt irrupente humore in hos ventriculi. Omnium tamen certissima & minimè fallax est pulsus mutatio, qui si ex crebro supra modum rarus euadat, aut ex magno paruus, ex uehementi debilis & obscurus, ex æquabili inæquabilis, uires collapsuras, aut perturbationem epilepsia non admoudu dissimilem præfagit. Hæc igitur si ex uacuationis quantitate incidant, protinus intermittendum, ne imbecillitas progressa uel mortem inferat, uel iacturam quæ nullo pacto resarciri possit. At si uel metu & terrore, uel stomachi demorsu, hæc signa compareant, intercepto fluore laborans recreetur, ut exinde possit reliqua uacuatio compleri. Recreandi multæ sunt rationes. Os atque faciem frigida conspergere: acetum, uinum, moschum, idque genus aromatica ad nares admouere. Ab his uero præstantissimum sit ægrum prosternare: partibus quippe omnibus in vnâ sitis æquabilitatem adductis, cessat labor omnis, principesque partes caloris & spiritus plus sibi mutuò impartunt. Si ne sic quidem releuetur æger, uomitus excitetur, aut faucium titillatu, aut iniecto oleo: quandoquidem is impetus stomachi cor disque tædia depellit, suscitaturque robur. Mox vires instaurentur, uino, succo mali punici, iure carnium, medicamento diamoscho aliisque cardiacis.

Vt a uenæ sectione regendus sit æger. Cap. XVI.

SANGVINE ut morbi magnitudo viresque ferebant emissio, uinculum dissoluitur, uulnus exiceetur, ne concrecente sanguine madens aut non coalescat, aut abscessus metum inferat. His siquidem non accuratè animaduertis, die octauo aliquando resignatum est uulnus. Adeps si exiliat ne præcidatur, sed intrò mollier referendus est. Detersum uulnus linteo obfignetur, uel rosacea uel dulci aqua imbuto: aut etiam oleo, si sanguinem iterum fundere consilium est. Fasciis linteam deuinciatur, quæ nec arctiores sint, nec cutem uleserit labra distorqueant. Si isto tendone aut neruo, fluxionis aut phlegmones metus est, emplastrum e cerussa imponendum est: in ambitu uerò cataplasma ex semperuino, solano, arnoglossa, aliisque frigidis. Sectus æger si pinus decumbat, ut omnibus partibus in spinam dorsi tanquam in corporis basim reclinantibus, summa sit quies, & in quiete partes exhaustæ repleantur, resurcianturque spiritus. Neque igitur ad consueta munia properet, neque celerius inambulet, neque ullo exercitationis genere se fatiget: neque utatur uere, neque in balneo descendat: quandoquidem sanguis & spiritus uehementius incitatus, ne dissipentur aut incalescant, sedandi comprimendique sunt. Nec uerò uenæ sectioni continuò indormiendum est, ne aut languidior calor extinguatur, aut obruantur imminuti spiritus. Itaque uigilans conquiescat, abstineat omnis tum animi, tum corporis contentio, quod & in lipothymia præcipimus. Hora vna aut altera a sanguine misso, alimentum licet offerre, exiguum quidem quodque boni sit succi, quod promptè alat, & quod sit profligando morbo accommodatum. Duabus abhinc horis aut etiam minus, nihil vetat obdormiscere, modo assidentes prospiciant, ne uel laborans in brachium cesum.

cessum se deuoluat, uel vinculum dissoluat, quo sanguis dimanet, uel aliud sibi incommodum ferat. Reliquus cibus sensim tum copia tum materia deinceps increset: neque temerè aut auide ad pleniorum properandum est, ut quem natius calor imminutus non plenè sit confecturus & quem crudum multumque exuctæ venæ rapiant, quo demum omnem corporis molem referant. Isto etiam integra sit omnis alimenti concoctio, quid uisillo se succis largius impiere, quos animus est uena secta debere? A misso sanguine exquiritior uisus ratio tenenda, neque protinus æger ad pristinam diætam perinde ut canis ad uomitum redeat. Intemperantes, idonei venæ sectioni non sunt.

De iteranda venæ sectione sic statuendum. Quum ex feruentis sanguinis copia, uel maxima inflammatio, uel dolor vehementissimus, uel ardentissima febris irrupit: ipso protinus initio antequam effrenatus sanguis in principem aliquam partem incumbar, non modo quantum illius exuperat, uerum etiam multo plus emittendum est, idque uniuersè & affatim, etiam ad usque animi defectionem, si ualidæ vires tolerando sunt. Ferè autem valent in plethoricis affectibus, in quibus rarè vacuationis copia deficiunt. Validas quidem & integras vires, non autem imbecillas permittit. Hippocrates vsque ad animi defectionem deducere. Nam constantibus & integris viribus defectio interueniens articularum duntaxat spiritus exoluit, illesè verò persistunt eæ vires, quas cordi, icori ac cerebro natura congeniuit. Licet autem in lipothymia illæ dispereant, ex his tamen insitis aliæ persimiles denudò suscitari poterunt, ex quibus impendio recreabitur æger. At imbecillis (quoniam illæ principibus partibus insitæ vires languent) si lipothymia obrepserit, uix instauratio fiet. Quo circa viribus imbecillis cauenda diligenter est defectio. Ita quidem de maximis vrgentibusque morbis sciendum. At in leuioribus iisque vniuersalibus, ut in plethora, in febrilibus & aliis morbis, quorum materia coercita est in uasis, non quidem ad lipothymiam, sed tamen quantum expedit quantumque affectus expostulat, uniuersè & semel statim initio vacuandum est, si modò vires annuant. Ea vacuatio citra ullam virium iacturam, exuperant materiam subtrahit antequam vel tota putrescat, uel in nobilem partem irrupat, uel horrenda symptomata suscitet. Qui metu deterritus in his vacuationem partiri proponet, & minus sanè proficiet, & morbum producet in longius. At si per uirium imbecillitatem nequit uniuersa vacuatio compleri, quum præstantior virium quam morbi sit obseruatio, partione uti cogimur, idque summo iudicio summa prudentia. Partitio autem sit ex medicis interuallis, atque uel dissoluto vinculo, uel digito indito vulnere, intermittatur tantisper dum modis antè expositis restituantur vires. Interdum hora vna, interdum etiam plures ad uirium instaurationem necessariè sunt. Optimum autem sit non vltra diem prorogare, ac bis sanguinem (si vires sinunt) eodem die mittere, idque in morbis uniuersalibus: & (nisi quid aliud uetat) antequam putredo aut alia inualescant mala, quantum expedit educere. Cæterum in affectibus partium omnibus præsertimque in phlegmonis, partitas euacuationes oportet longiore interuallo seiungi, atque repetitam vel in diem posterum, uel in perendinum differri: ut hoc temporis spatio, corrupti humores ex affecta sede remigrent in uenas exhaustas, quos exinde altera sectio promptius eripiet. Pars enim laborans sensim vno alterove die humores suos eò deposuit, qui corrupti quum sint, illic relinqui non debent, etiam si dolores conquiescerint. At verò uenenatam, malignamque inflammationem, ut pestilentem bubonem,

bonem, uel carbunculum, necesse est eo ipso die festinanter iterata vacuatio, ne demoliri, ne pestilens contagio diutius hæreat in uenis. Neque tamen confidentius atque audacius crebrior uenæ sectio adenda: non parum enim spiritus calorisque demit ac in senectutem immaturam & hanc morbis grauioribus obnoxiam præcipitat: cuiusmodi sunt cachexia, hydrops, arthriticis, tremor, paralytis, apoplexia, Impensus enim refrigerato natiuo calore, humidoque primigenio imminuto viscera languescunt, cruditas dominatur, quæ tot malorum causa fit atque origo.

19

Emissi sanguinis obseruatio. Cap. XVII.

EFFLUENS sanguis excipiendus mundis teris que peluiculis, terrenis, ut creis, stanneis aut argenteis, non item æneis, ne ab his vel propriæ substantiæ vel caloris, uel alterius qualitatis conuersionem subeat, quæ nostrum de corporis affectione iudicium peruertat. Sint & peluicula multæ in quibus sanguinis varietas dispici ac distingui possit. Seponantur loco mundo, quo nec puluis, nec famus, nec uentus, nec solis radii pertingant. Omnium prima in his obseruabitur sanguinis substantia. Viscosus est qui lentè fluxit & tanquam glutinum digitis obhæret, quorum neutrum efficit probus atque mediocris. Crassus est & densus, multasque fibras habet, qui ocyus concrefcit atque congelat, hic obstructionum aliorumque inde morborum fit auctor. Qui tardius concrefcit ac durefcit, tenuis est: qui verò iam refrigerescens minime durefcit, is omnino uel aquosus uel putridus est, cuius fibræ omnes directæ atque corruptæ vanuerunt. Id ipsum planius distinguit fistio. Crassus ac compactus difficile finditur, tenuis facile: putridus verò non finditur: uerum simulatque attingitur totus in partes exiguas diserpitur. Serum multum tanquam aqua citrina concreto sanguini innatans, uel potum liberaliorem, uel secur infirmum quale hydroptici, uel imbecillos renes, uel eosdem obstructos ostendit: quibus ex causis serum redundans in uenas, sanguini permiscetur. Hunc tamen non eo profusus destituti par est, uelut in his qui frugalibus bibunt, aut immoderatius sese exercent: crassescens enim sanguis difficile in tenues uenas distribuitur, easque promptè intercludit. Spuma innatans nisi fluoris impetu nata sit, incendium atque feruorem eius humoris ostendit, cuius calorem præ se fert: rubra quidem sanguinis, citrina, bilis: alba, pituitæ: liuida, melancholiæ. Durefcens sanguinis color per summa rubicundus, boni utilisque sanguinis est index: ruber quidem ac lucidus ardentis, qualis est articularum, ruber uerò & obscurus mediocris, qualis est uenarum. Color citrinus, bilem: albus, pituitam: uiridis, bilem retorridam: liuidus aut plumbeus atram bilem cum pernicie, ut dispariū colorum permistio uarios humores exuperare commonstrat: qui an etiam putridi sint necne, sanguini substantia palam facit. Sanguinis parte summa innatans nonnunquam pingue quiddam & adiposum, instar telæ araneis coherens. Hoc, si admodum pingue & obesum corpus est, ex ipso sanguine causam habet, qui est in adipem pronus. Sin corpus strigosus fiat minusque opimum id ipsum colliquari & marcescere portendit. Ima parte concreti sanguinis subfidet quod terrenum magis est atque seculentum. Id quum finditur, uel uideat uel rubrum obscurum, uel nigrum uel liuidum uel uiride: unde humoris qui sanguinem perfundit, naturam videre est: atque ex coloris copia assequi quantum unufquisque humor in uenis abundet. Si dississo sanguine grana quedam arenularum æmula offendantur, aiunt uel elephantiasim uel prope-

acna

Nem ad hanc notari: quanquam obseruantibus raro tale quoddam deprehensum est. Rarum est sanguinem a uenis graueolere: quod si contingerit, putredinis corruptionisque deploratè est indicium. Detractum sanguinem nemo degustarit: at si cui in os fortè incidet, dulcisque apparebit, secundum naturam est; qui amarus, biliosus: acidus aut stipticus, melancholicus: insipidus, pituitosus; falsus pituita salsa perfusus Sanguinis substantia atque colore animaduersis, conferendæ iuuicem erunt peluiculae; quæ si omnes optimum sanguinem æquabiliter exhibeant, credibile est reliquum in uenis similem haberi, illum tamè detrahendum fuisse, quod multitudine peccaret, quæ una corpus grauat, sensus offundit, & in putredinem, aut in grauiorum malorum pericula conicit. Si uiriosus & impurus sanguis conspicitur, multo etiam utilius eductus est, ut qui & copia & qualitate molestis, corpori negotium faceretur, sed & posthac diligentius vacuari corpus debet, aut pharmaco, aut uenæ sectione. Si qui prius manauit syncerus, qui autem posterius, prauus existit, multi huiusmodi resident humores in corpore, proba uisus ratione, idoneisque uacuationibus exterminandi. At si hoc ex phlegmone accidit, bono esse solet, nempe indicium completæ & integræ uacuationis, quæ morbi materiam ex affecta sede extirpauit. Si postrema peluis purior est primis, consummata est uacuatio, quæ sanguinem uitosum omnem detraxit, dum utilis ac bonus dimanaret. Sanguis in tepescentem aquam effusus, diuisus secretisque substantiis multa profert. Serum cum aqua omnino confunditur, ut internosci nequeat: illi etiam permisceatur tenuior sanguinis portio, ex cuius colore liceat de humoris natura & specie quodam modo iudicium facere. Crassior sanguinis portio & fibrosa subsidet in imo: quæ pura & secundum naturam esse indicabitur, si lucida, tenuis, subalbida, & cohærens fuerit. At crassior crassum etiam sanguinem inesse: obscura & nigra, aliove infecta colore, sanguinem uitosorum humorum scæcibus inquinari demonstrat, quos ipsa coloris differentia discernit. Si parum illa cohæret, distractaque facillè dilaceratur, summæ putredinis est argumentum.

De arteriarum sectione.

Cap. XVIII.

MAIOREM arteriam in cubito uenæ substratam, aut eam quæ in poplite sita est, neque ex industria, neque imprudenter incidere sit tutum. Eius enim sanguis ægrè restingui potest, nempe tenuis & calidus impetuque prorumpens. & sanè nonnulli uolentibus medicis vinculo quasi hæmorrhagiam sistere, nata partis gangræna mortui sunt. Neque si reprimatur facile queat uulnus ad cicatricem perducì, citra aneurysina ob assiduum pulsus obque tunicas crassas & præduras. In ipsa uerò aneurysinatis chirurgia non pauci periere. Præstat igitur quum necessitas postulat maiorem arteriam totam oblique in transversum secare; nam sanguis deinde sistitur, utrinque ipsius extremis retractis, & uulnere imposito emplastro ex aloe supra descripto. Minores uerò arterias quæ in summis artibus, in capite, in manibus, & in pedibus extant, licet citra hæc pericula incidere; ut quæ agglutinari possint, præsertim in molli humidoque corpore, quali mulieres ac pueri præditi sunt. Confert autem harum sectio quum uehemens diurnusque dolor circum membranas vim infert, qui pungenti similis est ob membranæ sensum, & qui pulsans est arteriarum motu. Sanguis enim multus, tenuis & calidus in affectæ partis arteriis coercitus, fit doloris

doloris causa. Itaque si partibus extremis inuestigentur ac secentur arteriæ, quæ a sedibus illis affectis procedunt, dolor omnino uanescit. Pauci hoc tempore arterias incidunt, quod non admodum cõspiciunt, nec facillè sit illas cõsequi. In temporibus tamen sectæ calidas acresque oculorum fluxiones inhibet quarum gratia totæ descinduntur, aut inuruntur cadente ferro, uel caustico medicamento. Ponè aures secantur in vertigine, in diurnis capitis doloribus calidis atque spirituosis, in faciei rubore, & quibusdam alijs capitis affectibus in ueteratis. Quæ inter pollicem & indicem excurrit, aperitur in diuicenis laterum doloribus inter viscera & diaphragma positus iuxta malicolum secta uetustos lenit coxendicum dolores qui lædi inualuere. Semper autem eius defectus habeatur, quæ edirecto affectæ sedis est, ad quam ne accedendum quidem fuerit, corporis totus prouisione neglecta.

De particularis sanguinis uacuatione.

Cap. XIX.

QUVM sanguis aliqua in parte ita inhæsit, ut nec secta uena, nec medicatione reuelli possit, ab ea potissimum parte quæ offenditur educendus est, remediis quæ ei ipsi parti liberandæ infideant. Eiusmodi sunt: hirudo, scarificatio, & cucurbita, quæ a parte iam læsa sanguinem manifestè exhauriunt. Hirudo morsu trifidum uulnus intigit, quod non cutem modo, uerum altius quoque, si ea tenella ut pueris & infantibus est, penetrat. Exhausta porrò exinanitaque & accuratè preparata auidius tutiusque fugit, fereque continenter dum copia turgescat saturaque prociat. Plerumque etiam sublata ea sanguis confertim proliuit, si præsertim in prominentem uenam erat infixæ: actum proscalpello & phlebotomia est. Ita quidem ex hæmorrhoidè tam copiosum interdum sanguinem euocat, ut emplasticis adstringentibusque medicamentis sit opus, & puero rum cubito infixæ, phlebotomiam exaquet. Quæcumque sic e uena caua haurit, pro uniuersali uacuatione habenda est. Quæ uerò duriusculæ cuti, aut ei parti cui nulla sit amplior uenæ subiecta adhærescit, quam solum partem attigerit, euacuat: aut certe minimum è uicinis, nihil uerò prorsus ex alto aut est distantiore loco proliciat. Quocirca ijs duntaxat partium uitijis exugendis adhibetur, quæ in summa sunt cute, ut scabiei, uiriliginis, impetiginis, pano, nasi faciei que rubori & elephantiorum tuberculis.

Scarificatio fit epidermide minutim scalpello discrissa: que tamen & nonnùm quam altius subicis ueram cutem ferit. Vacuata sola parte diuisa, nisi forte uenam conuulneret: exitum enim facit humori subiecto, nec tamen ui quicquã ex alto aut e longinquo trahit. Quo altius scalpellus adigitur, eo plenior sanguinis est effusio. Expurgandæ cutis remedium est scarificatio, ac eorum quoque affectuum quibus dixi hirudinem opitulari: quin etiam eorum qui in cutè irruerunt eique iam contumaciter obhærent, ut scirrhi, inueteratæ phlegmones, & cuiusuis corruptæ materiæ. Ad hæc gangrænæ, sphaceli & aliorum in quibus natiuus calor strangulatus uentilari desiderat. Largius autem ac uberior sacrificatio sanguinem profundet, si protinus adhibeatur cucurbitula. Hæc enim ui flammæ atque caloris non modò quicquid tenuis fluxiatæ humoris ac spiritus partem circumfundit, sed & quod in locis distantiorebus inest ualidissime trahit. Atque si cutis antè ferro exasperata est, id manifestè in se proliciat: sin uerò leuis ea & integra manet, e distantiorebus plenioribusque euocat in cutem, ac in eam sedem transfert cuiusque fuerit impacta. Itaque inhærens cucurbitula cute iam incisa, corporis summas partes expur-

gat, multo quidē potentius, quam aut sacrificatio simplex, aut hirudo, ijslentique succurrit affectibus. Leuis autem & quæ sine sacrificatioe imponitur, nō manifestē sanguinem, sed unum spiritum extrahit. Cæterum humores ad se se rapit, irruentem fluxionem reuellit, sanguinis profusionem undecunque factam directo contrarioque loco imposita silit, quum præsertim ex vena sanguinem mitti reuelli que imbecillæ vires minimè finit. Errabundum uterum, fluctuantemque humorem cohibet: eum verò qui parti iam hæret impaetusque est deriuat: & eum qui in alto corpore demersus est euocat in summum: vt idcirco stuporis, paralysis, inueterati doloris accommodatum sit remedium. Flatus uerò ac spiritus quauis sede coercitos expedite dissoluit atque dissipat. Proinde palpitationem, singultum, colicum, nephreticumque cruciatum ocissimè compellit. Expeditissimum hoc prædij genus hac minimè periculosum. Neque enim corpus vlla qualitate labefactat neque vires infringit. Hætenus remedia exposui quæ sanguinem tum vniuersum tum particulatim detrahunt, ad ea deinceps accingar, quæ nō hanc illamve, sed nullo discrimine omnem corporis materiam vel absumunt vel dissipant.

Vniuersalis quæ per habitum fit corporis euacuatio. Cap. XX.

ΕΟΡΥΜ quæ per summa corpus exhauriunt vacuantque, alia sodores con-
spicue cient, alia halitum tenuemque substantiam perspiratu digerunt. Hoc
genere continentur inedia, unctio & frictio: illo exercitatio, balneum, laco-
nicum. Phlebotomiæ vires proximè imitatur inedia, sensim ac pedetærum san-
guinem absumens quem semel ac rapente phlebotomia vacuat: præterea verò
crudos humores aliosque complures dissipat, omnisque generis excrementa
propellit. Etenim natura libera nec impedita, salutaria queque nobis conti-
nenter procurat. Quum igitur consuetus corpori cibus aut subducitur, aut ex
toto circunciditur, huiusque penuria inest, inritus nobis calor omnium natura-
lium functionum auctor per omnia diffusus ac incertus, noui cibi copia mini-
mè implicatus, ubique vim suam exerens, inualefcit. Ac primum quidē vit-
lem succum & sanguinem in corporis partiisque substantiâ mutat absumitque;
nutritione: tenues uerò humores ac superuacuos inhalitū digerit & sine sen-
su dissipat: crudos concoquit, mutatque in sanguinem alendo corpori idoneum.
Ex superuacuis autem crassos attenuat, lentosque detegerit: ac proinde stre-
nuè expedit obstructions, adhæc quicquid concoquere non potest, id saltē
præparat, viasque omne corporis quibus excludatur patentiores expeditiores
que facit. Tum etiam expultrix facultas quæcunque præparata fuerint, in ex-
pugnationis vias adducit expellitque foras. Hinc plerumque aluus sponte sol-
uitur, vomitiones erumpunt, vrina profunditur uberior, cerebri excremen-
ta desluunt, & quæ a purgationis via longius absunt perpiratione dissipantur.
His corpus vniuersum sublato quasi onere leuatur, respiratio libera fit a faci-
lis, mens sensusque omnes expeditiores acacrioresque euadunt. Hæc dum con-
fert inedia, impuro quidem corpori plerumque ventriculum vitiosis implet hu-
moribus: vnde stomachi erosiones, vigilia, corporis perturbationes & verti-
gines, quod scilicet inritus calor perinde ac medicamentum innoxios humores
exagitet in alimenti penuria. At verò perturbatos ea demum subigit, do-
mat atque depellit, vnde magna sequitur tranquillitas & morborum multo-
rumque symptomatum sedatio, supersitite quidem, etiamnum & integro na-
turali calore, Hæc sanè moderata efficit inedia vt quæ acres humores ex-
cui,

cuit, incendit, calcascitque corpus. Immoderata uerò quoniam pabulo atque
etiam superuacuo humore absumpto, ipsam quoque partium substantiam
dissipat, quæ calor est sede, corpus tandem refrigerat, viresque commi-
nuit & obterit. Salubris est tempestiua abstinentia, & apprime utilis quæ
per inediam fit euacuatio. Etenim hîandè nullaque violenta aut corporis aut
humorum impulsione, nullaque aliena qualitate in corpus inducta sensim ac
lète progreditur. Acutis portò urgentibusque morbis sola inedia vix tuto suc-
curri potest, sed aut venæ sectione aut pharmaco expedite uacuandus est cor-
ruptus ac putridus humor, qui de sua bonitate plurimum decessit, & quem
inritus calor neque amplius in benignum reducere, neque de repente extur-
bare potest. At leues morbos ex cruditate futuros arceat cibi parsimonia,
eosdem, recens genitos facile persanat inedia: inueteratos quoque eos plu-
rimum coctione lenit, tandemque profligat. Ea ipsa explitudine futuros
conuenienter inhibet, quod sensim ac tempore onerantem copiam eximat.
Qui verò iam præsentēs ex copia seuiunt, eos non inedia, sed venæ sectio
expeditè tollit. Sed & in crudioribus morbis materiæ situs astimandus.
Nam quum venis aut summis partibus vt capiti, uel plenitudo, vel cruditas,
vel pituita grauis molestiaque est, cibus partur siccusque confert, ea mode-
ratione vt præcordia primasque partes ne collabatur alat, non autem ad cor-
poris summa ipse pertingat. Quum verò aut in ventriculo, aut in prima cor-
poris regione uitium inhærescit, multoque parciore sicciorque uictus impe-
randus. Inedia appellatur modo abstinentia, modo parsimonia, non cibi dun-
taxat sed & potus, qui magis promptiusque quam cibus tum uiscera tum ue-
nas implet, iisque negotium faceffit. Quos igitur morbos inedia non sustu-
lit, medicatione curato

Exercitatio aliquantum quoque, sed quam inedia minus absumit ac dige-
rit, idque magna tum corporis tum humorum perturbatione. Hæc nullum
extrinsecus corpori calorem confert, sed ingenitum nobis & innatum susci-
tat, qui de in quoquo uersum effusus corpus humoresque calcascit. Vnde ali-
menti concoctio, distributio, nutritioque felicior. Eadem sanguinem & hu-
mores extenuat, mollit, colliquat & diffundit, atque addo perturbat, ut sua
illi uasa impleant atque distendant, uisque turgentes contineri possint, sed
ni impulsu aut foras exillant, aut impetu in partem aliquam piam irruant.
Ipsa etiam cutis spiracula laxat & resouit, quumque ualidior suscitatus est
calor, spiritus quoquo uersum in corpus impellantur, qui ductus omnes rese-
rant uiasque expurgant, & ob orto sudore copioso superuacua propulsant.
Non ægotantium, sed bene ualentium est quæ exercitatio sit sudorum eru-
ptio. Etenim quia vires exuluit corpus de fatigat, laboranti grauis impor-
tunaque est. Bene ualentis ad præcautionem accommodata, concocto certè
ac iam distributo cibo alioque subducta. Impuriori corpori uitanda exerci-
tatio. Quum enim uitiosos humores confundat ac perturbet, quos tamen
nec euincit nec prorsus depellit, plerumque morbis grauioribus rudimen-
ta ponit.

Balneum dulcis aquæ longæ quam exercitatio potentius spiracula laxat re-
mittitque humores calcascit, extenuat, fluxosque colliquat. Ex his fuligino-
sos non modo dissipare summis, uerum etiam ex intimis corporis regionibus
tenues & fluxos foras euocat prolicitque sudores. Crassiores uerò quos nō di-
scussit, colliquat & tanta ui concitat, vt in alias plerumque partes iactati
effluant. Quocirca balneum ijs aduersissimū est qui morbo graui tenetur, at-

que iis qui citra morbum impuro plethoricove sunt corpore, & quibus nobilitatis cuiusdam visceris imbecillitas inest, aut præcordiorum durus renitensque tumor. Quippe liquatus humor præter naturam in partem languidam decumbens in phlegmones discrimen adducit. Vitale uerò & accomodatum iis deprehenditur, qui squalidi extenuatique sunt, & quibus iam magna partium solidorum inest ariditas: atque iis etiam qui ex febris ardore quasi retortidi euaserunt: melancholicis quoque & crasso terrenoque humore oppressis. Sed & in iis cautio adhibenda, ne ulla subsit in uenis primis copia crudi humoris, quæ in omne corpus rapi possit: ne ve inter administrandum horror ullus incidat, qui febre prænuñciare solet. Tanto autem manifestius atque ualidius hæc efficit balneum, quanto uel natura uel arte calidius obtigerit, siue sulphureum, siue nitrosum, siue medicamentorum calidorum permissione comparatum sit. Solutum uerò aquæ calidæ in quod resupinus æger a genibus ad umbelicum demergitur non mouendis sudoribus destituatum est, sed aut molliendo referandoque utero, aut leniendo dolori, qui uentris imas partes excruciat.

Laconicum in quo sicco calore sudor elicitur, humores e corpore aliquanto ualentius quam balneum resoluit. Morbis accommodatur frigidis atque diuturnis, quorum materia aut in artubus, aut in summo heret corpore. At quoniam in eo uapor feruidus, non solum corpori extrinsecus occurrat, uerum etiam respiratione intro sese insinuat, ac in omnia diffusus corpus haud mediocriter incendit & exiccatur, nec calidis, nec acutis affectibus, nec impense bilioso, nec extenuato corpori decernendum. Quum uerò humores conturbet corpusque uehementer lacescat, iisdem atque balneum obseruationibus usurpetur. His vacuandi generibus humoris atque spiritus nõ exiguum ex uniuerso corpore dissoluitur in sudores, qui tamen per febres acutosque morbos, si res expositulet, leuioribus monebuntur auxiliis.

Iam uerò unctio atque frictio summa dentaxat corporis exinaniunt, neque humores intus ac penitus abstrusos, neque corpus ipsum insigniter conturbant. Mellis quidem longaque frictio corporis summa exalfacit, cutis spiracula laxat dilataturque, quibus ex causis humores in extrema corporis effusi incalescunt extenuantur & liquefiunt, qui demum sponte sua dissipantur & euaporant. Unctio calida eadem, sed aliquanto ualidius confert. Altius siquidem penetrans non modo cutem emollit, uerum etiam corporis interiora & humores contagio ne calcascit, extenuat, disperditque. Lenior tamen est unctio & tolerabilior frictione longa. Illa quidem in acutis morbis, longa uero neque in acutis, neque in crescentibus est ex usu.

His mihi concludenda uidetur de uenæ sectione deque omni uacuatione uniuersali suscepta tractatio, quam idcirco paulo pleniorẽ institui, ut omnia cõplecterer, quæ in hanc rem pertinent, & quæcunque ueterum scriptis ambigua sunt aut controneria, perspicuam lucem acciperent. Quæ si cui uix licet omnia ad unguem ipso medendi usit complere, conandum tamen est, ut ad illa tanquam ad certam legem & regulam opus omne dirigat.

Libri Secundi Therapeutices, de uenæ sectione.

F I N I S.

DE PURGANDI RATIONE, LIBER TERTIVS.

Quid purgatio, quæque eius differentia.

Cap. I.



PURGATIO, est eorum quæ sola qualitate molesta sunt euacuatio. Qualitatis genere non eas solum complector quæ primæ appellantur, sed & secundas & cuiusuis substantiæ corruptionem. Nam corporis excrementa & humores superuacui quum immoderatus exuperant, non multitudine, sed qualitate peccant: quemadmodum & qui aut nimium crassi sunt aut glutinosi aut acres. Præterea tum hi, tum etiani qui proprie iucci nuncupantur, si uel intemperiem, uel alienam qualitatem, uel corruptionem sortiti sunt, qualitate peccant, & cacochymia nomine continentur. Quum igitur hæc uitia anaturali constitutio ne eousque iam recesserunt, ut neque victu neque alteratione sola emendari, neque naturæ calorisque beneficio in pristinam bonitatem reduci possint, auferenda certè sunt, omnisque eorum materia tanquam inutilis profus extirpanda. Id autem purgatione fit, quæ uia cacochymiam subtrahit. Venæ sectio cum fortasse uitiosum humorem qui consiluit in uenis, at nõ syncerum euacuat sed sanguine & utili humore permixtum. Purgatio uero id solum quod uitiosum est & qualitate peccat, utili relicto, nisi fortè immoderatus efferatur. Purgatio alia sponte, alia arte & medicamenti ope fit, quæ proprie appellatur medicatio. Hæc rursus duplex, uniuersalis & particularis. Uniuersalis non quæ omnes humores, sed quæ ex uniuerso corpore aut certè maxima ex parte superuacua deducit. Particularis quæ partem quampiam proprijs uitii expurgat, ut a cerebro per palatum & nares mucii deriuatio: e pectore & pulmone excreatio: arenularum aut puris e renibus emissio. uteri per ceruicem expurgatio: & quæcunque rupta cute e quauis particula fit eruptio. Est porro uniuersalis triplex, alii persusio, uomitio, & quæ alii nuncupatur deiectio: de quibus sigillatim accuratius differendum.

De clystere.

Cap. II.

INTESTINORVM præsertimque crassiorum uitii aptè clyster succurrat. Eò quippe integris uiribus pertingit, quò epoti medicamento uis non nisi hebetior & longo uic prolapsu fracta, ignauior accedit. Quot igitur in intestinis uitia, tot & clysterum genera: alij dolores leniunt, alij humores acres consopiant, alij ulcera deterunt aut siccant, alij fluxiones cohibent, alij euocant. Horum rursus alij status discutiunt, alij sæces emolliunt, alij humores eliciunt e uicinis partibus, qui purgantium genere proprie contineri solent. Nam præter

præter flatu ac feces cæbique reliquias, non pauca etiam in intestinis cumulat
tur superiacanea pituita, quæ nonnunquam prouit e cerebro, assidue autem
ex ventriculi, & intestinorum nutritione ut peculiare excrementum succre-
scit, maximè verò quibus ex multa ingluuie aut ex glutinosis cibis magnus est
cruditas præuenit. Ea quidè initio aquosa aut etiam mucosa existit, quæ
diutius in lógo via anfractu præcipuè verò in cæco intestino, aut in coli cellu-
lis indurascens, caloris vi tempore crassescit dum & vitrea & gypsea euadat.
Talis interdum modò scorsum, modò fecibus circumducta sponte redditur:
plenique tenacius intestinis adhærescit, ut neque illabenti excremento, ne-
que medicamento cedat. Cumulata hæc copiosior, atque tum intestina, tum
mesenterium inferiens, caput, sensus corpusque uniuersum de grauat, obstru-
ctiõnam multorumque morborum procreatrix. Similis est & humorum quo-
rumlibet ratio, qui aut sponte aut purgationis vi e visceribus decussit & in in-
testina deuoluit, illic subsistunt & erent. Hæc ergo antigens clyster incidit, ex-
tenuat, detergit secumque deducit: ac multa sæpe crassa detrahæ cernitur,
quæ nulla purgationis uis excludit. Sed & inferiora expurgans superiora con-
sequitione exonerat: etenim viscera pressaque præcordia liberat meliusque
spirantia facit. A clystere omnis est purgationis initium hic deiectionis: si
parat & expedit, vomitionis impedita subtrahit. Quumque in intestina defi-
xi humores aliiue eorum affectus sanandi sunt, status fecesque clystere in pri-
mis excludendæ, ut dein sit in ipsos affectus vis efficacior. In larus dextrumque
decumbenti facilius celeriusque subit, sursumque; excurrens intestina proluit: si
nistro decubitu in recto aut in colo intestino, quod aliori mole premitur, ple-
rumque subsistit. Tepens intjendus, idque sensim ne impetu status sursum ma-
gnis torminibus compellat. Ad alui subiectionem, quod sæpe cõturbet spuer-
ratque cibum, ventriculo vacuo indendus est: ad medicationem uerò eo etiam
cibis conferto admittitur, diuque continendus est ut tempore uires sua poten-
tius exerat. Hoc diutius subsistente potest laboras cibi funere, aut huic etiam
si uolet indormire: nam potest licet non syncerus, ingenti tamen fenore red-
ditur. Rarènter admodum aut in uentriculum subit, aut in mesenterij uenas
rapitur, licet odore uel sapore os narsue feriat, aut etiam urinas inficiat.

Qui naturæ conueniēs pro alimento subditur, absorberetur interdum si longa
fuit inedia aut parsimonia cibi. Sæpe etiam quum uehementes cruciatus qua-
les colici ac nephritici torquent, substituit ac manet sursumque repit. Dolor
enim omnia quasi absorbens uacuationem cohibet. Ferè tamen remorantem
clysterem acior alter aut glans reuocat.

Glans clystere longè ignauior est, nihil quippe eorum eluit aut sanat, quæ
intestina efficiunt, sed aliud duntaxat idcirco mouet quod acrimonia podicem
ad desidendum stimulet. Crebrior hæmorrhoidas irritat & aperit, aciorque; vl-
cus interdum excitat. Ad podicis vitia solent omnis generis componi, ad-
stringi gentes, detergens, lenientes, prout affectus conditio possit.

De remissione. Cap. III.

VOMITIO est impetu uentriculi sursum facta reiectione. Quum immo-
derato potu uentriculus fluctuat, redundans umor plerumque sine sensu per
gulam in os refluit, crebraque expuitione redditur. Lumbrici quoque inter-
dum ex intestinis per uentriculum & gulam in os surrepunt: atque in nausea &
cordis dolore tenuis aqua e uentriculo confertim in os coofluit. Hi motus
omnes tamen si sursum præter naturam fiunt, nondum tamen possunt vomitio-

nis appellatione contineri, sed qui duntaxat manifesto uentriculi conatu obti-
gerint. Ut enim uterus in partu collectis undique uiribus sese arctissimè sum-
mis partibus adstringit quò forum excludat: ita & uentriculus rei. noxiæ in-
iuria lascessitus compresso fundo totus sursum impetu fertur, uomitione quic-
quid infensum est excutiens. Motus hic omnium est naturalium manifestissi-
mus, quo & uentriculus de propria sede exilliens, assidètes partes quibus anne-
ctitur magna vi diuelli. Hinc uomitio difficilis violentaque est alijs tamè ma-
gis, alijs minus tamen minus. Quibus pressum angustumque pectus, & quibus
ceruix gracilis & oblonga, ij raro ac certè uiolenter uomunt: facile verò & oc-
cassione leni qui contrario sunt habitu. Violentes rursus & periculose, asthma-
tici, tabidi, & ij quos præcordiorum inflammatio aut dolor exercet: metus e-
nim est aut suffocationis, aut cruentæ expuitioni, aut ruptionis, quæ admodum
& in motu omni uehementiore. Crebrior difficilisque uomitio uentriculum,
præcordia & quæ sub his sunt viscera, crebra validaque, concussionem debilitat,
eoque humores rapit impuros: caput implet sensusque degrauat & offundit.
Quæ uerò facilis & moderata obtigerit, saluberrima est & purgationibus præ-
statissima. Noxios quippe humores ex ipsis fontibus synceros elicit & vacuat,
omnem quæ in uentriculi capacitate in eiusue tunicis hæret illuicem, in pri-
mis expurgat, e præcordiorum membranis, e cauis iecoris ac lienis, & ex pan-
crea omnis generis superuacuos humores synceros elicit, quos plerumque nec
hiera nec aliud uehementissimum uilum etiam frequens pharmacu in aluum
exturbare potest. In uentriculum enim ex his locis uia breues ac expeditæ
magis quam in aluum directæ sunt, per quas facili est uomitio. Quamquam au-
tem primum ab interioribus euellit, consequitione, tamen caput reliquumque
corpus leuat. Quocirca omnibus opitulatur affectibus, quia præcordiorum
impuritate ortum acceperunt, languenti appetentiæ, nauisæ cibi fastidio, cre-
bræ uomitioni, uentriculo præcordijque distentis, ictero, cachexiæ, febris in-
termittentibus, hæmorrhagiæ, vertigini incubo, epilepsiæ, suffocationi, omni-
busque capitis effectibus, qui præcordiorum sympatia contracti sunt, & quos e
præcordiis in reliquum corpus effusa impuritas protulit. In quocunque igitur
affectu languescit appetentia, & nauisæ uomendi que desiderium fatigat, si
pharmaco non satiat, uomitione curandum. Næ quæ purgatio non eluit, ex-
tirpat uomitio, & que illinc non faciliè labuntur in aluum, promptè in uentri-
culum remaneant. Tanti igitur uomitionis uis æstimanda. Cui autem ægrè
ea cietur, diligens adhibenda est preparatio. Quum enim uel ex corporis con-
formaione, uel ex humoris situ & crescitie, uomendi conatus angere tolet, ac
faciei & colorumque rubor, capitis tensio, sudor multus, & interceptus spiri-
tus obtingere, idque citra uacuationem ullam, non nisi adhibita præparatione
uomitio tentanda. Primum igitur attenuandus detergendisque humor, at-
que ijs uig moilienda & laxanda sunt, quæ posthac traduntur. Corpore autem
cõuenienter preparato, quum uomendi necessitas premet addendus stimulus
ut artis & naturæ cõcurfione affectus edatur perfectior. Ferè quidem ieiunos
nausæ uomendi que desideriu premit, quæ exinanitus uentriculus noxiorum hu-
moru incurfione infestatur. Næ pastis benignitate cibi noxius humor demulce-
tur leniturque; nauisæ. Sæpe uerò noxius humor uentriculum stimulat cogitque; ci-
bi uomere, nec tamè ipse prodit. Itaque synceri humoris superuacui uomitio ie-
iunis maximè cienda: quamquam tñ leniusculus cibus pharmaco præmitti po-
test, ut facilius succedat uacuatõ. In id etiam corpus turbandum agitandumque
est motu & exercitatione. Atque quum oborto cordis dolore illuicis copiosior
est

effluens laborantem urget, prono situ collocandus firmato capite & uentriculo manu compresso, dum primum cibus & pituita deinde bilis uaria, quantum necessitas postulat eruperit, omnisque impetus sedetur. Si uiolentior uo mitio nimio pere fatigat superuenietque uertigo, aestus, angustia suffocatio, cordis aut uentriculi compunctio: aut si immoderatus exuperat atque uel suc eos vtiles uel sanguinem elicit, uel ramenta, uel nigrum quiddam foetidum, atrebili per simile, lenienda curte & compescenda: atque inque inquiete continendus est laborans, uentriculus fouendus spogia macerata in aceto tepente, atque ijs etiam firmandus quæ posthac dicentur. Quumque sedata uomitione pulsus plenis & ualidis existit, placidus somnus sponte obrepit, facilis & li bera est respiratio, appetentia bona reliquumque corpus leuius, utilis ea cen 10 feri debet & consentanea. Cōtrā uerò inutilis & noxia, si contraria appareāt.

Depurgantium medicamentorum uiribus ac primum ut unum quodque familiarem humorem totius substantiæ similitudine deducatur.

Cap.

III.

PURGANS medicamentum humorem communi quodam omnium tractu prolicere non pauci censuerunt, eiusque portione detracta aliam deinde consequuntur quadam, ei quæ euacuata sit succedere, idque ne uacuum quicquam & inane in corpore subsistat. Neque medicamentum unum quempiam humorē, sed omnes promiscuè hirudinis aut cucurbitulæ modo trahere, eum tamen qui tenuior & ad fluendum aptior sit primum sequi, ab hoc deinde crassio rem, postremò crassissimum: atque si medicamentum infirmum & inualidū erit, nihil præter serum uacuari, si ualidius, cum hoc etiam bilem flauam, sin valentissimum, tum pituitam, tum bilem atram. Huic sententiæ suffragans Auerois putauit tenues humores quia purgationi aptiores prius quā crassos omni medicamenti genere prolici. At si satis rerum peritus animaduertisset rheumbarbarum, agaricum atque sennam, etiam ex hydropico corpore non aquam, sed crassos humores, scammonium uerò & iridem non crassos, sed 30 tenucs serososque uel ex corpore sano elicere, nō tam turpi credo errore lapsus esset. Si uacuationis ordine tenuia semper ceteris antecedunt, cur non & san quis prius quā bilis atra defluet, quem constat multo tenuiorem esse? Hæc opinio dum unicum medicamenti genus sola pro uacuandi ratione quantitate mutatum satis fore humoribus omnibus expurgandis statuit, perturbato rerum ordine summam confusionem inuehit. Hæc incomoda circumspectius animaduertens Hippocrates, rectè nouit medicamentum humorem qui in corpore præter naturam continetur attraere, non communi & promiscua quadam 40 uī, sed totius substantiæ similitudine instaque familiaritate. Medicamentum (inquit) quum in corpus fuerit ingressum, primum sanè id quod omnium maxime sibi natura respondet atque simile est deduci, deinde alia quoque trahit & purgat, quemadmodum semina & stupes terram ubi subierint, id quod in terra secundum ipsorum naturam est, sibi attrahunt, siue acidum, siue dulce, siue amarum, siue falsum, siue aliud quidpiam diuersum. Primum igitur eius quod sibi naturali similitudine congiunctum est plurimum arripiunt, tum cætera deinceps attrahunt. Talem quoque modum & medicamenta in corpore seruant. Etenim quæ bilem mouent primum hanc meracissimam purgant, deinde mixtam. Quamquam igitur attractio alias caloris, alias uacui & inactionis uī, alias totius substantiæ similitudine fit, quæ tamen a medicamētis purgantibus

purgantibus est, vna similitudinis proprietate completur, qua & stirpes succum e terra sibi idoneum, & vnaquæque corporis particula id quod in sanguine sibi familiare & conueniens est, & lapis heraclius ferrum, & paleas succinum prolecat. Hæc autem similitudo non temperamentorum, sed substantiarum est. Nulla quippe attractionis causa statui minimè potest quadoquidem nullum medicamentum esset trahendæ pituitæ idoneum, quum illa frigida, vniuersum uerò purgantium medicamentorum genus calidum habeatur. Ergo sola substantiæ similitudo causa est cur medicamentum hunc illumue humorem alliciat: Hæc autem substantia non ipsa est rei materia, a qua vnum quodque aut tenuis aut crassa substantiæ dicere solemus: neque huius substantiæ similitudo attrahendi causa existit: nam neque agaricus, neque colocynthis tenuis substantiæ quum sit crassio rem pituitam, neque rheumbarbarum quod astringentis & solidæ crassæque substantiæ, tenuem bilem educeret. Sed præstantior est tota illa substantia, a qua tanquam ab intimo principio defluit & manat, quæ manat, quæ totus substantiæ proprietates appellatur. Hec igitur cum neque materia sit, neque temperamentum, necesse est rei speciem & forma sit, quæ præcipua est ac ferè tota compositæ rei substantia. Admirabiles eius proprietates neque colore, neque sapore neque odore, neque vllis sensuum qualitatibus, sed operibus solis percipi possunt, vnde e plerisque cæcæ & occultæ nuncupatæ sunt. Quæ porò eadem continentur specie, substantiam non similem, sed planè eandem habere dicuntur; ut ferrum ferro, magnetem, magneti, non simili, sed eadem substantia dicimus. At uero magnetem ferro similem, non eundem, quod eorum substantiæ ac formæ affinitate quædam & familiaritate coniunctæ sint. Eadem in medicamentis quoque est ratio censeturque agaricus pituitæ tota substantia similis. Ea autem substantiæ similitudo attractionis est causa, atque unumquodque id trahit quod simile, non quod eodem est genere. Sic agaricus pituitam, non agaricus agaricum trahit, nec pituitam pituita. Itaque perperam Auicennas colligit, si attractio sit a similitudine substantiæ, oportere ferrum attrahere ferrum, aurumque aurum. In hac autem similitudine quod validius est trahit infirmius, ut agaricus pituitam, non contrā, quod agaricos uis insit potentior, quam & temperamenti calor plurimum impellit. Si quando autem contingat tam exiguum medicamentum portionem exhiberi, ut ab humoris copia obruatur, ea omnino frustrabitur purgandi facultate, & in alienam vertetur substantiam. Vnus enim tres notauit purgantium medicamentorum ordines. Vnus est malignorum, in quibus uis & substantia inest uenenata, in quo habentur colocynthis & scammonium. Alter benignorum, quæ minimum ab alimenti natura defecerunt, cuiusmodi sunt pruna, uiolæ, manna serum lactis, casæ medulla. Tertius mediocrium, in quo sunt rheumbarbarum, agaricus, senna, aloë. Itaque in corpore ualido atque inedia exhausto, benigni medicamenti exigua portio in corporis substantiam facessit: maligni vero portio vel exigua in putredinem ueneno finitimam: mediocrius in humorem vacuandum, qui ex superuacuantorum est genere alendo corpori minimè idoneus. Licet igitur agaricus calidus sit, uertit tamen nihilominus potest in pituitam, utpote qui quemadmodum & cuius tota substantia non temperamento pituitosus sit. Hæc rerum commutatione temperamenti qualitates percipiunt, permanente substantia.

Purgans medicamentum nonnunquam alium quam proprium & sibi familiarem humorem extrahere e corpore.

Cap. V.

APTAM utilemque purgationem efficiunt medicamentū accomodatūm fatisque ualidum ut humorem exturbet: natura robusta quæ profertantem humorem expellat & purgationem moderetur: humor tenuis & ad fluendum aptus: corporis uix per quas fluxurus est patentes & liberæ. Siquid horum deficit, aut languida, aut inutilis erit purgatio. Inutilem dico quæ uel alieni est humoris, uel effrenata existit. Quum igitur uacuandus humor corporis parte densa, adstricta, uel obstructa coercetur, neque huic purgationis uix patent: aut quum uel nimium glutinosus crassusque est, uel crudus aliisque humoribus omnino permixtus, uel in longinquas partes dissectus: tametsi natura ualens conuenienti medicamento proritetur, languida tamen aut inutilis succedet purgatio. Languida quippe ac imperfecta eius humoris qui uacuandus erat. inutilis uero alterius qui paratior occurrerit. medicamentum enim quod proprio humore frustratur, quemuis ob uium & paratiorem impetu adortur atque exturbat, cum scilicet qui aut ad fluendum est aptissimus aut immodicè exuperat, aut in uia purgationis subsistit. Is enim quous medicamenti genere impulsus excidit, ut qui sponte etiam interdum elabatur. Id sanè commonefacit Hippocrates. Si enim (inquit) eidem homini idem medicamentum quater in anno uoles exhibere, hyeme pituitosissima tibi euomet, uere liquidissima, æstate biliosissima, autumno nigerrima. Quis ergo melancholicus humor crassus, sanguine permixtus fortè irrepsit in cerebrum, licet medicamentum huic ducendo validum offeratur, potius tamen quam hunc eam detrahet pituitam quæ in uentriculo & in intestinis solet inhærescere: aut etiam bilem quæ seorsum pura atque tenuis uel nimia copia, uel corruptela naturam extimulat. Cacochymiam igitur iuuenis conclusam, aut in corporis habitum effusam, uix medicamentum (nisi fortè ualidissimū) detrahet, quod quæ circa uentriculum, circum uiscera primasque uenas consistunt in primis occurrant expurganda. Hic ex causis nonnunquam accidit ut purgans medicamentum non proprium & peculiarem humorem, sed diuersum plerunque exturbet. Quinctiam si effrenata uis eius fuerit, alienum quoque trahet: tum quippe natura uel grauius lacescitur, uel iam imbecillitate languens, neque medicamenti uim, neque humoris impetum coercere potest. Effrenatæ & immodicè hæ sunt purgationes, *ὑπερκατὰ φύσιν* Græcis appellatæ, quibus non modo peculiaris humor, sed & reliqui deinceps profluunt. Etenim uiolentius medicamentum proprio humore detracto, in alios dein inuadit, ac primum tenuiorem ad fluendumque aptiorem prolecat, deinde eum qui crassior atque pigrior sit, postremò sanguinem, quem natura tanquam reconditum thesaurum auidius amplexatur ac retinet. Cholagogum exempli gratia in primis bilem, deinde pituitam, tertio loco atram bilem, postremò sanguinem euocat. Phlegmagogum primum pituitam, deinde flauam bilem postea atram, nouissimum sanguinem. Melanagogum atram bilem primum, deinde flauam, tertio pituitam ad postremum sanguinem naturæ familiarissimum. Effrenatio ea & purgationis exuperantia fieri nõ potest totius substantiæ proprietate, quod nullum medicamentum possit omni humori substantiam similem habere. Hanc non pauci ad medicamenti calorem & acrimoniam referunt, quæ tum uenarum oscula patefacit recluditque, tum continenter

tinenter adeò proritat, uix ut humorem suum coercere possint. Verum si hypercatharticos ea causa sit, allium, pyrethrum & piper purgandi facultatem fortientur. Quocirca preter peculiarem, quæ sua est cuiusque, necesse est generalem purgandi vim medicamento attribui, qua in alios quoque humores incumbat, eosque communiter euacuet. Compertum sit in Dione purgandæ bili flauæ iustam congruentemque quantitatem esse rheibarbari drachmas tres: atræ bili, sennæ drachmas sex: pituitæ, agarici drachmas tres. Consilium sit triplex humoris genus expurgare, in idque medicamentum componere & accommodare: aptū id efficacique comparabitur si cuiusque triens conferatur, & rheibarbari drachma una, agarici drachma una, sennæ drachmæ duæ permisceantur confundanturque. Quod hac ratione compositum foret, nullam vim obtineret, nisi communi quadam & generali purgandi facultate simplicia illa mutuo se fouerent. Neque enim drachma una rheibarbari quicquam bilis purgare potis esset, neque drachma una agarici pituitæ, neque sennæ drachmæ duæ, melancholiæ quicquam: neque igitur permixta illa, nisi mutuas operas conferrent. Simile enim hic accidit atque cum multi uisu communi graue quoddam onus attollunt. Itaque præter propriam, necesse est & generali uim purgandi medicamentum unumquodque præditum esse, quæ cum nimia purgatio erit, alios etiam humores detrahet, idque adiutum calore & acrimonia.

Purgantis medicamenti facultatem a nostro calore excitari, substantiam uero ad expurgandum humorem corpus non permeare. Cap. VI.

PROPRIETAS peculiarem humorem expurgandi e tota medicamenti substantia & ex intimis principiis manans ac defluens, illi nõ energia & re ipsa, sed duntaxat potentate inest. Etenim si scamonio synceræ bilis portio propius adsistat, non hanc quemadmodum magnes ferrum alliciet, sed duntaxat quæ a nostro calore excitatum prorumpet in actum & ad agendum impelletur. Dum enim uentriculi calore medicamentum teritur, calefit, omnique ratione exagitur, tacita eius facultas quasi solutis uinculis exurgens se promit proferque uires nouas. Actum uapor ea ipsa facultate præditus illinc profiliens, per cecos occultosque ductus in omnes corporis partes quoquoersum effusus, ad noxium humorem pertingit. Atque is humorum iamdiu fortasse parti consuetum ac quiescentem, acrimonia incidit præparatque, & aduersa qualitate partis naturam acrius stimulat proritatque ad excernendum. Ipsa uero medicamenti substantia in uentriculo intestinisue etiamnum persistens, eum ipsum humorem simul prolecat, ut purgatio communiter fiat trahente medicamento, & expellente partis natura. Non igitur pharmaci substantia ad eum humorem concedit ac permeat, qui uacuandus est, uel hoc argumento, quod plerunque alio soluta medicamentum in uentriculo subsistat, aut etiam uomitione reijciatur, quodque pilulæ duriores postea quam abundè purgassent, uisæ sint nondum dissolutæ, alias uomitione, alias deiectione reddi. Hinc Paulus præcepit lathyridis grana integra uorare si imbecillus est stomachus, eaque etiam si minimè atterantur, minimeque in corpus permeent, ualidè tamen purgare. Si, inquit Serapio, medicamentum ad humorem longè diffitum accedere, illi familiaritate iungeretur, neque eum cuius

iuuanda voluptate perfruitur, detraheret aut exturbaret, quemadmodum neque magnes ferro iunctus idipsum alio trahit, sed planè retinet adseruat. Et hæc quidem consentanea ipsi sunt medicamentis quæ maligna dicuntur, & in quibus uis inest venenata toti que corpori infensa. Nam quæ in mediocri sunt ordine, ut scenna & rheubarbarum, quanquam dum agunt, magna ex parte subsistunt in uentre, eorum tamen tenuior quædam portio irrepit in uenas, uacuandumque humore affequitur, illiusque tum color tum odor manifestus in urinis est. Benigna uerò medicamenta in omne fortasse corpus peruadunt, & noxiam humorem quasi uinctum reducant in ventrem. De quibus ira censuit Aristoteles, Medicamenta ubi uentrem adierunt resolutaque sunt statim aduenas per eandem feruntur uias per quas cibus comitatur. Mox quum nihilo concoqui potuerunt, sed uisatrice perstiterunt potentia, relabuntur, & quæ sibi obsistunt, secum detrahunt, quæ tres purgatio uocatur. Venter porro selectum secretumque humorem ubi pariter cum medicamento excipit, gemino stimulo acrius lacescit, quum diutius ferre non potest, totis uiribus utrumque excutit, dum a se deponat expellatque per loca conuenientia. Non igitur quem humorem attraxit medicamentum, eundem exigit, forasque excludit uomitione aut deiectione, prout scilicet ipsius uis insita in uentriculum aut in aluum irruerit, sed natura sola. Neque enim hinc solum uomitio obrepit, quod medicamentum in ore uentriculi inhærescat, idque infirmit: neque alui deiectio quod in uentriculi fundum & in intestina id mox illabatur eaque debilitet, sed quod medicamento proprietas inest, quæ familiarem humorem non ad se modo, uerumetiam ad certum designatumque locum impellit ad mouet. Ut enim cantharides scapulis brachiove admoæ, non solum ad se aquam alliciunt, sed & urinas abundanter eiciunt, quo tamen eorum substantia minimè penetrat: sic propemodum medicamenta quædam extrinsecos uentri applicata aluum subducunt, quædam uomitione mouent. Quanto igitur expeditius eorum sumpta substantia, etiam in uentriculo aut in intestinis consistens, purgandi vires obtineat exeratque?

Per quos ductus medicamentum humorem detrahat. Cap. VIII.

Quæ porro expurgatur humor ferè per apertos conspicuosque ductus trahitur, & a corporis ambitu in uenas refluit minores, ab his in maiores, e quibus per iecur in intestina deuoluitur. Cæterum in uolenta purgatione humores non per hos solum, uerumetiam per cæcos occultosque ductus, uel ab extremo corpore magna perturbatione confluent in ventrem. Extincto animante ampliora duntaxat uasa & spiracula cernuntur, plurima in se confidunt atque consistunt, quæ dum id in uiuis erat, uel caloris & spiritus distenta latius patebant, per quæ non modo tenues, sed & crassos glutinososque humores ualidioris medicamenti, uel deduci putandum. Sic hydropicorum aqua ex ingenti copiantur abdominis aut in intestina rapitur, aut in uescicam remeant: sic multa plerumque & e pulmonibus, & e cerebri uentriculis, neque tamen per uenas, neque per manifestos ductus in ventrem illabuntur. Sic & in uariis artuum articulisque tumores, non œdematosi modo, sed planè scirrhosti alias in aluum, alias in os lenta salua deriuantur ab illitu hydragyri, cuius uel colliquantur omnia & e toto corpore in os impetu feruntur: sic denique ualentiores apoplegmatisimi non e cerebro solum, uerumetiam e uentriculo aliisque partibus pituitè eliciunt, ea interdum copia, quæ neque cerebri uentriculis

uentriculis, neque totius caluæ capacitate contineri queat. Horum nihil mirum non debetur, ei qui præter rerum euentus, Hippocratis quoque sententiâ spectabit, quæ in corpus intro forasque spirabile statuit, & naturam que præsertim robusta ualidaque sit, sepeper uia moliri expurgandis superuacaneis, crassioresque materias uel per angustissima foramina deducere, quin etiam per ossa abcessus fieri confirmat quemadmodum & empyorum & pleuriticorum crassus humor per defam membranam traducitur in pulmones ac demum tussi reijcitur. Hæc si natura per se facit, multo certè maiora & admiratione digniora mollietur adiuta trahentis medicamenti uis, præsertim si conuenienter præparatum corpus, atque humor ad fluendum comparatus est. Itaque purgantis medicamenti quod validum sit facultas in omne corpus subiens ac penetrans, humorem familiarem (qui coercitus non sit) undique detrahit, non modo amplis parentibusque, uerumetiam occultis uis, & sensibus incomptis. Hæc de uniuerso purgantium medicamentorum genere, deque uiribus eorum premittenda uidebantur. Nunc uerò particularim medicamenti species querenda, eiusque quantitas & utendi ratio, quod ut accuratius exequamur, explicandum quibus morbis conueniat purgatio, quod cuique adhibendum purgationis genus, clyster an uomitio, anue medicatio: quæ medicamenti species, qua validum & quo id ordine; uniuersè an paritè: deinde quantum & quousque uacuandum sit, & qua id ratione facienda. His enim tota completur purgandi tractatio.

Quibus humorum uicis, & quibus morbis adhibenda purgatio. Cap. VIII.

CACCOMIÆ proprium accommodatumque remediū, est purgatio: quicquid enim impurum ad eò corruptum est, ut omnino nature limites transeat, quoniam arte nulla emendari benignumque reddi potest, prorsus extirpari eximique debet. Hoc autem purgatione præstandum, quæ uno omnem impuritatem seorsum ex quouis corporis sede subtrahit & uacuat, ex hac quidem promptius ac expeditius, ægrius tardiusque ex alia. Primæ regionis cacochymia purgatione sola comòde utiliterque demi potest, & quæ in intestinis est clystere: quæ circum uentriculum & præcordia, uomitione: utraque etiam pharmino, sed maximè quæ aut in liene, aut in iecoris cano, aut in pancrea, aut in mesenterio, aut in ab dominis capacitate consistit. Ex his quippe sedibus uix breues sunt ac directæ per quas facile ea ferri potest in aluum, quod sponte etiam interdum prona ruit. Venæ sectæ uis eò uix unquam pertingit, neque hinc humores uacuat: sed graui sanè dispendio nature ordinem peruertit, qui impurita derelicta purum sincerumque sanguinem profundit e uenis: quique uenas sectione exinanitas implet feda illius raptæ e primis sedibus, quæ quasi sentina est omnis impuritatis. Quis quæso ad eò rudis in mendendo sit, ut aut uentriculi cruditatem, aut hienteriam, aut dolorem colicum, aut lienis scirrhum, aut coleram, aut hydropem, aut his affines affectus audeat aut tentet uena secta curare? Quinetiam uenarum cacochymia sola purgatione, non phlebotomia eximi tota potest, permittitur tamen in hac plerumque uenæ sectio, quum copiosa accreuit, ut uenas supra modum distendens pericula minetur, quæ ex immoderata impèdent plethora, tum enim ad exuperantiam demendam adhibetur. Deinde quum ex ruptis, apertis, aut exesis uasis, uel foras ea profilit, uel in partem quampiam abscedit: etentim reuellit impetumque sistit. Tertio quum metus est ne ea concitata uehementius & quasi furore corpus exercens, in principem aliquam partem feratur: impetum quippe sedat atque cõpescit.

Non-

Nonnunquam & citra hæc, quum præceps est morbus, cuius tamen materia in venis conclusa aut cruda est aut viam expeditam non habet, per quam facile medicamento detrahi possit, eius portionem venæ sectio promptius quam purgatio demit, a qua & morbi seuitia sæpe mitescit, & natura quod reliquū est facilius coquit. Sic inito continuarum febrium, si vires serant, nec venæ nimium exinanitæ sint, sanguis mittitur. Cæterum quæ in his sit venæ sectio, impuritatē quidem portionem elicit, at minimè synceram, sed sanguine permixtam: nec vlla potest phlebotomia omnem venarum cacochymiam eximere nisi fortè sanguinem uniuersum profundat. Nam vitiosus humor æquabiliter sanguini permixtus seorsum profluere non potest. Quocirca licet his ex causis aut necessaria, aut utilis fuerit venæ sectio, adhibenda tamē est tandē & purgatio, quæ ut proprium remediū reliquias detrahat. Ea porro cacochymia, quæ vel partis alicuius substantiam vel corporis habitum occupauit, medicamento in primis non venæ sectione ducenda: deinde quicquid reliquum fuerit, per cutis spiracula, aut per ductus peculiare mouendum. Sic ex haurienda est cerebri pulmonumue crudior pituita, sic & totius corporis cachexia. At uerò in cacochymia quæ regiones multas æquabiliter infestat, vnde libet vacationem auspicari licet. Vt si vel ab uniuersa obstructione, vel a stipatione cutis, vel a vigilijs, labore, æstu, ira, pestilentia, vel ab aliarū euidentium causarum immoderatione, omnium humorum putredo corpus æquabiliter inuasit, non magni interest a purgatione an a venæ sectione vacationem inchoes, quanquam tutius primæ regionis præmittitur purgatio. At quū inequalis est cacochymia, ea in primis exhaurienda regio, quæ aut vehementius premitur, aut alijs mali initium dedit. Iam uerò a causis ad morbos ex cacochymia ortus me conferam. In continua febre quæ æstu magno & lassitudine fatigat, si neque nausea, neque vomitio, neque primarum venarum cruditas est protinus initio uena secari potest. In ea uerò quæ aut ex ventriculi, iecorisq; constitutione praua, aut ab esculentorum potulentorumq; vitio proficiscitur, quoniam infima regio prius ac etiam magis impuritate fordescit, ex eaq; in uenas & in habitum corporis vitium irrepfit, expurganda in primis est, vt pote sine qua cæterarum nulla purior euadat. Hac etiam ratione in cachexia, in leucophlegmatia, in hydrope, in ictero, atque in alijs plerisque affectibus, quorum impuritas e iecoris aut lienis vitio corpori toti impertitur, purgatione sola vacuandum. Nec quoties urinæ crassæ ac rubicundæ cernuntur, remerè imperanda venæ sectio: nec si ex hac sordidus sanguis ac impurus emanat, continuo utilis putanda. Impuro enim mox impurior alius ex ipso fonte affluit. Non igitur e riualis, ded ex fonte ipso ex aurienda mali scaturigo: cui nisi sit antè prospectum, vix cæteris dein potest arte succurri. Vt autem in his, ita & in febribus intermittentibus etiam atque etiam obseruandum, ne vel confusis uel transmotis humoribus corpus euadat impurus. Nam febres tertianæ quarum causa in iecoris cauo inhærescebat sæpe intempestiuè secta vena in cōtinuas abiere: & continue in quibus admodum impura erant viscera, non parum exasperata. Exausto enim sanguine impuro humor, quauis secedat sic derelictus, effertur ferociusque seuit. Alias bilis flaua circum iecur, alias pituita, vel in cerebro, vel in pulmonibus, uel in ventriculo, quasi subsultans detracto sanguine deiectisq; uiribus grauiora profert symptomata. Constat hinc iam potest, quibus humorum uitijs & quibus morbis succurrat accomodata purgatio.

Per

Per quas uias instituenda sit purgatio, quo medicamenti genere, et quam ualido Cap. IX.

Duo præcipuè sunt quibus purgationis uia indicatur: vitij sedes, & naturæ motus seu inclinatio. Sede perspecta in promptu sunt ductus omnes, qui ex ea aut per uentriculū, aut per aluum, aut per aliud quoduis emissarium foras pertinent, per quos scilicet natura libera nec impedita, uitia sua ex purgatione consumit. Hi sunt quos Hippocrates conuenientes appellat. Ventriculus quidem, & precordiorum summæ partes uomitione: intestina maximeque crassa aui profusione: pharmacia uerò cum hæc ipsa, tum maximè uiscera & venæ habitusque corporis commodè expugnantur. Renes & uesica per urinae uias: uterus per propriam ceruicem; cerebrum per palatum: & nares corporis summa per cutem halitu & sudore. Si fortè purgationis uias morbus interceptat aliò motum conuertens: nunquam enim humor noxius in affectam sedem est deriuandus. Quocirca neque imbecillo uentriculo cienda vomitio, neque in intestinorū ulcere, aut inflammatione, bilis eò deuocanda, sed aliorum reuellanda neque renibus inflammatis aut exulcerata uesica ad urinas, sed ad intestina uitiosus humor conuertendus. Motus uerò ac impetus naturæ sic obseruandus. Humor noxius per conuenientes regiones atque uias delatus sinendus est: atque etiam si segnius progreditur, incitandus sit enim natura duce, quæ nihil perturbat, nihil nisi utiliter gerit. Qui uerò in sueto nec naturali cursu fertur, inhibendus, & in breuem rectumque tramitem (si conuocandè licet) reuocandus, ut qui humoris impetu & impedita natura symptomatice fiat. Iam uerò medicamenti genus ex humoris genere petendum. Quot enim peccantium humorum, totidem & medicamentorum genera usus notauit, ut singulis accommodaret singula. Alia pituitam, alia bilem flauam, alia atram detrahunt, sanguinis serum alia & in unoquoque genere alia ex alijs partibus. Ira .n. quum arquo laboranti & flaua bile suffuso medicamentum datur demendæ huic accommodatum, mox totus in habitum naturalem refertur pristinumque colorem recuperat. Si aqua subter cutem fusa turgido medicamentum huic ducendæ propinetur, aquosus humor excidet magnaque ui foras erumpet, subsidente uentris tumore. At uero nullo aut minimo emolumento erunt, quæ diuersa humoribus non accommodabuntur. Simili quoque ratione quum uel pituita, uel bilis atra molesta est, si suum cuique medicamentum congruenter afferatur, noxium humorem experitur detrahi, laborantemque uindicari a morbo. Ad hunc igitur modum medicamentorum genera ex humorum differentijs distinxit usus ut suam cuique purgationem opponeret. In unoquoque porro medicamenti genere tum in eo quod bilem, tum in eo quod pituitam, uel alium quemuis expurgat humorem, quam validum aut imbecillum deligi oporteat, noxij humoris situs ostendet. Vt enim non qualibet secta uena, ita nec quod liber medicamentum e quouis corporis loco humorem detrahit, sed alia alijs corporis sedibus expurgandis accommodatiora sunt. Mitiora quippe e prima corporis regione, mediocria e uasis maioribus, ualentiora e corporis habitu & singulisque particulis euocant. Expedita facilisque purgatio est e uentriculo & ex intestinis: difficilior e uasis mesenterij, deinde e iecore & ex liene, multo difficilior e uasis maioribus atque etiam e minoribus, omnium uerò difficillima ex ipsa partium substantia quæ ad summam cutem atque articulos

articulos accedunt. Quo .n. pars quæq; distantior & minus uenis cõsperfa, eo difficilius medicamẽto cedit; maior quippe in propinquã vis est quã in distã. Vr igitur tres corporis regiones limitibus discretæ sunt, ita & purgantiu medicamentorum tres hęc ordines accomodantur. Deinceps de medicamentã quantitate statuendum.

Vi medicamentis quantitas definienda sit. Cap. X.

POSTquam medicamenti genus ex humoris specie, quantum validũ ex humoris situ cognitum fuerit æstimandum deinde qua id quãtitate offerri debeat. Sua autem est & definita cuiusque quantitas, qua id conuenientem atq; moderatum purgationis modum præstare solet, vt proximo libro enucleatius tradetur. Quantitatem vel augere vel minuere pro purgandi facilitate difficultatene cogimur. Quando autem facilis & quando difficilis sit futura purgatio, corpori, humoris, atque cœli status ostendit. Corporis statu continentur temperamentum, habitus, structura, atque constitutio & vacuandi consuetudo. E sicco exuccoque corpore atque macilento pauca detrahi possunt; multa ex humido & ex habitu euascano. Firmum densumq; corpus, cuius viscera, venæ, ipsaque intestina natura angusta aut obstruuntur facillè, aut coarctantur, superuacua retinet, nec facillè elabi finit. Molle verò, rarum ac laxum, quale mulierum est, puerorum & otio diffusentium parentius est, per quod concitata, tractique humores facillè decurrant. Robusti & laboribus assueti leuiuscula aspernantur medicamenta, quemadmodum & quibus sensus est hebetior. Contrã incitatur facillè qui exquisitiore sunt sensu, & qui vel natura vel morbo, vel uiuendi ratione delicatiores euaserunt. Crebris purgationibus assueti, pharmaco minus lacessuntur, insueti magis; alienorum quippe horrida recordatio naturam turbans ad excernendum stimulat, quemadmodum, & phar maci odor grauis, aut intenta cogitatio aluum, plerumque mouet. At uerò consuetudo familiaritatem, familiaritas amicitiam parit, quæ vim omnem lenit. Sic longo tempore consueta, etiam si deteriora sint, minus infestare solent. Quibus ex consuetudine liquida est aluus, aut sponte interdũ soluitur, purgatio sæpe expectationem fallit imprudentum. Humoris porrò species, materia atque copia medicamenti quantitatem hac ratione prescribunt. Aquosus humor, bilisque tenuis, facillè: pituita & melancholia pigrè defluit. Qui crassus durusque est, & quasi ardore resiccatus, velut fixus subsistit in uia. Lentus verò & glutinosus ductibus obhærescit. Copiosus & quasi restagnans vt in obesulis & in his qui se crapula ingurgitarunt, aut quauis ex causa humorũ illuuiẽ congefferunt, leui medicamento magna plerumq; ventris perturbatione immoderatus profunditur. Nam exuperantia reseratis uenis quasi ex pertuso dolio sponte effluit, non medicamenti effrenata uis, sed naturæ sese denouerantis robore, quæ interdum nullo etiam irritamento, sed impetu suo id onus deponit & abiicit. Sobrijs purisque corporibus purgationes obtingunt exiguæ, nec propterea tamen ualidioribus ea medicamentis sollicitanda sunt quoniam qui integro salubrique corpore constant, difficillè ferunt medicationes. Noxiõ quippe humore destitutum uehemens medicamentum sanguinem carnesque colliquat, quò proprium ex ipsis humorum magna ui proluciat. Iam uerò cœli status ex regione, anni tempore, & tempestate spectandus, purgationes quales futuræ sint ostendet. Sub canicula & ante caniculam, atque in regione æstuosa, acer & paucus inest humor in corpore

corpore, qui & foras euocatur, ut proinde haud facilis eius possit esse purgatio Hyemis media regioque gelida corpus densant & attingunt, humorẽ coarctant, qui ægrè demittitur. Sic prope modũ aquiloniæ tempestate corpora densant coguntq; & aluum exsiccant. Austrinẽ soluant, laxant, & aluum humectant. Solo igitur austrino statu, & temporum regionuq; moderatione faciles succedunt purgationes. Hęc si omnia summam complectemur, corpus siccum, robustum, densum, obstructum, purgationibus assuetum, melancholia pituitave crassa non admodum multa confertum, quæ inueterata longè a uis purgationis distat cõcreuerit: hyeme, regione frigida & tempestate aquilonia difficillimè medicamento moueri soluique potest. Hęc uerò contra ria sortitũ, facillè. Horũ igitur obseruatione pharmaci quantitas conijci decernique debet. Ad hęc præterea magnã uim habet roboris, ætatis, & prægnationis obseruatio, quæ nõ modò medicamenti quantitatem, sed & genus plerumque immutat, ceu mox docebitur. At quoniam nos sæpe multa latent nullis indicijs comprehensa, incognitã laborantis naturam expedit blandis sensim pharmacis explorare, non temerè uehementioribus impetere & labefactare. Cognitis autè & exploratis naturis tuta decernetur medicatio.

Quantum et quousque uacuandum, uniuersa an parite. Cap. XI.

VBI medicamentum & inuentum & iustis uiribus & idonea quantitate tum humoris tum corpori expurgando accommodatum fuerit, purgationis postea præfinienda est quantitas, atque æstimandum quantum & quandiu sit uacuandum. Noxiõ humor quum alienus ac præter naturam sit, siue morbum præcauere, siue profligere consilium est, prorsus eximi debet. Exigua quidem eius derelicta portio, exquisita uiuendi ratione, naturæ calorisque uis domari ac uinci poterit, ut integra interdum tutaque sanitas succedat nullo metu recursum morbi. Multa tamen si reliqua sit, nisi hanc naturam tandem subactam sponte propellat, nulla quantumuis exacta uiuendi lege tutus a morbo æger esse potest: nam tameris purgatione leuatus appareat, in pristinam tamen ualetudinem recider, uero citius, modo tardius, alias leuius, alias grauius, pro humoris copia, malignitate, aque uirium statu, & uictus modo. Nam auctor Hippocrate, quæ a morbis relinquuntur, reciduos morbos facite consueuerunt. Quõ enim de relicta portio totius conditionem reserat, quæ omnino erat præter naturam, nunquã ipsa poterit in corporis substantia conuerti, sed tempore synceros humores, atque etiam recens alimentum inquinabit, rediuiosque morbos excitabit. Sic impura corpora quo magis nutris, hoc magis offendit. Itaque quicquid noxiõ inest humoris, id prorsus expurgandũ, ut corpus a morbo uindicetur. Id autem uniuersè an paritè fieri oporteat, humoris copia laborantisque uires indicabunt: ita enim mittendũ quoque sanguinis quantitatem ex morbi magnitudine & ex uiriu robore dimerimur. Costantibus uiribus pauca cacymia uniuersè detrahi potest, præferim si concocta sit aut tenuis, ab eaque uix pateant in aluum. Imbecillis autè uiribus nõ modo multa, sed & pauca cacochymia partitè eximenda. Non enim vel in leucophlegmatia, vel in cachexia humor quoquouersum in omne corpus effusus, potest ullius medicameti ui ex distantissimis locis per cæcos occultosque ductus uniuersus in aluũ cõfluere. Neque ut sanguis in plerora exuperans, semel & affatim totus ex aperta uena, ita multus humor e corporis habitu elabi profluere potest. Atque si id medicamento quopiam præstari possit, necesse tamẽ fuerit corpus grauitè cõcuti, humores uariè pmisceri, tor

fiones molestas inferri, ac spiritus dissipari. hinc tandem vires concidere proferri ac plerumque exolui. Hæc in eos ferè incidunt, qui prauo utuntur cibo, quos purgante hausto medicamento statim deficere tradit Hippocrates. Quam enim vitiosis corruptisque scateant humoribus, & pauco perfruantur bono succo, facillè purgationibus soluantur & fatiscunt, atque venenatis pharmacis, quæ Hippocratis seculum vsurpabat, non parum exagitantur. Neque tamen tentandum leuiorum medicamentorum quantitate immo-
 10 dios semel demoliri: sed assentiendum Hippocrati monenti omnes euacuaciones extremas periculosas esse. Quod non de sola virium extrema debilitate morti proxima, sed & de peccantis humoris vacuatione extrema intelligendum. Nam alio inquit loco, Empyi, aut hydropici, cum vtuntur aut secantur, si pus aut aqua vniuersum effluerit, omnino moriuntur. Quanto magis in vitæ discrimen adducuntur, si ualido aliquo medicamento firmis etiam viribus uno tempore vniuersa tentetur purgatio? In multa igitur cacochymia tutius est paulo citra modum subsistere, quam ultra procedere. Lipo-
 20 thymia quæ purgationibus ob humorum uacuandorum acrimoniam & intestinorum torsionem interuenit, leuis est: grauis verò quæ ob concitati humoris corrupti tetræ vaporem in cor principesq; partes sublatur. grauior ob malignam uenenatâq; pharmaci qualitatem, grauiissima ob immoderatæ purgationis violentiam: neque tamen vires hæc æquè deijcit atque exuperans phlebotomia. Semper horrendum exanimato iam ægro mortis imaginem obrudere. Itaque humoris copia accuratè viribus comparanda est. Ex presentium præteritorum ac futurorum obseruatione, ex alijsque signis quæ secunda uena ani
 30 maduertenda esse monuimus, tum morbi magnitudo humorisque copia, tum virium robur exquisitè perspicendum. Virium autem obseruatio quum sit omnium præstantissima, nõ hic, ut in phlebotomia, solum uacuacionis modum, sed & quod medicamento genus, quâq; ualidum esse oporteat præscribit. Tamet si enim morbi species, humorisq; uacuandi sedes ualidum medicamento genus postulent, aliquid tamen ex mitiorum ordine exhibendum suadet virium imbecillitas. Eadem quoque est tum ætatis tum prægnationis ratio. Puer
 40 ro enim ac seni benigna, nõ ut ætati mediæ maligna decernes medicamenta, etiam si humoris species atque situs eorum uim desideret. Prægnans quoque integris viribus, licet horum uim tolerare possit, quoniam tamen foetui qui intus geritur, quæ seruare uolumus uehementer obfunt, benignis solis est purganda. Ad uirium porro obseruationem pertinet expendere quæ corpora graui-
 50 ter ac molestè, quæ leuiter ferant medicationes; multis enim quibus integræ uires apparent, ingens ex purgatione labor, ac plerumque ob suam cuiusque corporis propriamque naturam uirium sequitur exolutio. Macilentis acriter feruntur medicamento qualitate præua, utpote quæ promptè in solidas partes se insinuet. Quibus acrium humorum copia inest, hos molestæ torsiones miserè
 60 fatigat, diriq; vapores, principes partes offundunt. Dolorum metu non pauci medicatione despunt & abominantur, quibus magna perniciæ uitiorum colluuias omnem uitam languoribus exercet. Quibus partes circa umbilicum & imum uentrem extenuantur & contabescunt, ad inferas purgationes tuti non sunt. Multoque minus quibus abscessus uel in pulmibus uel in iecore, uel in liene uel in renibus, alijsve sedibus delitescit. His enim concursis nõ modo dolor ingrauescit, sed & eruptionis, & defecationis uirium metus incutitur. Quo
 70 cunque uitio labefactæ sint interiores corporis partes, quia imbecillæ sunt, facillè medicamèri qualitate & acrimonia percelluntur. In summa, corpus aut

magna

magna labè, aut morborum humorumue copia uehementer pressum & languens medicamento uil labefactatū concidit, quemadmodum & ruinosa ædes instaurando fortè concussa, mox uniuersæ corruunt. Itaque in his omnibus qui aut imbecilles sunt, aut ægrè ferunt uacuaciones, pro medicatione expedit interdum inedia uictuque opportuno blandiri, aut ægrum, si nequeat in integrum restitui, sublata morbi portione leuare. Vacuandum enim quantum & quomodo vires patiuntur, quumque iam dissolui apparent, etiam si restent superuacua, protinus supersedendū dum illæ recreentur. At dum vires integræ manent atque persistunt, tum uniuersè, tum partitè uacuandum eousque est dum nihil reliquum sit morbi, & perfectæ purgationis indicia quæ
 10 mox tradentur omnia compareant. Ex his ergo omnis præfinietur purgationis quantitas: nunc quæ illius sit utendi ratio, explicandum.

Quo morbi tempore, quo die, quaque hora purgandum. Cap. XII.

SUMMA purgandi opportunitas ex morbi tum concoctione, tum impetu spectatur. Concoctio est substantiæ in naturæ conuenientiore statum caloris uil facta mutatio. Non enim qualitates solas, ut quæ appellatur alteratio sed ipsam rerum substantiam concoctio mutat. Alimentum initio dissimile, corpori tandè simile euadit, in illiusque substantiam uertitur concoctione crebra. Vitiosus uetò putridusq; humor & a natura profus alienus, tæcti in corporis substantiam nequeat facessere, concoctione tamen in aliquid melius, & naturæ conuenientius, ut in pus, aut in quippiam quod sit puri finitimum deducitur. Phlegmones materia putris, quemadmodum & ulcerum sanies, in uerum & exquisitum pus uertitur, quod interdum sputo alijsve excretionibus innotescit. Venarum uerò maiorum succus putrescens in aliquid mutatur, quod est puri finitimum, cuius in urinae sedimento conspicuè sunt notæ. Superuacui autem humores siue putruerint, siue nondum putredine tætentur nunquã uere concoquantur, nec caloris nostri beneficio aut in pus, aut in quippiam illi finitimum mutantur: sed dütaxat tū substantiæ, tū qualitatis moderati-
 20 nẽ quandã adipiscuntur. Sic tenuis aquosaque pituita influens in pulmone concoctione crassescens facilius expuitur: crassa uerò extenuatur. Sic & utraq; bilis circūuiscera (quæadmodum in intermittente febre) putrescens, concoctione mitescit, domitatq; præptius excluditur. Omnis concoctionis insitus noster calor diuinus est opifex, cuius una eadèq; uis optimū quiddã perpetuò molitur: atque si uaria interdum opera emergunt, nõ illius sed subiectæ materiæ id
 30 uarietas efficit. Non aliter is alimentum, aliter putridum humorem concoquit. Neque (quibusdã uideretur) pus a duplici calore tum naturali, tum præter naturam sit, sed a naturali solo, agente tamen in materiam quæ caloris præter naturam est particeps. Hanc neque profus vincere, neque in corporis substantiam, sed in pus solū mutare potest, quod est putredine melius, ac inter putredinem & corporis nostri substantiam medium. Ut autem in phlegmones sup-
 40 puratione, ita & in febribus, corruptus humor dum concoquitur ac mitescit, pariter etiam fluidior euadit fecerniturque a crudis, ut eius deia expeditior esse possit euacuatio. At uerò purgandi tempus opportunum præscribetur ex humoris specie & situ, atque etiam ex morbi uehementia. Leuiter affecti naturæ uiuendique legibus committendi: quos enim sponte natura per sanat, frustra medicina fatigat. At quibus nec naturæ uis nec proba uiuendi ratio satis fuerit, medicina succurrat. Si. n. aut longius protrahit mor-

bus, aut uehementius excandescit, opitulandum arte. Ac primum si corruptus uitiosusque humor aut in ventriculo, aut circū hunc consistere signisprehenditur, siue pituitosus, siue biliosus, siue alio quouis præter naturam genere corruptus sit primo quoque tēpore expurgandus est, præsertim si impetu quodam sponte mouetur, neque locis illis tenacius adhærescit, alioquin leniter est præparandus: eius uerò concoctio haud quaquam est expectanda, ut quæ proprie futura non est, neque eius ab vrinis mutatio quaerenda. Qui autem uitiosus humor altius aut in liene, aut circum pancreas, atque iecur, aut in mesenterio conditus erit, siue lentam febrem, siue intermittentem, siue melancholiam, siue diarrhœam, siue cachexiam, siue ingentem obstructionem protulerit, protinus quoque detrahi potest, nisi aut admodum lentus crassiusque sit; aut ventriculi impuritas obstat. Hæc enim quum adsunt primum quidē leniter detergendus est ventriculus, deinde attenuandus ac tergendus humor, postremo aut uniuersæ, aut partitē uacuandus. Quum autem uitiosus humor in maioribus uasis conclusus, ut in cōtinua febre, aut circum hæc a liqua se de coercitus, ut in plerisque acutis morbis, putrescit: tãtēsi corporis adsit præparatio, & ventriculus uiaque omnes eo directæ, liberæ, expeditæque sint, haud tamen recte potest ante cōctionē exquisitē purgari. Et nim in morbis acutis tēpus perfectę purgationi accommodatissimum, status est aut uerius declinationis initium, quo & perfectæ existit concoctio, & uacuationes sponte procedunt. Tum enim morbi materia fluida, & a reliqua puriore secreta iam est, simul natura præparatam illam expellere cōcedit. Itaque quū iam perfecta apparet concoctio, statusque uehementia mitescente nulla succedit uacuatō decretoria, moue tu medicamēto. His enim quæ præter rationem leuiora apparent minimē confidens, quicquid concoctum præparatumque expurgabis, ut mox integra sequatur solutio. At si tum natura euacuationē agreditur ac iudicat, sinenda est dum opus cōpleuerit. Deinde si inegrē iudicauit, neque morbi quicquam reliquum fecit, res in tuto est, nec aliud quicquā mouendum. Sin quippiam derelictū esse qua si ex imperfecta crisi suspicio sit, quoniã quæ relinquuntur in morbis, reciduos morbos facere consueuerunt, medicamēto quoque detrahendum. Vniuersa igitur morbi materia non nisi concocta & post statum quū iam symptomata præter rationē mitescunt, radicitus extirpari potest. Idipsum est quod præcipit Hippocrates, concocta medicari atque mouere, non cruda. At nihilominus morbi incremento quū nondum perfecte, sed manifestē solum, & in fine principij quū obscure concocta est materia, hanc etiam quodammodo uacuare licet. Quod enim iussit Hippocrates concocta medicari, non solum perfecte, sed & quouis modo cocta complectitur, mox ea duntaxat a medicatione excipiens, quæ ut in morborū principijs absolutē cruda sunt. Ita quæcunque uilo modo concocta fuerint medicari sinit, obscure quidem cocta parcē, manifestē moderatius, perfecte uerò cocta validius. Ut igitur in phlegmone non uniuersa materia retinetur, dum perfectam cōctionē sit assequuta, sed quicquid suppurat quotidie elicitur, ita sanē & in acutis statuendum morbis idque siue partium, siue graduum ordine fieri putetur materię concoctio. Ita enim quicquid a purgatione reliquum erit; facilius natura domabit. In neutra corporis affectione, impendentem morbum sæpe arcemus purgatione quæ uitiosos iã congestos humores detrahat. Atqui tum maximē multoque magis quā ipso morbi initio crudij sunt. Cur igitur non per eque initio utiliter illos purgemus? Et hæc de morbo quidē acuto, sed salutari profususque tuto præcepta

cepta sint. Ceterū in ancipiti at que graui cuius sēper & symptomata seuã sūt, & minimē tutus exitus, statim per initia non utiliter solū, sed & necessariò uendendum medicamento, neque prudentis sit medici concoctionem expectare, quæ fortasse futura non est. Quum enim anceps is sit ac uehemens, semperque metus impendat, ne aut deterior euadat, aut laborantem ante statum ingulet, cruda etiamnum materię nonnihil purgatio demēdum ante concoctionē. Et certē cruda ea materia quū in plerisque acutis morbis turgere solet, & quasi oberrans fluctuet & fluat reuolatque; in uenis atque uisceribus, non admodū egrē uidetur medicamēto cessura. Sic sæpe artis usu animaduersum est crudioris humoris purgatione, siue sponte, siue arte ea contigisset, accellari concoctionem moxque urinas puriores & cum sedimento fieri, & ancipitem periculosumque morbum tutum salutaremque reddi. Idipsum Hippocratis est cōsiliū in acutis morbis inter initia utendum esse medicamento: & quum morbi incipiunt, mox uendū esse, si quid mouendum uidetur. Quo autem acutior est morbus, hoc magis accelleranda validiorque decernenda purgatio; ut tandem extremis morbis extrema diligentissimē adibeantur remedia. His non solum remedij celeritatem sed & uehementiam hortatus, turgentem omnem materiam protinus atque eodem ipso die euacuare docet nē uitro citroque concita in principem aliquam partem irruat, repentinoque sit exitio. Itaque licet a perfecta concoctione felicior semper sit purgatio, ea tamen etiam antē concoctionem in ancipiti grauique morbo est necessaria in salutari ac miti utilis. Est & alia ratio ante concoctionem purgandi necessitas, si præter continentem acuti morbi materiam, quæ aut in uenis, aut in uisceribus, aut in habitu est corporis, & cuius expectatur concoctio, alia quædam uitiosa in ventriculo, in intestinis, aut circū præcordia obhæret, dolore aestu, nausea, amore, alijsue signis manifesta. Hæc enim omni tempore etiam nondum ulla morbi apparente cōctione, uiliter potest adhibita præparatione medicamento trahi. Humor igitur qui publicis uisj subsistit, si præparatus est, omni morbi tempore uiliter deici potest. Qui uerò aut in uisceribus inhæret, aut in uenis concluditur, & proxima est morbi materia dū cōcoctione appare, feliciter; dum adhuc crudus est, uiliter atque etiã interdum adhuc est, uiliter atque etiam interdum necessario purgandus. Iam uerò de purgationis die deque hora dicendum. Tranquillo die purgatio tutior, expeditior uerò perturbato. Quum enim morbus minus fatigat & collectæ vires melius constant facilius medicationi vis & impetus tolerari potest. At quo die morbus exasperatur agitata que eius materia in motu est, promptius detrahitur. Quocirca si per uires licet, neque ingens metuitur perturbatio, impari die acutorum morborum, atque etiam decretorio (quo tamen neutra decretura non est copiosior expeditiorque, pari uerò tutior fiet purgatio. In febrium intermittentium quiete, medicamentum tanto ante accessionem tempore offerendum, quo possit purgatio cōpleri. Per accessionem quippe materia non in aluum, sed plerumque in diuersum ruit, sæpe accessionis uehementia purgatio subsistit. Præstat nihilominus ante accessionem, quam mox ab ea, & pridie quartanæ quam postridie medicamento uti. Purgationi autē quæ libera est, nullique præsentis morbi necessitate ad præcautionē solam suscipitur, aptissimum est uer deinde aurum nus, aut quæ illis non absimilis, sed quodammodo temperata sit constitutio. Dies non aquilonata, sed austrina humidaue, quæ & corpora laxat & humores liquefacit. Tempestas quoque similis & beneuola syderum commitione salutaris.

Vt in omnibus rebus agendis, ita maximè in purgandis humoribus antequam aggrediare, diligens est adhibenda præparatio; qua & viæ pateant, & trahi medicamento omnia cedant ac obtemperent, fiantque, vt iubet Hippocrates, corpora ante purgatione fluxa. Est autem præparatio duplex, vna corporis, vacuandorum humorum altera. Corpus sic præparatū comparatūque fit, vt viæ omnes per quas medicamentum decurret, & per quas noxius humor deriuandus expurgandusque est, liberæ sint expeditæ. Primum igitur ventriculus humorum copia minimè sit nauseabundus, ne haustum pharmacum nimio pere auerferet, aut mox reuomat. Nec intestina coarctata obstructaue noxiorum humorum cursum impediatur. Etenim concitati si subsistant, aut ventris torsiones, aut fastigia, aut vertigines, aut animi defectiones mouent, corpusque iactatione multa fatigant. Quod si aur e visceribus, aut e venis atque ex corporis habitu aliciendi sunt, non modò ventriculum & intestina, sed & mesenterij venas & viscera libera esse oportet. Itaque nausea omnis ante purgationem summouenda est, aut inedia, aut vomitione, aut detertere atque deiectione per pilulam ex aloe. Suppressa iamdiu aluus clystere mollienda; aut si quid aliud intestinis adhærescit, detergendum id eluendumque est. Noxius præterea humor præparandus qui enim durus; crassus ue est, non facile per angustas vias profluit in aluum: glutinosus in his etiam obhæret. Quo circa durum mollire, crassum incidere & attenuare, lentum glutinosumque; detergere oportet ante purgationem. Quæcunque id præstant, pariter quoque venarum per quas futura est purgatio obstructions expedit. Atque hæc vel alimenta, vel medicamenta sunt. Horum autem alia intrò sumuntur, eaque vel arida vel liquida. Arida quum frigiditæ sunt humores, & magna cruditas in primis est visceribus, præsertimque hyeme. Liquida vt syrups, apozemata, & oximeli, quum altius & in exilibus venis cõditi sunt humores, in sicciore corpore, ac etiam ætate. Alia uerò extrinsecus præparant, vt fots & vnguenta. Fots suo tẽpore ac uapore per spongiam, partem qua muis blandè concalfacit natiuumque; eius calorem erigit ac suscitatur, humores qui ei præter naturam insident & impacti consopiti que; sunt excitar, emollit, attenuat, colliquat, fluxilesque; reddit, vt facile sequantur quocunque medicamentum trahet. Hoc quidem præparationis genus diuturnis est affectibus accommodatissimum, quòd tamen & Hippocrates acuti morbi ut pluritudinis initio vsurpauit, neque calorem ueritus, neque fluxionem nouam. Sed & quum omne corpus uitiolo humore, eoque; crasso aut glutinoso perfunditur, hunc nonnulli ante purgationem balneo perinde atque fomento preparare iubent, quo tamen minimè prorirentur sudores, sed suntaxat emolliatur & liquefiat uacuanus humor. Fotui proximam uim obtinet vnguentum, at infirmiores, quod non admodum altè subire possit. Vitiolus quoque præparandi facultate pollet, quum attenuans detergensque; imperatur: maximè uerò tenuis ac parciol. Detracta enim de consueto cibo portione, natiuus calor crudos humores concoquit absumentque; frigidus uerò crassos & glutinosos uisceribus aut uenis impactos partim absumit, partim aded extenuat, ut etiam sponte nonnumquam prociant: quumque; inedia cor; us exhaustum excrementis uacat, liberumque; est: medicamentum facile quoque uersum subit, ac integri uiribus in omnia penetrat. A tenui uictu medicatio synceros ac minimè permisto humores conuolutissimè detrahit. Ea igitur crassis lentisque; humoribus ut melancholicis & pituitosis

pituitosis, ante purgationem adhibenda præparatio. Tenuis uerò ut aquosos & biliosos, non Auicennæ consilio, ante purgationem grassiores reddere oportet. Non enim quod ille existimat, ut sputorum quæ mediocri sunt substantia faciliol est excreatio, ita & humorum mediocrium faciliol est purgatio. Nam licet pulmonibus contenta materia supra modum tenuis, impelleris spiritus ui tuilendo non facile in arteriam sustolli excrearique; possit, sed tenuitate sua facile relabatur in pulmones in corpore tamè conuenienter preparato, quo tenuiol est liquidior sit humor, eo fluidior existet, & promptius trahenti medicamento cedet, eiusque; impetum sequetur. Licet igitur tenuis humor concoctione aliquantum crassecat, atque tum euacuationi sit apparitiol, non idcirco tamè & nos nature imitatione eum ante purgationem debemus crassiore facere. Non enim quod crassecat idcirco coquitur, neque concoctus idcirco purgationi aptiol est quod crassiol euaserit, sed quod sit a reliquis humoribus secretus, eumque; natura prorsus uacuare contendat. Quo autem tenuiol, eo ad esiliendum est apitol. Aliud præparatio est, aliud concoctio. Hæc nature solius opera calorisque; nostri beneficio, illa etiam arte tota plerunque perficitur. Detergentibus enim incidentibusque; medicamentis expeditur obstructio, humorque; attenuatur, at non plene concoquitur. Preparatur humorem non semper licet exquisitè purgare, concoctum uerò Hippocratis præcepto licet, quum presertim uia patent. Itaque corpus qua purgari debet, patens nec impeditum esto. In hoc quisquis peccat humor tenuis ac fluidus, si ut in acutis morbis turgat, statim initio nulla præparatione e qua uis regione detrahendus est: sin uerò parti cuiuspiam is firmius inhærescit: uix nisi deterfus, aut concoctus, & natura ui secretus, trahenti medicamento obtemperat. Crassus uerò atque glutinosus humor, non nisi ui & perturbatione, uel e patete corpore deduci potest. Ac commodada porro unicuique est ea præparationis forma, que pariter morbi sæuitiam leniat: ut acutis morbis potio nonnumquam & vnguentum ex eorum materia que attenuanda detergendoque; refrigerant, aut non impense calfaciunt. Diuturnis atque lentis ualentiora, non potiois modo aut unguenti, sed & fots & balnei forma: utriusque demum apta conueniensque; uictus tenuitas.

An ieiunio & qua forma, & quibus obseruationibus dandum medicamentum. Cap. XIII.

SALVEERRIMA est que sine offensione sit medicatio. Solet autè omnium primus ventriculus offendi, vt qui medicamentum summis integrisque uiribus excipiens primol eius sustinet impetus, neque id nisi fractum retusumque longius penetrare sinit. Quum igitur in omni morborum curatione tanti sit momenti ventriculus, summa tum huius tum medicamenti ratio est habenda. Medicamentum omne ualidum aut malignum nature insensum est, forma quoque omnis liquida ventriculi latera alluit, in illiusque substantiam altius se infert, ac proinde grauius eum ferit: solida uerò minus, quod promptè in fundum intacta ferè illius substantia illabitur. Cæterum liquida altius penetrat in omniaque subit, potentius detergit & infarctus expedit. Solida diutius herens circum precordia, tardior minusque effi:ax existit. Ventriculus præterea quum aridior fuerit, atque prorsus vel ab inedia, vel a febre, vel a solis ardore exhaustus, tum medicamenti, vi plurimum lacescitur, tum id aridius in se recondens & uelut exorbens, neque; difundi, neque; vim suam exerece finit

finis. Contra verò quum moderatè est humidus. At immoderato humore potuue persufus, medicamenti, quod præsertim imbecillum fuerit, plerunque vim obtundit. Itaque imbecillo quemadmodum & puro ad unguem ventriculo, medicamentum blandum aptetur: aut si fortè distantiorum partium affectus validius exposcit, ieiunio quidem at non prorsus exinanitio de-er quâ nempe concoctus cibus descendit, ac nihilominus interiori ventriculi tunica reliquarum benignitate etiamnum mandet. Sic enim in distantiores partes id permeat, minimum offensa ventriculi substantia. Quum autem malignitatis particeps est medicamentū vt veratrum, corpora, inquit Hippocrates, ante portionē humectāda sunt cibo pleniore quieteq; Ipsū uerò medicamentū seu liquida seu solida sit forma, sacchari, mellis, aromati aut rei cuiuspiam suauioris permissione condendū, ut ventriculo præcordijsq; iucundū occurens, quadam odoris saporisq; gratias vires suas feliciter exerat. At robusto atque impuro uentriculo, liquida forma nullius rei suauitate oblita confert, idque longhissimè a cibo, ut altius in primas corpori sedes in earumque humores se inferat. Et hæc quidem obseruanda, quum sincera optatur humorū distractio. At uerò blanda leuiusque medicamenta, quæ solas alui fæces emoliant & exturbant, ecco proficua dicuntur, non multo ante cibum, atque etiam cum cibo sumenda. Si enī consueta est matutina uomitio, ea ante medicamentum cienda. A medicamento quoque ea nonnunquā succedit, uel quod imbecillior sit uentriculus, uel quod pharmaci horrore concutitur, uel quod quum agitari cœpit, humore quorum copia obruitur, excurit, uel quod præcordiorum mole coarctatus pylorus, aut aliud fæce obstructa duriore non id facile illabi finit. Hæc tamen omnia diligens auertit præparatio. Hausto medicamento, uel qua hordei uel succo mali punici, uel subaustero uino, uel saccharo reliquis e faucibus & e gula detergendæ deiciendæque sunt quum præsertim horrendo sapore grauis suspensaq; est uomitio. Surrectum dein corpus in quiete continendum, dum uentriculus medicamentum arctus complectatur; atque etiam interposito se mihoræ spatio, si (quod ferè fit) in expugnabilis dormiendi necessitas premet, utile medicamento indormire, ut illius vis in sopore plenior excitetur: quum primum uerò in actum id prorumpit, uigilandum penitus, est dum effectum omnem compleuerit. Nam arctiore somno purgationis opus subsistit. Quum enim, inquit Hippocrates, sistendum censueris, somnum mulieris nec quicquam mouebis, contra quum libueri vt medicamentum amplius ducat, corpus mouebis. Motione enim corpus turbari iudicio est nauigatio. Cibum plerique putant non antè offerendum quam medicamentum suo perfectum sit munere satis tamen si e uentriculo id ita excidisse, ut nullus eius odor, nullus rictus, nulla nausea, nullaq; stomachi rosio subsit, quum præsertim sincera desideratur purgatio. Cibum enim medicamenti permissione corrumpitur. Solida forma, blandumq; medicamentū, quod tardius descendat, longiorem cibi moram, eamq; quatuor saltem horarum interponi postulat. Primum autem cibus deterges sit sorbitio, quæ medicamenti reliquias eluat, & quod decet impellat, simulq; uentriculi interiora oblinens omnem medicamenti qualitatem tædiaq; demulceat. Qui purgatur continendus est temperato loco; nam concitati iam humores æstus iniuria, aut rapiuntur in cutem, aut nimium eferuescunt febremq; incendunt: frigore uerò torpescunt & densatis coarctisq; uis ignauiter exeunt. Liberior ac vastior aer, aut apertus flatibusq; expositis etiam si nulla interperie grauis, difficiles efficit purgationes, quandoquidem corpora præsertimq; imbecilla uehementer conturbat.

Vtilissime

Vtilissime & perfecta fuerit purgatio, an contra. Cap. XV.

ARTIFIS cuiusque summum est studium quorsum opus euadat animaduertere. Purgationum alia utilis, alia vitiosa est. Vtili talia purgantur quæ alia purgari oportet uitiosa uerò aut aliena purgantur, aut non conuenienti ratione. Vtilis tres statuuntur differentia, obscura, manifesta, perfecta. Obscura exiguum admodum peccatis humoris portionē detrahit, quæ quia conueniens est confert quidem, nondum tamen ægrotum manifestò leuat. Manifesta quæ insignem humoris portionem exturbat. Perfecta quæ nihil illius reliquum facit. Signis hæc discernuntur, a deiectionibus & a laborantis tolerantias depromptis. Deiectiones inquit Hippocrates, non copia æstimandæ sunt. Neque enim fæcum, neque crudorum quæ circum mesenterium exuperant copia deiecto, uilem purgationem facit. Sed quum talia, inquit deiciuntur qualia deici oportet: qualia nimirum exuperasse & morbi causam fuisse, coniectura fuerat. Qualia antam sunt illa, biliosane, an pituitosa, an melancholica, & substantia & calore noscendum, nisi quid medicamenti calor peruertat. Nam ex rheobarbaro & hiera flauescit deiectio, uerò multū ex cassia, aliquantum ex senna. Laborantis uerò tolerantia atque leuamen quam perfecta fuerit purgatio docet. Itaque si purgatione qualia oportebat, sed admodum pauca exierunt, & quibus laborans non magnopere leuatum se percipit, obscura est purgatio, quæ confert quidem, sed leuiter. Si uerò noxi humoris copia maiore detracta ægrotus seipso iam multo leuior apparet, manifestè utilis est. Si plurimo humore seu uniuersè seu partitè euulso, laborans non leuiorem modò, sed uel ab omnibus, uel a præcipuis quibus affligebantur symptomatis sese prorsus uindicatum solutumque sentit, idque non quum adhuc purgatio sit, sed quum ea iam planè desijt, perfecta cenceri debet. Tum somnus placidus isq; multo quam antè arctior citra ullum tamen ueterinū obreperit: non quidè ex uirum imbecillitate, sed inde obortus, quod ex morbo perinde atque ex labore fatigatum corpus, mox vt peccantium humorum quasi sarcina deoneratur, sedato spirituum imperu leui somno conuiescit. Sitis quoque si uehemens præcesserat, exquisita purgatione mitescit detracta nimirum materia quæ illam concitauerat: aut si fortè nulla fuerat, exquisita purgatione exiccātū corpus sitire incipit: nec, inquit Hippocrates, id desinit purgari antequam sitiat. Quinctiam a perfecta purgatione appetentia restituitur dolor si quis urgebat mitescit, atque etiā febris, aut alia quæuis morbi essentia extirpatur, hinc laboranti uires resurgunt, idq; pro eorū quæ uacuata sunt ratione. Cæterum nonnunquam accidit ut humor agitatedis periodis conuiescat, aut morbus persistente intus causa sponte se remittat, ac tum laborans se morbo expeditum putat. At certè minimè tuta est quæ citra uacuationē obtigerit facilius tolerantia &, ut inquit Hippocrates, ijs quæ non ex ratione leuant confidendum non est. Perfecta igitur purgatio non modò ex symptomatum sedatione indicanda sed ex eorum maximè quæ purgata sint tum specie, tum copia: quippe quum ijs respondet quæ certis signis inesse deprehensa fuerant. Horum igitur contemplatione innotescet quid, quantum, quandiu purgandum: & quando absoluta fuerit purgandi necessitas.

Vitiosa autem purgatio, aut inutilis est, aut molesta, aut excuperans. Inutilis est tū quæ humore a noxiò diuersum trahit, tum quæ noxiū proritat nō autem educit. conturbat enim magis quam euacuet. Vtraque dum insensum humorem euellere contendit, eum diffundit & exagitat, suscitatoque uapore

Q9 q tctro

tetro corpus inflat atque distendit, ac proinde magis quam iusta purgatio la-
cessit. Molestia noxium quidem humorem, sed vi quadam elicit, vel quod
preparatio adhibita non fuerit, vel quod uehementius aut immoderata quan-
titate sit pharmachum, vel quod non correcte malignitas sit particeps, ut co-
locynthis, euhorbium, elleborus, vel quod externus error sit admissus. Om-
nis quippe eiusdemodi agrotum præter modum affligit atque torquet. Hinc
corporis lassitudo, capitis dolor, febris aliaque symptomata. Sub hæc qui-
dem talia exeunt qualia exire oportet, sed vires nimium conuelluntur atque
dissipantur. Exuperans effrenataque purgatio cum humore noxio naturalis pari-
ter atque necessarij nonnihil ut eripit, non circa virium offensionem. Quo-
ntiam igitur de propria corporis substantia nonnihil euellit, vel cruor citra
hemorrhoidas vel rantentum, vel pingue aliquid liquamini aut loturæ car-
nis simile in excrecis cernitur. Hinc torsiones, cordis dolor, æstus, anxie-
tas, iactatio, corporisque perturbatio, præter hæc animi quoque defectio, &
summa uirium exolutio: spiritu quidem quasi naturæ thesauro, vel vi dire-
pto, uel pharmaci perniciæ & malignitate oppressio. Hic iam omnis conclu-
denda videtur de vniuersali purgatione tractatio. Quicquid enim præterea
desiderari potest, ab his quæ falius de venæ sectione præcepta sunt, mutua-
ri licet.

De purgatione particulari. Cap. XVI.

PRÆTER ea quæ publicas corporis regiones, alia etiã priuatas qual-
dam sedes exhauriunt ac expurgant, quorum & hic tandem meminisse expe-
dit. Eiusdemodi numerantur errhina, apophlegmatismi, bechiha. Non
antè his utendum, quam reliquum corpus probè exinanitum sit profusque ua-
cet excrementis, ne aliunde noxios humores rapiant in affectam sedem: sem-
per enim vniuersalis curatio particulari præmittenda. Errhina in mares vel
immisa vel hausta cerebri superuacaneam pituitam proliciunt. Non eam
quidem quæ in cerebri ventriculis (hinc quippe nulla uia excurrit in nares)
sed quæ circum cerebri substantiam circumque meninges colligitur & fluitat.
Hauriantur autem prono capite, ut recta per os ethmoides ferantur, nec re-
cidant in fauces. Omnibus medentur soporosis affectibus, obtusosque sensus
omnes expediunt, & interiores in quavis sede infixos dolores discutunt. Si-
milis propemodum est & sternutamenti ratio: sed quod uehementer succurrit
uis ei maior. Etenim non modò cerebrum expurgat, sed & quæ in partem
eius posteriorem atque etiam in fauces irruunt ualidè succussu reuellit. Apo-
phlegmatismus uel mansus, uel gargarisatus saliuam atque pituitam ore
deducit. Huic uis maior est expurgandi cerebri uentriculos, quibus uia de-
clinis est in palatum: multo proinde maxima uis erit apophlegmatismi, si
resupino capite hauriatur in nares, ut mox per summa palati relabatur in fau-
ces. Ita quippe cerebri basin proluens longè ualidius ex illius uentriculis ex-
crementa detrahit. Et hæc quidem in primis necessaria ars destinauit expur-
gando cerebro, quod natura cumlandis excrementis maximè est obnoxium.
Expurgatur autem tutius confecto iam cibo, quam quum crudus uenter est ci-
boque turgens. Pulmones interioraque thoracis expurgant, quæ bechica
nuncupantur. Quanquam enim ex iis nonnihil detrahi potest in aluum id
tamen perexiguum est, ac maximam superuacuatorum partem uel in pulmonū
substantia uel in arteriis tum destillatione tum peculiari uitio congestam,
necessè

necessè est impetu tussis expurgari. In id autem ea conferunt, quæ destina-
ta in pu monibus, modò tenuiorem impituitam inerasant, modò lentam de-
tergunt crassamque attenuant, idque quadam lenitudine: nam exasperantia,
ut falsa, acida, & acria tus im plerunque frustracient: neque ex usu sunt, ni-
si quum pigriorem uel imbecilliozem expultricem uiam stimulare oportet.
Commodè autem bechica in lentam ac crassam medicamenti formam aptan-
tur, quæ is eclegmatis est aut crassioris syrupi, ne liquidior præpropere illa-
batur in uentrem. Lenta quippe (præsertim si sensum ac blandè quasi laben-
do demittitur) quoniam diutius subsistit obhæretque faucibus, maiore por-
tione subit in asperam arteriam. Hanc tamen semper potulentorum liquore
irrigari, præterquam quod Hippocrates sententia confirmatum est, conspi-
cuè etiam in eo obseruauimus, cui ex uulnere gutturis sublaringe accepto,
nec probè agglutinato inter bibendum sorbendumue nonnihil semper humo-
ris emanabat.

Ita quidem medendi uacandique ratio summis iam præparationibus ex-
posita uideri potest, quæ tamen quoniam sola in usum accommodari nequit,
par est deinceps singula tum simplicia, tum composita medicamenta illi sub-
nectere, quæ tanquam artis instrumenta ad profligandos morbos comparari
usurparique solent.

LIBRI TERTII THERAPEVTICES

DE PURGANDI RATIONE, FINIS.

M V N D I E L E M E N T A
S O L A M M A T E R I A M G E N I T I S
Q V I B V S Q V E R E B V S

IMP E R T I R I , C A P . I .



PHILIATROS, BRVTVS, EVDOKVS.



10
20
30
40

P P O R T V N E adesse video quem quærebam, nisi me fal-
 lunt oculi, alioquin non satis perspicaces. Profectò is ipse
 est, neq; splendor hic exoriētis Solis a aduersus, aciem ob-
 tutumq; oculorum perstringit. O felicem & auspiciatam
 occurratorem. Etenim liberabor eo scrupulo, qui mihi
 ex agitata per hosce dies disputatione infectus est. Ille
 sic me habuit malè, vt nulla ratione potuerit a me reuel-
 li. Sodalis hic iampridem meus, toto decennio vifus
 nemini, scio afferet noui aliquid ex longa peregrinatione, illius ope conse-
 quar quod meo ipsius ingenio assequi non potui. Sed quòd nam ille se prorip-
 pit? non assequar vitum nisi procul inelamem. Heus tu bone vir, heus Brute,
 subsiste per Aesculapium, aut si mauis, per Hyppocratis genium: nec enim ar-
 eius habeo vinculum, quo te retineam. B R V. Quis est qui me vocat? ò sal-
 ue mihi Philiatre. P H. Salue tu quoq;. B R V. Facis tu quidè tuo morè, vt
 festiuus agas uerbis, nec unquam urbanitatis sales exuas. Sed quid tu? quò
 hinc te agri? P H. Te ipsum quærebam, quem rediisse nobis audierã. B R V.
 En tibi adsum. P H. Video, sed vsq; eo insolens vix vt oculis meis credam,
 quibus monstro similis est hic tuus aduentus. Quàm cupio te interogare i
 B R V. Tam citò? vix dum bene salutauit. P H. Non queo amplius supprime-
 re, quod me quàm diutissimè rorsit. B R. Quid hoc tandem rei? P H. Non
 ita pridem ad in dictam quamdam celebrium medicorum disceptationem, con-
 ueni uel audiendi studio, ut planè immodico illius artis amore tencor. Agita-
 batur inter eos eiusmodi questio, An ne quod in morbis est diuinum, diuinam
 opem desideret. Istud olim ab Hyppocrate nostro simpliciter breuiterque di-
 ctu, videbam varijs interpretationibus aliò atq; ipse sperabã, trahi nec pro-
 fectò tumultuoso illo congressu decidi res omnis potuit, tum quòd nouus in-
 terpres liberè fuseque explicandi caruit loco, tum quòd præiudicata opinio &
 fauorem detrahebat & fidem inaudita (vt tum aiebant) sententiæ. Ab eo die
 optabam tui mihi copiam fieri, ut tuum ea de re sensum expedires, quo facto,
 me beaueris. Enimvero mihi persuadeo, in ea re nostræ medicinæ verti car-
 dinem. B R. Rem affers arduam, in qua paulum consumere temporis mihi
 nunc ocioso, & curis laxato iucundum est, videamus qualis nam sit res ipsa, id
 ipsum vereor, ne tuus interpres rem suam non planè conficiat: vix quippe ad-
 duci vlla ratione possum, ut tam exiguo integumento, tanta sit inclusa diuini-
 tas. Memini alias me in philosophum quendam incidisse, cui similitum ferè
 esset paradoxorum cura: is palam enunciabat, nò omnes rerum uires ab ele-

R r r mentorum

mentorum permissione prodijisse, neque hæc omnino causas esse eorum quæ consistunt: sed plurima à cælo tum orta, tum suas obtinuisse vires. P H. Plurima horum similia audijisse tota disputatione. B R. At scis quid illi obtigerit philosopho? P H. Quid obsecro? B R. Is demonstrationum necessitate compulsus, tandem in elementa cælo recidit. P H. Maior est vis nostro huic Eudoxo, qui in demonstrationem plurimus incumbit: est in eo non nihil quod forsitan audire velis. Si illum probè (noui autem optime) lubens aperiet nobis, & edisseret hæc rem totam, & gratiam ab illo sumus inuituri, si nos benignè & attento animo audierimus. B R V. Ain? Speras id nobis probatum iri? P H I L. Exitum noli polliceri, unum scio illum quidem certè enunciaturum nobis ea mysteria, quæ abstrusa, neque in communibus hominum sensibus posita, astenus putauit. B R. Vt ut res habeat, placet hominis ingenium ac vires experiri: hæc tamen lege ut mihi liceat, quæcunque obscura aut noua audiam, scdulo percitari, & liberius dissentire, si absurdum quiddam attingere videbitur: sic enim fiet, vt audias meam, quam tantopere desideras, hæc de re sententiam. P H I L. Efficiam vt tibi liceat: viri more & ingenium probè teneo. B R V. Conueniamus hominem, & quando ita uideatur, interellemus. P H I L. Erit nunc tempestiuum, agit enim in villa proxima, quo profectus est heri cum amicis philosophis, ibi plenius & audacius sermonem cum illo conferemus, tantisper dum se frangat estiuus iste calor. Illud imprimis vereor, ne non descendant in animum nostrum, quæ affert: petet. n. nescio quid ex abditis fontibus rei medicæ, quò nò cuius penetra-
re promptum est. Tu ipse & nostrate & externa philosophia instructus, impetum sustinebbis, si quando superior erit meis viribus. Malim enim tutò fugere, quam temerè & cum non ijs me obijcere, quæ perferre nequeam. At vehementer mēpudeat, si ea philosophiæ præcepta nescire deprehendar, quibus uelut videri recens institutus. Quocirca dum hæc viam compendiarium per saltus & humiliores colles conscimus, quæso in commune consideremus conferamusque philosophiæ principia, quæcunque, in futuram disputationem vilia iudicas. ne quum ad seria veniemus, graue sit viro in hæc, quæ sui ingenij nò sunt, detrudi. Sic enim nihil moliemur perturbatè, & a minimis struemus maxima. B R V. Ordinem dicis quem omnes secuti sunt, in quorum nos vestigia incurrere debemus. P H I L. Iraque matutinus hic auium concentus dum recreat animos, inito colloquio hæc explicanda suscipe. B R V T. Rem ut uis aggredior, & in primis rogo te, certò ne scias naturam aliquid esse? P H I L. Qui naturalis philosophiæ præcepta tradunt, naturam quandam esse non dubitant, a qua & se *euomous* appellant: idque tanquã notissimũ & apud omnes peruulgatum, philosophiæ principium itaruunt, quod neque demonstrari debeat, neque possit. B R V T. Illam ne tu aliquando aut vidisti, aut manu tractasti? P H I L. Videre non contendo, si modò cogitatione satis hanc possum consequi. Tu igitur aliò perge. B R V T. Eorum quæ mundus habet omnium, alia per naturã esse dicuntur, alia per alias causas, vt per artem vel fortunam. P H I L. Quo modo? B R V T. Quæ sponte sua, interioreque impetu prodierunt, natura esse dicuntur, vt quattuor mundi elementa, metalla, stirpes omnes, cuncta animalia, horumque partes: at lectica aut domus, non natura, sed arte suam rationem est adepta. Neque verò animal, neque stirps, neque quicquam ceterorum naturalium appellatur natura, sed duntaxat a natura, a qua oriri dicitur, consistere atque conseruari hoc igitur ortus omnisque actionis occultum intimumque principium

Quid natura.

pium, natura cuiusque rei dicitur & est. Huic materies quedam subijcitur quemadmodum simulacro ex aut lignum: quam sanè oportet & naturæ nomine dignari. Sic vnumquodque ex naturis duabus constat, quæ nullo pacto coniungi, aut disclusæ locis consistere queunt: sed est utraque alterius sic appetens, vt ei annexa alioqui moritura foueatur. Materies ea quæ formæ tantquam primum fundamenti subferuntur, dum res ipsa composita perit, atque in aliã faceffit, vna eademque permanet. Omnis enim quæ gignitur substantia ex quodam gignitur sitque subiecto: quemadmodum ex aqua fit aer, stirpes & animalia ex semine, neque quicquam fit ex nihilo. Atqui subiectum ex quo aliquid factum est, ex materia & specie conditum erat: species perijt abiitque succedente altera, priuationemque tollente: materia autem eadem permansit, quæ hanc subiecta substrataque exciperet. Necessè igitur est hunc in modum subiecti quiddam, in quo seruato ac superstitè fiat rerum conuersio. Ex quo intelligitur materiam nec villo ortu generatam & indissolubilem esse, immortalem sæculis omnibus, ac vt ortus ita & interitus expertem: atque dum gignitur quiddam, eius solum formam nasci & emergere: dum occidit & extinguitur, eandem occumbere: materiam autem rerum omnium communem, vnam eandemque perpetuò manere. Si enim quando res oblitescit, illius materia simul interiret & difficaretur, communis rerum omnium moles, iam dudum, uel sæpius esset absorpta, nec hominum vniuersum genus, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus stare posset. P H. Hęc iatis probè teneo. Age uerò aliud edisseramus. Si ex alia quapiam res omnis genita profluit, a qua materiam suam, quasi a fonte, hauriret: cur tandem elementa desideramus, quæ in concreti huius corporis procreationem confluant? B R V. Vt hæc quoque genitis constitutisque rebus materiam subministrant. etenim materia prius ab elementis profecta, in subiectum quondam migravit, ex quo quidque oriri nascique contuemus. P H. Mentem tuam non æquor: dic igitur, si lubet, clariùs. B R V. Subiectum id corpus ex quo procreatione quiddam nascitur & emergit, aut est omnium simplex aut compositum. Ex simplici nihil nisi simplex duci deriuarique potest, quod illius motus simplex sit & uniusmodi. Quæ ex causa elementa in sese duntaxat soluuntur, & retro vicissim comitant, & unumquodque ex alio fit simplici. Ex composito autem corpore non simplex, sed aliud compositum efficitur, quod nunquam possit ex simplici prodire. P H I L. Sic res habet. B R V T. Conclude igitur aliam elementis, aliam concretis corporibus esse materiam. P H I L. Id consequens esse uideo, quanquam nondum mihi dilucidè patet. B R V. Dicam igitur luculentius: Elementorum simplex, concretorum uerò ex elementis composita est materies. In illis sola principia: in his utraque omnino tum principia, tum elementa insunt. Simplicissima est elementorum inter se commutatio, in qua quod prius est, posteriori simplicem materiam exhibet. Concretis mistisque corporibus gignendis, vnius elementis materia satis esse non potest, sed necesse est quattuor illa permissione confusa, gignendis rebus idoneum se subiectum exhibeant substantiamque. Vt enim dubitare non possis aurum, argentum, ferrum, metallaque omnia: item unionem, hyacinthum, smaragdum, uniuersumque lapidum concharumque genus, non ex unico sed ex permistis quattuor illis rerum initiis originem duxisse: aut, si mauis, ex terra tanquam ex matre, sed quæ ex aliorum temperatione idoneam constitutionem sit adepta. Ita etiam stirpes & animantia quæ non

Natura duplex.

Formã & perire materiam uerò perpetuã esse.

Rei naturalis meteriã ex quattuor mundi elementis constat.

In rerum
permuta-
tione aut
interitu e-
lementa
haud qua-
quā per-
cunt.

statim è terra, sed ex semine edita sunt in lucem, quanquam longiorè tractu complurium mutationum interuentu, ex ijsdem tamè rerum primordijs, quæ in semine & alimento tenebantur, materiam acceperunt. Hæc igitur illorum materia non vt non elementorum, simplex ex, & omnis formæ experis, sed multo compositione & conformatione instructa, corpus iam physicum, & propriè subiectum appellatur: in quo quattuor elementorum substantiæ incorruptæ persistent. Quinetiani si ex hoc intereunte corpore aliud proferatur, illæ, quanquam alia propositione aliæque permissionis lege integræ manebunt, dum extrema tandem dissolutione in suas naturas quæque redeant, & restituantur vniuersitati. PHIL. His omnibus memini me non ita pridem ex naturali medicinæ parte informatum institutumque fuisse. Iam tempus est, finem inter nos differendi fieri. En hortus eius quem tantopere expetimus. BRV. Huc sanè (tanta vis est sermonis) nullo viæ tædio peruenimus. PHIL. Vestibulum ingressi, apud hunc amoenissimum fontem anhelantes conquiscaamus, ac tantisper respiremus, dum aliquis domesticorum qui nos in troducatur, occurret. BRV. Nullus est quieti locus, ostium iam conrepuit. PHIL. Quem quærimus adest, suo more, meditatione plenus: bene res habet, nondum in literarum colloquia se contulit cum amicis; sensit aduentum nostrum, contedit ad nos exaduersum. BRV. Age ocyus, & cõgrederè. PH. Saluus sis Eudoxe perdocte. EVD. Vos quoque saluete: aduenisse quidem vos gaudeo, vt huiusce philosophicæ sodalitatæ numerum augeatis, sitque non bis plenior ad studiosam rusticationem occasio. PHIL. Nihil quicquam nobis est optatius, nisi uobis molesti sumus. EVD. Opportunè quidem venistis, si quid assertis, etiam si nihil assertis. PHIL. Afferimus sanè quod vos totum hunc diè magna occupatione distineat. EVD. Quid isthuc mi Philiatre? Quid quæso rei huc vos tam matutinos egit? An quid est quod mea opera opus sit vobis? PH. Maximè. Etenim angimur vehementer ea disputatione, quæ nuper agitata est de diuinis morborum remedijs: hicq; nos Brutus, quanquam supra vulgarem modum sit multos annos philosophatus, optauit tamen in tuam familiaritatem & colloquium venire, vt quantum ea de re gestas animo, tantum per tuam humanitatem intelligeret. Itaq; rogamus, vt quod inter desiderandum assequi haut potuimus, id tu docendo nobis planè facias: si modò nunc tibi licet per ocium, & si familiarem hunc amicorù cœtum soluti non sumus. EVD. Arduù est quod petitis, & a veterum paucissimis comprobatur: quumque non facile sit nouam rem ad communem hominum mentem & assensum accommodare, vereor ne si id percrescat, atque in sermone multorum incipiat esse, primo aditu indignum commentatione videatur: quò sit vt non facilè vestræ acquiescam petitioni. PH. Confidimus rem vniuersam ex naturalis philosophiæ principijs sic te demonstraturum, vt ei qui sincero candidoque animo totam præceptione diligenter audiet, nulla irreat calumniandi occasio. Tu Mathematicorum more, ex principijs, quæ sunt omnibus vel plebeijs recepta, soles rem omnem tam apertè conficere, ut qui ab illis ad extrema occurrunt, tanquam manu deductus sit, his tandem non minus quam illis fidem tribuat & assentiat. BRV. Illa docendi ratio eruditæ quibusque viris, maximèque Græcis veteribus probata excultaque est, propterea quòd tutò ac facilè quicquid suscipit, demonstrat. Quocirca ac inniti præstantissimum semper esse duxi, tametsi imperitis nõ perinde placet, vt quam assequi non possunt, neque iudicio decernere nouerunt, quo quidque loco statuendum sit. Gaudent enim ieiunis nudisque quibusdam

quibusdam propositionibus & sententijs destitutis munitione demonstrationum, putantque iis se scire, admonstrationibus se obrui, potius quam doceri. Vnde fit vt scriptorum cuiusuis fidei & authoritati omnia tribuant: satis esse rati si quid audierint a probato insignisque famæ viro dictum. Proinde quas ex optimis authoribus mira diligentia obseruarunt præclaras sententias incompotissimè cõgerunt, quæ minus cohærent quam scophæ diffusæ. Putant id artis esse primum & maximum, si nihil arte, modò pulchrè sententiosè dicatur. PHIL. Valeant isti, medicent perpetuò, & alienis rebus inhæreant, curentque edificere singula, quam scire potius. BRV. Tu vir optime, tuo more facito, & si quid in morbis aut in eorum medicina diuinum inesse putas, id per philosophiam obtestor, ne pigeat nobis quicquid est exponere. Nihil est cur rei aut difficultatem aut nouitatem caueris: nouimus & quantum possis, & quam nihil tibi nouum sit. EVD. Possium fortè aliquid, quia posse videor. Paucis certè quidem omnem controuersiam vobis dirimere possum, si in caput vnum ac summam, totum conici velitis. BRV. Tam est ardua, tamque abstracta noua hæc & *παρὰ δόξαν* sententia, vt si pro dignitate eam exponi ac discuti placeat, necesse sit, antequam ad medicinam venias difficilima quæque ac longè pulcherrima naturæ principia excutere, & rerum omnium ortus, primamque formarum originem interpretari. PHIL. Mihi quidem iucundum erit ac dulce, a vobis hæc prius edoceri, quam rei medicæ totum me dedam. EVD. At mihi graue est, ad hæc quasi incunabula reuocari, quæ nec satis memoriter teneo, neque hanc decent ætatem. BRV. Age precor, ne peniteat in hanc rem aliquot horulas nostra causa collocare, quo & nobis satisfacias, & res tota planior èque suis principijs orta esse videatur: fac vt alteram diei partem in hanc operam perdas, velut animi causa confabulando. EVD. Conabor equidem, quando me tantoperè vrgeris, & præstabo quantum mea feret tenuitas: sed meos tamen familiares adesse volo, quos scio philosophiæ studio flare. BRV. AEquum est. EVD. Heus puer, accerse philosophos, qui mihi huc venere comites, vt se nobis socios, si videbitur, adiungant: reperies in hortis deambulantes. Vos cessatores scamna parate in aula, quæ hortis adiacet: ex ea, enim regione salubrius inspirat cœlum, his maximè diebus, quum terra in omni generis stirpes, & flores se resoluit. En adsunt quos operiebamur. ingrediamur omnes, & sedibus in vmbra positus disputemus. PHIL. Placet. EVD. Nullum hic statuere dignitatis ordinem: locum quem cuique fors tulit, capeffite. Liberum erit omnibus, hac de re que sententia dicere, nulli indicetur silentium: nec enim æquum est in hac sodalitate. Hic philosophi qui pridie venerant, Quæ sit, inquit, vestra quæstio, ignoramus. Agemus Pythagoræ discipulos: discemus aliquid sine ullo periculo. EVD. Tacerem vobiscum si per hos liceret. Quoniam vero amicorum & philosophiæ gratia nihil reiiciendum, sed audendum potius est aliquid, prouinciam maiorem, scio, viribus meis suscipiam: quo & si nihil asferam dignum tantis viris, recreabo tamen animos nouitate rei. Itaque de occulta medicina locuturus, rem paulò altiùs reperam, vt a fundamentis opus extruere, & suo loco partes omnes collocare possim. BR. Sic optamus. velimusque te rem ipsam iam nunc auspicari.

REI

EVD O X V S.

MATERIA est constans permanensque subiectum, ex quo omnia procreantur: & quanquam per se ipsa, & a forma remota non inuenitur, prima tamen in corpore supponitur, tanquam fundamentum, cui forma innitatur ac insit, veluti receptaculo omnium vicissitudinum, & commutationum. PH. Nos isthæc ad te venientes longa commentatione discussimus, vt renouata eorum memoria, instructiones eilemus ad tuam disputationem. EVD. Si hæc vt debetis, recipitis, dubitari non potest materiam substantiæ rationem & genus subire, vt pote quæ in conposito prima subiicitur, & permanens continentes rerum varietates nouationesque sustinet. BRV. Ne isthuc quidem nos in disputationem reuocamus, satis omnibus perspicuum. EVD. Sed ne que illud quod est principij loco receptum, cuiusque substantiæ naturalis formam actumque primum, substantiam & ipsam esse. BRV. Quid ita? EVD. Nam si in genere substantiæ est materia, multo (arbitror) magis ipsa forma quam uos hac longè perfectiorem esse non inficiamini. BR. De forma non adeò compertum est, quòd ea per se subsistat nusquam, sed in materiam semper ac subiecto sit, ad accidentis ferè similitudinem. EVD. Vastum est hoc disputationis mare, in quod si semel uela pandimus, longa nobis erit, & grauis ex concertatione perferenda iactatio: nec nisi post longos errores uentemus ad illum uobis, ut dicitis, optatissimum portum. BR. Rem totam percurrere fatius est, si tibi per ocium uacat. Ego enim, ut ingenuè fatear, a grauissimis quibusdam authoribus sum institutus, qui alijs quam tu principijs nixi, omnia quæcunque mundus continet, ipsasque rerum formas ex elementorum permissione nasci ac prodire contendunt. Illi materiam totam rei naturalis substantiam esse confirmant, huicque rythmum quandam seu concentum affectionum qualitarumque accidere, quæ forma sit, per quam & nomen habeat, & a cæteris diuersa sit: his enim suis qualitatibus res quæque cognoscitur, & sensibus nostris sese offert. Multis rationibus contendunt, id Aristoteli rei formam dici, eamque esse perfectionem, & finem ad quam rei ferrebat procreatio: per eam habere & figuram & finitionem, & perfectionis complementum. PHIL. Si hoc ita tibi statuendum esse uidetur, aut rationes producito, quarum te moueat probabilitas, aut si id non potes, celebris authoris testimonium. BR. Vtrunque adferam nam Alexander Aphrodisieus Peripateticæ familiæ sectator præcipuus, hæc uidetur ipsdem propemodum verbis dixisse, quo loco sic ait, Verum enim uero in igne quod naturale ac simplex corpus est, calorem & siccitatem speciem facimus, & ab ijs atque in ijs genitam leuitatem hæc enim principium est motionis ad superiora tendentis. PHIL. Hæc fortasse ex aliorum sententia pronunciauit. BRVT. Minime uero, sed ea fuit opinio tum maximè celebris, quam etiam Calenus, quem Alexandri tempore uixisse scimus, probasse uidetur: nam neque id in quaestionem uocauit, & libro de elementis primo qualitatem passim elementis speciem appellat, aitque ignem ex materia consistere & qualitate. Hos non paruo post intervallo tutatus est Philoponus philosophus in primis magnus, & post hunc alij plurimi celeberrimi nominis & grauissimæ autoritatis uiri. PHIL. Quæ ratio potuit illos in istâ opinionem inducere? BRVT. Quod cum prima elementa, per temperaturam subijci fierique mistorum corporum materiam

materiam oporteret, esset quoque necesse illa retundi, & ad medium quoddam temperari, si exquisita erat permixtio futura. Contendebant autem illud fieri non posse, nisi elementorum formas in qualitarum genus & ordinem referrent, quibus solis proprium est intendi & remitti. Multo post tempore Auuerrhois accerrimo vir ingenio, lectis diligenter singulorum decretis hac ipsa ratione eò necessitatis redactus est, vt elementorum formas anticipatis inter sinceras qualitates & compositorum corporum formas naturæ statuerit, illasque qualitatibus & substantiis interiectas vtriusque participes esse. Quatenus enim elementis perfectionem consistendi que vim tribuunt, substantiarum viribus pollere: quatenus uero in permissione confusæ intendi aut remitti uidentur, qualitarum vim & potestatem exercere. Haud secus enim formarum, quæ in elementis inhærescunt, coitionem fieri autumat, quam contrariarum qualitarum confusionem, quasi propriæ elementorum qualitates remitti nequeant, nisi & ipse pariter commutentur formæ. Si enim aliqua ex parte eas quispiam retundi dicat cum sit reliquarum, inquit, eadem ratio, possent quoque omnes illorum qualitates in nihilum tandem redigi, forma superflite & haud quaquam offensa. Id autem perquam absurdum in natura uidetur: neque enim subsistat ignis, omnis calor is expers: neque aqua ab omni humore destituta. PH. Aduersus hunc autem aciem struunt optimi quique Aristotelis interpretes, qui omnes affirmant elementorum qualitates nonnihil ac leuiter retundi posse, formis eorum, quæ veræ substantiæ sunt, seruatis, neque illas obitare quominus elementa possint bene perfectæque misceri. BR. Ego cum præclaris philosophis censeo, elementorum species, quemadmodum & qualitates eas quas primas uocitant, inter se diffidentes coire tamè ac congreri remissioneque conuenienti temperatas, $\mu\epsilon\delta\lambda\omicron\nu$ misceri, hinc totius compositi unam simplicemque formam prodire. Tu uero si uis elementorum species nequaquam retundi, quo pacto illarum temperamentum fieri intelligas haud equidem uideo. PH. fiet, inquit Aristoteles, primordiorum substantiis ad minima diductis confusæque permixtis. BRVT. Id appositionem esse dico, non commixtam temperaturam. PHIL. At uera mistio tum perficitur dum totæ præterea qualitates totis confunduntur, etiam si non sint illorum formæ totæ totis confusæ. EVD. Quid uos tantoperè moratur hæc philosophica concertatio, quæ aut nihil aut minimū frugis ad hanc rem sit allatura. Debueras tu certè quidem, his posthabitis, ad grauiora & longè utiiora properare. Quid de elementorum formis statuas parum laboro, si modo cum præclaris philosophis tibi conueniat, concretorum corporum formas in substantiarum genere constitui. BRVT. Conueniat sanè. nec illis prorsus adhæreo, a quibus dixi me aliquando fuisse institutum, sed tutiorem uiam ingressus, iam pridem concessi in familiam longè celeberrimam, eorum qui compositorum formas inter perfectissimas substantias collocant, elementorum formas inter qualitates referunt: quam quaestionem etsi tu ad hanc rem parum facere ducis, uellem tamen de illa tuam audire sententiam. EVD. De his nihil omnium consensu probatum definiri possentio, quædiu mēs humana corporis hoc ueluti ergastulo inclusa, neque materiæ neque formæ sensibus cognoscit. BR. Sic arbitro: neque enim tā discordes illi fuissent, qui in hanc inuestigationem diligenter incubuerunt. EVD. Si tamen placet, hæc rationis probabilitate diiudicari oportere, illorum potius accedam sententiæ, qui ut concretorum corporum, sic nullo discrimine & elementorum species, puras substantias esse pronunciant. BRV.

Alexandri aliorumque philosophorum falsa opinio de formarum essentia.

Alexandri mistioque falsa est.

Vera mistionis ratio.

Falsa mistionis opinio.

Vera mistio.

Lib. de anima.

B.R. Age verò si quid ad eius rei fidem in animo premis, hoc exprome: neque enim te vel temerè vel citra rationem, ita sentire puto. E V D. Cæterorum rationes omitto: vnus Alexandri, quem tu tibi præcipuum ducem legisti, sententiam in te profero. Age igitur ob oculos apertè ponatur Alexandri locus, vbi elementorum formas scriptura prosequitur, vt inde nobis sit integra sententiæ nostræ confirmandæ potestas. B.R. Quamobrem (inquit) ea species quæ ab arte proficiscitur, substantia nullo pacto est, quemadmodum & ars ipsa: forma verò quæ est à natura, præcuidubio substantia est, quemadmodum & ipsa natura. Verum enimuero in igne quod & naturale & simplex corpus est, calorem & siccitatem speciem facimus, & ab ijs atque in ijs genitam leuitatem. His planè affirmat compositi naturalis formam esse substantiam, elementum, qualitatem, sicut & artificio aliquo fabricatæ rei: neque est de illius opinione quicquam aliùs. inuestigandum. E V D. Sed hæc videri possunt, neque satis circumspectè dicta, nec ulla demonstratione suffulta: noli librum ponere, sed eo ulterius enoluto, lege quæ paulò post adiecit. B.R. Perplacet. Illis commemoratis hæc subiicit, Quandoquidem non potest ipsa species, per se seorsum à materia separata & abiuncta subsistere: vtrunque tamen substantiam esse non ambigimus. Nam sicut materia, ita & naturalis species substantia est: partes enim substantiæ, substantiæ sunt. Quinimo quia pars vtraque substantia est, id quod ex ambabus constat, & substantia & vna quæpiam natura est, non ut quæ artificio fieri uideamus. Horum enim subiectum, substantia est: species verò, qualitas esse creditur. Hæc ne tibi satis sunt? E V D. Satis profectò: sed inspicere proprius an authoris mentem purè fideliterque edideris. B.R. Quid ni purè ac fideliter? certè quidem ad verbum. E V D. Iam igitur accipe. Partes (inquit) substantiæ, substantiæ sunt: atqui tam elementum quam compositum corpus, est substantia. Ergo vt corporis compositi sic & elementi partes, substantiæ sunt. Hac ratiocinatione si demonstrat Alexander, naturalis compositi formam esse substantiam, eadem conficiet, ipsius quoque elementi speciem, ad substantiæ genus esse referendam. B.R. Hæc ne mihi uendebas reia? E V D. Non ego, sed tu tibi ipse, si qua sunt reia, circundidisti. B.R.V. Captum equidem me esse sentio, sed semel, quòd si me iisdem iterum implicare possis, tum uerò demum teneto: nam hæc quidem reia, eo mihi facile perrupturus uideor, quòd Alexandro forma fortasse pars elementi non est, utpote quæ illo iudice qualitas est, quanquam misti forma pars est totius & substantia. E V D. Si solam materiam esse dixit elementi partem, a qua *ὅλην αὐτοῦ τὴν οὐσίαν* habeat, elementi species quæ qualitas est, nihil conferet illius essentiæ. P H I L. Etiam atque etiam uide quid agas: in præcipiti enim ac lubrico stas, uix vt insistere aut ingredi sine casu possis. E V. Dic mi Brute, nonne materia una est rerum omnium communis? B.R. Ita iudico. E V. At rerum naturalium essentiæ plurimum inter se discrepant. B.R. Mihi quidem ita uidetur. E V. Quo igitur pacto poteris *ὑποδείξει* illas rerum differentias à materia, quæ omnium vna est & eadem, consistere? aut quemadmodum ab illo rudi & communi rerum omnium principio, res quæque propriam ducet sui generis essentiam? B.R. Non uideo. E V. Itaque si rerum quæ ex natura constant, diuersi sunt ordines, & differentia genera, si propria quædam est & sua cuiusque natura, necesse est præter communem illam materiam, aliud quiddam institui, quo res singulæ suam adipiscantur speciem, & suæ cuiusdam naturæ sint. B.R. Necesse id quidem est. E V. Illud verò quicquid est, quod essentiam toti largitur, præclarum quiddam esse conuenit,

Demōstratio contra Alexandrū

Demōstratio.

conuenit, & materia præstantius. B.R. Sanè: nam ex eo suum res quæque nomen fortitur. E V. Atqui hoc illud est, quod tu speciem ac formam rei appellare soles. B.R. Solent & plerique omnes. E V D. Ergo necesse est formam, esse primam ac præcipuam rerum omnium partem. B.R. Nihil equidem verear, de secundis id fateri corporibus, at elementorum longè diuersa est ratio. Horum enim species qualitas est. E V D. Quòdam ueluti circulo in easdem reuolueris tenebras: ostendi vna eademque ratione, omnis substantiæ suæ simplicis suæ concretæ, speciem esse substantiam: sed quando ita res exigit, veniamus tamen ad singula, eorumque sigillatim naturas explicemus. Stirps aut metallum, formæ suæ debet, quod stirps est aut metallum: & reliqua eodem modo omnia. Verumne id est? B.R.V. Ita volunt. E V. Ipsum quoque elementum necesse est vt elementi rationem a sola acciperit specie. B.R. Et id quoque. E V D. Atqui per formam elementum substantia est, & huius generis substantia. Nam vt huius illiusve generis substantia sit, hoc est ut fit vel igitur terra, non potuit a materia capere, quæ est rerum omnium communis. B.R. Hoc iam paulò antè concessi. E V D. Vnde nam igitur? B.R.V. A sua forma. E V D. Ergo hæc elementi forma, per quam ignis est ignis, & ab aqua differt, substantia est. B.R. Quomodo? E V. Nam si ignis est substantia vt fateris ipse, quod ille tribuit vt ignis sit, ipsum quoque substantia est. B.R. Consentaneum est. E V D. At ea est ipsa igitur ratio, quam tu formam esse non inficiaris: quo fit vt concludatur necessario, cum ignis, tum cuiusque elementi formam substantiam esse. Inde nos elementum vel aliam substantiam definitione comprehensuri, non figura, non colore, non pulcritudine, non turpitudine finimus, sed ea substantia a qua res quæque naturalis suam duxit essentiam, ea autem forma est, quæ rei cuiusque definitionem concludit. Rursus vt stirps a metallo, & animal a stirpe, formæ varietate & dissimilitudine distat, sic & elementum, quod ipsum quoque substantiam est, a cæteris substantijs distabit, natia quadam & insita sibi substantia. Vt enim substantiæ essentiam nullum accidens explere potest, sic neque potest illa rerum *ὁμοιωδεις*, id est, vt quidam loquuntur, essentialis differentia ex accidente consistunt, quippe quòd rei naturalis essentia immutata nequeat. Cum igitur in cæteris omnibus substantijs id quo distat vnum ab alio substantia sit, qui fieri potest ut in elementis quæ vere substantiæ sunt, hoc secus habeat? B.R. Istam ercle controuersiam non fouebo diutiùs, præsertim cum eam induxerim, rei tuæ non admodum, vt dicis necessariam. Proinde non verebor hæc de re pedibus in tuam ire sententiam: vixque credam, Galenum, Alexandrum, Philoponū, & reliquos huius familiæ cerebræ viros, elementis formam tribuisse, nullius substantiæ participem, ex solis qualitatibus constam. Sed (vt Auicenas interpretatur) quia nobis ignoræ ferè sunt rerum essentiæ, & quia non sunt sua formis imposita nomina eo factum est fortasse, vt illi uiri elementorum formas propriarum & inseparabilium qualitatum nomine appellauerint. E V D. Hoc sanè tolerabilius: ita enim maximos viros, a craliæ ignorantie crimine, modèstè vindicabis. P H I L. Iam me nihil huius quæstionis pœnitere et si modò verebar ne improbiùs fecisse viderer. Et quia pudendum non est discendi studium, nihil reformidabo philosophica quædam denuò in medium proferre. E V. propone igitur quam potes breuissimè, ne properantes ad grauiora, nos medio cursu teneas.

Inductio

A dñitiōe

Cōclusio.

S ff Naturalis

Naturalis cuiusque Corporis simplicem esse formam substantiam, neque hanc esse ex subiecti formis ortam, contra Alexandrum. Cap. III.

PHILIASTROS.

OMNIS quæ sensibus apprehenditur substantia, ex subiecto & specie tanquam è suis partibus est composita, quemadmodum & quæcunque ars effinxit, in æris, lapidis, aut ligni materia, speciem quandam ab arte, & ornamentum habent. Elementum quod corpus est simplex, pro subiecto simplicem & prorsus informem, ab omni specie destitutam materiam habet: Compositum autem mixtumque corpus naturale, subiectum simplex habere nequit. Sic enim videmus vnus modi & sui vndequaque simile corpus (Græci *σποριαπέρες* vocant) quod est omnium compositorum longè simplicissimum, vt aurum, ut lapidem, vt ferrum, permixtum & è quattuor elementis coagmentatum subiectum habere. Siquidem antè concessimus, mixti corporis materiam a quattuor elementis ductam esse, que asseruatis suis formis in mixto corpore permanerent. Nam si perirent illorum forme, tum re vera interitus esset, haudquaquam permixtio. Quinetiam multiforme varique naturæ corpus contemplans, cuiusmodi hæc rosa, aut ista tam blandè nobis arridens laurus est oculorum obtutu clarè video (neque enim demonstrationis fides maior aliunde esse possit) subiectum corpus ex multis dissimilibusque partibus habere, aliam esse radicem, alium corticem, aliud lignum, aliam medullam, alia folia, alias baccas. Rursum dispari magis, & ampliori varietate distinctum esse animalis subiectum, quod præter eam partium diuersitatem, conformationem quoque in illis habuit & multiplicem figuram. E V. Rem attigisti mi Philiatre, vtilissimam omnino, nec vlli, opinor, dubiam, quippe quæ sensu plus satis comperta fiet, & si forte rationem præter sensum requies, viuendum officia & actiones contemplatus, uidebis nervos, ossa, carnem, vires vniuersæque tam dissimiles obtinuisse, ut illorum quoque naturas & essentias latissimè differre pronuncies. Quinetiam habet similes hæ partes vel inter se compositæ quædam propria temperamenta, quæ quum integra seruentur & inuiolata, par est & illarum naturas, quæ temperamenti sunt comites, incorruptas manere. Quid enim eas dissoluere possit, inuolato temperamento? Ita planum fit in animantis compositione, ossa, nervos carnem, membranulas & reliquas partes *σποριαπέρες*, non modò colore, crassitudine, alijsve qualitatibus & conformatione, sed & ingenito temperamento, & propria essentia ac specie dissidere. Hæc si quis ad statuendas rerum differentias non satis esse existimabit, quam, obsecro, alia ratione essentias rerum distinguet? aut quænam dabit corpora, quorum sit quàm illorum dissimilior essentia? & his tamen (si quibus alijs) suam esse substantiam negabit nemo, nisi si quis eò contentionis & auerentię processit, vt dicere ausit, tam nostri corporis partes quàm reliqua vel maxime dissidentia corpora, solis accidentibus sciungi. Sed enim is vetustissimorum philosophorum iam pridem exploratum decretum reponet, qui abdicatis formis, solis accidentibus perfici discernique omnia asseuerabant. Quocirca propositæ hic à te sententiæ accedens, profiteor, non animantium stirpiumque modò corpora, sed lapidum quoque & metallorum quorundam, multiplex haberi subiectum, cuius particula specie & essentia, non solis accidentibus dissideant. B R V. Lenastis me onere non paruo, planius alioqui & fusius illa explicaturum.

Elementi materia simplex. Similaris corporis materia composita ex elementis. Dissimularis corporis materia multiplex est.

Dissimularis corporis partes essentia differunt.

Argumentum

Iam

Iam enim vobis probaturus sum, quattuor primordiorum naturæ, simplicissimam esse formam: compositorum autem ex ijs corporum, perfectiorem & ex compluribus coagmentatam. Sic enim diligentissima rerum peruestigatio ne videtis, lapidi quàm elemento præstabiliorem inesse formam, & stirpi quàm lapidi, & animanti quàm stirpi: quasi pro dignitate subiecti formam cuique largita sit natura. Nempe igitur tu negabis ijs compositam esse formam, quibus est compositum subiectum? Aut si id concedes, non etiam illud dabis, genitam esse cuiusque rei formam, & ex ijs prognatam formis quæ sunt in sui subiecti concrectione? quæ si ita esse fateberis, fateare simul necesse est, non esse eam aliunde petendam, neque ei facultates vllas inesse, nisi quam simplicium naturæ conferunt. Hæc tibi satis firma argumenta esse videntur? de quibus quid sentias, & quibus ea rationibus infirmes, audire sanè velim. E V D. Hæc vnde & ex cuius fontibus, & quorsum deriuata sint, satis perspicio, neque fieri potest vt sine grandi contentione dirimantur: de quibus dicam equidem iam nunc meam ex Aristotelis mente sententiam. Elementi simplex est forma in subiecto simplici: naturalis autem corporis compositi, quanquam coagmentatum, & ex diuersis partibus coherens est subiectum, simplex tamen est totius forma, sed quæ multiplici & composito subiecto vtens, multiplices compositasque obit functiones, è quibus perfectio illius intelligitur. B R V T. Dilucidius hæc cloquere, uix enim assequimur. E V D. Formarum multi sunt ordines, ex officiorum generibus digesti. Nam quum forma natura quædam sit, eaque motionis principium, quæcunque vnus simplicisque motus causa fuerit, simplicissima illa & imperfectissima, & infima iure optimo iudicabitur: quæ verò multiplicis varique motus erit opifex, perfectior erit illa certè, & altioris cuiusdam ordinis. Sic elementi forma, quia loci mutatione sursum tantum aut deorsum fertur, omnium censetur imperfectissima & abiectissima: stirpis, quæ nutritionis etiam, incrementi procreationisque motum ciet, nimirum perfectior habetur & nobilior. Hac rursus absolutior est animantis forma, quæ præter hæc sensum confert, & voluntariam progressionem. Omnium tandem suprema & perfectissima est hominis species, quæ supra hæc omniam mentem diuinum munus à diis immortalibus est consequuta. Conueniebat autem vt quæ forma perfectior esset, ac pluribus prædita facultatibus, ea pleniorum & instrumentorum corporis velut officinam haberet, vt multiplicem instrumentorum copiam ac varietatem ad alias atque alias accommodaret functiones. Nam neque perfecta, & multas in se efficientias obtinens forma, in materiam commigrabit rudem, simplicem, & impolitam: nec si commigrabit, aut in ea incolumis stare poterit, aut omnibus suis muneribus plenè defungi. Elementorum omnino rudis & simplex est materia: Aeri, lapidi subiectum ex sola elementorum temperatione compositum inest. Stirpibus & dissimulare & iam organicum corpus subternitur: in animantibus verò, cum partium dissimilitudo quàm in stirpibus est maior, tum instrumentorum concinnitas & elegantia decentior. Ipsum denique hominem tam fabrè fecit Natura, vt uideatur voluisse ex eo tanquam absolutissimi operis exemplari, de se fieri existimationem, adeò multis gradibus eum supra cæteras omnes res naturales extulit. Ad hunc igitur modum, simplex quidem est omnium rerum forma, sed quanto sublimiorem in locum euacta est, quantoque plures in se continet efficientias, tanto subiectum absolutius, instructius & ad singula commodius efficienda obtinuit: est enim formæ gratia conditum corpus, non item

ta quæ nituntur probare dissimularis corporis composita esse formam

Solutio.

Formarum ordines.

Aliud argumētum.

forma corporis. B R. Quid audio? nā tu fœlix es, quodd absint philosopharū quos ego lector greges: qui adfcent, vniuersi, scio, in te impetum facerent, tum singule familiæ tecum summo iure agrent: instaret princeps ille noster Alexander, & te a sententia tua deductum, in suam facillè perduceret: alii te propè innumerabiles, disputationum suarum & interrogationum laqueis te irretitum tenerent, quibus cum tibi iusto sacramento contendere non liceret. Etenim si simplicium è quibus res componuntur species, integræ seruantur in composito, neque pereunt vti fateris, par est omnino, haud secus inter se com poni misceri que atque suas quibus insiderent materias, & ex eiusmodi permixtione formam totius enasci, eamque sicuti & subiectum, esse compositam veluti concipientium formarum quandum harmoniam, argumentum dabo, si forte desideras, certissimum. Stirpis enim & animantis totius actio, ex conspirantibus in unum partium omnium fructuibus provenit, neque totius alia est, quam, omnium inter se consentientium partium actio: ita etiam tanquam clara voce proclamante natura, credendum, nihil aliud esse totius formam, nisi istum singularum formarum consensum & conspirationem, nec ipsam aliunde nisi ex ijs ortam esse. Quid igitur Alexander? simplicia (inquit corpora, quorum subiectum simplex est, simplicem quoque speciem & naturam adepta sunt. In quibus autem non simplex subiectum est, sed iam corpus ali-

quod, siue compositum: in iisdem species, ornatu distinctiore & compositione perfectior est. Neque immerito: species enim illa, quæ est in materia & in subiecto confert aliquid ad eorum speciem, quæ composita sunt. Paucis vero interiectis hæc adijcit: Multitudo formarum, earumque diuersa commissio, in subiectis corporibus æquabilem mutationis causam adferre potest. Hæc nonne planè loquuntur eorum quæ miscentur corporum formas etiam permisceri, & ex illis formam totius exurgere, quæ sit ipsa quoque composita? P H. Dij boni quantum inter uos dissidij? estne quicquam ac ipsa controuersia magis controuersum? res eò vestra contentione redacta est, vt quid potissimum sequar ignore, quæ cum vos præcipites egerit in contraria quasi extre-

ma, neque uideam quemadmodum possint vestra sensa, aut commoda in terpretatione conciliari, aut pro veritate rectè dijudicari: reliquum est ut alijs arbitri & sequestris honore concessio, disceptationis huius tantum spectator sim. B R V T. Optimè. E V D. Iam verò si tibi videtur, argumentationi tuæ rationem ineamus: quæ, mihi quidem, eò ferri videbatur, vt adhibita demonstratione, conficeret omnino, doceretque compositi corporis formam, ex simplicium formis coalescere. Hic tu nos aduersariorum numero, & magno, vt putas, nomine minaciter terrere conatus es, neque fortè satis ideonorum. Quodd si ut testibus oppugamur itidem implorato testium auxilio propugnare libeat, pro multis vnus nobis erit Aristotiles, cuius auctoritas & argumentatio possit omnes omnium rationes refellere. Is (memor es, credo, scriptorum) disputando iam olim confecit, neque animam neque formam esse harmoniam. Est enim harmonia consentientium ac consonantium vocum proportio. At hæc ista proportio substantia non est: anima autem est composita substantia. Item, Anima corpore prior est & præstantior, in eoque principium tenens ac dominationem, ipsum moderatur ac mouet. Harmonia autem partium suo instrumento, vt cithara, posterior, est neque habet vllum in eo imperium: non id mouet, non moderatur. Quinetiam quouis modo, dissoluto consonantium rerum concentu, & ipsa dissoluitur harmonia utatque intenditur aut remittitur at in partium mixtione & temperatura id fecus habet

10

20

30

40

habet: neque enim eius temperaturæ mutatione alia statim atque alia appareret aut exillit anima. Cumque ad offensionem interdum vsque mutetur corpus, ipsa nihilominus tamen permanet anima, etiamsi cernimus harmoniam viciatam & suum cuique temperamentum mutare liberum est animam nemo nisi cum vita marat. Quis igitur formam harmoniam esse dicat? nec verò corporis eius quod ἀνομιώτερες propterea dicitur, quodd non vnus generis & sui per omnia similes omnes partes habeat, forma, compositio quedam est formarum eiusdem generis, & inter se similitum, quæ sic inter se connexæ & aptæ videantur, vt in vnum sine vlla discordia consentiant atque conspirent. Ridiuclum enim est, putare animam aut formam perinde atque subiectum corpus ex partium differentium nexu compositioneque constare. Sed est necesse, totius compositi vnā esse formam simplicem, quæ a simplicium partiumque formis diuersa, illas in corruptas & integras in toto coerceat, alioqui perituras. Id probatur Aristotelis locupletissimo testimonio, ex sexto τὸν μὲν τὰ τέλει. Quod, inquit, ex aliquo constat, sic est compositum vt vniuersum sit vnum, non vti cumulus, sed ut syllaba (syllaba autem non est elementa ipsa, neque est idem quod b, & a, neque caro est ignis ac terra: dissolutis elementis hæc non sunt, caro inquam ac syllaba. elementa autem sunt & terra & ignis) syllaba igitur profectò est non solum elementa, licet vocalis & muta, sed etiam aliud quiddam. Itidem & caro non solum ignis ac terra, aut calidum frigidumque est, sed etiam aliud. In eandem sententiam sunt & illa: Hoc quidem est substantiam vniuersiuiusque rei, nam vt res sit, hæc est prima causa quæ non est elementum, sed principium. Sunt alij loci complures libro secundo de animalij procreatione, in quibus idipsum manifestè explicauit. Sed de his alias seorsum plura. Cur autè oporteat aliud quiddam nouumque principium & causam, simplicium formis induci, adfert, cum de Anima contra Empedoclem disputat, non posse simplicia, maxime autem contraria, in vnum coire & contineri, nisi arcto veluti vinculo, fortius quid & valentius, ipsa stringat ac coerceat, ne diuulsa dissipataque mox distrahantur, & eò redeant, vnde singula profecta sunt. Quinetiam primo de Anima, contra Platònem eadem ratione ostendit, si in vnum atque idem coalescent, quæ diuersa ac multa sunt, necesse esse alterius vi ea cogi, copulari, & ne disfluant contineri. E quibus intelligitur planè, vt corpus è quamuis multis compositum, vnum tamen esse dicimus, sic dicendum esse, formam ipsius vnā & simplicem esse. Quid habes, obsecro, quod ad hæc respondeas? Tunc Aristotelem superabis vel auctoritate, vel argumentorum subtilitate ac robore, quibus omni studio totisque viribus effice re conatur, compositorum corporum necessariò oportere simplices esse formas. B R V T. Non ego sanè cum meam modò sententiam exponerem, id dicere volebam, compositi corporis animam vel formam harmoniam esse, & quandam è multis compositionem. E V. Id sermo tuus præ se ferebat. Quid igitur sentis? dic amabò apertius. B R. Hoc volebam: compositi formarum vnā quandam esse, ex subiectorum sibi corporum temperamento ac mixtione. Subiecti enim ex mixtione præparationem, ipsamque potentiam, cum ad absolutionem peruenierit, tum ἐντέλειαν, id est, perfectionem fieri, quæ rei sit forma. Ita formam de potentia materiæ educi sentio, quodd ipsa potentia continenti progressionem, transseat in formam, actusque fiat. E V. Hæc sunt Alexandri illius Aphrodisæi. Tū ne igitur vis illius partes conferto pe de tueri? B R. Quid ni obsecro? E V. Etiam atque etiam quid respondeas

Cómé. ul.

Cómé. 39.

nume. 39.

Nec formā esse uim ex subiectarū partium naturis profectam.

Lib. de anima.

Solutio.

1. de Anima.

Que incō
moda se-
querentur
si forma ex
subiecto
nascere-
tur.

deas vide, & quæ quantaque incommodorum consequutio te penè obruat. B V. Quorum nam, E V. Necessè est eo quidem autore, subiecti præparationem; non accedentem solum adiuuantemque, sed primam & efficientem causam statui: quippe quæ de se omnem formæ essentiam proferat ac suscipiet. Simul verò ex subiecto sibi corpore, animam omnemque speciem emergere, & à corporum differentiâ; formarum varietates proficisci. B R. Hæc principia sunt, & veluti fundamenta illius opinionis. E V. Horrenda sanè: consequitur enim formam omnem, vel ipsius hominis præstantissimam mentem, mortalem & inter necioni obnoxiam esse; si quidem ex subiectorum præparatione & interitura harmonia resultet: quo qui esse potest; vel absurdius vel magis impium; B R. Bona uerba: rem dicis illi viro nec nouam nec inopinatam. E V. Euge uirum optime, perge ut cœpisti: nec te huius pudeat. Ponendum erit subiectum sua specie dignius, & præstantius: eius esse in composito principatum, moderandisque actionibus ipsum præesse, quas omnes per formam ceu per instrumentum exequatur, neque formam habendam esse præcipuam functionis causam, quæ corpore pro instrumento vtatur. B R V. Hæc opinor, tibi concesserit Alexander. E V D. Sunt tamen superioribus annexa & consequentia, quod ut ille fateretur nec tuum expectauit iudicium, nec te consiliarium adhibuit. Quid enim ait? Neque grauitas inquit, ob id infra tendit, quòd vtatur terra cuius est potestas, sed terra ipsa intercedente grauitate (quæ & potestas & forma & perfectio terræ est) fertur inferius. Idem in anima prodes habetur, quum ipsa quoque potestas & actus & forma sit eius corporis à quò possidetur. Eius enim procreatio quodammodo ex mixtione & temperamento primorum corporum est, sicut ostendimus: Atque per animam operatur id corpus, in quo principatum animæ esse conspicimus. Agnoscis ne hæc Alexandri? B R V I. Agnosco optime, neque ut tu absurdas; sed opinabilia problemata esse iudico. E V. Siccine nihil te pudet tam detestabilis opinionis? qua nihil nec dici nec cogitari potest in philologia vel distortius vel monstruosius: erubescit opinor qui nobiscum hic sunt bonidoctiq; uiri, audita ista tã pueris philologia. Sed nullus te tamè aut merus deiciat, aut pudor suffundat, quo minus fortiter tuis insistas gradibus, & istos absurdissimarum rerum quo ad poteris perferas insultus: ex hac enim tolerantia clariùs, opinor veritas elucebit B R V. Quid hic mihi tua opus est cohortatione? obstitam intrepidus, nec dubitabo animi confidentia, quanta maxima esse potest asseuerare, quæcunque huc ex Alexandro protulisti, ea omnia lungè omnium esse verissima, sibi que aptissima consequentia per omnia consentire: videri autem pleraque falsa, quoniam abstracta sunt & à vulgi intelligentia remota: sed his sicuti in omnibus quæ posita sunt in rationis probabilitate, satis esse duco, si secum vniuersa cohæreant, nulla vsquam intercurrente pugnantia, nouaque probabiliter inducere cuique liberum esse, id vnum modò caueat, ne quid dicat quod uideri possit nõ satis consentaneum. E V. Quid inuat opinionum varitas, si quam teneas, quæ ceteris præstare & probabilioribus rationibus niti videatur? Sed ad rem, singula diiudicemus accuratè. Corpus, inquit Alexander, operatur per animam, sicuti terra per grauitatem deorsum fertur: quasi vero sit anima corporis agentis instrumentum. Aristoteles contra censet, omnia omnium, cum animalium tum stirpium corpora, animæ esse instrumenta, eiusque gratia facta esse. Alexander, animam omnemque ad eò rei formam, corpori subiecit inferioremque facit: Aristoteles & omnes omnium rectè philosophantium familie, excellentiorem

10
20
30
40

cellentiorem & superiorem esse voluunt. Ille omnis actionis omnisque; motus principium & causam corpus esse docet. Hic contra Empedoclem rationes collegit, cur formam, quam & naturam simpliciter appellat, omnium causam & initium motus esse conueniat. Nunc age vtri potius accedendum putas, Alexandro nè an Aristoteli? Vtrius est apud te maior auctoritas? Quod si apud te leuis & in firma est nominis existimatio, rationes viuæ, quas si Alexandro firmiores & euidentiores esse comperies, tum demum Aristotelem contemnito. B R V T. Sux non desunt Alexandro rationes, neque tam præceps ac deuius is fuit, ut iam satis cognita Aristotelis mente, temerè voluerit nouam introducere doctrinam. E V D. plerique gloriæ, ut ipsi appellant, immortalis a deò magna tenentur ambitione ut ceberitatem nominis, & suam illam immortalitatem vel falsis inuenti, vel etiam flagitio quærere non dubitent, sed tu quod verum esse fateri: An non tibi videtur Aristoteles (puto enim te eius omnia euoluiffe) firmissimas atque ad eò necessarias omnino rationes ac hanc rem attulisse? An non animaduertis Alexandrum in exemplis & inductionibus ijsque non magna probabilitate septis plurimum versari? Sed oculos, obsecro, in te ipsum conuerte, & in omnes penitus partes introspecte: An nihil te mouet dictorum improbitas? Vudebis ne tuam animam temeraria confessione mortalem facere, et cœlestè illam diuinitatem sædo lutulentoque corpori subijcere? Hæccine tam impia, & tam nefanda recipies? Quid sentias, responde quæso simpliciter & ingenue, neque tuam libertatem, ullius quantumuis magni hominis præiudicio tibi ademptam esse uelis. B R V. Sit, uti uis, rei cuiusque forma, simplex quedam substantia, sit & illa præcipua efficiensque causa functionum, præstantior corpore, quo in obcundis functionibus tanquam instrumento utatur. Sed tamen illa ex corporis temperamento prodire uideretur, ceu uis quædam simplex ex subiectorum corporum temperie & concordia harmonia profecta. Non hoc, puto, negabis, si diligentissimo examine omnia libraueris. Sic enim compositæ theriacæ aut medicatæ porionis uim, ex simplicium commistis temperatisque uiribus exitisse intelligimus, quod cum Galeni etiam mente consentaneum est. E V D. O callidum uersutumque hominem. Quod ipse satis tueri non potes, id uideri uis mihi condonare, ut summo totius disputationis capite uicissim accepto, reliqua uel ab inuito extorqueas. Nam si formam ex subiectorum corporum temperie ortam esse concedam, facile deinde quecunque controuersa sunt tibi assumes, euerfis omnibus philosophiæ præceptis. B R V T. Putabam licet hanc inter nos ista moderatione dirimi posse. At cum de suscepta semel opinione, nihil uelis remittere, sed omnia summo iuris rigore persequaris, tuebor & ipse præfractè meam opinionem, de qua nulla uis, nullum periculum me possit depellere: mordicus tenebo, cum animam, tum omnem speciem, ex subiecti corporis constitutione & innata potentia nasci, neque aliunde prodire, nihil curans, siue tu hanc mortalem esse, & materia posteriorem atque abiectiorem, & illius instrumentum, siue his contraria statuas. Hæc munissima est arx in quam me recipio, uallo, fossa, multarumque rationum telis ac iaculis instructissima: hanc si oppugnare proponis, senties quanto tuis inde ueniant machinæ potentiores & rapidiores. E V D. Ego uerò machinis fortasse nullis, sed latentibus tantum subterraneisque cuniculis te petam. Tam igitur age dulciss. Brute: hæc ista uis, quam rei naturalis formam appellas

Aliud argumentum quo contēdit formā ex subiecto nasci.

las, nonne substantia est? Hanc ne Alexander quidem ipse substantiam esse negabit: tu verò quid? B R. Esto substantia. E V. Mistorum elementorum temperaturam, omnemque subiecti hinc exortam habitudinem & potentiam, statuis, scio, in qualitatibus genere. B R. Sic necesse est. E V. At qui ex vna, vel ex multis qualitatibus, substantiam emanare nequit. R B. Nequit profus. E V. Qui igitur fieri poterit, vt ipsa rei forma, ex qualitatibus permissione & temperamento prodeat, solæque qualitates nullius substantiæ concursu & ope substantiam ingenerent? B R. Non è sola (nequid ignores) sit qualitatibus mixtura & temperie, sed ex ipsa quoque earum, quæ in elementis sunt formarum, confusione & permissione. E V. At elementorum formas Alexander in qualitatibus genus retulit, vt hac etiam ratione, necesse sit, eo certè authore, compositi formam, ex qualitatibus nasci. B R V. Ego verò nequaquam illi in præsens assentior, sed Auerrhoi potius, qui elementorum formas, ambigui, accipitisque generis esse posuit: huius opem si hic imploro, quid iam operit, quo minus compositi totius formæ simplicium subiectorum formis emergat? E V D. Quòd ne sic quidem simplex erit forma, sed vt corpus, ita & ipsa quoque composita. B R. Mentem meam nondum, vt uideo, consequeris. E V. Qui sic? B R. Quia ex subiectarum formarum temperatura, ego simplicem nasci posse existimo, quæ licet sit ipsa simplex, omnium tamen formas, suo veluti sinu complectatur. E V. Id ne fieri posse? B R. Quid ni? E V. Ausculta paulisper, vt quid ego velim, & tu quod quæris scias. B R. Ausculto, loquere quid uelis. E V. Quæcunque ad rei naturalis procreationem confuxere, seu simplicia sunt composita corpora, ea priusquam mutua inter se actione componerentur & coirent, singula cum materiis & formas suas habuere, tum qualitates perpetuò ipsis insidentes: Ita ne? B R. Quorsum hæc? E V. Nihil nunc quidem id refert, responde tantum, neque ad finem præpropere contendas. B R. fatcor elementa tribus illis instructa, in rerum procreatione conuenire. Quid tum postea? E V. Dum uera & exquisita sit illorum commissio, qualitates illæ diffunditur rotæ in totas: Siccine tibi uidetur? B R. Id iam sæpius antè concessi. E V. At nequeunt illorum materiæ permisceri, sed longa partitione partibus eò reductis, ut iam ad extremum exigua illæ, coniunctione quadam inter se uinctæ cohæreant. B R. Sic quidem necessarium esse duco; nam si materiæ perfecta fieret confusio, corpora in sese penitus ipsa subirent quòd mihi quidè: uidetur absurdius quàm ut recipi debeat. E V. Nec uerò formæ materias quibus semel infusæ sunt, deserunt unquam, neque possunt aliæ in alias transitione facta commigrare: id scis optimis quibusque philosophis ita uisum esse. B R V T. Et mihi quoque. E V. Formarum igitur non alia quàm materiæ mistio erit, neque relictis sedibus exilient formæ, quo seorsum ipsæ & a materia solutæ inter se commisceantur: sed subiectis immeris, quemadmodum illa sic & hæc afficiuntur. Quocirca ut materiæ totæ in totas penetrare nequeunt, sic neque formæ. B R. Quid tandem inferes? E V. Non posse simplicem esse speciem, quæ a tali temperatione profiliat. B R. Vide quòd rem deducere uelis: non enim perspicio, unde aut quo modo isthæc confeceris. E V. Dicam, si uoles plantis. B. Tua commenta nihil moror, neque mea interesse puto, ut captiosus istis & argutis cauillationibus respondeam: hoc satis habeo perspectum, re naturalis formam, substantiam esse simplicem. E V. Fortasse tecum mihi conueniet, si sine ulla omnino lite, rem omnem paulò altius una contemplerur

Simplicem totius formam non posse ex subiectis formis emergere.

Demòstratio.

contemplerur. B R. Ea uerò mihi plus satis est perspecta. E V D. Fac igitur, per te erudiar, fac id plenius concipiam, quod animum mihi iam dudum sollicitat & angit. B R. Quid istuc? E V. Huius mei muli corpus uniuersum, nonne ex ossium, neruorum, membranarum carnis, cutis, aliarumque simularum partium copulatione constructum est? B R V. Perge quòd cœpisti. Quid enim hic respondeam, ad hoc quòd est vel carnifici compertum? E V. Quid porro, An non illud etiam compertum, consimiles has & uniusmodi partes, integras & inoffensas in corporis compositione seruari, & suam esse cuiusque earum propriam & essentiam & formam? B R V. Compertum & illud etiam lanis. E V. Perge, obsecro, tua iste in respondendo liberalitate uti, neque committas vt fordidus aut malignus uideare in ijs rebus, quarum pleniss. est etiam plebeiiorum hominum sensus: Partes illæ muli, consimiles & unius inter se modi nequaquam miscentur siue illarum materias, siue formas spectes. B R. Neque id sanè opus fuit, satis erat illas apta concinnaque inter se harmonia coniungi, qualem hæc in ædibus lapides, cementum, trabes, & lateres, ab arte accepisse uides. E V. Sic mihi quoque uidetur. Quo igitur pacto fieri potest, vt noua totius forma, ex his tam multis simplex tamen ipsa prodeat? B R V. Tu uideris ipse, ita tamen certè res est. E V. Si permanet integræ & inuolatur partium formæ, quo modo aliam de se simplicem, multæ ipsæ integræ & incorruptæ producent? si qua ex ijs prodire statuatur, hæc oportet esse compositam, vt & istarum ædium compositam ab arte speciem esse dicimus, nono autem simplicem erit ergo totius muli forma, ex substratis formis quædam ueluti compositio, utque totum corpus, sit & ipsa totius forma è multis diuersisque partibus confurget. Viden hæc esse necessaria. B R V T. Nescio, quibus aut unde conquisitis tricis nos inuoluas in re satis plana & expedita: proinde cometicas istas similitudines quàm aptè ad rê excogitaueris, iudicabit alij me certè non admodum mouet. E V. Satis fecisti cæteris: hoc uerò postremum rectè nè intuli, an nò? B R. Nescio quid dicas. E V. Scis, vir optime, sed fateri pudet. B R. Quid sentiam tacco & cõtineo optime, neque uolo continuo palam esse: proinde tu alium si uidetur interroga. P H I L. Quid te res minima tam cito, tam uehementer confundit, optime Brute? Collige te ipsum & uel nostra gratia responde, vt hæc disputatio maturè tandem & conuenienter concludatur. B R. At enim sui similis semper est hic Eudoxus: minutula quædam & acuta interrogat, quibus concessis aut negatis, statim nobis aliorum consequentium longam contexit seriem, confictorum ad ostentationem exemplorum mirifica copia refertam, ut captiosus istis laqueis irretitos cogat vel quòd antè negatum sit etiam inuitos dare, vel quòd stultè concessum cum rubore repètere. P H I L. Quid tua refert, permitte vt arbitrato suo omnia excutiat. Agedum responde. B R. Si iubet hic doctorum uirorum consensus, dicam compositi corporis, compositam quoque esse illam substantiæ participem formam, sed quæ ex simplicium tamen formis constet atque cohæreat. E V. Hei arcis tuæ pars summa iam corruit, caue ne te tota mox obruat. B R. Satis in tuto est quicquid superest. E V. Quàm durum & quàm arduum est, opinionem semel ac penitus animis imbibitâ euellere. Hic nullum non mouet lapidem, nihil ne absurdissimum quidem detrahat, id uicium sibi modò retineat, formam rei ex subiecti compositione suscitari, nulla neque cura neque æstimatione perpendens, quidnam ponat, & fieri ne id possit an non: Proposui tibi non Aristotelem solum, sed & Alexandri tui patroni rationes, qui formis præbus conficit, simplicem esse cuiusque rei formam: quod & tu palam atque inuenire.

Neque etiã si totius forma composita statuatur, eã posse ex subiectis formis conuenire.

T t t genuè

genue dedisti. B R. Dedi equidem, sed ante hanc alterationem, bellè & sine villo dissidio procedentibus adhuc rebus: nunc posteaquam obortum & indictum video tam atrox bellum, nihil quod huic præceptioni aduersum fiet fa-tebor, ne verissimis quidem & clarissimis rationibus conuictus. E V. Nempe hoc illud est, quod recte in comœdia scriptum memini, Dum in dubio est animus, paulo momento, huc, illuc impellitur. B R. Ne tu mihi istuc obtrundas: nundum enim de mea opinione deceffi. E V. Quænam ea est, obsecro? R B. Siue simplex siue composita, compositi species esse statuatur (nihil enim moror) eam tamen esse ceu quandam ex imperfectionibus partium formis absolutam perfectionem: nunquam ab hac opinione digrediar. Exemplum modo protuli ex A lexandro, de Theriace, & medicamentis compositis, quorum vix ex simplicium facultatibus dimanauit, vt inde colligeretur compositorum corporum formas ac vires, è substratis naturis proficisci & originem ducere.

Argumentum de Theriace dissoluitur.

E V D. Apta verò similitudo, quam si vicissim in te retorqucam, omnia subuertam huius opinionis fundamenta. B R. Quid ita? E V. Theriace quæ iam temporis progressu, mutua simplicium effectione in vnum quiddam redacta est, tota quidem simplicium vires & essentias retinet incorruptas, sed quibus noua totius forma, eaque simplex accessit, proprijs & nouis ornata viribus. Vnde effectus edit, qui licet oscurius, omnè tamen simplicium redolent facultates, ac præter eos, alios quoque, qui recens inductæ formæ proprii sunt, quosque non unius ex tota miscella simplicis, sed totius esse theriaces facillè iudices.

Qui os mirantur, alij a tota cõpositionis substantia, alij a proprietate quadã, alij a constituente forma, eos manare contèdunt, & quãuis alijs atque alijs vtuntur verbis, eadem tamen omnes pronunciant. Est enim certè omnibus confessum, eas functiones nulla posse ratione comprehendere, neque ex elementorum, simpliciumque partium viribus demonstrari, sed visu solo, atque experimento ab hominibus peritis animaduerti ac notari: similis prorsus est in stirpis aut animantis fabrica contemplatio. In his enim vt in illis, mundi elementa, & primæ simplicesque partes, suo utraque modo commiscentur, quibus incorruptis simplex totius forma succedit. B R. Tua sit ista interpretatio: mea & alia est longè, & ut arbitror sanior. E V. Vellem vt ego tibi, sic tu mihi singula dilueres, at si placet rem altius paulò ac diligentius scrutemur.

Siue simplex siue composita statuatur totius forma, demonstratur nõ posse eam ex solis simplicium formis esse.

Quod ex illis mundi primordijs primum ac proximè constitutum ais, aliunde nihil accepit, sed ab illis suam omnem vim hausit. B R V. Maximè. E V. Comperitum est autem, primordijs illi vires inesse, quibus sursum ac deorsum cecantur. B R. Comperitum. E V. Quicquid igitur ex illis constabit, nihil supra simplicium vires fortietur, sed duntaxat sursum aut deorsum feretur, pro modo naturaque vincens elementi. Quocirca nihili ex illis solis genitum, sua natura poterit simul ad contraria moueri. B R. Ita necesse est. E V. At contra fieri vides in stirpibus & animantibus, quæ dum ex alimento capiunt incrementum, sursum simul deorsumque porriguntur, & animantium non varia tantum, sed & in contraria sæpe est progressio, varia & multiplex sentienti vis animi impetus alij alij, & comprehensionum opinionumque admirabilis pugna, quid istorum quæso motus elementorum respicit? Num contraria elementa eadem simul particula dominantur, quæ contrarias istas motiones cecant? Id si nullo pacto fieri potest, qua fronte dices hæc ab impulsu elementorum pendere? Prætereo plurimas alias rerum vires, quas ideo occultas appellarunt, quòd illarum nequeat vlla certa redditio, quas si tu voles vt reliquas omnes, elementorum naturis acceptas referri, sudabis equidem plus

fatis

fatis, & præterquam quòd operam ludes, temeritatis insuper atque imprudentiæ calumniam incurres. Ergo vt interiace & in unaquaque re composita, facultates cernimus nullius simplicium proprias, & quæ illorum natura, minimè redolent: sic totius simplex quædam est species, quæ a simplicium formis essentia suæ accepit. An si mixtum corpus ab elementorum permissione, & materiam, & temperamentum sumere fatemur, necessarium statim esse ducis, indidem quoque formam eius ac vires peti? Oculis mihi in hæc sigillatim defigito, intendito animum. Plura non addam, ne superuacanea probandi diligentia ipse mihi diffidere videar, & claris ac conspicuis per se rebus argumentorum fumos statuito, nequit enim tibi quicquam persuadendum recepi: ipsa pro se veritas fortius constantiusque certabit, nobisque tacentibus se ipsa defender. B R. Ne tu prouinciam arduam suscipis, si quidem me admonendo aut verius assentando, victum capere ac tenere studes. E V. Quomodo victus teneri potest is qui congressum me tuit, qui certaminis aciem cõstitutumque subterfugit? B R. Ita ne stomacharis? Apud te sumus. Si imperas, hoc tibi assentior, rei naturalis formam nõ elici ex simplicium temperamento: id tamen quod est in comœdia præfatus, Hic impulit me, hæc nunc omnino vt crederem: Atque haud scio, an quæ dixit, sint vera omnia. Sed paruipendo. E V D. O anilem inconstantiam: vtrum te iudicabam, qui queritatis inuestigatione gauderes: ac nunc sprete ratione, quæ est in certis animi inuentis velut ancora, ad quancunque assentionem quasi ad saxum tempestate de latus adhærescis. B R. Ita ferè usu venire solet in tali loco ac turba. P H I L. An non tibi satis est o Eudoxe, victum hostem in has angustias & vincula coniecisse? visne hunc præterea suo ingulare gladio? B R. Qui prudens, intrepidus & apprimè exercitatus gubernator videris o Eudoxe, faceres & ipse non minus me naufragium si hoc æstuoso & turbulento sannonum fluctu iactareris: & si mihi, vt par est, vicissim respondere voles, ostendam non minora te incomoda sequi, quæ de hac opinione te retrahant. E V D. Erit id mihi certè gratisimum. Age igitur, reselle quæ dixi: iam enim ergo te liberum ac solutum mitto, quòd pleniorem habeas ad id quod voles, potestatem. B K V T. Tu vero te ad resistendum ac sustinendum comparâ. E V. Ego ne? tuos insultus & insursiones pertimescam?

Partium quæ in composito sunt singularum formas, esse ueluti quasdam preparationes inducendæ totius formæ, & eas esse multiplices. Cap. IIII.

B R V T V S.

NATURALIS corporis compositi, siue id simile est siue dissimilare, subiectum ais esse compositum, & simplicia è quibus componitur, vt ossa, ut neruos, ut carnes, ut membranas, singula suis esse insignita formis. Itaque si his partibus alia insuper totius simplex induatur forma, fiet, vt rei quæ actu quodam & sua forma integrè persidetur, alia (quod villo modo fieri nequit) accedat forma, & vni eidemque rei, multæ perfectiones in sint: utque simplicis

Ttt 2 vnus

vnus & similis partis, vt ossis aut carnis multæ ac diuersæ habeantur species, per quas & ex diuersis cõstaret essentij & in dissidètia genera referretur. Quid mihi ad hæc respondebis? E V. Perge quæcunque voles in vnum conferre. B R. Os, quod exempli gratia dictum sit, sua iam ornatum est specie, super quam si aliam inducis totius speciem, id utique vnum erit, ac multa multorumque generum naturas adeptum, dissidebit ipsum secum, quod quàm a naturæ rationibus abhorreat, intelligis, opinor. Hinc a peccatissimis philologis scriptum audies, quicquid rei sua specie perfectæ, quam illi in actu (sic enim loquitur) esse dicunt, accesserit, id neque substantiam esse posse, neque formam, sed solius accidentis rationem subire. Quid igitur mirabare, cum 10 assererem modò, totius speciem veluti compositionem quandam esse ex partium formis? Quod si simplex quædam totius forma, omnibus ex æquo partibus insideat, ossi, nervo, carni, membranis, hæc omnia, quæ tum substantia tum temperamento dissimilima quisque iudicat, vnus erunt omnino formæ & essentia, quo quid cogitari potest distortius? Malim ego certè quiduis per peti, quàm tam monstruosa probare commenta. Tibi verò, hæc ne cum rerum natura consentanea videri possunt? & tu me si dijs placet, citra rationem putas insanire, securus quemadmodum istam rerum absurditatem diluere aut effugere posses, quod vbi te perfecisse videbo, non dubitabo, in tuam ultrò con 20 cedere sententiam. E V D. Apertè diluam, sed ijs tamen antè comprehensis, quibus res tota perspicuè probari debet: non enim longa litigiosaque contentione tempus est terendum. B R V. O he, iam subterfuit optima uir: distinctiones quæritat, & diuerticula confectatur, tota res nugatoria est, vt uidebis. E V. Difficile est incitatum contentione ingenium moderari. B R. Dic igitur paucis, omnia verborum prolixitate concisa. E V D. Stirps aut animal, dum uiuit, nonne speciem quandam obtinet, qua vitæ numeribus defungitur? B R. Quale hoc disputandi genus? qui responderere debeat, interrogatus vicissim interrogat. An nihil pudet? E V D. Bono animo es, pallore hunc cum tremore excutito, neque enim aut difficile aut terribile est quod 30 propono: res vno verbo transigi potest, & qui rem plenè ac diffuse dici non patitur, is, ne transuolet, breuibus ac membratim cæsis sententijs coërcendus est. Proinde cum tu nobis operam neges, in eo colligendo quod ad concludendam hanc disputationem cum primis est vtile, patienter saltem, si placet, auscultata: & si quid non satis rectè concludere videbimur, redargue. Tu verò Philia tre, responde ad singula. Stirps aut animans dum in viuus est, an non vt vitæ functiones obit, sic & speciem quandam habet quæ illarum sit opifex? P H I L. Certè speciem habet qua alitur, increfcit, & omnino uiuit. E V. E mortua stirpe aut repentè extincto animante, nonne omnes illæ pereunt vitæ functiones? P H. Ita cernimus. E V. Quid causæ esse putas? P H. Quòd totius abierit forma, quæ illarum erat affeãris. E V. Igitur ea species, diuersum quiddam erat a partium formis, neque ex illis cõstabat. P H. Quomodo? E V. Vita excedente, familiarum partium vnaqueque, os, nervus, caro suã sibi formã retine, et quod tui superatos, verum os est, non homonyma, vt oculus mortuus (hic. n. propria instrumèti ratione orbatus est) sed simplici & illi peculiariter tributa appellatione. Itaque tui sua species est a nerui, a carnis, ab aliarum similium formis distincta. P H. Est, vt ijs quæ natura cõstât omnibus. E V. Nec verò suã hanc speciem ab animæ excessu statim accepit, sed eadè illi quoque inerat, cum vita et spiritu frueret animal. P H. Credibile id quidè: vnde n. tã repete corporea illa quæ sit, inuolasset? E V. Cur nõ igitur nunc æquè uiuit hoc corpus atque, antè, si quidè iter motui 40 huius

huius partes similes, formis iuis prædita sunt singula, neque magis quam dum viuere disinctæ aut locis disclusæ? Si totius nitentis species, e partium formis apta erat & composita, cur non illa similiter in demortuo persistat, his in sua quaque parte permanentibus? Hæccine satis ostendunt, præter partium formas, toti aliquid tribuendum esse, quo idipsum vnum sit, & quo vitam agat? esseque illam totius formam diuersum quid a singulis singularum partium formis, neque ex illis coalescere? P H. Planè. E V D. Cum aut os aut lapis corruptione perit, illiusque forma dissipatur, elementa, ex quibus ea constabant, non simul, quasi ad nihilum redacta intercedunt, sed (quemadmodum vetustissimus autor Hippocrates memorie prodidit) facta veluti reciprocatione, in suas quæque vnde prodire naturas redeunt. P H. Scio: nam si elementorum substantiæ quæ ad rerum procreationem in vnum confluerant, illarum rerum interitu vanescerent, neque in suã naturã remearent, iam pridem absumpta foret omnis elementorum substantia nec castatis fuisset rebus innumeris hætenus generatis. E V. Rem tenes. ea tibi est ad stirpis animantisve interitum transferenda: afferuant enim particule similes, suam quæque speciem, & ac suas redeunt naturas, abeunte totius forma. P H. Par omnino videtur esse vtriusque ratio. E V D. Vt ergo ijs quæ in lapide miscebantur elementis, lapidis insidebat forma, neque tum sincera erant ea primordia: sic mihi animo concipito, in animali dum uiuit, animam & in toto & in singulis esse particulas, vt & vitã ijs & uitæ munera largiatur. P H. Est, opinor, necesse. E V D. Quid porrò hic amplius expectas? An ut concludam id quicquid est unde uitæ munera accipimus, cum animam tum rei speciem appellari, eamque nec ex partium compositione coalescere, nec illis necessariò comitari? An ut finem potius faciam in re satis per se clara? P H. Satis equidem hæc superque esse censeo. E V D. At mirum ut inter hæc nos Brutus sibi silentium imperare potuerit. P H. Nihil enim habuit quod diceret, aut cur his refragaretur. E V. Et in eo tamen exemplo quod obiecerat, rem nostram confestim. B R. Vt mutuo muliscabant. quasi uerò quicquam ad me me pertineat mutua ista inter vos assentatio, aut quasi ab ijs rectè quicquam concludi possit inter quas aguntur omnia de composito: manent, manent inquam (ut cunquæ magna contentione uestra confirmetis) omnia tamen mea immota, neque unquam poterunt ulla omnino ratione labefactari. E V D. Quid audio? Itã ne o dij boni, immota manent quæ ego ab imis usque fundamentis erui? B R. Siccine ais? quibus tandem id obsecro macchinis? E V. Nullis ne? An uis ut isdem illis ego tibi lippientes hosce & inuites oculos eruam? Partes illæ inquam, quas tu tum in stirpe tum in animali dissimilias esse statuis, eiusdem rationis ac formæ sunt omnes, dum eorum utrumque in uiuis est. At mortem obeuntibus illis, totiusque euanescente forma, quæ superant partes, neque formæ, neque essentiæ sunt eiusdem, sed omnino diuersæ. Immo & discretæ sunt, neque unum inter se coherentes & continuatæ efficiunt, nisi fortasse positionis uicinitate, quo modo lapides, ligna, lateres, & cementum domum: nam singule partes ad suas tum naturas redeunt, quæ præsertim totius forma, inter se unite & continuatæ simplex quid & unius essentia erant. Itaque totius interitu, similis cuiusque partis species, in suum (ut appellant) actum, & in suam perfectionem erumpit, quæ non ita pridem dum uiueret animal, solè in se potètia dicebatur: actu enim fit quod erat potentia. Et illa quidè tui nobilioris formæ lumine obscura, 50 rata,

Solutio.

Demonstrat totius formam diuersum quiddam esse a partium formis.

Solutioes argumentorum que sunt initio capitis huius.

rata, nec elucere ipsa poterat, nec parti suā aut essentia aut nomē conferre. Quādoquidē formę inferiores, quę nobiliori sunt velut administrę, cum præstantior illa & sublimior inducitur, potestate tantum insunt, quę modō energia id est, re ipsa atque actu inhærescebāt. Et cōtrā quę præsentē nobiliori, potentia solū inesse dicebantur, illę ea decedente erupunt in actū, viresq; suas integras & sinceras exhibēt. Hic vides ea quęcunque argumentādo collegeras dissoluta: nā si fortē partibus similibus, quę iā suis formis insignitę sunt, noua totius accedet forma, non idcirco tamen cōficere possis, parti cuique duas actu inesse formas, quōd eidē rei duę perfectiones haudquaquā esse possunt. Complures autē formas, eadē in re potentia simul esse posse præter has verō & vnā actū, nemo est qui neget. Neque verō forma accedit *τὸ ὄντι* actu manēti: sed obfcuratur inferioris formę ille actus & perfectio, quęties clarior ac nobilior immittitur. Quocirca neq; quicquā vnū diuersorum (quod accerrimē contēdebat) generū erit: sed ab vna posteriori nobiliorique forma, res omnis essentiam, nomen, genus mutuabitur. B. Hac ratione, si prius meę argumentatio ni satis esse factū putabis, posterior saltē itabit quę tuā opinionem cōiuncat. E V. Multo hercle minus, id intelliges, si quid de formę essentia teneā audieris: ego enim cōpositi corporis speciē cum simplicē & similitē, tū per omnes particulas suas esse pronuncio. B R. Qui sic? Paucis explicabo: Tu mihi mentē attende. In hanc totā quā viuētē cernis stirpē, spiritus vnus naturalis, isq; sui totus similis sparsus diffususq; est: huius quoque spiritus interuentu, vna toti stirpi anima insidet. Erit id fortē dilucidius in animantium genere: his vnicus at simplex est naturalis spiritus, ab vno simpliciq; fonte profluens, vbique sui similis, omnes tum similes tum dissimiles partes continens: ergo cum is vnus sit ē simplici fonte scaturiens, non nisi vnus simplicisq; animę uehiculū & nexus esse potest. Ita enim, si est a veteribus philosophis rectē demonstratum, animē conuenientis ac proprii sibi spiritus nexu & vinculo in corpore retineri, nos rectē ex ipsorū spiritū differentia, quā sint multiplices, & quā inter se differentes animarū essentia, colligemus. Naturalis igitur anima vnica esse in omnes particulas spirans, atque diffusa concluditur. Haud absimilis est vitalis aut sentientis ratio, quę proinde quōd animantis spiritus vnus vbique est, & ipsam quoque per omnia sentiendi tū mouendi instrumenta vnā esse necesse est. Videsne quid velimē E V. Audio saltem, etsi nō apertē id video. Enimuerō, vt donemus tibi naturalis tum spiritus tum animę vnū esse fontem, pro partium tamen varia natura, hæc alia atq; alia esse deprehenduntur. Offi, carni, nervo & cuique sigillatim particula, peculiaris quidam ac suus insit spiritus & anima. Nā ut hæ partes substantia sunt maximē dissimili, sic eas dissimiliter & nutriri & augeri par est. Qui igitur tam diuersa, vna eademque præstabit anima? E V. Quidni? An tibi nouum vel incredibile videtur, si quid diuersorū instrumentorū admiculo, multos ac differentes edat effectus? B R. Non adeō. E V. Nempe hoc illud est, quod hac etiā in re te sentire velim, ta varias ac latē diffidentes partium functiones, non ex ipsius animę, sed ex partium quibus infusa & inspirata est, differentia proficisci. Hoc itaque modo, vis animalis etsi vna est suisque similis in omnes tū nervos tū lacertos distributa, per alios tamen solum sensum, per alios sensum simul ac motū confert & efficit: & vtrumque alias obscurius, alias clarius, pro partium quibus est infusa quasq; mouet uarietate & affectione diuersa: vis itē naturalis quę in carne est, carnē gignit, quę in offe, os, eodēq; in reliquis modo. Accomodat enim ipsa sese ad partium quas moderatur ac fouet temperamentum, naturam multiplicēque ac uarios usus.

B R.

B R. Sed quidnā est quod modō mihi de stirpibus dicere occęperas? E V. ut animantibus vis naturalis ē corde uel iecore, ubicūq; prima est eius sedes, profecta, toti deinceps corpori cōmunicatur: sic propemodū censuit Aristoteles, stirpibus quiddā inesse, cordis loco, idq; media inter radicē & caudicē sede, ē cuius uelut scatebris, vis illa naturalis manans, in uniuersam deriuetur stirpem. Itaque scire licet, quęcunq; specie distare existimamus tū animatia tū stirpes, diuersum hoc vitę principii sortita esse, diuersamq; ab hoc emanantē naturalē uim: ita ut sit sua cuiusque formę propria. Attamen sic est illa simplex, & tota uniuersumodi, ut uel in dissimiles partes recepta, una siueque similis usque persistat. B R. Quid tu hinc colligendū esse ducis? E V. Viuentis huiusce stirpis lignū, corticē, foliū, florem, atq; fructū, omnia vnus esse formę, unaque specie contineri: & animantis es, carnē, uinculū, cartilaginē, specie nequaquā dissidere. Atq; id est quod argumēti tui posterioris, quo fortiter contēdebas, nō posse simplicē ac sui similitē formā, tā dissimilibus partibus equaliter insidere, imbecillitatē prodit. Nā quę substantia ac tēperamēto dissimili cernuntur, cōmuni quadām per innatū spiritū calorēq; præparatione, red ditæ sunt similes & idoneę ad eiusdē formę susceptionē. B. Illud ipsum pro uidebā esse tuę rationis consequēs. sed vt eras pollicitus, ita mihi nunc deinceps respondeo. E V. A Equum postulas, neq; recuso. B R. Canis os speciē & essentia discretū est ab offe muli. Nōne ita res habet? E V. Demus istuc. B. At canis os, ab eiusdem carne longius distat, quā illius ipsius os ab offe muli. Igitur si species os ab offe differt, muli in quā os ab offe canis, quis neget carnē ab offe cū quo nihil simile habet, ne in uno quidē eodēq; animalī, specie saltē differre? Quid hic habes quod respondeas? E V. Erras. Neque enim si vtriusq; os, tū canis tū muli, eadē appellamus nomenclatione, idcirco putandū eadē illa specie ac ratione cōtineri: immō uerō disuncta sunt diuersorū animatiū ofsa, & quidē latius quā eiusdē os atque caro. Vis illa naturalis quę canis offi moderatrix præest, eadē nō potest Asini ofsa reggere, & canis tamē cartilaginē & carnē perinde atque os moderatur. De hac partium similitudine, si rectē iudicare uoles, nō est (ut dixi) æstimandū substantiæ tēperamentū aut crassitudinē, sed ipsius sua quædā proprietates, & is spiritus, qui accedenti formę illā certo modo præparat. B R. Eodē reuolueris. Quid iuuat, toties hæc nobis tā odiose inculcare? Iā tu uicissim audi: multis nō agā, sed tamē intelliges tadē, quātōperē in huius hæreseos delectu, iudicio falsus sis. E V. Magnā inibis a me gratiā, si meā diligentia, tuis scrupulis excitabis. B. Accuratius singula excutiā, neq; ad te confutandū rebus utar extrinsecus alicunde corrogatis, sed omnibus ferē domi tuę natis. E V. Quæ nā illæ? B. Malum hoc medicū, hoc ue citreum, tū ne aliquando quale sit considerasti? E V. Et persepē quidē. B R. Correx eius calet; quęcunque uerō illo integuntur interanea & uelut uiscera, non parum frigent. E V. Id uel quiuis ē plebe nouit. B R V. Caffæ fistulæ medulla lenit aluumque subducit, cortex menses potenter mouet, adeōque foetum etiam excludit. E V D. Ita compertum est usu. B. Floris qui in labrusca prouenit, extrema in ambitu folia refrigerat quod nascitur inter hæc mediū adurendi uim sortitum est. E V. Et id uerum esse, longi iam temporis usus atque experientia, sæpenumero docuit. B R V T V S. In animantium porrō genere leporis pulmo suspiriosos iuuat, sanguis calculum comminuit, ossiculum quod in poplite posteriori est arenulas deturbat, coagulum appositione conceptum retinet, pilus erumpentis sanguinis imperum sistit, hæccine omnia recipis? E V D.

Maximē

Posterioris argumēti solutio.

Argumentum aliud.

Solutio.

Argumentum ab exemplis.

Maximè: sunt enim in usu quotidiano. BRVT. Quid igitur causæ adfers ad hæc & huiusmodi plurima? Cùm eiusdem stirpis vna pars vrit, altera ui frigoris stupefacit, vna in angustum arctando contrahit, altera fundendo, dilatat: tum vinas aut menses ciendi, aut hunc aut illum humorem expurgandi facultatem habet vna, altera verò istorum nihil præstare potest, si ne (id quo asseris) potest, vt eadem omnes forma prædita sint? EVD. Quid nî? BRVT: Secus visum est magnis ac doctis viris: sed quoniam non tam autoritatis in disputando, quam rationis momenta ponderanda sunt, ratione potiùs pugnemus, & meam rationem cum tua ratione si videatur committamus. EVD. Velim sanè. BR. Ain tu a forma omnem actionem proficisci? EVD. Aio. BRV. Et eam formam simplicem esse statuis? EVD. Etiam. BR. Quomodo igitur tam multi, tamque dispares erunt vnus & simplicis formæ effectus? Quo pacto erit illa multiplicium & contrariorum author, quæ non constet ex contrarijs, & quæ sit omnino simplex? hæc haudquaquam fieri posse non ignorans scio, & si soli essem non dubito quin tu mihi facillè fasturus esses. Sed turpe ac pudendum videtur, in grauium virorum confessu atque oculis, palinodiam canere: quo circa, non amplius virgebo, sed ad alia si videtur discutienda pergam. EVD. Quid istuc rei? Ità ne tibi res est confecta? ità ne antè victoriam triumphum? BRVT. Nihil enim habes, quod huc asseras. EVD. Bona verba. BRV. Dic igitur clarè, vt in pessima causa, ingenij tui specimen exhibeas. EVD. Quas mihi modò recensebas facultates, illæ nequaquam ab ea animæ parte prodierunt, qua viuunt alunturque stirpes: hæc enim solas vitæ functiones confert, atque has aliis aliter. At verò stirpis partes quæ viribus pollent contrarijs, non viuæ in nos agunt, sed cum iam mortuæ corporibus nostris adhibentur, varijs pro sua quæque natura modis, illa afficiunt, vt intelligere liceat, eas diuersas aliunde quam ab altrice & naturali anima peti, quæ fortius est stirpis videntis. BR. Hem optimi viri quid cessatis vestræ certè partes sunt amico succumbenti opem ferre. EV. Iam demum sentis, quam fit huius teli penetrabilis acies, quamque facillè sit te perfossura? stirpis emortuæ partes, quarum mihi contrarios effectus obijcis, nequaquam eiusdem sunt formæ *ιδιοειδῶν*, cuiusmodi dudum erant cùm viuerent, sed vt vires & temperamena, sic & formas habent diuersas, per quas res efficiunt tam dissimiles. Nunc animam naturalem in eas redire remcareque fingito, quæ paulò antè excesserat, ea tum illis partium viribus nihil addet, sed hoc maximè conferet, vt in quibus partibus tanta inest virium dissimilitudo, illæ nutritione incolumes seruentur, & incrementum, & priusquam sentio contabescant, alias de se eiusdem generis excitent: nam hoc ipso a lapidibus metallisque distant. Ergo altrix illa anima, tum singulas partes tum speciem illarum conseruat, quibus aliunde vires accefferant. BR. Hoc scilicet eras cum tanto apparatu, & tam longa circuitione disturus? EV. Hoc ipsum. BR. Controuersiam tamen nondum dirimis, sed respondendo, in grauiora (quod est intollerabilius) incurris incommoda. EVD. Cur, obsecro? BR. Aperiam vtrunque seorsum. Dissimiles illæ stirpis aut animalis partes, vires habent illis etiamnum viuentibus, aut easdem aut fortè maiores quam iam mortuis. quid ad hæc? sare agè. EVD. Vera narras: neque enim vires nouas morte consequuntur sunt, sed earum quas habuere, potiùs facere iacturam. BR. Vt igitur emortuæ, sic & uiuentis stirpis particule varijs præditæ sunt viribus, & res efficere possunt contrarias. EVD. Est necesse.

Solutio- nes.

Aliud argumentū.

BRV. Cùm igitur tu hæc omnes in communem, eamque simplicem totius formam referendas esse profitearis, qui possis effugere, quo minus illā contrariorum esse opificem fateare? At istud est longè absurdius, quam si illam asseras esse compositam. EV. Minimè verò nam ego disputationē hanc semel conclusurus, certè & constanter assero, simplex idem agens quod anceps & homonymum appellant, contrarios effectus edere posse, quotiescunque vel diuersa instrumenta, vel alias infiore causas, vel incontenturatas sibi non opus adiunxerit: accommodat enim sese subiectorum quibus inhaeret naturæ. BR. Tu igitur altricem stirpis animam, partium formis ignobiliorem ac viliolem facis, si quidem conseruandarum partium gratia illam conditè esse censēs. EV. Immo contrā planè: Singularem partium formas quosdam veluti gradus esse, quibus ad supremam illam totius formam promoueatur, nec alia de causa illas in subiectum impressas, nisi vt ista preparatione ad hanc introducendā via præsterneretur. Nec uerò cùm dicerem animam nutriendi facultate præditam, singularum partium formas seruare hanc illarum gratia cōditam esse putabam, sed sua ipsius stirpis solum causa consistere. Ceterum quoniam illa suis cohæret partibus, fit idcirco, dum se totamque stirpem hæc nutritione tuetur, nouoque fetu multiplicat, vt ipsas quoque partium formas, quibus ad preparationem opus habet intorruptas quoque seruet, simulque nouas interdum generet. Itaque partes ad totius formam nonnihil equidem, at non essentiam conferunt. BR. Quidnam igitur? EV. Preparationem & accommodatam quandam *παρασκευῆν* recipiendæ simul atque seruandæ totius formæ, eiusque omnibus muneribus defungendis. His enim internuncijs ac veluti paranymphis, foeliciter coit & indiuisum permanet formæ cum toto subiecto coniugium, quas si qua fortè vis expulerit, necesse est vel diuortium statim consequi, uel inertem certè & ociosam formam in subiecto relinqui. Queadmodū igitur ossis, nerui, carnis, & cuiusque similis subiectum, non ex solo qualitatatum temperamento, sed ex primordiorum quoque naturalium permissione præparatum est, & illis, suas formas seruantibus, forma nerui vel ossis influxit: Sic omnino putandum totius animantis formæ corpus subijci, ex herentibus & in unum confusis, osse, neruo, carne, alijsque id genus partibus constructum. Ex apta enim & concinna simularium positione, numero, figura, magnitudine, partes illæ quæ appellantur organice consurgunt, è quarū deinde conuenientia & mutuo consensu, suis numeris absolutum efficitur corpus. Itaque his vniuersis aptè concinneque in vnum coeuntibus, conuenienter ac legitime præparatum subiectum, formam, horum omnium communem in se alliciti & conseruat, & illius functionibus inseruit. BR. Admirabilis verò præparatio num congeries. EV. Nec tamen omnes attingi, quas ad rei procreationem in ductionemque formæ requiri existimo. BR. Nunquam desines in nugis tere re tempus, & flexuosis ac uagis interpretationum ambagibus, inueniendæ veritatis occasione intercipere? EV. Nihil equidem minus: sed si quod reliquum est auscultare velis, audies quæ sunt omnium longè verissima. BRV. Non feram amplius narra cui voles tua commenta. PH. Mecum age potiùs o Eudoxe, neque quod de his præparationum generibus dicere institueras abruptas, nos quæcumque dixeris æquis & attentis animis accipiemus. EV. Quis huius viri fastidiosam morositatem perferat? PH. Omitte verò illum, & ad expositionem quam auidè expectamus aggredere. EV. Adestum igitur attentus, & animaduerte quid velim. PH. Arrestus sum, dic agè. EV. in viuentium omnium coporibus, tres minimum præparationes (sic enim appello

Solutio-

Partiū for- mas præpa- rationem quandam esse ad totius formā simplicē.

Vuu quas

Tres præparatio- nes ad totius fomâ necessa- rię.

quas Græci *παρασκευα;* dixerunt) ad formam recipiendam necessarie in- sunt. Vna est proba & idonea temperatio, quæ partis cuiusque simplicis ac- similis sua esse intelligitur, ex primordiorum mistione prognata, & totius; etiam corporis sua quedam composita, ex confluentibus conspirationibusque: in idem simularium partium temperamentis comparata. B R. Verisimile id quidem, & maximè consentaneum. E V. Altera præparatio corporis est, congrua aptaque compositio, consensus & conformatio, quæ nos cernimus, or- ganicis quibusque partibus, primùm ac per se inesse, toti verò corpori ex or- ganicarum compositio. P H I L. Hanc ego non dubito viuientium omnium esse communem: nam & Aristoteles animam definiens, inquit esse actum cor- poris naturalis organici: quod organorum confirmatio sit ei corpori, quod ui- tam & animam suscipiet, necessaria. E V D. Tertius ad hæc est spiritus qui- dam, per totum fufus, cui salutaris inest & vitalis calor. H P I L. Cur hunc. inter præparaciones numeres, nondum mihi planè constat. E V D. Si pro cõ- pecto tibi est, animal omne calorem in se continere ac fouere, quo vitam tue- tur, quoque extincto illius anima decedit atque intermoritur nequaquam in- dubium vocabis, quin spiritalis ille calor ad vitam degendam sit omnium ma- ximè necessarius, quippe qui & ad animæ naturam accedat proximè, & illi perpetuus atque indiuiduus comes sit. P H I L. Sed quid prohibet, quo mi- nus hic ad superiores præparaciones referatur, cum non secus atque illę ex ele- mentorum concreione prodeat? E V D. Esti elementorum soboles est pri- ma illa præparatio, conformatio tamen & spiritus, non illinc sed è diuiniore quodam principio originem ducunt. P H I L. Quid ita? E V D. Quoniam fieri nequit vt elementa vel diligentissimè ac summa cum ratione temperata, per se nullius ope alterius, aptam corpori conformacionem, sensum, motum ue conferant. Quam enim legem, aut quam mensuram his efficiendis feres? P H I L. In explicabilis est, mea quidem sententia, temperamenti modus. E V D. Id in conformacione longè magis dicas: nam hoc haud illud temperamento esse calido satis intelligitur, eò quòd calidum & igneum elementum cæteris elementis in permissione præpolleat. Itemque tactu frigidum si sen- ties, frigidum elementum dominari: sed quanam ratione factum sit, vt hæc aut illa fuerit huius aut illius rei figura, id verò est, quod nec dicere, nec men- te consequi possis. Plurima enim cernimus quæ cum sint eiusdem tempera- menti, dissimiles tamen figuras accepisse, rursumque consimile esse figuras, quorum sit dissimillimum inter se temperamentum: id quod ex medicorum sententia plenius postea & vberius probabitur. P H I L. Videtur id ratione, aliqua ex parte, fulciri. E V D. Porro insitus is siue spiritus siue calor, qui vitæ est & opifex & vinculum, non poterit partium corporis temperameto ac- ceptus referri. P H I L. Id quoque si placet, apertius doceto. E V D. Re- pentè ac recens extincto iugulatoque animante, partes similes, suam singu- larè aliquandiu retinent temperaturam. P H I L. Id memini iam a te supra demonstratum, fieri non posse, vt insitum rei temperamentum tam subito mu- tetur suamque velut exuat naturam. E V D O. In ijs tamen partibus tum neque insitus ille calor, neque spiritus inest. P H I L. Quid mirum? Nam idcirco interijt animal eiusque partes, quòd animæ vitæque conseruatrix cau- sa, nempe spiritus ille calidus, nobisque insitus, aut subito euauerit dissolu- tus, aut extinctus perierit: etenim apertè cernimus, quod ab Aristotele anno- tatum est, moribundum animal refrigerescere. E V D. Hinc itaque con- cluditur, insitum illum siue spiritum siue calorem, nihil ad temperamenti ra- tionem

tionè pertinere. Et quoniam spiritus qui in arterijs præfertim maioribus est, inter corporis partes nõ censetur, sicuti neque qui venis clauditur sanguis, fieri proin- de necesse est, ut nec ille spiritus calor quicquã pertineat vel ad corporis sub- stantiã ad temperamentũ ex elementis naturæ ortũ. Quare hoc ipsũ nec spi- ritus nec cõformationis efficiens erit, sed hæc è diuiniore natura fluxisse opor- tet. P H I L. Iam primùm in mentem mihi venit Auerrhois ille, in Ara- bum factioe primæ existimationis philosophus, qui collectancorum sectio- ne prima, tuam sententiam sequutus, censuit, innatum nobis tum spiritum, neuti- quam ex partium corporis temperacione proficisci. Sic enim ait: Par- tes natura quidem & agunt & afficiuntur in totũ a calore ipsis innato, qui alius est ab eo, quem a temperamento adipiscuntur. Experimento quippe anatomĩ ces compertum exploratumque est, corde corpusculum contineri vaporesum ex- quisitèque calidum, quod ab ipso per arteriarum ductus in vniuersum deriuatur animantis corpus atque transmittitur. Hæc sunt quibus planum facit nobis insitum calorem & spiritum, non modò ignis naturam conditionemque; non re- tinere, sed ne ab elementorum quidam concreione, permissioneque omnino prodijisse, quasi illorum diuiniore quedam sit origo, quæ qualis sit, neque mihi occurrit, vbi ille exprefferit, neque aliunde possum, vlla diligentia plenè con- sequi. Tu proinde quicquid de his habes animo comprehensum (habes autem vt scio plurimum) id deprome quæso, & liberaliter nobis impartire. E V D. Rem petis perquam sanè lubricam, & plenam periculi, vnamque omnium ma- xime temeritatis obnoxiam calumniæ, sed audebo tamen, quando ita postu- lat disputationis continuata series, quantum ea de re teneo id vobis exposi- re, ut ratione inter vos communiter agitata ex æquo bono statui possit, quam oporteat his de rebus esse, doctorum & veritatis amantium hominum, sententiam: ac primùm quidem caloris & spiritus, mox deinde formarum ori- ginem ortumque commemorabo. Qua in re sic agam, vt mea omnia firmis corroborem ex Hippocrati, Platonis, Aristotelis & Galeni decretis. P H I L. Et in hoc sumus, auidè quicquid dicturus es excepturi, & tanta diligentia ex- pensuri, quãta ab hominibus maxima præstari pòt. E V. Quicquid viuuit, nul- la putida materia creatum (vñs perfectum id appellat siue in stirpium si- ue in animantium genere positum id constitutumque est) ex subiecto prodijt, quod est suum cuiusque semen. P H I L. Memini id esse supra confectum. E V D. Ex hoc singulæ primùm corporis finguntur partes naturæ vi, non ali- ter quam opificis manu: minutæ particulæ, primùm confusæ in ordinem pos- tea digeruntur. P H I L. Sæpe id obseruatum fuerunt ab hominibus studio- sis. E V D. Itaque semen tanquam excellenti quadam sapientia prædi- tum, dum stirpibus quidem è terra, sed quæ sit alij elementis permista: animantibus verò è materno sanguine familiare & quale cuique ex usu est nutrimentum suggerit, concinnam simul idoneamque elementorum tempe- rationem confert, efficitque vt si vnumquodque huius illiusue discreti sin- gularisque temperamenti: vnde liquet singularem temperamenti ratio- nem quam nonnulli temperamenti proprietatem dixerunt, tum corpori toti, tum particulis ipsis vi seminis induci, atque etiam certè conformatio- nem compositionemque subiecti, de qua ex Galeni mente pomeridiana dis- putacione plura colligemus. Atque hoc modo complexi sumus priores duos præparacionum ordines. Tertius porro qui per vitalem spiritum; calo- remque conficitur, vt non ex sola elementorum temperacione perfici po- tuit, sic apertius illustriusque quàm reliqui a semine sui ortus initia ducit.

Tres eas præparaciones a semine cã ferri.

Semen enim caloris & spiritus refertum asseuerant omnes, & has vires a parentibus accepisse. Nam cum sui simile quippiam generaturi parètes nequeat in opus continenter incumbere, quòd aut prius quàm perfectum sit, intereant, vt stirpes aliquæ, aut alius vitæ rationibus sese accommodent, vt perfectionum animantium genus uniuersum, prouida solersque Natura, rerum æternitatis consulens quæ parenti inerant ad procreandum & vitam largiendam vires, eas per calorem & spiritum semini commisit, exigue quidem portiones, sed quæ totius vicaria iisdem prædita facultatibus, toti simile procreet. Hæc in rem præsentem tibi fati sint, alias, dum ita feret, plura fortassis audituro.

Rei naturæ potentiam non posse suo ipse impetu ad formam progredi, sed haud secus acque actum de habitu, formam elici de potentia. materie. Cap. V.

PHILIATROS.

Quid potentia for-
ma.

AGEDVM mi Eudoxe, has quæso mihi tenebras quibus offundor, discutito: iam enim suprâ docuisti, potentiam esse materiæ quandam preparationem, ad excipiendam certam speciem: at hæc *περπαρῶσι* uai quas semini innesse commemoras, suntne ea ipsa potentia quam inuestigamus? EVDO. Sunt omnino, atque in unum idemque redeunt. P.H. nulla iam demum verborum circuitione, nullo anfractu, rem omnem compendiò & planè dixisti. B.R. An non illud audax, ne dicam temerarium, facimus, rem tam arduam, tam a nostris sensibus abstrusam, de qua doctissimorum philosophorum accerimæ sunt & in hunc usque diem indefinitæ contentiones, tam paucis tamque apertis uerbis concludere? Confidentia est hæc certè intollerabilis, & ab interpretis nature modestia aliena. Tu quasi digito attingas, audes quid potentia sit indicare? EV. Quidni? Sed iam agè quæso mi Philiatre, quum potentia nomine nihil sit nec philosophorum sermone magis tritum, nec disputationibus acrius exagitatam, poteris ne quàm multiplex id sit recensere? P.H.L. Potero ni fallor: primum enim Aristoteles potentiam esse definiuit motus mutationisque principium: quumque id duplex sit, vnum efficiendi patiendi alterum, duplicem inde potentiam statuit. Efficiendi, quidem potentiam esse dixit mutationis in alio principium, de qua Physicorū septimo multa: patiendi verò, principium mutationis ab alio: qua uerbi significatione, rei cuiusque materiã appellat potentiam, formam verò actum atque perfectionem. Harum utraque in substantiarum est genere. Præterea autem id etiam nominis ad accidens, quiddam trahitur, quod Aristoteli naturalis potentia vel im-
40
potentia dici solet. Est enimabilitas vel affectio cuius ope vnumquodque facile vel agit vel patitur: aut si maui, propensio & procliuitas quædam ad aliquid agendum aut patiendum. Sic omnes artes agendi potentias nuncupauit, quòd principia sint mutandi in alio. Similes etiam affectiones rebus inanimatis affiscit, quarum subsidio expeditius agunt obstituntue, ne cõtrariorum vi in deterius commutentur. Patiendi potentia diatesis est, quia res quæque in alium statum promptè conuertitur. EV. Consiste paulisper, in porum enim iam appulisti: nam ea de qua differimus est patiendi potentia, quæ materiæ tanquam præparatio quædam incidens, eam aptam idoneamque reddit commutationi, & excipiende quàm appetit formæ. Hæc est quam Alexander

Aphrodi-

Aphrodisæus, rectè inquit esse principium materiæ inditum, per quod illa apta sit ad omnia suscipienda, & ab ipso & ex ipso futura sunt. EV. Quicunque definiunt, potentiam esse materiæ quandam preparationem & instructionem, illi si non vltra qualis ea sit preparatio inuestigandum putarunt prodigiola tamen commenta nobis obtridunt, laborantque de nominis potius, quàm de ipsarum cognitione rerum. At si ueterem philosophandi legem sequi uolumus, res animo comprehensæ nobis sic erunt, vt si sensibus essent perceptæ. Tu itaque mi Philiatre, si ex tribus istis preparationibus, concinnam materiæ accommodationem clarè intelligis, ne dubita te quoque potestatis puram essentiam tenere. P.H. Tenere me puto. Cæterum velim vt ut mihi alia deinceps interpreteris, eaque, & multa & multis perobscura. Quum philosophi discutant, de potentia materiæ educi formam, tunc censent has preparationes cum iam perfectionem integram acceperint, formam de se emittere? Scio equidem a Simplicio ea de re sic scriptum esse: In omni mundo, si quis exortus prodit, non aliter quàm per potentiam ad substantiam prodit atque perficitur, materiaque quum recipit formam, per potentiam ad ipsam perducitur. Et alio loco: Neque enim omnino ab imperfecto ad perfectum aliquid peruenit, nisi media adsit potentia, addens perfectio id quod deficit, summam perfectionem suscipiens a perfectissimo. Hæc non sanè dubito quin verissima sint, sed me nihil prorsus docent. B.R. Si mihi liceret bona istorum uenia, ego tibi o Philiatre, paucis explicarem, quemadmodum rei cuiusque species ac forma, de potentia materiæ ducatur. EV. Tibi verò non conceditur modò, sed & omnes quotquot adsunt orant, vt te huius quæstionis interpretem exhibeas. B.R.V.T. Planam igitur huius rei expositionem accipe, te ab intricatissimis aliorum erroribus expediat. Isthæc de qua tam anxie differitur potentia, qualitas est, quæ magna in utramque partem latitudine, alias intendatur, alias remittatur. P.H. Magna certè quidem. B.R. Atque initio pretemis ea est & obscura, mox verò sensim paulatimque vires capit, & incescit: quumque ita mutatum facta additione, ad integram absolutionem uenerit tum ea est, ut Aristoteles dicere solet, *επιτελέχεια* quædam, quam alij perfectionem, alij perennem quandam agitationem interpretantur. Quemadmodum igitur ista perfectio, de inchoata obscuraque præparatione sensim ordinatimque videtur: sic sanè existimare debes, rei cuiusque speciem (quæ a perfectione nihil differt) de præparatione ac potentia verè nasci & oriri. Est enim perfectio species, ipsaque preparatio potentia, neque ad eam rem alia opus est explanatione: sed vt preparatio tandem fit perfectio, sic potentia commutatur in formam. EV.D. Parum abest, o Philiatre, quin tenearis, vide ne imprudens tibi laqueos induas, periculosa est assentiendi facilitas: proinde in tam lubrica ac precipit via, memineris tibi cautè incedendum esse. Sunt enim permulta, falsa illa quidem sed veris tamen similia, quæ veritatis pallio velata, falsa specie multos in fædos ac pudendos errores abducunt. Est autem hic Brutus percallidus, & qui nisi canes, te facile circumueniet. P.H. Quomodo? EV.D. Si perfectionem esse rei formam dederis, actum est. P.H. Quid igitur? censent illa inter se esse diuersa? Maxime: si quidem non minus distant, quam quæ in diuersa genera diuertunt. Perfectio ex potentia, sensim velut adolescens consummatur, parsque totam antecedit: forma verò, immissa tota repente est, cuius ne minimum quidem antè fuit. Illa vt potentia, natura quædam est patiens: hæc natura est efficiens, omnis-

Quid sit
formã edu-
ci de potẽ-
tia mate-
riæ

Falsa quo-
rundã ex-
positio.

Perfectio
nẽ nõ esse
rei formã.



Potentia nunquam sic perfici potest ut in forma degeneret.

Potentiam feminis nulla ratio ne posse in forma transire

que motus principium. Illa accidens solum est, hæc autem simplex puraque substantia, quod meministi supra esse multis rationibus confirmatum. PHIL. Memini tanquam nominis mei. EVD. Qui fieri igitur potest, vt potentia continuato incremento, in solidam atque expressam formam (sic enim appellare placet quam greci *δυστάσις* dicunt) abeat, vt fiat ex qualitate substantia? vt genera suprema, quibus nihil sit inter se commune, quæque longius distent, quam quæ sint summè contraria, in sese mutuò commigrent? Potest equidem quævis qualitas, in aliam qualitatem transire, & in substantiam substantia, communem enim materiam habent: at qualitatem in substantiam reciproca vicissitudine commutari posse, nulla comprehendit mentis humanæ cogitatio. PHIL. Mea certè nullo modo concipit. EVD. Et aliud tamen tibi persuadere nititur versutus hic Brutus, vt te obnoxium aliquando & prostratum teneat, ijs vtique perfimilis, qui subsellia assidere volentibus subtrahunt, vt qui ceciderit, cum eum uideant supinum, profusus & maiori cachinnorideant. PHIL. Nunquam ita facilè me duci patiar, sed quem semel occupauero gradum, in eo posthac firmius & fixius persequar. BR. Quid audio? Siccine mea sententia contortis & aculeatis sophismatis imperitur? Siccine captionibus eludor? EVD. Ita tibi appellare liceat, quæ fugere non possis. Sed si per ocium tamen apud te singula diligentius expendes, cernes profecto, quanto nostra hæc tuis illis præponderent. Quòd si tuis rationibus aliquid contrutum esse putas, nã ego illud & facilè & breui diruam. BRVT. Aggredere, iam expecto. EV. Quæ in semine est potentia sensim minutatimque augetur, dum perueniat ad summam perfectionem: itane ais? BRVT. Maximè. EVD. Quàmam obsecro agente & concitante vi, incrementum illud dari putas? BRVT. In promptu est Alexandri responsio, primum, insitum esse semini quoddam motus initium, quod impetu a generante accepto, ad aliquem vsque finem agit, dum se continuato incremento perfecit, & velut ingressum stadium, ad metam vsque) nisi si qua vis de cursu retrahat) percurrerit. EVD. Sum equidem plus æquo obliuiosus, proinde si longius extrahitur oratio, tota mihi protinus excidit. Age igitur concisis magis responsionibus, si modò eas a me memoria teneri velis. BRVT. Quemcunque voles modum tenebo. EVD. Impetum quendam, motusque initium ais a generante iam olim semini datum fuisse? BRVT. Ita res est. EVD. Hoc motus initium, intelligisne esse potentiam? BRVT. Id ipsum prorsus. EVD. Deinde principium illud, quod est potentia, agere quidem continenter existimas, & a primis inchoatisque naturis, ad vltimas & consummatas, quibus nihil addi possit, quasque nos summam & perfectissimas indicamus, procedere. BR. Quid ni? EVD. Et hanc potentiam tu qualitatem esse statuis? BR. Sic visum est Aristoteli. EVD. At nulla qualitas, primò & per se potest agere, sed omnis actio, ad substantiæ compotem formam pertinet, quæ principium quoddam est efficiens. BRVT. Ne hoc quidem inficior. EVD. Dum igitur ais potentiam sensim augeri, quò ad fiat perfecta species; accretio illa, cuius formæ primùm refertur accepta? BRVT. Ipse videris, istuc ego minimè inuestigo. EVD. In semine tria tantum esse dicimus, materiam, formam, potentiam. Illa igitur potentiæ actio, perducitne primum ad feminis formam? BRVT. Quo-

nam

nam aliò perduceret? EV. At id fieri nequit. BR. Quid cause? EV. Quoniã quicquid agit, in hoc agit, vt sui simile reddat obiectum patiens, neque forma quæ in semine est, aliud quicquam molitur, quam vt semen aliud de se generet. BR. Hoc ipse satis sciebam, sed eo me vel inuitum traxerat rei consequentia: nunc itaque resilio, & potentia quæ semini inest, sese sua vi augere assero, neque vllã externam opẽ desiderare. Ea enim tametsi qualitas exultimatur, præstantioris est tamen ordinis quam cætera: quapropter & illam Aristoteles appellauit naturalè potentia, quòd vt qualitatibus, sic & naturæ quòdãtenus sit particeps. Quocirca qui illã dicit per se aliquid agere posse, nihil absurdũ dicit. EV. Mira diuerticula. Huc igitur sequere, quando ita tibi visum est. Si quid primo ac per se agit potentia, dum se ipsam auget ac perficit, aliud efficit nihil quam sui similem potentiam, neque potest ipsa quætumuis aucta de se formam edere. Ex semine quidem tanquam ex subiecto generatur animal aut stirps: at potentiæ efficiencia formam, aut seminis vi animal generari, præstantiũ philosophorum nullus receperit. BR. Quid ita quæso? EV. Quòd nondum est, sed futurum est, id iam simpliciter non est: quòd autem non est, qui possit aliud quicquam efficere? quo pacto fieri posse existimas, vt formam procreet quæ semini inest potentia, si nondum inest ipsa forma? aut vt semen, quòd nondum sit ipsum animal, efficiat animal? Nẽpe si quid ex his gigni debet aliud quiddam poni necesse est, quòd actu formam obtineat, quòdque sit huius procreationis efficiens causa, eaque prima & præcipua. Quæ Aristoteles diligentissime contempletus, in animalium stirpiumque procreatione duplicem naturam instituit, imperfectiorem vnã, quæ in semine sit quidem, nondum tamen est: perfectiorem alteram, quæ actu cum sit effectrix simpliciter est, qualis in eo est, a quo dimanauit semen. Locutus est libro de animalium procreatione seuundo, vbi naturæ & artis discrimen secreuit, his ferè verbis, Ars principium formæque eius quòd efficitur, sed in alio: motus autem naturæ in ipso est quòd efficitur, ab altera profectus naturæ, quæ actu obtinet formam. In semine igitur naturam statuit, quæ sit & mouetur: in eo autem quòd actu est, efficienciam naturam. Quæ simpliciter in hanc sententiam fusius explicauit. Vniuscuiusque natura & causa motionis, subiectum sibi ipsi & non alteri simile facit: vt enim natura hominis hominem, sic & natura feminis, non aliud quam semen efficere potest. Quomodo enim propriè hominem faciet, ea quæ est in semine, quæ nondum est hominis natura antequam homo fiat? Si natura feminis commutari desiderat, & animal perfici, propriè efficiens & proxima causa, est natura paterna atque materna: nam forma actu præcedit in patre & matre, secundum quem id quòd potentia est ad actum perducitur. Atque hoc modo natura eius quòd generatur, si efficiens dicitur, ita efficiens est, ut & ipsa simul fiat. Ea verò propriè efficiendi vim obtinet, quæ actu talis est. quoniã natura, sui similis est procreatrix. Vides vim illam feminis, quam potentiam appellari diximus, nequaquam posse in animalis speciem verti, tametsi ipsa sese, quamoptinè adaptet, & omni ornatus genere instruat atque perficiat, sed adesse oportere quiddam, quòd actu tale sit. PHIL. Hæc mihi certè longè verissima videntur, neque iam hic noster Brutus quicquam præterea habet quòd obijciat. Attamen priusquam colophonem his imponas, consonum & æquum est, vt nobis id explanes, quòd omnibus philosophis placere video: rei cuiusque formam de subiecti potentia educi. EVD. Quam quæ semini inest potentia, id est inducendæ

Forma quomodo educatur de potentia materiae.

cendē foemæ præparatio, assiduo incremento, ad summam perfectionem euaferit, ad substantiæ quoque formam simul peruentum erit. Etenim perfectionem illam forma necessariò comitatur, nec vnquam deserit. Proinde Aristoteles, formam plerunque *ἐπιτέλειαν* nomine perfectionis appellat, vel quòd perfectę potentiæ indiuidua sit comes, vel quòd totum ipsum compleat, & perficiat. Vt igitur perfectionem, sic & formam de potentia materię educi sermonis usu dicimus, tanquam pares in ijs rationes faciat, ista consequentiæ necessitas. PHIL. Formam de præcurrente potestate haud secus elici ratiocinabar, atque actum de habitu. EVD. Nec sanè multum est dissimilis analogia. PHI. Hanc igitur nobis plenids interpretare. EV. Longa assuetudine & frequentatis actionibus, musicus (ut hunc pro reliquorum exemplo sumamus) ijsce partibus habitum adeptus est & inseruit, quæ plurimum sese exercet. Atque is deinde tamen dormit, habitum tamen hunc musicæ aut citharisticæ semper retinet. PH. Hoc tanquam digitos reneo. EVD. Si fortè igitur experrectus citharam pulsabit, vndenam censetis illi modulandi actum incessisse? ex solò ne habitu qui in actum eiusmodi sit commutatus? PHIL. Nihil minus, sed eò profectò, quia concitata princeps animæ vis, ijs tum partibus præsit ac impret, quibus exercitationem iam olim inditus atque impressus fuerat modulandi habitus. hę siquidem habitu paratę in opus actumquæ suum promptè feruntur, quoties animæ ipsi inspirata voluntas ita imperauerit. EVD. Rectè tu quidem. Vt igitur actum ex habitu idcirco prodire dixerunt, quòd actus, nisi comparato habitu perfectè elici non potest: in ipsa quoque rerum procreatione dicendum est. Non enim potentia formam, sed externa causa inprimit, quæ tamen auxilio potentię destituta, non haberet ipsa per se satis virium. PHIL. Video. Tanquam enim qui scientiam habet, sed ea non vitur, cum vult accedente mentis impetu, contemplatur, & actu fit sciens: item quodcunque subiectum gignendæ rei perfectam potentiam habere dicimus, accedente agentis extrarij vi, id recte, re autore, actum formamque excipit. EVD. Scopum attigisti. PHIL. Qui quid scit (inquit Aristoteles) si animum in contemplationem actu intentum habet seruat tamen habitum, nec perdit contemplando scientiam, sed excolit magis, ac perficit: ita id quod perfectam potentiam obtinuit, accedente forma potentię qualitatem non excutit, sed ornamentum illi & perfectionem addit.

EV. Ita necesse est, vt iam fixum ac stabile sit, id quod proponeretur, haud secus de potentia materię formam elici, atque actum de habitu. PH. Id quidem iam satis perspicuū. Quod verò de medicamentis aiunt, quæ intrò sumpta, nostri calor vi de potentia in actum excitantur promouenturque, his ne simile putas. EV. quodammodò: Si quidem vel nondum adhibita nobis medicamenta, suam speciem habent, sibi que innatas vires, sed quas non ante in nos exerant, quàm a nostro calore sint irrita, quod certè opus est ad illorum vires experiundas. Itaq; verè dixeris medicamenta de potentia operandi ad operis actionem, & quasi ex ferijs ad opus venire, non tamen ad nouam formam transire. Item que in animalium procreatione, semen conceptum, uteri ui, ac benigno tempore ad agendum impellitur, non vt animal animalisque formam de se excitet aut edat: sed tantum vt exulscitata aut impulsua ipsius potentia ac facultas, deinceps que aucta, subiectam sibi materiam omni præparationum genere instruat, vt substantiæ tandem particeps forma, extrinsecus assumatur, & excepta commodè afferatur, suas denique omnes functiones obitura.

Gignendæ

Medicameta quomodo educantur de potentia in actum.

Gignendæ forme, neminiū quidem ante in materia fuisse, neque potentiam iam quæquam esse formæ, neque ad substantiam genus referri. Cap. VI.

B R V T V S.

FRVSTRA nobis hic laborare videris optime Eudoxe, qui quæ sunt oculorum testimonio clarissima, ratiocinatione vis, & inani ac longè repetita interpretatione eludere. Annon cepam sæpenumerò vidisti, de testis aëre libero propendentem, per se nullius extrarij ope, sese diffundere, & herbescentem ex se viriditatem proferre? aut ouum solo fornacis tempore pullum excludere? Equidem & id ipse vidi frequenter, & Aristoteles fieri posse, literis mandauit. Nunc omni philosophorum autoritate posthabita, neglectis etiam acutissimè excogitatis eorum rationibus, solius sensus communis bonitate, & omnium animis informata notione ductus, dic per Deum immortalem, dum iam viuere ac moueri incipit ille pullus, vnde suam accipit animam? vnde potest illa? aut quis eam inducit? vbi extrarius ille tuus opifex est qui ouo suam insculpat formam? An non hic tuorum commentorum se prodit vanitas? An non luce clarius est, illam ex oui potentia existere, vt ex eodè ouo pullum vniuersum? quid relicta sensuum euidencia, obstrusa vestigamus? E V. Iam pridè coactus es fateri fieri istud nequaquàm posse, & formam extrinsecus venire. B R V. Ego ne? tibi verò istud sum falsus: nondum, vt video hac in re mentem meam satis Concepisti. E V. Quid hoc noue rei? B R V. Dicam, & equidem paucis. Ego enim perinde atque tu, rei cuiusque speciem in substantiæ genus refero, sed quòd fortè non donabis, ad idem etiam genus, potentiam pertinere puto: hac autem ratione moueor, quòd quum videam speciem ipsam ex potentia trahi, necesse sit non diuersę rationis ac generis illam statui, sed esse formam aliquam imperfectam aut velut mutilam. Atq; id quidem in femine, cum potentia tantum inesse dicebatur, ociosum delituisse censeo. Vbi verò cœpit suis se virtutibus prodere, esseque ex efficientia manifestum, tum verò demum id actu inesse diximus, quanquam pristinam speciem non mutauit: id enim tenue licet & exiguum, eandem tamen perpetuò substantiam tenuit. Hęc mea est de potentiæ substantia de que formæ exortu a sensu, firma illa quidem certè & stabilis, & a qua me nulla ratio depellet. E V. Eo ne temeritatis procedes, vt inter substantias potentiæ locū tribuas? B R. Temeritati non erit, id quod verissimum est asserere. In femine quum potentia quædam est animal, ipsum animal inesse dicimus potestate, quin etiã ipsum semen animal, esse potestate duntaxat. In ouo auis est, potestate; inglände, quercus iam est, sed potestate: in oleæ baccâ, ipsa est olea. In hęcque modum, quæcunque ex femine vt è subiecto proficiuntur in ipso prius inesse potentia mente colligimus, quam emergant, & oculis obuaserentur. Reliqua vniuersa quæ nullo semine gigni traduntur vt metalla, vt lapides, vt stirpes feminis ex partes, vt animalia è putri materia nulloque coitu nata, non è quouis sine discrimine subiecto fieri palam est, sed ex eo duntaxat, in quo sui quoddam seminarium habuerint. Non omnis fert omnia tellus.

Hic segetes, illic uenimus felicius unne
Arbori fetus alibi, atque inuisa uirescunt.
Gramina. Et rursum: Nec uero terre ferre omnes omnia possunt:
Fluminibus salices, ex assisq; paludibus alni
Nascuntur: steriles saxosis montibus orni.

Argumenta quę continentur. potentia esse inchoatam et imperfectam quãdam formam.

Alia argumenta.

1. Georg.

Georg. 2.

Litra myretis latissima: denique apertor

Bacchus amat colles: A quilonem & frigor a tax.

Horum autem causam reddit: *Quippe solo natura sibi best.*

- Georg. 2. Hæc Vergilij placita sunt, quæ te omnia recipere scio. Itaque dum potestate, animal aut stirpem in semine ponis, necesse est fateare delituisse hæc in eo, & suæ essentia, quantumvis imperfectum, quiddam tamen omnino habuisse: neque opinor, ibis inficias in istis feminarijs, eius quæ ventura est, aliquantulum esse formæ. E V D. Nihil ne minimam quidem, sed habet res tota eo modo, quem Simplicius aperuit: In semine (inquit) ex quo gignitur vel animal vel planta, insitum principium quoddam est, non minus perpetiētis quā agentis motio nis, per quod procliuatatem quandam habet, & ampliorem querit excipiendæ formæ. Hoc igitur principium potentiam appellauit, & naturam in semen infusam, quam ab anima longè diuersam facit, ne forte semen animatum esse fateatur. Est autem ea natura imperfectior multò quàm anima, quippe quæ sit ad eam accersendam veluti præmissa quædam præparatio, vel si mauis habilitas & potentia: neque verò animæ quicquam est, neque in eam poterit vlla mutatione conuerti: neque autem quicquam antè in semine fuit, quàm ipsa tota actus ceptione existeret: quocirca dici non potest semen animatum. Ergo ne tibi imponat ipsa nominis ratio, quod esse potentia dicimus id nequaquam est simpliciter: vt neque quod esse potest id iam actu est. Semen aut hoc aut illud potestate esse statuo, nec ideo tamen id iam actu & re ipsa esse dico: nec enim est in glasse vel quercus nucle eius species, nec auis in ouo, nec forma eius quicquā vel tenuissimum: non enim partium adiectione paulatim, minutatimque consummatur, sed subita repentinaque mutatione vno momento tota simul in subiectum concedit. PHIL. Audio maximè inter se pugnantem vobis esse sententias, quas si ex angustijs istis uerborum septis, in latiores veluti campos deducetis, intelligi tandem poterit ultra sit firmior, & ab utraque veritas: quæ certè & unica est & simplex, ut alteram stare, alteram cadere sit necesse. B R V. Meas ipse partes facile tutabor: ac si meas rationes & autoritates in medium proferri patieris, cumque tuis contendere, intelliget, spero, vel puer, ac tibi etiam fortè ipsi persuadebitur, quidpiam formæ antè in subiecto fuisse, quàm illa actu inesset tota. E V D. Magnam tibi gratiam habiturus sum, sic veris rationibus, a mea me opinione, in tuam perduxeris. Sed age iam, aggredere. B R V T. Qui scientiæ habitum habet, hoc ipso sciens, & est & dicitur: & quum scientiæ & contemplandi actio incesserit, actu & perfectè sciens. Hæc dudum concesseras. E V D. Neque nunc palinodiam cano. B R. Sic utique in semine, quàm diu cumque nondum quicquā agere vitale potest, fatendum est animam solum inesse potentia. Vbi verò, sua efficientia, suis se prodit operibus, actu tum inesse, quasi sola actione & effectis, actu ne an potentia duntaxat insit, discernatur. Quod ipsum Aristoteles breui sententia sic expressit: Animam naturalem altricemque in seminibus & vtero conceptis quæ separari possunt, haberi potentia statuendum, est non actu, priusquam (eo modo, quo conceptus qui iam separantur) cibum trahant & officio eius animæ fungantur. Principiū enim huius modi omnia stirpis vitam viuere videntur. De anima quoque sententia deinceps dicendum est, atque etiam de rationis intelligentiæque particeps: omnes enim potentia prius haberi quàm actu necesse est. Hæc declarant satis Aristotelem censuisse, in semine sub obscuram fuisse animæ portionem, quæ præ imbecillitate nondum quicquam moliretur animalis functionis. E V D. Intransuersum perperā trahis Aristotelis sententiam

Alia argumenta.

Degenerat animal
li. 2 cap. 3.

Solutio.

- tiam, qui ne per somnium quidem, huius simile quicquam suspicatus est. Quid absurdius autem in philosophia, aut magis horrendum, quam naturali ter efficientem causam instituire, quæ feriat tamen & ociosa nihil profusus agat? causam enim actione definimus, quæ si nulla erit, ne causa quidem esse poterit. B R V. Quid ais? nonne in trimestri vel quadrimestri foetu, cum primum is moueri sentitur, anima vel tota inest, quæ vt absolutum erit animal, cunctas illi functiones præstabit? E V D. Incit utique. B R. Et tamen nondum potest illa neque cursum cedere, neque vocem edere, neque visione quid percipere. Quid cedo est causæ? E V. Quoniam impeditur aliunde, & quasi vincula tenetur, quòd organa desideret, ad suas actiones obeundas accomodata. B R. Eandem rationem si ad semen transferes, intelliges profectò & in ea illam ab initio esse, & impediri tamen instrumentorum vel penuria uel uicio, quominus quid agat, illamque ablato impedimèto mox in actum erumpere. Hanc ne me putes opinionationem confinxisse, autores meos tibi proferam, viros in philosophia adeò magnos, vt uerum te possit autoritas uel deterre, vel frangere: Inijsque primum Aristotelem, quem scio te plurimum omnium & merito quidem suspicere: is igitur animalium procreationem ortumque discutit, horum causam his uerbis plenè explicauit: Quorum principiorum actio est corporea, hæc enim corpore esse non posse certum est, uerbi gratia, ambulare sine pedibus. Itaque extrinsecus ea vt adueniant, fieri haut quaquam potest: nec enim ipsa per se accedere possunt, quum separabilia non sint. Ergo eo autore, nutriendi sentiendiq; principia seorsum habebunt nunquam, sed in corpore semper: quare eadem statim per initia erant in semine, nec uaquam seiuncta, sed cum eo simul nata. Audi verò rursum vt Themistius alter mihi patronus, hæc ista apertius è tenebris in perspicuam lucem eruerit. Igitur (inquit) & animas in suum aliquod proprium corpus (si suum animal instrumentum corpus est) diuertere oportebit, dixi diuertere: immò non diuertit, sed fabricatur architectaturque sibi & præparat domicilium, non conformatum antè & præparatum. Causam deinde subiicit, Non enim quemadmodum cithara dedolatur prius & conditur, tum demum adhibetur ad musicam: ita & id corpus ornatur ante instruiturque, mox animæ fumentum offertur. Quale igitur singulis animis corpus instrumentumque conueniret, item qua ratione anima illud sibi confingeret, neglectum a Timæo penitus & retro habitum est. Audis Themistio non intreperti modò, sed & paraphrasta Aristotelis, uideri animam ab initio in corpore fuisse, neque dum preparato, neque obeundis functionibus accommodo: semper semini commitem animam fuisse, neque vt rectè dicebat Aristoteles, sine corpore eam esse posse. Sed agè, erit ne ulla apud te Platonis autoritas? Erit opinor. At is eadem sapius inculcās, præter illam animæ procreationem, quam in Timæo nobis exposuit, lib. de Legibus decimo, de eadem hæc scripsit: Satis superque monstratum est, animam omnium antiquissimam esse, cum motus principium sit. Et mox: Rectè igitur & propriè, uereque & absolutè diximus prius corpore animam factam fuisse, corpus uerò posterius atq; secundo loco quod est animæ secundum naturam dominati subiectum, hæc Plato: quæ ut inter legendum oculis sæpè percurrissi, sic nunc uehementer opto, ut in illa paulò acrius intendas & diligenter circumspecies, ac expendas qua de causa effecto corpore animam priorem esse statuerit. Hæc enim quoniam est omnis motus initium: (motum a mutatione Plato seiungit, quòd hanc inanimum, illū uiuentium esse uelit) & quoniam omnia, etiam quæ corporis sunt ad ministrat & obit, iure optimo sibi ipsa corpus apparat, instruit, ornat. Quòd si

In semine contendit quiddam uenturæ formæ contingere.

I. de Anima cap. 2.

est, ut verè esse, præclarissimi quique philosophi auctores fuere, cõtat animæ essentiam in ipso necdum conformato semine conclusam teneri: quæ continenter ipsum minutatimque & membratim fingat, ut opere tandem absoluto, functiones stirpis aut perfecti animalis, pro sua quæque natura, cunctas obeat. Ac si nunc daret de illis vnum quemlibet, sed maximè Platonem rediuuium nobiscum huc vnà congregi, præter illa quæ sunt ab eo multis in locis accuratè conscripta, audires & alia profectò quam plurima, quæ te non probabili modò ratione, sed (qualis mathematicorum esse solet) etiam necessaria, huc te vel inuitum agerent. Et quanquam vana erit confictio, tu tamen patere ut eum animo representemus, hoc pacto te suo more interrogantem: o Eudoxe, 10
 quando in semine & corpore informi anima continetur, an non ea conformando corpori omnem operam impendis? Agè, responde, mi Eudoxe, hæc tanquam percontanti Platoni. Quòd si te pudet, nihil verebor illi tecum ac pro te responderè: nempe tum ab anima aptè conformari corpus, non ne rectè dixerò? certè enim ita fatendum est, tum verò ille subiecit: Dum sic effingitur corpus, necdum vlla est expressa & distincta partium informatio, tum certè nequit anima eas exercere functiones, ad quas illæ partes comparantur. Quid? an nõ hoc quoque dabimus, cū nec sine pedibus in ambulare, nec sine oculis cernere possit? Ac si ita perge: Conformato integrè corpore, & singulis partibus instructo, cum anima iam illarum ope, cuncta vitæ, sensusque munia exequitur, 20
 quo tandem pacto tum corpori inest anima? Actū dices, opinor, idque & audacter & verè. Quum igitur (inquiet) informi adhuc corpore, illa non valebat animales promere functiones, quo tum pacto inerat? An hic obmutescimus? at id quidem turpe est. Quid igitur respondebimus? Sola mirum potesta te: hoc enim restat unicum. Quid tu hic illum putas? Instabit utique & quod consequens est concludet: animam quæ vim & potestatem ingenitam habebat agendi, nondum verò quicquam agebat, ob instrumentorum penuriam, id ipsum esse, quod nos potentiam dicimus: actum verò, animam esse quæ liberis expeditisque instrumentis opus edit. Itaque potentiam esse quidem animæ ipsius essentiam, sed quæ ociosa tamen nondum quicquam efficiat, propterea quòd corpus ineptum adhuc sit & inconcinnum. Quis contra hæc possit dicere? Ego certè quidem statim assentiat. Tu verò, quid? Annon idem quoque facies? Video te annuere. Quid ergo erat opus, ut tu nouum, inexplicabile, & incomprehensum potentie genus nobis fingeres? Iam planè conuinctus es, opinor: tantumque abest ut ab institutio meo ipse decidero, ut arctissimis vinculis te potiùs obstrictum teneam, adeò ut dimouere te nõ possis. 30
 E. V. Pressius virgè videris o Brute, nosque infestius ac propè dixerim furiosius infestari. Ac tu tibi quidem paucis & perpetè intellectis philosophorum sententijs adductus, ante uictoriam canis triumphum: Sed moderare, obsecro, ardens istos imperus, graue probrum erit si quid recantare cogeris. 40
 B. R. Ego nè? E. V. D. O. Caue exultes, sed animum mihi sedatè patienter adhibe. Quæ tu liti glosa peruersaque diligentia contendis, ex hypothesi defluunt & ducuntur omnia, quæ siquidem vera & fide digna fuit, idoneè & conuenienter fortasse conclusisti, animam quæ nondum suas functiones obiret potestatis appellatione dignandum. Sed uana & fallax est suppositio, quæ semini & nondum efformato corpori, animam inesse assumit. B. R. V. Hanc non ego sed inuictissimi teste Plato, Aristoteles, Themistius tibi posuerunt. E. V. Tu me statim (opinor) vel testium grauitate, uel numero offunderes, ni sensa illorum melius quam tu, concepissem. Primum enim quod ex Platone

citatis

Solutio
 quæ planè
 docet in
 semine
 nihil quicquam
 de substantia
 formæ cõ-
 tineri.

citatis testimonium, non de singulari ac de sua cuiusque anima, sed de genera li illa mundi, quæ totius est viuuerfitatis dictum est, de qua quid sentiret, paulò post plenius expressit, his prope verbis: Animam cuncta gubernantem & in omnibus quæ mouentur habitantem, nonne & cœlum gubernare necessariò constituebimur? & rursum: Vniuersa ergo quæ in cœlo sunt, quæ in terra, quæ in mari, suis motibus anima ducit. Hic igitur, ut passim in Timæo mundi animam Plato statuit, a medio per omne uique ad cœli extrema sese porrigere, eique extrinsecus circumfundi, cunctisque genitis vitæ conferre. Quia sententia, an tibi videtur, rei unicus cuiusque animam statuisse antiquiorem prioremque; recens genito corpore? Sed de Platonis dogmate, acutius fortasse & distinctius posthac iudicabitur, si in eum fortè sermonem incidemus. Iam uerò quòd ad Themistium attinet is se manifestò detexit, palam professus animam statim ab initio infusam esse maris semini, tanquam indiuiduam ita dispensante natura comitem. Quamobrem nihil ueretur aut reformidat, semen animatum facere, cuius anima architectatur & extruit sibi domicilium ex idonea materie. Atque in his quidem quæ ex putri mucosæque materia, nullo semine prodeunt in lucem, animam quandam abstractam censet, procreatis aptoque conformatis uitam largiri, Timæum in hoc sequutus: his uerò quæ ex semine deriuata fluxere, iam à Timæo deficiens, putat uniuersalem animam nihil inspirare, sed suam cuique semini insitam esse, quæ temporis progressu cuncta conformans, suis tandem se detegat operibus. Hinc tu optime Brute, elicere uis, ut uideretur, potentiam esse Themistio aliquid essentie animæ, cum nullus tamen extet locus, unde id haurire aut petere possis. Immo uerò ille ipse Themistius in libris physicorum de potentia & priuatione differens, tanquam de accidentibus disputationem instituit longa satis oratione. Sed neque Themistium ut fidelem idoneumque testem uelim in hanc nostram disceptationem recipi, quòd nutabunda & inconstanti assensione, quò fluctus impellit, nunc in Platonis, nunc in Aristotelis sententiam inclinare uideatur. Proinde ne qua tibi posthac hinc superpetat cauillationum occasio, iam nunc apertissimis ac uerissimis rationibus contra Themistium tibi probabo, ne minimum quidem essentie animæ, semini antequam animal esse cœpisset insedisse. Sed Aristotelis tamen antè uideretur explicanda sententia, quam tu putas perquam conuenienter ad tuam Themistijque opinionem confirmandam citasse. Nam si quis altius ac diligentius Aristotelis mentem scrutabitur, intelliget profectò, neque in ijs quæ ex putri materia, neque in alijs quæ posito (ut ille ait) semine surgunt, de animæ essentia quicquam ab initio fuisse, sed totam tum primum illapsam, cum ad illam excipiendam dignè fuit & affabrè constructum corpus. Qua in re Platonis ratione autoritatemque recepit, quanquam de ipsa formæ origine, nec omnia probare, nec sequi uoluit. Aristotelis abs te citatus locus, planè quidem inuauit, animam tum altricem tum sentientem non posse actui sine corpore consistere, quoniam ad corpus pertinet utriusque actio. Sed ut in corpore esse utramque donemus, neque ab eo separari posse, an tu hinc directè colliges utranque iam olim necessariò in semine fuisse? An non aliud illis corpus substerni potest? Potest opinor. Atque in eum obsecro locum mihi fixius oculos intende, non quidem contentionis sed ueritatis inuestigandæ studio. Quid enim ait? Nam neque ipsa (principia scilicet nutriendi & sentiendi, quorum ad corpus refertur actio) per se accedere possunt, quum inseparabilia sint: neque cum corpore (crasso seminis) semen enim excrementum alimenti mutati est. Vbi dicti etiam cau-

fama

nam subiect: Semen excrementum esse vile ac sordidum, illa autem principia dignitate præstantia. B R. Si neque cum corpore, neque ipsa per se possunt principia nobis accedere, quis iam imodus restat? E V. Audi reliqua. Sed enim, inquit, omnis animæ siue virtus siue potentia, coram aliud participare videtur, idque magis diuinum quam quæ elementa appellantur. Quale autem sit diuinum hoc corpus, quæ deinceps est sententia commonstrat. Inest in semine omnium, quod facit vt foecunda sint femina, videlicet quod calor vocatur, idque non ignis; nõ talis aliqua facultas est, sed spiritus, quin in semine spumosoque corpore continetur, & natura quæ in eo spiritu est, proportionem respondens elemento stellarum. id ergo diuinum corpus de quo paulo antè dixerat, spiritus est, in quo tanquam sede propria, calor constituitur, ipsaque natura quam animæ substantiam putamus. Hunc spiritum cui vim maximam concedit, simpliciter semen appellauit, in sequenti proxime oratione, ubi & reliquam crassiorem seminis substantiam, corpus genituræ nuncupauit. Corpus autem (inquit) genituræ, in quo semen animalis principij contentum vnâ prouenit, partim separabile a corpore partim separabile. Itaque Aristotelem sic interpretor, illa nutriendi & sentiendi principia, cum crasso seminis corpore, se cum ipso genituræ corpore non accedere. quia foedum est & abiectum excrementum: neque ipsa per se infuere, quia sunt a corpore inseparabilia, neque possunt extrinsecus venire, sed cum diuino corpore ac spiritu inuehi. Viden iam illa iacere tuæ importunæ & contentiosæ pertinaciæ fundamenta? Alio pergamus. P H. Pedem amabo nondum hinc referas: sed quænam hæc sint tam præclara, quò ue modo accipienda, apertius fac & dilucidius. E V D. Præstat o Philiatre, in suum quæque locum ac tempus differri, quam inchoatam semel disputationem abrupti, finiendi mihi & concludenda est hæc tota controuersia, & quod eram pollicitur, ratione docendum, ne tantulum quidem animæ semini inesse; B R. Satis mihi istuc est agitatam, satis conclusa tota disputatio. E V D. Agè verò, tu tibi rei confectæ palmam arripias: nos quibus te prosequamur, epinicios hymnos meditabimur. Sed pro tua tamen humanitate facies, vt in hoc triumpho, percunctantibus ad dubitantibus nobis, omnia detegas enucleatius & simplicius: hoc enim & eruditione & modestia tua dignissimū est. B R. Centio te gryphos quosdam & nouas captiones meditari equidè istius concertationis iam dudum satur sum, sed quando tamen lacescere pergis, enarabo si voles fufius, quicquid habeo in animo comprehensum. E V. Effet id mihi quidem periuicundum, sed video in his esse qui concisius dici mallerent. B R. Vt lubet. E V. Atque etiam insufurrat hic mihi, alia quam tu opinione imbutus, vt pro se me tibi opponam, & quo melius exerceamur pro more te interrogem. O perdocte Brute, quicumque frutices aut animantia ex putri materia profilierunt, nullo semine, nullo patre, nullo satore, vnde nam hæc animam accepere? B R. Dicam cum Themistio cœlitus illam summam & totius mundi gubernatrice anima fluxisse, quæ quum omnes omnium rerum formas in se potestate contineat, datrix formarum a plerisque est appellata. E V. Perfectiora autem animantia, quæ non nisi præcurrente semine in vitam venere, vnde suam animam hauserunt? B R. Ex semine in quo & illa fuerat: hic enim mihi placet Themistius. E V. Atqui tum in semine, tum in putri materia, prius anima inest potestate quam actu. B R. Idem arbitror de utroque esse iudicium. E V. Vt igitur cœlitus accessura, in putrescente materia, nondum inest forma, sic neque in semine (in quo

potentia

potentia esse dicitur) actu iam ea subsistit: Aut si iam in semine eam esse dicis, cur non itidem & in putrida colluue? Quocirca si non est huius, nec illius erit potentia, quicquam eius formæ quæ accessura est. Quin & aliud sequitur vehementer absurdum, imperfectis in animalibus è putri illo pedore natis præstantiorem esse multo, ac diuiniorem originem, quam longè perfectissimis illis, quæ vis seminis in vitam produxit. B R. Quid enim prohibet? E V. Quid? nonne dementiæ proximum sit, culicis aut vermibus quam leonis, aut equi, aut elephantis, aut si Dijs placet etiam hominis diuiniora fecisse ortus primordia? Non ita te insanire puto: sed si quid diuinitatis munitiora hæc ab ortu sunt consequuta, multo, opinor, amplius his plenioribus & absolutioribus elargieris, aut certè tantundem. B R. Hanc quæ nihil ad rem facit comparationem omitte, quod dico semel intellexisse contentus. Vt Vergilius rectè quidem dixit.

Semina flammæ

Abstrusa in uenis silicis.

Et rursum:

E silicis uenis abstrusum excudet ignem.

Ita equidè semini ex quo quid gignèdū est, ipsam rei formā iā inesse profiteor ipsumque animatū rectè uocari: Quisquā ne hoc redarguet? E V. Obmurmurant omnes quòd superiora non dilueris: iamquè hic se mihi comparare videtur ad hoc postremū conuellendum, & labefactandū. Vigila Brute, ne tuā causam deseras, sic enim per me proponere gestit. B R. Agè dissimulato, tu ipse deposita persona cominis cōgredere, vt huius disputationis ruinā tuis humeris sustineas. E V. Agè placet, cōgredior, responde igitur breuiter, Semini nõ similiter atque perfectio animanti inest anima. B. Fateor: nā huic actu inest, semini verò solum potestate. E V. At nihilo minus quid semini inesse animā potentia dicis, tu illi simpliciter ipsam quoque animæ substantiā inesse confirmas. B R. Rem tenes. E V. Aut igitur illi tota inest vt & perfectio animali, illius sola quædā portio. B R. Vesani aut pertinacis est hominis istæc postulare. An tu hic vllū esse putas qui hæc ausurus sit, aut si quis fortè audebit, non ab omnibus exibatū iri? E V. Equidè ausurum scio: vtrum verò ridiculus an nõ futurus sit, res ipsa tandè ostendet. Sed interim responde. B R. Quasi verò arduum sit aut incnodabile: neque enim semini ea inest animæ perfectio, quæ absolutis iā animalibus. E V. Sequere vt cospisti. Totane anima semini insidet, an eius solū portio quædā minutior? B R. Ego illius portionem non dicā inesse, quandoquidem nullas anima partes habet quæ seorsum a toto cōsistere valeant. E V. Ergo tota illi inest. B R. Tota quidem, sed imperfectiori tamen modo. E V. Sed agè, quàm ita in semine imperfectiorem statuis, an non eiusdem cū perfectiori generis atque essentiæ esse putas? B R. Eiusdem omnino, inferiori tamen ordine & gradu: neque enim Alexander illā antè, actu formā appellat, quàm sit perfectionem cōsequuta. Potentiā tantisper appellare solet dū obscurior adhuc est & imperfectior. E V. Vide iam in quas angustias te præcipitare possit, quisquis tecū cōgredietur. B. In quas obsecro? E V. Nèpe quod substantiæ participè formā, magis ac minus intendi ponis, & eadem specie, aliā formam aliā præstantiorem. B R. Fac igitur, si maus, sint illæ diuersorū generum. E V. Si diuersa facies illarū genera, iam mihi in portum nauis appulerit, iam tota res erit confecta, iam imprudens eò subieris, quod effugere tãto cōtendebas opere. Nā priusquam ex semine perfectū euadet animal, erit vtique necessariū, ipsam formæ essentiā mutari, atque per varias species transfiri: deinde verò semini nihil quicquam

eius

Aeneid. 6.
Georgic. 1

Semini nõ
in esse ani-
mæ gradū
quendam
imperfe-
ctiorem

cuius formæ quæ accessura est insedisse, quo nihil amplius opto in hac disputatione, id enim est quod aspirabam. BR. Ego proinde rectè uidebar censuisse, illarum esse & substantiam & genus idem: sed nescio quibus me prestigii hinc abduxerix. EV. In idem igitur luti volutabrum te reuolues, quo iam ceperas fordidè conspurcari: in quo si diutius hærebis impeditus; quo pacto illud expedies earum substantiarum quæ sint eiusdem generis, alteram esse altera imperfectiorem? BR. Id quidem perfacile. Vide enim quid animi cogitatione informem: semini inesse quidem formæ essentiam, sed humilioris cuiusdam & imperfectioris gradus, in quo potentia solum appelletur: hæc deinde cum paulatim ascendendo, ad summum ut ita dicam perrepta uerit, tum actum quidem futurum, citra ullam tamen generis aut essentia mutationem. EV. Intendi igitur ac remitti substantiam uis, non secus ac meram qualitatem. BR. Vis simpliciter quod sentio in sinu tuo deponam? Eam essentiam quæ potentia est, non existimo purâ esse substantiâ. EVD. Est igitur accidens. BR. Neutrum profectò; sed inter utrunque mediam naturam obtinuit. EVD. Nouum verò doctrinæ genus, noua philosophandi ratio, summa rerum genera cunctis recepta multiplicare, illa ceu promiscua quadam miscella confundere: supra hæc genus constituere, quod omnia suo uelut complexu contineat: nam si ulla est ipsis inter se communicatio, necesse est profectò commune quoddam genus supra illa poni, nec ea esse summa. BR. Audi prescius & exquisitius. Summa illa decem rerum genera, augeri ampliarique nolim equidem: verum statuo, potentia essentiam esse substantiam adeò infirmam ac debilem, ut ceu qualitas intentionis ac remissionis vices subire possit. Quemadmodum enim celebris autor Auerrhois, formas elementorum medio substantiarum & qualitatum interstitio collocavit ut est antè comprehensum: sic mihi in præsentia liceat gignendæ rei potentiam, quæ obscura & præteritis quædam est substantia, ancipitem, & inter substantia participem formam, interque qualitatem medio loco ponere, ut quæ sit qualitate quidem nobilior, ignobilior, autem absoluta ad quam festinat forma. EV. Ne sic quidem contractam labem dilues, sed alio hærebis luto: nam in primis quem testem produxisti is vanitatis plerunque arguitur, & dum falsa pro ueris pronunciat, misere multis imposuit, ea ueritatis specie, in qua prior & ipse hallucinatus uideatur. Tu si quæ adfers, uelis, quem admodum in iudicio fieri solet, testium fide cõprobari, grauiores erunt & integriorum citandi. B. Exuenda sunt arma, satis est conflictatum: sententiam meam qualem protuli accipito. EVD. Sed forti animo persiste, si suffugies, quotquot adsunt te persequentur, & si consequantur, arctius uincient. Quidam eorum uehementer optat, ut pro eximia tua sapientia, id unicum respondeas, num tu magis sis homo, quam puer hic, aut magis sis animal quam asinus. BR. Proh deum fidem, qualem hic mihi virum narras? descendat ille ipse me interrogaturus, in arenam: aut si id sponte non uult, ede nomen quo illum appellem. EVD. Haud agnosceres hominem, etiam si nomen audires. BR. Illum igitur indica. EV. Curiosulus es: sed cogita saltem quid ad illa responderi possit. BR. Tam rusticè uigent, ne uerbum quidem ullum: tua tamen gratia respondebo, me nihilo magis hominem esse, quam puerum: fortè verò magis sim animal quam asinus. Quid hi rident? EV. Refellendi est hæc species quædam, quam absurdissima quis dicere uideatur, illa deridere; non argumentis incesse. BR. O ineptum risum, cum nihil contra ista dicere possint, rideant tamen: se ipsos planè & ipsi rident, & alij ridentes

ridentes exhibent. EVD. Eia bone uir, bilam istam dilue, & æquo animo accipe quod ille tuis responsis consequens nectet. Si non magis tu homo es quam puer, neque puer magis quam infans, sequitur omnino neque tuam quam pueri, neque pueri quam infantis, neque infantis quam fortis uterò gestari. nec huius quam feminis (in quo tu animam inesse profiteris) vel perfectiorem vel perfectiorem esse animam: sed omnes uno eodemque perfectionis genere teneri. Nam si homo maioris minorisque differentias non admittit, neque proculdubio ipsa hominis forma, quam substantiam esse constat ipso homine digniorem. Proin si hominis semen esse dicis animatum, nobisque communem animam obtinere, ea nihilo erit imperfectior quam tua, nec ipsum semen minus homo fuerit quam tu. BRVT. Attamen id ego nondum hominem appello quod hominis functiones non obeat. EVD. Neque igitur infantem, hominem esse dicas, quod extractare non possit, quæ a floridæ & uegetæ ætatis homine geruntur. Si ita pergis ex officijs & muneribus rerum genera distinguere, sient ex necessitate quam plurima hominum genera: quod cum absurdum sit, & extra omnem omnium opinionem, palam sit te perperam in varios perfectionis ordines, substantia participes formas distribuisse, ut humilem quendam in his ordinem semen potentia nomine sortiretur. Attende igitur in quas angustias te, tanquam in carceris barathrum conijcis, dum ardentiori uincendi studio, admitteris eius quæ accessura est formæ aliquid femini impertiri, & dum liberalitatis studio, hostem naturæ agis infestissimum. BRV. Nulla est mihi prorsus horum uerborum cura: satis enim mente complector, qui se tota hæc res habeat. EVD. Hoc igitur exprime, ut vel nunc demum nobis constet, quid tibi uelis. Oportet enim huic nostræ disputationi, tandem aliquando colophonem imponi, ne inconclusa & uelut capite diminuta relinquatur. BRV. Tu igitur illam uel conclude uel concede, aut si id non placet, alium qui cum dimices quære. EVD. Nullus opinor mortalium, tuas hæc parte uelit tueri. BRV. An non ipse potes, uel perpetuo enarrationis tenore, sermonem continuare, uel si interrogatio magis arridet, te ipse interrogare, uicissimque tibi respondere? EVD. Si mea responsio tibi erit accepta, per breui Aristotelis oratione, difficultas omnis eximetur ac discutietur. BRVT. Quanam ista? EVD. Substantia (inquit) quodammodo sunt ut numeri. Nam quemadmodum si quid sublatum a quopiam numero aut additum fuerit, non idem numerus sed diuersus emergit, etiam si minimum id fuerit, ob idque sit ut numerus non magis minusue numerus sit: sic propemodum neque ea substantia quæ ad formam accommodatur, Hoc si est, ut rectè Aristoteles sentit ac iudicat, nihil, ne uel minimum, quidem, formæ eius quod gignitur esse potuit in materia: & illius potentia, quam antecessisse dicimus, nequaquam particeps erat formæ uenturæ: sed erat illa ceu præparatio quædam, & apparatus formæ accommodatus: Non qui formam possit allicere, aut vi quadam & necessitate de se promere, sed qui patiens magis quam efficiens, materiam alioqui rudem & rerum omnium communem instruat concinamque reddat excipiendæ formæ.

Yyy

Non

Simplicif
simam esse
cuiusque
formæ sub
stantiam.8. Metaph.
cap. 3

Non potuisse geniti formam a parentibus fluere. Qualis & unde sit uera
formatum origo. Cap. VII.

B R V T V S.

SISTE sermonem, longius enim conficiendæ rei studio excorris. E V. Animam Sicres erat obiter, sub tuo silentio concludenda. B R. Si me fatis inter dis-ferendum intelliisti, non aliud sentio quam Aristoteles, etsi videor interdum ociosam in absurda quædam deuolui. Totam enim expletamque rei speciem, per ini-10 tia statim a genitore semini inditam esse statuo, ac ubi primū id vim contra- delitescere. xisse dicitur prolificam, esse tum integram animam plenè assequutum, antè autem in semine velut ociosam latuisse, quandiu per obicem & repagulum suos actus obire nequibat: atque ubi procedente tempore aptatis & concinna-20 tis instrumentis remotum est omne impedimentum, tum demum res maiores & perfectiores moliri. Atque id fortè mecum sensit Themistius. E V D. Tu ne iam totus reuixisti, recollectis qui te languore quodam defecerant animis? Hem quid audio? B R V. Optima sanè & longè verissima. E V D. Verissi-30 ma quidem, sed his solis qui naturam vel exterminare vel omnino delere cogitant. Quid enim aliud quam naturam tollit, qui velut resupinam, ipsam torpere vult, aut manibus insignuatis feriari? quasi uerò uel labore frangatur aliquando, vel ueterino oppressa altiùs obdormiat. Sed ab instituto deciscere, & aliunde se aliò conferre, familiare scilicet id est, & optimum viro parum si-40 bi constanti. Si nunc totam animam semini in esse censes, cur respondendo tam acriter contendebas, illi inesse duntaxat quiddam inchoatum & imperfe- ctum eius formæ, quæ accessura erat, quod potentia nomine appellabas? B R. Ut tuas & horum omnium vires quantæ essent experirer. E V. Bona verba. Perquam id iniquum & indignum est, in abditissimis philosophiæ questioni- bus, aliud sentire, aliud dicere. Par equidem esset, ut nos vicissim idem de te-50 periculum faceremus. Iam igitur aper i simpliciter & nulla fraude, quam arbitraris esse tutissimam sententiam. Semen si prolificum est, idemne statim ab anima continebitur? B R. Sic utique. E V. Et quæ illud continet ac gu- bernat anima, talisne est ac tam perfecta qualis & quam perfecta tua? B R. De rationali anima, quæ mens est, nihil in præsentia desinio. Cæterum quæ-60 ac talis inerat olim semini è quo genitus sum quanta & qualis nunc me moderatur. Idem quoque de stirpe & de bruto animanti iudico, siquidem illa non è cœnosa quædam subluite, sed è semine suo prodire. E V. Hæc ista ratio- nem tu semen animatum esse profiteris. B R. Numirum, celebres philosophos imitatus, non Themistium modò, sed ipsum quoque Aristotelè & Platonem. Quid enim Plato? Sperma (inquit in Timæo) ut pote animatum ac re spirans, qua parte spirat, per eandem vitale effluendi desiderium gignit, atque ita ge- nerandi amorem nobis inseruit. Hic quanquam semen animatum esse pro- nunciat, non tamen id esse fatebitur, nec equum, immò ne ani-70 mal quidem. Etsi enim animalis essentiam sit consequutum, ineptum ta men est defungendis animantium numeribus, a quibus nomina sunt rebus indita. E V D. Quid nouæ interpretationis mihi aures corradere sentio? B R V. Ea tibi actenus est inaudita, est quod effusus læter, puram te Platonis men- tem ex me primò hausisse. E V. Verba mihi aliud quam fundis. Tu si vera-80 illa

illa esse existimas, confiste intrepidus, & fidenti animo te ad pugnam accinge. B R. Quid igitur, vis ne rursus tuis hæc argutiolis incescere? E V D. Secus ne putas? B R. Nunquam hic uir vllum nugarum finem faciet: nunquam de-10 finet logicas & pueriles (in quibus ætatem consumpsit) plicas implicare, ad eò nihil nec pudoris nec prudentiæ grandior ætas attulit. Quid in re controuer- sa sentiam ex Platone palam audiuit, & per summam tamen iniquitatem po- sulat, ut ego suæ peruicaciæ omnes impetus sustineam. Sed ualeat sanè, ma- lim ego longè victoriam illi sine puluere cedere, & bona omnium uenia, de- hac arena decedere. E V. Itane sedatus è tanto feruore? P H. Quid te Brute, male habet? oportuit n. aliunde quam ex ista concertatione angustiam enim, quod quidem sciam, te noster offendit Eudoxus. B R. Non huc uenera vt tam-15 inquietè exagitarer, neque id est allicere studiosos, sed è scholis potius exhibi- lare. P H. Vis ne omnia tibi donari? Philosophica ista disceptatio nobis vltro & gratis est ad eruditionem concessa atque illi tempus id impertitum quod vi- ri candidi ad animi recreationem sibi delegerant vacuum & liberum. Dum au- tem alternis interrogationibus responsonibusq; modestè verum inquiritur, quid tibi ingiuræ illarum putabis, si fortè imbecillior es deprehensus? Velles, scio, quod tibi gloriosius esset, vincere, sed hæc gloriã contènuunt viri sapien-20 tes. Dum enim ardua de re colloquia inter se conferunt, rem omnem vltro ci- troq; agitatibus rationibus enucleant, simulq; ingenij sui, in querenda ueritate, periculum faciunt, nullam è uictoria laudem aucupantes. B R. Neque vllam ipse aucupor: sed tam longæ & tam spinosæ disputationis obreperat tædium. H P. Si fatigatus uelis conuiescere, ego pro te tantisper respondebo. B R. Nihil minus: nimis quam integris sum viribus. P H I L. Agè igitur: hæc ista respondendo nobis disceptatio concludatur. E V D. Si uile ducis optime Brute, disputationem ad exitum perducere, esseque ueritatem tecum mihi-30 communiter inuestigandam, oportet ut uel interrogationes persequenti mihi respondeas ipse, uel ego mutatis uicibus tibi: ac si me uiceris, non ut mihi, sic ego tibi infestus ero. B R V. Audiam hoc denuò quid forte uelis. E V. Se- men dicis ne esse animam? B R. Malè Herclè tenes quæ dixi. semen anima non est, sed est animatum, si id quidem fecundum & prolificum. E V. est igitur-40 semini anima congenita. B R. Cōcedo equidè. E V. Vnicane in toto quod emittitur semine, an sua cuiusq; seminis particulæ? B R. Quorsum hæc, aut qualis quæstio? E V. Quoniam ex eodem, ueluti ex canino semine, contingit alias unicum, alias multos nasci canes. B R. Quis unicus, tum vnam se- mini fuisse animam: cum multi, multas dicam. E V. Quid si contigisse hoc ipsum semen sic totum in unum uteri locum colligi, ut unicus inde emerge- ret canis? sine tu multas tantum animas unus contineret? B R T. Hic iam apertè certè nugaris. E V D. si te arctiùs premam, metuo ne uelut ex-50 pressus atque elisus subter fugias. sed faciendum est tamen, quando semel coepimus. Quoties semen ciacularis, tunc unicam an multas fortè animas simul emittit? B R V T. Ita omnino necesse est, si quidem id fecundum fuerit tale autem mihi sit, nec ne nondum euentus detexit. E V D. Atqui dum animam cum semine pariter effundis, tuam insuper retines, nonne? B R V T. Videtur sanè, qui enim superstes essem? E V D. Quid igitur illa est quæ cum semine effluxit, aut unde genita prodijt? B R V T. Ipse uide- ris. E V. Ea, tuæ pars non est, sed integra quædam est anima, tuæ haud qua- quam absimilis, nec ea ullo modò inferior. B R. sic uolunt. E V. Et illa ta- men ex te prodijt unà cum semine. B R. Id iam sepe antè concessi. E V. Ergo-60 Yyy 2 quem-

Demōstra-
tio.

quemadmodum è tuo corpore semen profectum intelligimus: sic existimare oportet feminis animam, ex anima tua proferri, vt ex sui simili generetur vtrunq. B R. Necessè est. E V. Istud uerò qua ratione fieri possit, vt tua vnus anima, alias de se nouo quodam & inaudito procreationis genere, tam repente, tam multas, tam crebrò multiplicet, æquum erat id quidem a te pro tuo acumine subtilius explicari. B R. Procreationis huius modum qualem-cūq; uoles tibi fingito: neq; enim eum tibi exponendum recepi, quem me igno rare fateor, nec adedò imprudenter in huius gurgitis implicatos vertices vnde enatare non possim descendam. Labirynthus ille est diuerticulis innumerabilibus seclusus, vt qui semel ingressus sit exitum inueniat nunquam. Proinde rem inexplicabilem nō sum tam temerarius, vt explicare me posse confidam. Sed vt ut est, noua non est hæc procreatio, sed iam ante aliquot secula ab antiquis simo philosopho Platone obseruata & celebrata. An tu illa nunquam legisti, quæ Socrati Diotima mulier fatidica in symposio narrat? Omnium o Socrates inquit hominum prægnans & grauidum est corpus, prægnans & anima. Et cum primum ad certam ætatem peruenerimus, parere nostra natura cupit. Si ut inquit prægnans est anima, nonne alijs prægnans est animis, ut & homo homine, & canis cane, & sua vnumquoque specie? Satis hæc facere debent, quibus & semen animatum, & animam prægnantē esse commemorat. E V. Vellem, hic in te descenderes optimæ Brute, & altiori paulò studio ipsam scrutaberis veritatem: nam si anima sic prægnans est vt interpretaris, quid superest, nisi vt te plenum animarum esse fateamur, quas vbi uoles effundas cum semine? Id uerò quid aliud est, quàm dicere immerfam in te hominum esse cohortem, & procreationem omnemque naturæ vim ex hoc mundo relegare? neque enim ortus, aliud hac quidem ratione fuerit, quàm delitescantis & reconditæ rei representatio & emerfus. Iam illud quemadmodum expedis, quòd quæ olim non fuerit, nunc fortè grauidata est anima tua? Cuius enim obsecro semine, potuit illi vterus inturgescere? nam si nihil de se ipso concipit, & si alterius eadem specie opem & concursum exoptat, cuiusnam congressu anima tua est grauidata? minus fortasse ridiculum id in muliere fuerit, si quis vt corpus sic & animam grauidatam esse dicat. Sed quid de infocundis? quorum est certè quidem, in unoquoque genere, magnus numerus, quid de tota multorum specie? Semen enim hæc sanè habent, sed animatum fortè esse negabis. Cur ita? Animam enim sortita sunt, & quidem perfectam, neque ab alijs sui generis dissimilem. Quid obstat igitur quominus illa semen animet? & quominus suo tempore prægnans sit? nunquid execta sunt animæ genitalia membra? An non vides quàm sint hæc non dicam absurda, sed portentosa planè, & cum rerum natura pugnantia? Et tu tibi post hac vsque adedò turpiter impones? Tu te sciens ac videns sponte in tenebras præcipitabis, vnde postea lucem aspicias nunquam? B R V. Ne te frustra maceres: Non est quod vilius istorum vel solutionem vel rationem a me expectes. Satis superque fecisse videor, quòd meas partes cerebrum uirorum autoritate sim turatus: quos scio neque temeritate, neque ignorantia talia protulisse. E V D. Heu quàm dubiè in simplici & obscuro uerbo, spem omnem collocaſti. Quum Plato aut magnum aliquis philosophorum, semen animatum esse pronuntiat, subaudienda tibi mox est potentia. Vt enim semen potentia est animal, sic & ipsum potentia animam gerit. Tu uerò Temistio iuratus, ais semen actu esse animatum animamque sibi ipsam architectari & parare domicilium. Sed & illud a scopo longissimè abest, quod ex Platone huc contorques. Qui enim animam prægnantem

Prægnantē esse animam quomodo Platone intellexit.

contorques. Qui enim animam prægnantem esse dixit, non alijs animis grauem (vt ita dicam) vterum ipsam habere voluit, sed (vt proximè sequentia declarant) amore & desiderio immortalitatis grauida esse. Nam rursum ait in Timæo, brutæ huic, & quam huc & illuc fugicant appetitiones, animæ instum esse generandi amorem: hocque nomine grauidam dici, quòd generandi est auida. Quinetiam eò loci & pudendum virile cui vis illa insita sit, generandi valde appetens, & naturam etiam muliebrem, animal quoddam esse censet, inobediens illud arque imperiosum, & quod ratione contempta furiosarum libidinum imperu, sibi cuncta subijcere conatur. Ergo quæ tua anima iam potens facta est generandi, grauida nimirum tum dicitur: quum verò sic afficeris, vt totus penè turgeas, & cum tua illa appetitrix anima, toto nisa ad generandum ruit, amore velut insana, ipsa tum parturit, hæc ex Platone tibi haurienda erant, non crassa illa & absurda quam proponebas interpretatio. B R. Quid uerò si Aristoteles, quam protuli interpretationem comprobat? Is enim genitum animal, ex femine deriuari ponit, semè uerò ipsum ex genitore perinde ac si quæ in genito est anima, iam olim antè in femine fuerit, fueritque semè animatū anima a parente profecta. In hanc enim sententiā scripsit τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ septimo: Materie alia talis est, vt a se ipsa moueatur, complura nanque moueri quidem a seipsis possunt. Alia talis non est, quia quædam sunt, quorum materia talis est, vt sic moueri non possit, nisi ab alio: idcirco alia (nempe hæc posteriora) non erunt, neque ortum habebunt, sine eo qui artem habet: alia) scilicet priora) erunt generabunturque sine artifice, quia seipsis & suoque impetu naturali deinde subiungit: Semen perinde atque artifex facit, habet enim potentia ipsam formam: Rursum alibi: In quibusdam luce clarior extat, id quod generat tale quidem esse, quale est id quòd ab ipso producit, non quidem numero, sed specie idem, atque vnum vt in ijs quæ natura sunt constant: homo nanque hominem, & equus equum generat. Colligimus ex his omnibus quid sequatur: Semen, quia a se ipso suoque impetui naturali mouetur, animal fieri sine artificis manu. Proinde totum animal, eiusque formam a solo semine prodijisse, nullius extrinseci opificis labore. Rursum si semen habet potentia ipsam formam, sequitur vt formæ essentiam licet impeditam contineat. Item si homo per semen hominem generat, illius quoque formam inducit, atque ita oportuit parenti semini animam iniecisse, quam ipsum deinde genito conferret. Ac si pressius exactiusque in Aristotelis sententia inquirere uoles, referam quòd est ab eo scriptum libro secundo de animalium procreatione: vbi multis rationibus vltro citroque reciprocatis hunc in mundum perarduum questionem diluit. Fieri autem potest vt hoc ab hoc mouetur, & hoc ab hoc: sintque perinde atque miracula illa quæ sua sponte mouentur. Partes enim habent vim quodammodo etiam quæ quiescunt. Quorum primam vbi extrinsecus aliquid mouerit, vim agendi statim proxima consequitur. Vt igitur in ijs quæ moueri sua sponte miramur, quodammodo illud mouet quod nihil uincit tangit, sed antè tetigit: sic id a quo semen, aut quod semen effecit, mouet quum aliquid tetigerit, quanquam non adhuc tangit. Est tamen quodammodo eius qui nunc inest motus efficiens, vt edificatio ædium. Igitur aliquid esse quod efficiat, sed non ita vt hoc aut illud, neque ita inesse vt sit primum illud agens, apertum iam est. Quemadmodum autem vnumquodque fiat, accipiendum hinc est, hoc initio: Omnia quæcunque aut natura efficiuntur aut arte, ab eo quod actu est sunt, ex eo quod

cap.9. fo. 229. Page. 2. circa medium. De animatiū & stirpium procreatione quid Aristoteles statuerit.

7. Metaphysic. cap. 8.

Cap. 5.

quod potentia tale est. Semē igitur tale est motūq; habet & principii tale, ut
 motu peracto pars existat quæque, eadēq; sit animata. Et mos: Ratio qua iā ca
 ro aut os est, a motū efficitur, proficiente ab eo quod genuit, quodque actū
 est id, quod potentia est id ex quo gignitur. Ars principium formaque eius
 quod efficitur est sed in alio: motus autem naturæ in ipso est, ab altera pro
 fectus natura, quæ actu obtinet formam. Hactenus Aristoteles, qui res sic
 procreari aperte ostendit, ut semini suam omnem vim, ipsumque generandi
 principium insit, quo deinde principio, tametsi pater absit, semen generat ta
 men, filiumque procreat. An non id tibi sentire videtur Aristoteles? E V.
 Maximè. B R. Hoc verò, quod in semine latet principium, cum se primum
 detexerit, actus utique fiet, & nascentis anima: quod indicio est id ipsum
 animæ essentiam habere. Sed & in omnibus rebus principium & consumatio
 nonne eadem sunt essentia? E V. Erras & quidem toto cælo, si hoc prin
 cipium in substantiæ participem formam adolescere putas: neque enim id
 est ceu quædam inchoatio formæ accessuræ, sed ut antè dixi, vis quædam &
 potentia in semine, per qua id se adornat ipsum, instruitque rebus ad exci
 piendam formam commodis. B R. Sed patere obsecro, ut ego te sigillatim
 quædam introgem. E V. Placet. B R. Quisquis alium de se geniturus
 est, nihil illi amplius conferre videtur quàm semen. Atqui in hoc semine,
 solam potentiam haberi commemoras, quæ facultas quædam sit duntaxat
 præparatoria. an non ita habet? E V. Ita planè. B R. Quid sequitur? ut
 raceam: conclusio enim satis loquitur ipsa, quicquid fecundum semen emi
 sit, potentiam illam duntaxat emisisse, non etiam genitæ rei formam. E V.
 Necessè est omnino. B R. Itane? Quomodo igitur defendes, quod inquit
 Aristoteles, quicquid sit, ab eo quod actu est fieri, nisi semini ipsam actus
 essentiam tribuas? E V. Quidni? B R. Tritici granum è eerræ succo intur
 mescens & mediocriter incallescens aliud de se triticum profert, tametsi nul
 lum adstet triticum actu. E V. Verum. B R. In animantium genere, si for
 tē marem contingat emisso fecundo semine in vterum item secundum, è vi
 uis excidere, aget tamen ipsum per se semen, & animans nihilo minus quàm
 si ille in uiuis esset, procreabit. E V. Videtur planè. B R. Dum fornacis
 tempore ex ovo pullus excluditur, ubi tum gallum esse dicas è cuius semine
 natum est ouum? E V. Nusquam fortassis, sed iam pridem extinctus. B R.
 Et rei gignendæ aliquid impartiri possit, quod nec vsquam nec quicquam
 sit? E V. Nihil omnino. B R. Neque igitur quod de vita migravit, nec
 comparet, formam vllam quum nullam ipsum habeat, rei quæ gignitur lar
 giri possit. E V. Necessè est. B R. Id verò si olim dum viueret, semini for
 mæ essentiam non immisit, sed potentiam tantum quæ qualitas sit, qui fiet ut
 ipsa forma actusque postea accedat? aut vndenam aduolabit? quis illam pu
 tas erui posse de potentia. Quod si est, vides quid consequi necessè sit: cam
 in semine ab ipso statim exordio fuisse, sed prius velut in tenebras mersam,
 tum demum collecto robore emeruisse, & sua se efficientia in lucem promou
 isse. Quæro enim per deos immortales, illam cuius nihil putas semini prius
 infudisse, quis ita repente totam velut inspirauit? E V. Sol, inquit Aristo
 teles, & id quod est omnium primum, omnium mouens. B R. Quænam
 aut vnde recondita ista philosophia? E V. Ne mirare. Sed Aristotelem sci
 to tibi totum esse diligenter & accuratè legendum, pertractandum, & excutiem
 dum, si quidem illius sententiam plenè velis & purè consiqui: neque enim
 vno se loco totum ac simpliciter aperuit, neque in re lubrica & præcipiti con
 ceptionem

Solutio

quæ expli
 cat forma
 rum substā
 tialium vé
 ram origi-

ceptionem animi sui, calumnijs aut reprehensionibus obnoxia esse voluit.
 B R. Profer igitur in medium, si quid habes ad hanc rem momenti. E V D.
 Accipe id primum quod ἐν τοῖς τῶν μετὰ τὰ φυσικά scriptum reliquit his fe
 rè verbis. Post hæc sciri conuenit neque materiam neque formam generari:
 id autem dico de summis. Omnis enim mutatio alicuius est, & ab aliquo,
 & in aliquid. ab aliquo quidem primum mouente: alicuius, nempe materiæ
 in aliquid, ipsam utique speciem. In infinitum igitur abibit, si non solum æs
 sit rotundum, sed ipsum etiam rotundum (id est ipsa rotunditas) aut ipsum
 æs. steter igitur necesse est. Deinde sciendum substantiam quamque gene
 rari ab alia, quæ eodem cum ipsa nomine appelletur. Viden Aristotelem
 palam dicere, neque rei speciem neque materiam procreationis aut ortus
 vllam subire rationem? Si enim genita puretur, & è subiecto quodam sic pro
 diisse, ut cum eius non nihil retinuerit. quod ad integritatem deest, aliun
 de ipsa conquiserit, è multis iam illa, ut cæteræ res naturales, constabit:
 neque simplex & vnus modi tota erit, verum ex partibus composita se sim
 plicioribus & antiquioribus. Sed & illarum partium si quem ortum item
 esse putabis, in infinitum res abitura est, neque vllum vnquam exitum inue
 niēt disquisitio: quod quoniam Aristoteles in primis vsugit & horret, ean
 dem propemodum sententiam compluribus locis inculcat. Dico autem æs
 rotundum facere, non esse idem atque rotundam & sphericam formam, sed
 aliud quiddam, nempe huiusmodi formam alij imprimere. Si enim facit
 ex alio quodam facit: hoc enim ponebatur, ut æream sphericam facere. Id
 enim ita dicitur, ut ex hoc illud fiat, ex ære, sphaera. Ergo si facit etiam
 Illud ipsum, clarum est profectò, eadem facturum ratione, ita in infinitum
 abibunt procreationes. Patet igitur neque speciem (aut si quod est aliud,
 eius quæ est in corpore formæ, nomen) generari neque vllam esse eius pro
 creationem, neque in hoc positam esse ipsius substantiam. Et mox: Patet
 igitur ex hisce quæ dicta sunt, id quidem non fieri quod ut forma aut ut sub
 stantia dicitur, sed eum tantum concursum qui ad ipsam refertur. His quan
 quam Aristoteles rei cuiusque speciem, neque gigni neque fieri contendit,
 hanc tamen rebus immitti non negabit: idque vel a cælo, vel a sempiterno
 illo & primo rerum omnium motore. Sic enim ait, Homo generat homi
 nem atque sol. & rursus: Hominem quoque generat homo præter hæc au
 tem id quod est omnium primum omnia mouens. B R. Finem his facito. Sa
 tisenim multa citasse videris: explica nunc singula. Si consentaneum est,
 vnamquamque substantiam ab eiusdem nominis & rationis substantia genera
 ri, velut hominem ab homine, equum ab equo, fruticem a frutice: nõnne par
 est formam quoque a forma, & a materia materiam effici; & quecunque in
 equo sunt, ab equo genitore deriuari? Si enim ille, quem progenitorem fate
 ris, equus, neque materiam neque formam eius quem gignit, facit: quid il
 li ad ortum confert? E V. Concursum, inquit, facit. Dum enim vim suam
 semini indidit, quæ id concinnè præparatum & ad formam recipiendā aptū
 reddere simul effecit ut illi forma conciliaretur, & in subiectum ita præ
 paratum incurreret. qui incursum & formæ cum subiecta materia concen
 tus, quoniam est ipsa rei constitutio & ortus, quisquis hanc efficit societa
 tem & connexum, is utique procreationem facit. Quod ipsum sic pleniùs
 Aristoteles patefecit: Id quod generat, satis magna certè est causa ut in
 materia sit ipsa species. Iterum & alio loco: Demonstratum autem est in
 alijs declaratumve, neminem, facere generareque formam, sed id efficitur
 atque

nè ex Ari
 stotele.

Lib. 12.
 cap. 3.

τῶν μετὰ
 τὰ φυσικά

Epilogus
totius su-
perioris
disputatio-
nis

atque fit quod ex ijs constat. Vt ergo disputationem hanc semel concludam: Quicquid fit, ex subiecto in quo potentia inest, effici assero ab eo quod actu iam est & verè subsistit, non quod efficiens illi actum formamque impertiat, sed quod cum semine potentiam conferat quæ suapte impetu ad perfectionem adolescens, idonea fit subiecti præparatio, quæ speciem extrinsecus deinde excipiat, vel alliciat in materiam in eaque conferuet. Proinde quicquid dat potentiam, quæ hæc velut in vnum committantur congregianturque, ille iure optimo præcreationis causa censeretur debet. B R. Quas nobis declinationes comminiscitur? P H. Quod te proripis, optime Brute? B R. Sine a vobis tantisper absum, dū se mens acaliginosa ista vertigine recollegerit, quò clarius & acrius videat quid sit in re controuersia simul & obscura, verissimilium. P H. Nequam temporis iacturam sub inutile silentio faciamus, liceat mihi disputationem hanc in epilogum colligere, dum noster Brutus vngues suos corrodens, in opaco illo virentique loco solus obambulat. E V D. Vt voles. P H. Rerum omnium quas parens natura progeniuit, constitutio prima, è substrata materia & speciei fieri intelligitur, è quibus cum longè maxime præter species, naturæ nomine multò sæpius quam materies appellatur. Vt autem quod genitum sit stabile nihil aut permanens cernimus, sed occidere aliquando & euanescere: sic ea species per quam res vigeat, non potuit perpetuò materiæ inherere. Immigravit illa quondam, idque repente admodum, & vno temporis puncto, quem illius ortum appellamus: emigrabit item aliquando, & quidem vno etiam momento, isque erit illius interitus. sed priusquam illuc appelleret, ornatum quendam & præparationem materiæ desiderabat, per quam & sine qua eò appellere non posset. Hęc præparatio potentia dicitur, quæ non quidem portio, non minimum quicquam est aduentantis formæ, sed, vt dixi illam tantum præcurrens instructio. Quisquis rem aliquam genuit, potentiam hanc contulisse putatur: alias per se & solitariam, alias cum semine aut quodam seminario illi respondente. Itaque cum multiplex illa sit & varia corporis præparatio, tum ex quatuor illis rerum initijs haudquaquam corruptis, sed minutissimè & ex toto inter se confusis reddita temperatio, tum concinna corporis conformatio, & partium apta secum coniunctio, tum verò ingeniti spiritus omnis commode ratio: totus hic potentiarum ordo, a facultate & vi feminis, & ab eo qui semen iccit dependet. Vbi verò iam omnis ad plenum absoluta est præparatio quo tempore consumatam potentiam dicimus, tum extrinsecus accedit ipsa species, naturali quadam & quasi dicas inenitabili necessitate. Ea simplex est quidem omnino, nullam ex subiectorum formis compositionem sortita, sed quæ multa tamen pro varijs quas habeat facultatibus, gerere & moliri possit. Qui sensibus omnia metiuntur proximamque causam duntaxat animaduertunt, illam de materiæ potentia eduxi exuscitarique contendunt, quæ sententia multis est & efficacibus argumentis proscissa. Non enim efficiens ac genitor, dū per se, aut seminis seminarie interuētū, aliud quiddam sui nominis ac generis gignit, illius speciem uel facit vel immittit: sed is huius vnus concursus causa est, vt nempe in materia sit species. Atque id est quod geniti causa esse, ipsamque genuisse perhibetur: sed est certè supra illum, sublimior & præstantior opifex, extrinsecus formam ceu quodam afflatu inspirans. E V D. Pulchrè tu & memoriter omnia, nulla temporis iactura. P H. Superest igitur vt si extrinsecus, vnde ipsam prodijisse putes, exponas. E V. Id iam nunc plenè, ubi ad nos redierit Brutus, sed quem cedo hominem mihi,

mihi, qui cum committerer dedisti? P H. Qualem verò ipsum arbitrare? E V. Dispercam si vnquam alias in virum inciderim, qui mihi plus negotii fa-
cessuerit. Tenet ille mordicus suam opinionem, meditata omnia multum-
que ac diu in omnem partem agitata. Versutus iuxta atque acutus, vt si quid
vel falsum probare velit, subtiliter tamen id & probabiliter faciat: neque vero
vllò rubore vnquam suffunditur: vt quæ ad acrem disputationem Plato desi-
derat, ea præ se ferat omnia, scientiam, prudentiam & audaciam. P H. Ma-
gnam is certe diligentiam impendit, euoluendis non tantum veterum, sed &
huius seculi, si quorum aliqua celebritate nomen percerebuit, philosophorum
monimentis: hos adiit, audiuit, coluit, saltem quos tali honore dignos compe-
rit, bona orbis parte hac vna de causa peragrata. Nunc vero, his vinculis sic vi-
detur impeditus & obstrictus, vix vt illi sese explicandi, spes vlla relicta fiet.
E V. St. St. Lupus est in fabula. B R. Egone abiecta scientia quam teneo cer-
tissimam, fallaces atque incertas aliorum opiniones confectet aut auciper?
Ego meam causam vno momento victus deseram? ego quæ tot vigilijs, tot
sudoribus didici, ad extremum uno omnia verbo improbo? ego tot ac-
tantos autores, tot iam annos inter se consentientes, istius ne vnus autori-
tate adduci poterò vt contemnam, vt crassè ignorantis insimulem?
Patiar ne mihi illud ex animo excuti, quod tot annorum approbationem iam
confirmatum est, formam de materiæ potentia in lucem proferri, vt contra-
rium planè nunc deum veluti nouus tyro docear, ipsam extrinsecus in mate-
riam illabi? Durum id profecto, durum de sententia decedere, de autoritate
deici. Sed quoniam rerum naturalium veritas in occulto latet, & natura veri-
tatem in profundo (vt ait Democritus) penitus abstrufit, hanc inquirere, in-
uestigare, rimari conuenit: id enim cum maiori æquitate & modestia coniu-
ctum, quam sententiam quam temere admauerim periuicaciter defendere.
Et harum quidem, de quibus est inter nos controuersia, opinionum vtra vera
sit solus opinor nouit Deus: neque nos quid verum, sed quid sit verissimili-
mum inuestigamus. Vtrinque fautores sunt & causarum patrocinia. Sed, vt
hoc vere & ingenue fatear, mollior est & infirmior mea opinio, proindeque ra-
tionibus pressa cedit. Experiar itaque quanto sit aduersarii firmior, & e qui-
bus locis illa sibi fidem veritatis adstruat, quam clara, quam liquida faciat
omnia. Iam ad vos redeo viri optimi. E V. Video. sed talisne cedo, qua-
lis abiisti? R R. Qui sim vixi ipse scio, adeo mihi dubius animi videor, &
in lubrico positus. Proinde age, si quid adferre potest tua induitria, in quo
tanquam in portu, ab ista huc & illuc impellentium opinionum iactatione,
mens conquiescat, ne pigeat tantulum laboris suscipere. Scio equidem opinio-
nibus omnia teneri, desperatam esse cognitionem certi, id tamen sequi lubet
quodcunque verissimile videatur: quo circa expecto quem exitum ista disputa-
tio sit inuentura. Quid igitur illa sunt, cedo, dudum ex Aristotelis fontibus
deriuata? Homo generat hominem atque sol: Homo generat hominem, præ-
ter hoc autem, id quod est omnium primum omnia mouens. Iucunda est equi-
dem illorum mihi recordatio quæ sæpe certe me legere memini: sed, vt nunc
video, oscitanti, & non satis intento animo. Tu vero quam habes interpreta-
tionem? nunquid hominis alia est efficiens causa quam homo? aut equi alia
quam equus? E V. Nequaquam omnino. Verum ne quis crassius putaret,
cum qui vel hominem vel equum progeniuit, quæcunque illius sunt vna pro-
creasse, caducæ mortalisque naturæ limites hic prætergressus Aristoteles,
duplicem rerum autorem opificemque constituit: alterum compositi totius
Z z z ceu

Plenior i-
terpreta-
tio Aristo-
telis de re-
rum & for-
marum ori-
gine.

ceu hominis hominem, alterum solius formæ conditorem, quem sempiternum & immortalem esse proficitur. Hic rursus se bifariam fecat. Vbi rerum causas physica ratione scrutatur, species rebus immitti putat ab illa quinta natura, quam Solis nomine exprimens, cœlestium omnium corporum conuersiones immutabilesque cursus comprehendit: Quum verò quæ supra naturam sunt subtili contemplatione rimatur, rerum omnium opificem deum, solutamque mundi mentem Platonis æmulatione causam esse decernit. B. R. Multa sanè congeris quæ valde exoptem te hic apertius docere, ac primum vbi & quomodo Aristoteles naturalem formarum originem cœlestem putauerit: ita repentè me veluti quædam vertigo corripuit, præ auditiõis no-
uitate. 10

Rerum omnium formas, primasque substantias de cælo duci, ex Aristotele. Cap. VIII.

E V D O X V S.

DICAM paucis, & in Aristotelis sententia versabor, si modo facilem mihi præbebis audientiam. Res quæque naturalis ex principiis duobus constituitur: ex materia & specie. At si illius procreationem spectabis, tertium
20
his accedet principium, quod efficiens & ortus causa nominetur, quam naturalem contemplationem instituens, cœlum esse tradidit. Ut enim omnium motuum primus est, qui ad locum est, ex quo reliqui omnes ceu posteriores defluunt, procreatio, alteratio (hoc enim verbum cum necessarium sit & aptum, terendo visitatum facere oportet) accretio, interitus: sic illud corpus quod iugiter perenni que itione, & irrequieto ambitu circumagitur, omnium quæ gignuntur corporum causam esse conuenit. Ac probatum est equidem infinitis seculorum ætatibus, Solem vertigine assidua conficiens vicissitudines annuarias, suo ad nos accessu aut recessu & rerum ortus promouere, & occasus obitusque efficere: quem in modum cœlestis illa mundanaque conuersio, Aristoteli causa statuitur eorum, quæ & gignuntur & intereunt. Necessè est, inquit, totum hunc, qui terram ambit, mundum cum superis conuersionibus sic
30
continuatum esse, vt omnis eius virtus inde gubernetur: nam unde omnibus est motus principium, prima illa debet haberi causa. Præterea autem, hæc semper piterna est, neque loco definitum habet finem, sed in fine semper. Mox docens ab elementis materiam, a cælo speciem genito conferri, hæc adnectit: Itaque rerum qui in ipso eueniunt causas, quod quidem ad materiam genus pertinet, ignem & terram & his cognata corpora existimari conuenit: hoc enim modo appellamus id quod subiicitur, & quod aliquid fert: id autem quod ita causa fit vt motus sit principium, ad eorum vim referri debet, quæ semper mouentur. In hanc quoque sententiam cum aliis passim in locis, tum libro de mundo, cœlum appellat elementum, a quatuor illis notis longè diuersum, neque
40
interitui obnoxium, sed planè diuinum & immortale. Cæterum duplex cum sit in cælis circumspectus & conuersio, mundana illa incitatissima, quæ viginti quatuor horarum spacio completur, & ea qua subiecti septem orbis uersantur retro, contrario atque summum cœlum motu: prior illa vnus modi semper, constantique & immutabili ordine progrediens, ortus & interitus (quæ contrariæ res sunt) causa esse non possit. Posterior uerò per signiferum orbem obliquum, errantes stellas circumagens, dum illas in aquilonem adducit, rerum
facit

facit exortus: dum abducit in austrum, interitus. Atque vt earum accessus recessusque, continuata serie, nec unquam ne ad momentum quidem mutatis uicibus sese excipiunt: sic ortus obitusque rerum semper erunt constantissimi, neque vllò vnquam tempore deficient. Itaque appetente uerè, cum ad nos illorum vis reuirit, multas rerum nouationes animaduerimus, emergere pleraque omnia ac exhilarari: & quia uerè calor redit omnibus, foeta esse ac succi plena omnia: herbas, fruges, arbuta, flores, gemmasque trudere, & foliorum uariditate vestiri: animalia amoris stimulis incitari, ea quidem ratione quam Poeta cecinit.

*Ver adeo frondis nemorum, uer utile syluis.
Vere tument terra, & genitablia semina posunt.
Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther
Coniugis in gremium late descendit, & omnes
Magnus alit, magno commisit corpore fetus.
Atria tunc resonant auiibus uirgubacanoris;
Et uenerem certis repetunt armenta diebus.*

Georgi. 2.

Censetur idcirco, verò omnium temporum esse saluberrimum, gignendis, augendis, seruandisque rebus, vnum omnium maximè opportunum. Contra anno Solis recessu senescente, plurima occidere, omnium certè uires emarescente calore frangi: hinc autumnum haberi perniciosum. Atque hæc quidè sol annua vicissitudine designat. Errantes uerò stellæ per orbem signiferum, contra quam a supremo illo cælo ducuntur in contrarium cursus retrogredientes uaria radiorum permixtione, multo maiora: adeo vt præstantissimorum philosophorum monumentis proditum sit, eam posse cæli constitutionem incidere (qualem etiam quondam fuisse tradunt) quæ tum homines, tum equos, tum perfectiorum animantium genus omne, ex ipsis elementis tanquam ex contumacissima aut proxima materia (sic mihi appellare liceat quam Græci προεχιστατων dicerent) generet, quemadmodum & imperfectiora quædam, vt mures, vt ranas, vt locustas sepe sua sponte inde nasci uideamus. Negari non potest maxima esse, quæ cœlum cum motu tum lumine tanquam suæ facultatis uehiculo, in hæc inferiora demittit. Et quisquam posthac dicere audebit, elementa uniuersam substantiam rebus gignendis conferre? ac cœlum sine quo ne elementorum quidem uilla sit efficientia, ociosum atque iners, & ueluti feriatum faciet? Itane frustra conditum uidetur? Itane nullus usus illustrissimi huius & purissimi corporum cœlestium splendoris? Inutilis iste vndequeque absolutissimus ornatus? ista tam admirabilis ab omni æternitate motuum ordinumque constantia? At longius abest, quam, ut ad nos eius uis pertinere possit. Egregium sanè & tali sapientia dignum commentum. Tu si vel pictum philosophorum vnquam uisisses, istuc diceret? Qui magnum censi debet id atheris & aeris interualium, quod Ptolemæi demonstrationibus confirmatum est, partem non esse totius mundi millesimam? Si mundus qui vno omnia complexu coercet, ab ornata nomen inuenit, & si is unum corpus est in quo uidentur omnes aptæ & colligatæ inter se partes, necessè est profecto, vnam esse totius naturæ conuersionem vnquam, quæ tota mundo confusa, res omnes complexa teneat, omniaque sic connectat, vt in terris cœlestia consistant dignitate cœlesti, & vt (quod ait Aristoteles) mundus hic inferior superis conuersionibus continuatus sit, & vis illa cœlestis in totum diffusa mundum, in abditissimos usque ter-

Nō solum ræ recessus penetret subcatque densissima quæque & solidissima corpora. B. R. Satis perspectum habeo caloris, frigoris, imbrium, siccitatis vices, reliquas item aeris tempestates a cœlestium corporum viribus dependere: at ipsas etiã rerum substantias atque formas, unde Aristotelem comprobasse constat non enim id tu admodum luculenter aut efficaciter conficis. Sed ne lites amare aut fouere uidear, equidem talpas, uermes ranas, & si quæ sunt alia huius aut imperfectioris generis, nullo semine prognata, tecum sentio ex elementorum materie cœlestis spiritus vi, & in vitam venisse, & in ea permanere. Sed quæ è semine emergunt, aut quæ ex alio sui generis nasci contuemur, horum vitali vim a cœlo usque deducere, perpauci, scio, tibi concedent: idque eo minus quòd hominem, equum, leonem, quouis tum anni tempore, tum cœli statu, oriri, animari, atque formari, quotidiana experientia confirmant. E. V. D. Si diligentius expensis rebus cum bona ratione consilium capies, intelliges utique in omnibus parem esse argumentorum vim & necessitatem. Quibus accedit quod in vniuersum sic conclusit Aristoteles: Omnis eius virtus inde gubernatur. Ergo quæ ab intimis abditissimisque terræ visceribus proferuntur, eruunturque, tum metalla, tum lapidum stirpiumque genera, conuenienter & appositè præparato solo, suæ formæ essentiam è cœlo hauriunt. Serpentes, locustas, vermes, muscas, mures, vespertiones, talpas, & id genus alia quæcumque fateberis sponte sua, nullo semine, de putri materia, de cœnosa colluue exoriri, orta que spirare, & moueri, Aristoteles ad eundem modum autor est, vim illam animale ac spirabilem, quæ per omnem naturam fusa est, è cœlis ducere, quo loco inquit: In animalibus generantibus calor discernendo ex cibo ingesto & concoquendo facit excrementum, quod conceptus sit principium: itemque in plantis, nisi quòd in his & quibusdam animalibus, nihilo desideratur maris principium, habent enim quoddam in se mixtum, in plerisque tamen animalibus eo opus est. Est autem cibus aliis quidem terra & aqua, aliis ea quæ ex his orta sunt. Ita que quod calor in animalibus è cibo facit, idem temporis in ambiente nos aere calor, è terra & mari coquendo concernit & constituit: eodem quoque pertinet quod paulo antè dixerat, generari animalia & stirpes in terra & aqua, quòd in terra quidem sit humor, in aqua spiritus, in eo autem toto calor animabilis, vt animæ quodam modo plena sint omnia. Hæc ille. Quòd si è cœlesti facultate, exigua isthæc & minutula animantia proferuntur, cur non itidem in perfectioribus & grandioribus eadem valeat ratio? Aut qualis illa tandem erit sortitio, quæ secretio, quæ differentia? An quia videmus hominem, equum, leonem, & feminis interuentu enasci, iccirco supremæ illius & vniuersalis animæ mundi vires non experientur aut sentient? Maiorem hæc & operosiorum apparatus requisierunt, efficiente quidem cœlo, præparante semine. Hoc illud est quod Aristoteles in problematis attigisse videtur, quum inquit: Quorum facilis est ortus, & quibus procreationis suæ tempus breue constitutum est, hæc temporum vicissitudine commutationeque procreantur. Quæ autem in ortu suo tempus requirunt longius, uel nullo pacto vel ex coitu procreentur illa necesse est. Cuius hanc addidit rationem: Rei minoris, minus quoque principium esse conuenit. Quamobrem huius etiam seculi mutationes, semen minorum animantium generi conferre possunt. Ita enim etiamnum accidere videmus vt tum maximè oriantur & existant, cum aliqua temporum incidit mutatio: maiorum autem genus pro sua magnitudine, mutationem quoque desiderat maiorem. Hanc mutationem tantam interdum fieri

3. de gñatione animalium sub finem.

Perfectiora etiã animalia a cœlo gigni, sed se minus interuentu.

sect. 10. probl. 64.

30
30
30
30
30

fieri Aristoteles commemorat, quæ sola tum homines tum perfectiora quæque animantia nullo semine proferat, & quæ vna tum efficientis causæ tum præparantis seminis vim obtineat. Eiusmodi quondam fuisse rerum initio ita inquit: Qui de natura disserunt, animantia principio orta esse dicuntur: genti mundi vniuersique mutatione. Et nunc si rursus eiusmodi ortus futurus sit, eiusdem modi mutationes aliquas antecedere oportebit. Ingentes has mutationes efficit insolens quædam, & admodum rara concursio permistioque siderum. Quoniam autem ea tam rara incidit, ne fortè longa temporis interapedine, iam olim creatum perfectorum animantium genus deficeret, prouida solersque natura his quæ ex ingenti quondam mutatione creata fuerant, simul vitæ seminarium cœlitus immisit, & in tantulo semine vitalem vim inclusit, quæ deinceps materiam sic aptaret, præpararet, gignendisque rebus accommodaret, vt omni tempore vim illam animabilem, & spirabilem, de cœlo excipere posset & illicere, sicque continuata fieret rerum caducarum sese excipientium series, semine quidem materiam suppeditante & præparante, cœlo verò inducente formam. Hæc si voles ad metam perducere, in id tantquam circulo recides quod principio fuerat assumptum: Homo generat hominem atque sol. Duplicem enim causam geniti hominis efficientem cum statuar homo qui per feminis vim preparationem omnem & ornatum conciliat, proxima continensque causam erit. Etenim spiritus & calor qui est in semine diuinus, sub ingenti quondam mutatione cœlo dimissus, subiectam feminis materiam sic instruet & præparabit, vt consentaneâ partibus singulis permissionem temperationemque; deinde verò structuram, conformationem positumque; accersat, tum demum in totum sese diffundens, singulis veluti gubernator infideat, neque deferat quam temperauit, formauit, composuit. Altera externa prægressa; causa dici solet, quum tamen uerè prima sit & princeps, quæ in præparatam materiam simplicem speciem demittit inseritque. Ad huc igitur modum, maiorum perfectiorumque; viuientium genus mutationem desiderat ampliore & à cœlo & à semine, cum minorum genus, excitata vi cœli mutatio satis superque; consummare possit. B. R. Intellego planè quid uelis, neque aliud restare video, nisi vt vnum hoc doceas, quemadmodum cum his conueniant Aristotelis illa quæ sic dudum efferebas: Quorum principiorum actio est corporea, hæc sine corpore esse non posse certum est. Itaque extrinsecus ea uenire non possunt: nec enim ipsa per se accedere possunt, quum se parabilia non sint. Atqui quum sint omnes (si vnam mentem excipis) rerum formæ corporeæ, has qui putabis cœlitus sine corpore illapsas? Negat enim fieri posse vt extrinsecus illæ veniant. Explicandus hic sanè locus & aperendus est, si me voles in tuam pedibus ire sententiam. E. V. Queris quod disputationis iure tibi deberi fateor, id verò similitudine dissoluam. Vt à sole cui lux ingenita est, defluit, non quidem ipsa lux, sed lumen splendorque; qui perspicua corpora collustrans, non splendida modò sed lucida quoque; illa exhibet: sic vnaquæque; efficiens causa, maximeque super illa cœlestiaque; corpora, rerum ortus promouent, rebusque species impartiunt. Non enim perennes illas sibi que insitas rerum ideas ac species à se excutiunt, aut suæ substantiæ quicquam genitis rebus elargiuntur, aut iam in cœlis genitam absolutamque formam solam ac per se in commodè præparatum subiectum submittuntur: sed ac vna ratione, res nouas excitant & edunt, quòd super ille cœlorum vires motu, lumine ac spiritu tanquam vehiculis huc deuectæ circumfusæque nobis in subiectum potentia præparatum sese insinuat, & substantiarum

Probl. 15. lib. 10.

Dubitatio

Solutio.

stantiarum a quibus dimanarunt vim & naturam recens genitæ rei imprimunt, & speciem sic inducunt, vt a Solis luce in perspicuum instructumque corpus irradians lumen, ipsumque collustrans, illi non lumen modo, sed & suam quandam lucem tandem immittit. B R. Aperte quidem & luculenter qua ratione mundus hic inferior a supero illo gubernetur, & qua gignuntur omnia suam inde formam suscipiant. Nunc continuata traditionis serie apertius ediffere, vt Aristoteles statuatur id quod est omnium primum omnia mouens, omnium quæ gignuntur causam esse. Si enim rebus omnibus cælum formam impertit, quid altissima illa & perobscura inuestigatione sit opus? quid rerum causas ab illa origine abditissima repetere iuuabit?

Aristoteles supra naturam philosophatus statuit formarum diuinam originem: Deum maximum cælos astraque condidisse, hisque gignendarum rerum vires indidisse: quæ etiam Platonica sunt sacris literis consentanea.
Cap. IX.

E V D O X V S.

In Metap.
cap. 5.

R E M omnino arduam petis, quæ tum longum tempus, tum cogitationem multam atque otiosam exoptulat, vix vt digne possit tumultuario isto congressu explanari illustrarique dicendo. P H. Conandum tamen est, & quidem tanto impensius, quanto est vtilior & iucundior hæc inuestigatio. E V. Naturalem contemplationem instituens Aristoteles, nihil ex professio aggreditur, quod non vel manu tangere, vel oculis cernere, vel demonstratione consequi possit. At non semper intra eos limites quasi in angustiis se coerct: sed interdum naturæ ordine præter gressus, & in rerum diuinarum contemplationem transfiliens, verbis quidem paucis, at grauissimo sententiarum pòdere, omnium quæ gignuntur primam originem deducit a Deo. Ne quis autem istorum euidentiam desideret monet in libris τὸν μετὰ τὰ φυσικὰ diuinorum cognitionem omnino extra sensus & supra captum humanæ mentis esse, neque vllam posse demonstrationem eo pertingere. In eam ipsam fere sententiam & Theophrastus. Forte autem illud veritati magis consonum est, tangente ac veluti contrectante mente contemplationem fieri. Nam & in illis nulla est hallucinatio, sed huius ipsius difficilis est & intelligentia & fides. Paulo ante monuerat quam sit ardua eorum quæ naturæ limites transcendunt, cognitio. Aliquatenus per causam contemplari nos posse, principia a sensibus accipientes: cum vero ad ipsa summa primaque transferimus, iam non amplius posse, siue quod causam non habeamus, siue ob nostram imbecillitatem. B R. Et Plato diuinorum altitudinem abstrusosque & imperscrutabiles recessus reueritus, veruit in Epinomide ne quisquam de diuinis profane loquatur, ne ve pro suo arbitratu illa innouet: existimans fieri non posse vt mortalis natura de his quicquam certi comprehendat: esseque id cuiusque precipuum ac maximum officium (si quis hæc recte doceat) quam maximo studio ediscere, neminem autem recte docere, nisi quidem Deus adiuerit. idem in Timæo his fere verbis: Quum ergo ò Socrates multa de Diis vninersique procreatione multis dicta sunt, ne mireris obsecro, si rationes de iis undecunque omnibus probatissimas & exactissimas asserere non possim. Satis enim factum putare debebis,

debebis, si non minus probabiles, quam quibus alius rationes attulerim. Aequum est meminisse & me qui disseram, & vos qui iudicabitis homines esse, vt si probabilia dicentur, nihil vltius requiratis. Rursum autem sic: Cœlestia horum principia Deo nota sunt, atque ei qui Dei sit amicus. Quocirca ea quæ ad Dionysium conscripsit epistola, monet vt eos tanquam barathrum declinet qui de Diis tanquam de iis quæ manibus teneri & apprehendi possunt, certas exigunt demonstrationes. Quos & in Theæteto quidem, sed in Phædone præcipue eo nomine grauissimè reprehendit, quod ambitiosis inter se verborum pugnis & inani demonstrationum conatu, principes se nouorum & pugnantium dogmatum constituant, de rebus ipsis nihil certum, nihil stabile, nihil firmum habeant. Vnde & in Phædone hanc de Diis quæstionem & inuestigationem naturalium duntaxat, rerum contemplatione nixam, detestatus, suam deplorat cæcitatem: qui, quæ se prius perspicue scire existimaret, ne per vmbra quidē sibi vnquam visa esse compererit. & quorum aliquam esse ratus fuerat soliditatem, ea nunc omnia, nõ secus ac inanes somniorum imagines vanescere. Proinde & in Gorgia, & in Cōuiuio de amore, iis quæ de anima, de Tiis, de demonibus a Diotima fatidica muliere Socrate accepisset, se potius fidem adhibere ait, quã vllis quantilibet euidentibus rationibus, seque impense conari vt aliis eadem deinceps omnibus persuadeat, quæ sola auditione accepta, sibi persuaderet esse verissima. P H. Hæc quanquam inuestigatio syllogismo cõprehendi non potest, quoniam tamen disputando iam hucusque velut tēpestare quadam delati estis, par est omnium quæ deinceps sunt rerum totam tractationem persequamini: nihil vt supersit omnium quæ tum mundus comprehendit, tam extra illius ambitum sunt, cuius non aliquam institueritis disputationem, ac velut quæstionem exercueritis. Is igitur primus motor, quem paulo ante ceterorum principem Aristoteles appellauit, Deus ne est, anæ illi dignitate proximus? B R. Possem in id multa ex Platone præclara depromere, sed quæ parui existimem, quod non quemadmodum Aristotelica euidenti sunt demonstratione stabilita. P H. Agite igitur cõmuni opera excutite, quam belle inter se consentiant philosophorum scripta, & sicubi dissentiat vtrius præponderante rationes. Et si placet, Platonica Brutus proferat, Eudoxus Aristotelica. Ego quã quã parum idoneus, sacra intermiscbo, vt omnibus numeris consummatam harmoniã reddamus. Nunc mihi quisque meminerit, quam iaduerit personã nunc scenæ seruiat omnia depromens ac recensens, quæ cause suæ patrocinio futura putet. Et si quis forte memoriæ non satis confidit, en magnam librorum suppellectilem, e quibus sententiã testimoniã citare, nemini debet nec pudendum videri, nec turpe. Sed vt ad rem tandè aggrediamur, Eudoxus incipiat, si quidem ita omnibus placet. E V. Si quis forte in hoc cõtu erit qui tam rudè tamque consilii & ingenii expertè Aristotelem suspicabitur, vt his elementis & corporeis perpetuo inherescat, summam causam statuatur gubernatorem hæc omniam quæ cernimus, audiat quæso vt duplicem ille mundum stabilierit: aspectabilem hunc concretum & corporeum, alterum superiorem illum, sensus nostros effugientem, incorporeum, qui totus formis plenus est, & simplicibus, impermissis, solutis liberisque ab omni corpore & dimensione mentibus, beatissima & exoptanda maxime Dei diuorumque domus, archetypus & exemplar huius inferioris caducique mundi. Quæ omnia his breuiter perstrinxit: Pater ergo neque locum extra cœlum esse, neque vacuum, neque tempus. Quocirca neque apta sunt ea quæ illic sunt in loco esse, neque tempus senescere ipsa facit, neque ullius eorum est vlla mutatio, quæ super extima

extima sunt disposita conuersione: sed nullis transmutationibus, nullis affectionibus prorsus subiecta, optimam in vniuersa eternitate vitam & sufficientissimam habent. Ea autem optima illorum vita est contemplatio, qua alibi existimauit nihil esse nec incundius, nec melius. Quenam vero ea est eternitas in qua vitam habent? Sic quidem Graece legitur *αἰώνιος*, quasi *αἰὼν* id est semper ens & eternitas, aut, si dicere licet, sempiternitas, quae re vera Deus est. Eo quidem nomine se Deum intelligere plenius indicauit hac sententia: In Deo vita nimirum æuumque continuum atque perpetuum inest, hoc enim est ipse Deus. Ac ne nouum aut absurdum videretur hoc de Deo nomen, diuine id ait ab antiquis pronuntiatum esse. Quemadmodum enim finis, qui vitæ cuiusque continet tempus, æuum & eternitas est nuncupatus, eadem ratione finis vniuersi cœli, & is qui tempus totum infinitumque continet, æuum est & eternitas, ab eo quod semper sit appellatione sumpta: est namque immortalis, atque diuina. Quanta porro Deus rerum cognitione valeat, hinc demonstrat, quod tota illius vita mentis est operatio. Ille qui dem suus est actus, actus vero is qui per se est, illius est optima atque perpetua vita. Si mentis actio, quam contemplationem esse diximus, dei vita est perpetua, quis iam dubitat Aristotelem, rerum omnium cognitionem tribuisse Deo? & certè is est rerum omnium cognitio, & sua actio & sua vita, qui Aristoteli optimus demonstratur, perpetuus, perfectus, immobilis, indiuiduus, neque magnitudine, neque partibus definitus, nullam alterationem, nullam affectionem subiens, ut cui nihil omnino sit contrarium. Horum verò demonstrationem inde concludit, quod sit necesse in motibus ad aliquod tandè peruenire, quod mouet & non mouetur, quod ipsum perpetuū est & substantia atque actus: id ipsum quidè est quod antè appellauerat omniū primū oīa mouens. Quæcumque supra cœlum sunt mētēs & formæ, olympici illius habitaculi ciues, si non eandè atque Deus, illi tamen dignitate & natura proximam conditionem acceperunt. BR. His de mundo archetypo videretur Aristoteles. Platonis auditione informatus, hoc solū discrimine, quod est motuum ordine, Plato ex causâ procreantis necessitate demonstrationem confecit. Ita enim Timæus de Deo demonstrationem adhibet claram & illustrem: Si mundus hic genitus est, necesse est ab aliqua causâ genitum esse, hanc verò causam æternam esse neque ab alio genitam. Quenam autem ea sit, his paucis in Epinomide expressit: Ego igitur assero Deum causam omnium esse, nec aliter fieri posse. In ea disceptatione quam cū Critone familiari suo Socrates habuisse perhibetur: Haud itaque vir optime (inquit) valde curandum est, quid de nobis vulgus dicat, sed quid ille qui quid æquum, quid iniquum sit intelligit, qui vnus est et ipsa veritas. Ex operibus quidem opificem hanc causam, effectoremque mundi Deum, nosse datur. Ex imagine autem & simulacro (ut Socratis auditor Antisthenes dicebat) is non agnoscitur, nullis oculis conspicuus, nullius rei similis, ut ex vlla effigie nosci possit. Atque (ut à Xenophonte Socratico scriptum legimus) Qui cuncta concussat, ipse intrepidus & inconcussus, magnus nimirum potensque esse cognoscitur: quali autem sit facie, ignoratur. Quam porro sedem incolat, opifex hic & mundi pater hoc ipsum etiam Platonis scripta declarant. Neque enim qui sit immortalis, eternus, incomprehensus, eum esse in concreto caducoque mundo, quem creauit ipse tanquam in ergastulo conclusum: sed ut priusquam hæc rerum vniuersitas extitisset, sic & nunc immensus & infinitus illa implet infinitatem, quæ mundi connexum, extimamque cœli faciè excessit. Illic viuentia omnia quæ sola mente percipiuntur,

tur, in se ipso, ut Timæo placet, complexus, vnus ea continet, quemadmodum mundus hic, nos & cætera quæ cernuntur animantia comprehendit. Vultis ne hoc loco Dei potestatem ac vires ex Platone recenseam? Hic in Epinomide Deos asserit scire, videre, audireque omnia, nihil ipsos fugere, quod aut sensu, aut mentem percipi possit. Eos omnia posse quæcumque mortales immortalesve possunt: bonos illos immo verò optimos esse. Quicquid mortale est, quicquid viuit & spirat, quicquid vsquam est cœlum, terram, maria, ab ijs omnia & facta esse & possideri. Et in Parmenide nullum nisi Deum suppremam habere rerum scientiam, neque illarum cognitionem priuandum. P. H. Nihil ad hæc è sacris literis quicquam adferam, quomodo sit omnibus conspicuum illas similibus de Deo sententiis refertas esse. Sed ut rem iam cœptam complectis, illud discuti oportet, mundus ne aliquando fuerit a Deo genitus, an æternus. E. V. Aristotele magna rationum probabilitate contendit eum, neque ortum esse, neque corrumpi posse: aut si aliquando genitus est, eundem posse corruptionem subire. Ceterum altius interdum contemplatus, & cœlum & mundum Dei maximi opera genitum confirmat. Ita enim libro de mundo scriptum reliquit, Omnium quæ rerum natura complectitur, conseruator est Deus, & quæcumque in hoc mundo quoquo modo perficiuntur, eorum omnium idem genitor est: non sic tamē ut opificis aut animalis lassitudinem sentientis in morem, labore affici possit: sed indefessa vtens virtute, qua omnia in potestate continet ac perficit, & ea quidem quæ longius ab ipso videntur esse summota. Hæc ferè sunt quibus planè edocuit mundum aspectabilem, & quicquid eo continetur, a Deo omnium principio factum. Huc pertinet quod & alibi ita prodidit: quum in omnibus id quod præstabilius est naturam semper appetere fateamur, sitque esse præstabilius quàm non esse, nec fieri possit ut omnibus id accidat, propterea quod multa longius ab ipso principio recesserunt, Deus reliquo modo vniuersum compleuit, continua facta procreatione. His perpaucis abstrusam contemplationem perscrutatus est summus philosophus. Præstantissimum est semper esse, quod soli Deo ipsique principio competit: Beliqua omnia quæ a principij dignitate longius absunt, perpetua esse non possunt. Ne igitur his velut desertus mundus aliquando destitueretur, ab soluta vniuersi fabrica, Deus statim rebus singulis vim indidit procreatricem qua rerum, & ortus & interitus perpetui manerent. Sed quomodo hanc indidit? Sparsis nimirum diuinitatis suæ seminibus: hæc enim generandi semina; generalia quidem in cœlos & stellas; peculiaria in res quæque sua inseruit. Primum igitur cœlis sideribusque singulis proprias substantias motrices præfecit, quas quod optima mente prædita sint, idcirco intelligentias appellant. Quum videamus inquit, præter simplicem vniuersitatis conuersionem, quam a prima & immobili substantia cieri dicimus, alias insuper errantium stellarum conuersiones, easque sempiternas (est enim sempiternum corpus quod in orbem conuertitur, neque vsquam consistere potest id quod est in physicis ostensum) necesse est vtique illarum etiam conuersionem vnamquamque ab eo cieri quod per se sit immobile, & sempiterna substantia. Et mos: Esse igitur substantias, & in ijs primam ac secundam, pro eo, qui est in stellarum conuersionibus, ordine, perspicuum. itaque ex Astrologia Eudoxi & Calippi superos motus scrutatus, iis parem numerum distribuit intelligentiarum: quæ non modò cœlos mouendi, verum etiam inferiora quæque generandi conseruandique vires obtinerent, ut horum uir-

1. de cœlo. cap.

2. de gc. & cor. ca. 10.

12. Metaph. cap. 7.

tus omnis inde gubernetur. Hæc autem paucis admodum complexus est, quod pluribus a Platone explicata iam essent. B R V. Equidem de his quid Plato sentiat dicere fortasse possim. Nam de Deo, de mundi procreatione, deque cælorum virtutibus, præsertim demonstrat istis consentanea. Cælum igitur (inquit) aut mundus aut si quod est aliud nomen, quo maxime appellari gaudet, considerandum est in primis (id quod ab initio de vniuersitate queri oportere ponebamus) vtrum semper fuerit, nullo vnquam ortus initio, an genitus esse coeperit. Cæpit etenim aspectabilis est, & tractabilis & corpus habet. Sunt autem talia omnia sensu præcepta. Quæ autem sensus apprehendit, & quæ opinione cum sensu comprehenduntur, ea omnia placuit aut genita esse aut gigni. Et quod genitum sit, id dicimus necesse esse ab aliqua causa genitum esse. Verum enim uero patrem, & authorem huius vniuersitatis, & inuenire operosum est, & vt inuenieris, in vulgus tamen dicere non possis. An non hic videtur Plato rem penitus abstrusam demonstratione consequutus? Est ne quicquam hoc argumento vel breuius vel clarius? Quicquid cernitur, tangitur & corpus habet, id aliquando genitum est, neque æternum esse potest. Atqui mundus hic aspectabilis tangitur, cernitur & corpus habet: quare necesse est, & huius aliquem iam olim fuisse ortum, & futurum aliquando interitum. Et cuius ortus initiumque fuit, id ab aliqua causa genitum est: neque enim sine causa quicquam oriri potest. Ergo mundi causam statui oportet, & eam quidem quæ nec cernatur ipsa, nec tangatur, nec sit corpore prædita, & æterna per se sit, neque ab alio quoquam genita. Et rursus: Volens itaque Deus omnium quæ intelligi possunt pulcherrimo & vndique absolutissimo mundum hunc simillimum reddere, animal vnum ipsum effectus aspectui subiectum, animalia cuncta naturæ suæ conuenientia intra suos limites continens. Quum igitur Deus ille qui semper est, vniuersum hoc primum condidisset, mundi æternam animam illi extrinsecus circumdedit, & a medio per omne porrexit: deinde absoluta pulcherrima mundi fabrica, rationum quædam semina illi indidit, & vitæ exordium diuinitus induxit, vt cum mundo vim quoque procreatricem gigneret. Duo enim illa Deum ita condidisse Plato commemorat: Dicamus quam ob causam hanc vniuersitatem & procreationem rerum constitueritis qui constituit. Nempe bonus erat, & bonus nulla vnquam vlla de re tangit inuidentia. Itaque constituto mundo Deus procreatricem vim instituit, spargens in mundi corpus maximeque in cælum, semina quædam rationum, & vim gignendarum rerum, per quam se mundus impleret animalibus, stirpibus aliisque rebus caducis, pro multitudine idearum quæ sunt in mente diuina, fieretque hic mundus, exemplaris illius quam simillimus. Hoc rursus Plato confirmat, referens æternum illum Deum alloquutum fuisse mundum, stellas, demones, quos Deorum Deos, quasi Deorum satum prognatos appellat, quum illis generandi vim concederet: Dij Deorum quorum ego opifex & pater sum, hæc attendite: quæ a me facta sunt, me ita volente, soluentur nunquam. Quamquam omne colligatum solui potest, est tamen certè mali, velle dissolui, uere quod conuenienti & bona coheret harmonia. Quare quum orti sitis, immortales certè quidem ex toto non estis, nec indissolubiles, nec tamen vnquam dissoluemini, nec mortis fatum subibitis. Nam mea voluntas maius potentiusque vobis est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa quibus estis tum, cum gignebamini, colligati. Nunc quid sentiam cognoscite. Tria adhuc genera mortalium nobis generanda restant: quibus prætermisissis cæli

cæli absolutio perfecta non erit. Omnia enim animantium genera ambitu suo non continebit, contineat autem oportet, si quidem futurus est mundus omnino perfectus. At si hæc a me vno fiant, vitæque donentur pari erunt cum dijs conditione. Ergo vt mortalia sint, accedite & suscipite vos secundum naturam animantium procreationem meam vim imitati, qua in vestro ortu sum usus. Atque in ijs quidem quicquid eiusmodi est, ut & eodem cum immortalibus appellatur nomine. & diuini vocetur, & principatum in ipsis teneat, & ex eorum genere sit quæ perpetuò iustitiam ac vos confectari velint: eius ego vobis semen ac initium tradam, vos quod reliquum est mortale cum immortalibus contexitentes, facite ac generate animantia, eadem cibum, suppeditantes augete, & intereuntia rursus excipite. Quam vim esse putatis eorum verborum, quæ pater ille fator & rerum conditor, tum cælis; tum vniuersæ mundi naturæ indixit? Ego vobis semen & initium tradam. Nonne procreandi vim illis indidit verbo spargens rerum gignendarum semina? Hæc diuinae voluntatis organa sunt, quibus illi conditorem suum æmulati, mortalium corpora effingant, demumque accepto immortalis principio gubernent. Neque solum gignendi conseruandique vires, sed & omnem factorum necessitatem illis contribuit. Nam cum vniuersum opifex Deus constituisset, astris parem numerum distribuit animarum, singulis singulas, istaque tanquam vehiculo impositis monstrauit vniuersi naturam, & leges fataliter edixit. Hæc vir eximus de Deo, de archetypo mundo & de mundi procreatione subtiliter & accuratè disseruit. P H. Nisi hæc Platonis esse audirem, omnia quasi interpretationem eius prophetici elogij putarem, Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. In quæ tria illa comprehenduntur, dominus, verbum & spiritus a quibus conditi sunt cæli, omnisque eorum virtus accepta. Quænam autem hæc cælorum virtus? Ea nimirum quam Dionysius Areopagita interpretatur, nunc rationum, nunc exemplarium nomine. Exemplaria (inquit) esse dicimus rationes in Deo, quæ rerum substantias ingenerent: has bonas diuinasque voluntates Theologia vocat, eorum quæ sunt effectrices & ex quibus, supra naturæ conditionem, ipse Deus quæ sunt omnia produxit. Et rursus: Deus quoque ratio dicitur in sacris, non modò quia & rationis & sensus & sapientiæ indultor est, sed quia & omnium causas in se vno eodemque modo antè complexus est. Eadem & Eusebius Palæstinus vir præstantissima doctrina, manifestius aperuit. Primum omnium, inquit, Deus cælum genuit: per ipsum & in ipso, rerum futurarum omnium opifices rationes inchoans, & semina gignendarum rerum subiciens. Cæli porrò conseruationem potuit ne quisquam luculentius quam Theodoritus ad Platonis mentem interpretari? Sed enim quum cælum corruptibilem mutabilemque substantiam sit sortitum semper esse perseuerauit quale fuit a principio sustinente ipsum opificis sui verbo, a quo veluti a creatore regitur & continetur, qui ei stabilitatem atque immutabilitatem dat quoad uoluerit. Ex his intelligi potest, Platonicos finitimam his theologis doctrinam habuisse. Hinc olim dici solitum, Platonicos paucis mutatis Christianos fieri. consentiunt omnes omnium sapientium uelut ex uno ore sententiæ, Græcos quamuis multarum artium disciplina & ingenij acumine præcelsentes, nunquam tamen ad sublimia illa rerum diuinarum fastigia euasuros fuisse, nisi ab Agyptijs & Hebræis, quos iam olim diuina bonitas eò subueherat, velut porrecta manu tracti fuissent. In his primi feruntur Solon & Pythagoras,

In Timæo.

Lib. de diuinis nominib. c. 6.

Li. de euâ geli. demôstra.

thagoras, qui quæ ab illis acceperant, alijs deinde veluti per manus tradiderunt, sed hæc tamen parte perpauca, donec sensim relatiùs serpente, ad Socratem & Platonem venit, a quibus in vulgus promulgata sunt ea, quæ antè velut mysteria in religioso silentio habita fuerant. quæcunque autem Platonici ad principis sui interpretationem postea inuexerunt, ea omnia è mysticis Christianæ Theologiæ libris, ad suorum splendorem ac nitore transfulerunt. Ut enim Iamblichus multa, sic & Porphyrius Origenis auditor: & Amelius qui Porphyrii scholis præfuit, quemque lecto Ioannis euangelistæ præmio, vehementer admiratum, in hæc verba prorupisse legitur: Ita per Iouem barbarus homo censet in principij loco & dignitate verbum, apud Deum constitutum, deumque esse per quem absolutè omnia facta sunt. Mitto alta quæ ad hanc rem adferre possem si temporis occasio sineret.

Res omnes caducas & mortales diuinitus olim conditas fuisse: eas nunc cælesti virtute & gigni & gubernari, quæ eadem plane est diuina. Cap. X.

EVDoxvs.

Lib. de mû do. 12. Metap. Georgi. 4.

Hic ergo missis, è cælestibus in hæc inferiora & caduca delapsi, quod alterum erat consideremus, vt mundi conditor Deus diuinitatis suæ semina in stirpes & animantia quæque insperfit, quibus continua maneret procreatio. Deus, inquit Aristoteles, per omnes naturas suis seminibus in plantas in animalia, siue species, siue genera spectes, est diuisus. Itaque in omnium femine Aristotelis sententia, diuina virtus inest cuius vi emergunt vniuersa.

Demum nanque ire per omnes

Terrasque tractusque maris, cælumque profundum.

Hinc pecudes, armenta, viros: genus omne ferarum,

Quenque sibi tenuis nascentem arcessere vitas.

Vt autem Deus vnicuique ortus & vitæ, ita etiam conseruationis est author. Rebus, inquit, omnibus ex Deo sua vita & status ipse dependet, alijs clarius alijs obscurius. Conuenit enim optima ratione vt qui vita est sempiterna, cæteris caducis sit vitæ statuisque causa. Si plura voletis & apertius, dicam quæ scripta sunt in libro de mundo. Vetus sermo est, a maioribusque proditus inter omnes homines, vniuersa tamen ex Deo tamen per Deum constituta fuisse atque coagmentata, nullamque naturam satis instructam ad salutem esse posse, quæ citra Dei præsidium, suæ ipsæ demum tutelæ permissa sit. Quocirca veterum nonnulli eousque prouecti sunt, vt hæc omnia dicitarent Deorum esse plena: etenim cunctorum, quæ rerum natura complectitur, conseruator est Deus. Hæc in summam sic comprehendit Aristoteles: Deus rerum omnium principium & finem & medium tenet. Et Theophrastus: Diuinitus est rerum principium per quod & sunt & permanent vniuersa. B. Plato etiam quamuis minus expresse, vires tamen diuinas rebus quibusque caducis datas in ortu, commemorat in Timæo, quibus genus suum propagarent. Eandem verò in vniuersam perpetuitatem præsentis Dei numine conseruari atque gubernari, nec minus caducarum rerum quam cælestium curam illum habere. Deus qui sapientissimus est, quique res & curare potest & uult, magna scilicet curabit solum: parua autem quorum est cura facilior, per ignauiam aut inertiam negliget? Frustra profectò quicquam conderet, quod non posset idem conseruare

Gene. c. 1. Acto c. 17. Lib. de diuinis nominibus.

seruare. P. H. In his quidem; maximè verò in Aristotelicis; audire mihi videor Mosens, qui innumeris antè seculis conditi mundi historiam persecutus, Aeternum Deum condito cælo omnique ornatus genere instructo, ait vim illi naturalem impartivisse, quæ nobis in signa esset & tempora. Deinde animantium omni genere mundum iam genitum implisse, quorum quidem mortalium ne continuatio ac genus aliquando intercideret, illi rei pro sua sapientia prospicientem, seminibus eorum vim diuinam indidisse, qua se in omne eum gignendo propagarent. Quomodo? Herbam virentem aut pomiferum lignum è terra proferens Deus; simul & fructum & semen pro suo quodque genere ferre iussit, ad tuendam suam cuiusque speciem. Marinis factis atque vniuerso piscium generi, aibus, quadrupedibus, homini denique ipsi imperauit vt sui quodque generis multiplicatione mundum implerent. Ita summus ille rerum opifex dum singula conderet, verbo & spiritu oris sui, simul illis vires inspirauit pro creatrices, quibus fieret admirabilis rerum series & continuatio. Deum porò quæcunque genita sunt omnia conseruare; sacræ testantur literæ; in quibus sparsim Deus rerum omnium lex & vita nominatur, quale quod à Paulo dictum est: Deum qui vitam & omnia det omnibus, non longè abesse ab vnoquoque nostrum, in ipso nos viuere, nos maneri, nos esse. Nihil enim est; inquit Dionysius, in substantijs, quod ipsius omnipotentis diuina virtus non tuteur atque contineat. Stabilem hanc rerum conseruationem sic plenius expresse: Quæcunque sunt, omnia eadem ratione, & vt essent acceperunt. Suntque & bene sunt, ab eo qui antè est, vt sint & vt bene sint consequuta. Nam in ipso sunt & bene sunt, & quum ex ipso initium acceperint, in ipso seruantur atque in ipsum finiuntur. Hoc & Theodoritus pulchrè dixit: Gubernator quidem est naturæ, creator eius, nec quam ipse fecit nauiculam destituit. F. V. Hactenus ergo consentiunt omnes, & cælum & omnia quæcunque mundus hic inferior caduca fragiliaque continet, olim proximè à Deo fuisse procreata: à Deo vires ortu accepisse retinereque diuinas, quibus tum se conseruent, tum sui generis propagationi incumbant. Hac ratione veteres dixerunt, Deum per omnes naturas esse diuisum, & Deorum plena esse omnia: quod vis illa diuinitus accepta in omnibus permaneat; sed aliter in cælo, aliter in caducis rebus: in his siquidem velut in stirpibus & animantibus obscurior ad sui duntaxat similis, in cælo præstantior ad rerum omnium procreationem. Quocirca cælum nullo semine multas profert tuaranimantes tum stirpes: at semen nihil quicquam sine cælo generat, Semen gignendis rebus materiam concinnè duntaxat & conuenienter apparat & instruit, cælum in apparatus illam speciem summamque perfectionem immittit vitamque suscitatur in omnibus. Quod autem eiusmodi præstantissimæ cæli vires proximè fluxerint à Deo, idcirco verè diuinas esse profiteamur: neque profectò aliud cæleste quam diuinum esse, eaque nomina Hippocrati, Aristoteli, Platoni, Vergilio idem prorsus designare. Quæ Deus olim proprijs operibus inchoauit, eadem nunc quasi feriatas cælo tanquam administro continuanda credidit. Et quæcunque naturæ legibus existere dicimus, eadem primum processerunt à Deo: qui certè nunc admodum pauca proximè; nec cælo, nec natura, nec semine interueniente ingenerat, sed conditis naturæ legibus omnia per cælum administrat. Quæ autem id ratione efficiat, pulchrè Aristoteles exemplo declarat libro de mundo: Quapropter (inquit) si è dignitate regis haudquaquam esset Rexem functione propria administrare omnia, & absolue-

re quæcunque facta cuperet, ipsisque operibus faciendis præsentem interessè
 longè id nimirum minùs Deo conuenit. Quare angustius id decentiusque ex-
 istimandum est, Deum summo in loco ita esse collocatum, numinis ut ta-
 men eius vis, per uniuersum mundum pertinens, tum Solem Lunamque mo-
 ueat, tum cælum omne circumagat, simulque causam præbeat eorum quæ in
 terra sunt salutis atque incolunitatis. Et paulò post: Hoc igitur modo na-
 tura diuina ab vno eodemque simplici motu primi corporis vim suam immit-
 tit in ea quæ sunt primo continentia, ab illisque subinde in ea quæ longius
 atque longius absunt, quo ad permeauerit vniversa. Quippe alterum ab al-
 tero motum, rursus ipsum quoque aliud mouet cum mundo: quum vnum-
 quodque interim agat conuenienter constitutioni suæ, nec tamen omnibus ea-
 dem sit via, sed diuersa, nonnullis etiam contraria. Quod verò (mox inquit)
 in hisce rebus agitur, magnoperè simile est iis, quæ belli tempore inter homi-
 nes factitantur. Nanque statim ut claciscum exaudiri in exercitu coeptum
 est alios ipse videas scuta sibi aptantes, lorica alios, induentes, alios ocreas
 vel galeam sumere, balteo se cingere festinantes. Rursus alios qui frena-
 tos equos edmittant, alios qui currus conscendant, qui denique tesseras per
 explicatam aciem prodant. Tum manipuli ductor ad manipulum, centurio
 excurret ad centuriam, postremò equites ad cornu, velites ad stationem, quif-
 que suam festinant: Cum interim sub uno ductore omnia moueantur, qui
 imperia & ipse significanda accepit ab eo apud quem summa est imperij.
 Eodem nos & ipsos modo censere conuenit de vniverso. Quum enim ab v-
 na vi impultrice ciantur omnia, sit vtique quod cuique commodum est &
 conueniens. Hæc igitur ratio est qua persuasus Aristoteles censet, Dei ma-
 ximi vim è cœlis per omnia diffundi. Quo autem dilucidius sit qua ratione
 diuinæ cœlestesque vires ad rerum omnium procreationem & cōseruationem
 huc defluant, inuat ea de re Aristotelis sententiam epilogo concludere: Deus
 sempiternus, immensus, incorporeus, indiuiduus, non in mundo corporeo,
 sed supra hunc in excelso habitans domicilio, immutabilis quidem quum sit,
 nulli affectioni subiectus, habeatque ex seipso vitam optimam & sempiter-
 nam: non præter rationem rerum principium statuitur, omnium primum om-
 nia mouens, a quo sit rerum omnium ortus, omnium vita & cōseruatio.
 Quæcunque mentes infinitatem illam supra extimam cœli conuersionem in
 colunt, in Deo vitam agunt, quæ tota est illius cōtemplatio. Deus porrò
 cœlos & mundum procreas, singulos singulis diuinitatis suæ feminibus con-
 spergit, quæ proprias vires inferent easque naturales, ad naturalè omnium
 mortalium administrationem & cōseruationem comparatas. Is demum
 stirpes & animantia procreans, uiribus diuinis insigniuit, & suis quæque fe-
 minibus fecundis impleuit, quorum continuatione perpetua sobole sese
 propagarent. Quæcunque olim Deus tum in cœlis, tum in terris progenuit,
 omnia vnus tuetur, atque regit, cœlestia quidem per se & proximè animantia
 verò stirpes aliæque mortalia cœlorum ope & interuentu, quibus naturæ leges
 tum procreatrices, tum cōseruatrices indixit & imposuit. Itaque animan-
 tium, stirpium, lapidum & metallorum omnium quæcunque & fuerunt & ef-
 fesse possunt formas vna cœli forma potestate comprehendit, & innumerabili-
 bus illa quasi grauidata formis, omnia gignit & fundit ex sese: vna illius vis
 & facultas, præ se fert omnium caducorum vires, quæ vel olim comparuerunt,
 vel post hac vnquam comparebunt. Has autem vector mundi spiritus, cœlo
 in totam vniversitatem diffus, rebus omnibus impertit, simul & speciem &
 natuum

natuum vitalemque calorem gignendis illis atque cōseruandis accommo-
 datum. Is omnia continet, omnia calore vitaque fouet, ut nihil vsquam sit
 non huius vbertate confertum. Huius vi & ope & inanima quæque persistunt,
 & animata sui quæque generis animam habent, alia quidem nutrientem, alia
 sentientem, alia mentis rationisque participem. Sic illa sese, rebus accom-
 modat, sic singulorum naturis inseruit, ut quantum cuiusque natura & condi-
 tio desiderat, quantum ipsa subiecti præparatio ferre potest, tantumdem illa
 exhibeat. Sol quantum abest longissimè, aduersis tamen corporibus lu-
 men sic impartit, ut nituant splendēantque illa fulgoribus: sed aliter aqua,
 aliter lapis, aliter lignum, aliter argentum. Ita propemodum & vis illa cœ-
 licus demissa, omnibus quidem est vitalis, sed ita ut aliis tantum hoc largia-
 tur ut sint, & aliis ut animam insuper habeant, idque aut nutrientem, aut sen-
 tientem, aut mentis compotem: non enim vno modo ab omnia illa susci-
 pitur. Sed & hoc velim postremo admonere, ne illam quidem ipsam vim sui
 semper similem esse, aut vno se semper modo rebus exhibere: sed alias aliter
 pro stellarum statu multiformi, quarum commixtio implexiorique plerumque
 euariat, tametsi vectoris spiritus vna est & impermutabilis substantia. Fieri
 igitur non potest quod quidam interpretatur, mundi spiritum vitam statumque
 rebus omnibus sic impertiri, ut ne minimam quidem aliorum opem deside-
 ret. Hoc si est, cur quæso non similia & similitèr perpetuò generet, quum
 semper æque præsens rebus adsit? BRVT. Non admodum dissimilem mun-
 di administrationem Plato meditatus, ideas solum videtur adieciisse, non cas-
 quidem ut plerique nugantur, inter nubes erabundas, sed in mente illa diuina
 immortales & immutabiles. Quæ quum ita se habeant (inquit) fateri oportet
 esse speciem quæ semper eadem sit, sine ortu atque interitu, quæ nec acci-
 piat aliunde quicquam nec ipsa vsquam ad aliud procedat, quæ nec oculis,
 nec alio sensu, villo percipiatur, quæque intelligentia cōtemplandam veluti
 sorte quadam accepit. Altera est eiusdem cum ea nominis, illiusque simili-
 lis, seu quæ & sensibus percipiatur, & genita sit, & feratur semper & in lo-
 co sit vnde postea veluti vanescat opinione cum sensu comprehensibilis.
 Ita quidem vnuerfales ideas adhibita demonstratione constituit, easque im-
 mortales, a quibus, etiam si singulorum formæ pereant (velut quum muscæ
 aut leæ abati omnes occidunt) noue possint suscitari. Quàm multa de his ar-
 gumentorum mysteria Plato adumbratis sententijs inuoluerit, ex ea quam ad
 Dionysium dedit epistola perspicere potest, in qua ita scriptum legimus: Dicis
 non satis esse tibi demonstratam eius quod primum est naturam, dicendum
 est igitur, sed per enigmata, ut si quid huc tabula vel mari, uel terra accide-
 rit, qui eam legerit, non possint intelligere. Sic autem res habet: Penes om-
 nium regem omnia sunt, omnia ipsius gratia, & ipse est omnium bonorum cau-
 sa. Secundum verò circa secunda, & tertium circa tertia. Hoc loco mirè
 æstant Platonici Iamblichus, Proclus, Plotinus, Numenius, Plutarchus a-
 liique plures, de vera interpretatione inter se accerrimè cartant: at quam sim-
 pliciter Platonicæ præceptore non ita pridem edoctus, hic si videretur edisseram.
 Nisi enim per incuriam aliquam mihi perire, chartulas scio & commenta-
 rios mihi esse alicubi repositos, in quibus sententias quas ex hore dictan-
 tis exceperam, memoriæ a me mandatas memini. Vir erat ille natu gran-
 dis, canis venerandus, barba horrida eaque promissa, seueritate grauis, sic
 ramen ut ab inhumanitate plurimum abesset. Comitabatur hinc inde & a ter-
 go, ingens philosophantium turba tum nostratum tum peregrinorum. Bre-
 uiter

Temist.

de anima
cap. 24

In timo.

uiter vir erat in quo vno dixisses laudata illius vetustatis speciem relucere, adeo vt chori illius vtriusque ordine & nominis splendore captus, me tum quoque in eum comitatum. PH. Quem vero non alliceret iste ordinis decor? B. R. Sed plus poterat summa viri humanitas & modestia, qua quicquid rogabatur, placide mox & sine supercilio respondebat. PH. Amabilis ille animi candor. B. R. Disserebatur frequenter de rebus abstractis & magnis, quas nec ingenij mei infirmitas ferret, nec crassities penetraret. quodam autem die quum in umbracula concessisset, positus sub Platano sedibus, ille quidem mediam occupauit, nos partim in ceteris in orbem subsellijs, partim in herbefcente viriditate sedimus. Tum quedam de more prefatus, ad hanc rem de qua agimus ita tandem aggressus est: Tria circa regem omnium Plato statuit coeterna, bonum, mentem, & mundi animam. Bonum appellat rerum omnium patrem & authorem Deum, qui simplex & immobilis, supra omnem omnium naturam & intelligentiam in Parmenide constituitur esseque in omnia exuberans bonitas. A patre bonoque mens procedit, ut ab ingenita Soli lux lumen splendidum, quae mens intelligentia est diuina, & optimus boni filius. A mente rursus anima mundi desinit, uti splendor a lumine, quae per omnia spirat, omnia in vita continet. Circa primum qui pater est omnium simplex est & indiuidua bonitatis idea. Ab hac tanquam ab immenso & inexhausto fonte, innumerabiles desiliunt idearum differentiae, haud secus atque ex vno simpliciue lucis radio, plurimi in caelo radij distincti cernuntur. Has rerum omnium ideas diuina mens excipit, ut sint secunda illa circa secundum: illaque mens rerum omnium quae sunt, quae fuerunt quaeque olim erant sempiternas ideas tanquam sinu suo complectitur. Ab istis vero, dimanant idearum rationes animae mundi immixtae, a rationibus rationum semina in caelos & sidera sparguntur. Omnia quae in mundo sunt mortalia, a sua quaeque idea & exemplari, quae mens illa diuina vniuersae complectitur sustententur. Ideae per suas rationes, mundi animae comunicatas, & haec per rationum semina caelorum corporibus indita, hoc mundi spiritu deuictae, rerum & ortus & gubernatione procurant: haud secus atque nostri corporis anima spiritibus viribusque de se missis, partium singularum naturas vires & opera continet tueturque. Ad eumque modum id efficitur quod est cum in Philebo, tum in alijs plerisque locis, vt existat omnis rerum ortus & administratio, a caelorum seminibus, ab animae mundi rationibus, ab ideis quae sunt in diuina mente, ut omnia tandem ad simplex illud vnicumque principium referantur: quo posito constituantur omnia, sublato intereat. Id quoque longo & accurato examine in Parmenide persensum est: nam id si forte virtutis suae inflexione retraxerit, deficiente vita in mortem corrumpit vniuersa. Haec enim Dei vita, haec illius actio, rem ad motiones pro sua quamque natura ciere, vitamque omnibus inspirare. Et immortalitatis quidem seminibus caelum conferit, terram vero mutationum. Quae autem ratione anima spiritusque mundi inferiora haec cadauque omnia & giuant & administrant, horumque proxima causa habeantur, ita quidem exquisitus Platonius praceptor interpretabatur. mundus qui quatuor naturae principia tota, uno caeli ambitu coercet, vnum quoddam corpus est, cuius partes vt animalium inter se coherent, vnius spiritus & mundi animae beneficio. Nam

6. Aeneid.

*Principio caelum ac terras camposque liquentes,
Luceantemque globum Lunae, Titanique astrae
Spiritus intus alit: totamque infusa per artus
Mens agit at molem, & magno se corpore miscet.*

Viunt

Viunt quidem animalium corpora, sua quaeque anima, mundus autem longè omnibus dignitate precellens, multo nobilissima animam est consequutus. Quae enim in obscuro vesaniam, quae dementia sit, partem viuere fateri, negare totum? & mutilo incoatoque corpori animam esse, qua integrum & consummatum careat? Quae perueritas, immò vero quis furor, vniuerso vitam eripere, in quo & cuius beneficio sumus ipsi, viuimus, mouemur? magna est hac in parte diligentia Platonis, & sunt ab eo collecta in Epinomide, in Timaeo, in libro de legibus decimo, argumenta & multa & valida, a caelestium amplitudine, a motu cum perennitate tum constantia, a diuinitate & praestantia vitalis spiritus & caloris, quem illa nobis largiuntur. Atque vt in terris viuentium, sic & in caelis stellarum corpora, animalia esse omnia confirmat, eaque ex corpore pulcherrimo, & anima cum optima tum beatissima constare. Vt autem in nobis eam quae ossis est formam, & eam quae carnis, & eam quae nerui, & quae alterius cuiuscunque similis particulae gubernat ea quae totius est, omnibus quidem particulis se communiter impertiens, nullius vero peculiariter propria, totius corporis communis: sic & quae totius mundi est anima, omnium caelorum, siderum, & elementorum, omnium denique quorum ex illis ortus existit, animas fouet ac gubernat. Haec est mundi anima datrix formarum, cuius potestate & uiribus singula continentur, & quam verè interpretatur naturam esse illam vniuersalem, quae caducis rebus prima est origo, cuius vim admirata est eorum turba, qui se physicos appellauerunt, ne minimum quidem eius limites praetergressa. Ceterum quo pacto haec se suasque vires rebus ingeneret, repetito aliunde principio, ita est interpretatus: Mundi corpus concretum tractabile quum sit, & comprehensibile sensibus, illius vero anima purissima, simplicissima, omnis corporeis molis experta, haec duo inquam quum maximè distideant, & longissimo seruita sint interuallo, non alia ratione coniungi potuere, nisi mediae cuiusdam naturae interuentu: ea autem est spiritus aetheris ac diuinus, communis vtriusque & amborum eum quidam nexus & vinculum. Vt enim animantibus spiritum inesse non dubitamus, qui & animam retinet in corpore, & se ad omnia eius munia accommodatum exhibet instrumentum: sic & quendam in mundo esse par est, qui non vt ille, quicquam e caducis terrenisque hauriat, sed totus aetherus, totus lucidus, diuinam prorsusque caelestem conditionem obstat. Hunc Plotinus existimauit a mundi anima vniuersum dimanare, quem vi sua genitrali illa quasi turgens procrearet. Per cuncta diffusus & incertus, omnium quae sunt proximus author, totusque vitalis vitae seminariae rebus infundit: huic enim comes est caelestis ille diuinusque feruor, qui ceteris naturis omnibus, salutarem impertit & vitalem calorem, qui in omnem susus naturam, animantia omnia omnes stirpes gignit, conseruat, alit, auget, sustinet. Quare quum vna natura sit quae mundum omnem continet, quaeque ipsum tuetur, fatendum est ipsam esse mundi animam, ex qua conseruatio & salus omnium omnino oritur, & cuius spiritus cuncta complexu conciliat. Sic omnibus inter se continentibus necesse est, quod a Tullio dicitur, omnia uno diuino & continuato spiritu contineri. In vniuersum mundi corpus diffuens hic spiritus, & singulis se rebus immiscens, secum (perinde vt si vehiculum esset) tum illam mundi animam, tum idearum rationes, & e caelum sideribusque rationum semina inuehit, totis confundit & permiscet: his porro comites sunt ipsa mundi vita, & salutaris ille siderum calor, a quo est cum procreandi, tum nutriendi, augendi conseruadique facultas, quam

In Tuscal.

Bbbb quam

quam perspicuè cernimus in stirpes, arbores, conchilia animantesque propagatam.

Ancid. 6 *Inde hominum, pecudumque genus, uideq; uolantum,
Est quæ marmoreo se : monstra sub aquare pontus,
Ignarus est illis niger & celestis origo
Seminibus.*

Neque vero ab hoc ordine lapides & metalla femoueam, quod nihil in uisum te mundo tam deforme & tam abiectum sit, cui non infusus ille spiritus munerum diuinorum aliquid clargiatur. Hæc sunt optimi viri, quæ audiueram e quidem a Platonico illo, sed ita multis antè annis, vix ut meminisse poterim, nisi memoriam labenti hæc chartula in quam singula reruleram succurisset. E V D. Virum narras haud vtique silendum, sed dignum profecto cuius nomen monumentorum æternitati consecratur. Sed age obsecro hoc nobis ingenuè fateare: cur cum hæc iam pridem & audiuissem & probassem, recondita tamen tenebas, neque in medium proferebas? Cur superiore concertationem eousque incalcscere patiebare? An illa exciderant animo? An non tibi iure reprehendendus uideris peruicacitatis aut inuidentiæ nomine. B R. Nondum profecto, nondum vlla ea obduxerat obliuio, sed ad philosophici ingenij aciem exacuemendam hæc inuestiganda duxi, & ut plenius constaret quid quatuor illæ simplices rerum naturæ in singulis uirium haberent, quas pluri mi rerum omnium primordia causasque statuunt, ex quibus uelint rerum omnium cognitionem capi & certiore disciplinis demonstratione adhiberi. E V D. Experitis tamen non posse te in veteri illa sententia permanere, ac ueluti stationem tueri: aut si castella quædam munitiora defendere coneris, proditurum te quidem totam philosophiæ urbem. Sed qui possunt diuina illa commentitia uel esse uel uideri, quæ summi naturæ exploratores ac speculatores, pro certis rerulere, præsertim additis demonstrationibus pro rei natura firmissimis & euidentissimis?

De scriptibus quorum Gubernaculis mundum administrari tradunt.
Cap. XI.

PHILIATROS.

AUDIO præter commemorata toto mundo spiritus uariari, quos Græci *daimones* appellant, de quibus mihi uideor quiddam superiore disputatione subodoratus. Nequid igitur rerum inuit ueritati, siue sub aspectum id cadat, siue oculorum obtutum effugiat, quod nos hic congressus non attigerit, æquum est & de illis quid sint, quot illorum genera, quid denique rei mundo procurent inuestigare. E V D. Ab hac disputatione aliena profus uideatur solers isthæc disquisitio. PHIL. Erit fortasse non modo ad perspicuam æterni Dei cognitionem apprimè utilis, immò etiam ad morborum & remediõrum quæ trans naturam sunt demonstrationem necessaria, de quibus pomeridianis horis ex te non nihil audire cõsueuimus. Quid itaque de spiritibus è sacris literis in unum quasi fascisculũ congesserim, ipse præparando: uos quæ aliundè legistis, profundite. Deus excelsus priusquam mundi hu-

sus aspectabilis quicquam moliretur, incorporeum illum miris spirituum ordinibus confertum condiderat, qui quum omnes boni essent, neque quicquam malum efficere potuisset qui esset ipse optimus: vnus tamen Lucifer ausus est in corde suo dicere, In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, & sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Tum omni exercitu quem fraude & perfidia sefellerat comitatus, de cœlo corruit in terram qui manè oribat: & in infernum detractus est in profundum lacus. Et, ut inquit Iudas Apostolus, Deus angelos qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei uinculis æternis sub caliginæ reseruauit. Itaque infinita illa spirituum multitudo bifariam tum cõsecrata est: hi cœlorum sedibus addicti & consecrati sunt: illi cœlo exterminati huc in exilium relegati, elementari mundo sedibus incertis oberrant. Superiores illos nouem choris disunxit Dionysius: Supremum & excelsum tenent Seraphim, hinc Cherubin insequuntur, deinde Throni ab ijs dominationes, mox uirtutes, proximè Potestates, succedunt Principatus, inde Archangeli, tandem Angeli infimo cœlestium ordine. Ita enim singulos ex facrarum literarum monumentis deprompsit. Quibus autem obeundis muneribus quippe destinatur, ita dein expressit: Cœlestium spirituum prima distinctio Deum iugiter ambiens, & circa illum nullis mediis interpositis agminibus astans, æternam ipsius scientiam simpliciter & indeficienti circumstat affectu. Ea quippe plurimas ac beatissimas speculationes, purissimis intuitur obtutibus, simplicisque & continentes diuinæ claritatis radios suscipit, atque distanti cibi alimonia pascitur, plurima ex diuinis excellenti ratione cognoscens, diuinæque scientiæ & agnitionis quantum fas est, particeps facta. Quid autem à supremo illo ordine singulis deinceps inferioribus infiuat, ita quidem exposuit: Superiores eminentioresque ordines, inferiorum quoque agminum non carent fulgoribus atque uirtutibus posteriores uerò superiorum intelligentiæ exortes sunt. autem omnes ita instituti, ut inferiores superioribus obaudiant, eorumque nuntius enuntient. Ac primi illi quidem ut summi Dei se mouentis, consilia & uoces exponant: reliqui uerò portione debita, ut tandem per infimos Angelos nobis pro modo & ratione cuiusque, diuinorum sensuum aperiant lucem. Angeli nanque implendi peragunt munus, & ipsorum ordo magis circa euidentiora & apertiora uersatur, ac mundana formæ negotia ab eis disponunt. Enuntiant enim diuina mysteria humanis ordinibus, quibus eos præesse credendum est, ut illorum misterio ferantur ad Deum & conuertantur, sintque ipsius societate & coniunctione felices. Humanarum rerum administrationem Angelis sacra scriptura distribuens, Michaelẽ Indæorum principem, aliosque gentium præfides constituit. Statuit enim a tissimus terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei. Neque uerò gentibus duntaxat aut terræ proninciis, sed & singulis nobis addictos esse custodes angelos, inconcussa illa Euangelii ueritas testatur. Videte, inquit, ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim uobis, quia angeli eorum in cœlis semper uident faciem patris qui in cœlis est. Sic (ut proditum literis accepimus) primi parentis custos Angelus dictus est Raziel: Abraham, Zakiel: Isaac, Raphael: Iacob, Peliel: Moyses, Metraton. Per hos interuentios plurima illi diuinitus acceperunt. Vnde intelligitur infinitam haberi Angelorum multitudinem, quam tamen sacra literæ extremum quiddam

Isaie. 14.

In Epist.

De cœle.

si hier.

cap. 10

Cap. 9

Dan. 10

Deut. 32

Matth. 18

Daniel. 7. indicentes, ad decies milles dena millena produxerunt: At verò malignorum spirituum vix vsquam viderunt ordines exercitusque attigisse. In omnibus tamen hæc mala insunt, furor rationis expers, demens concupiscentia, cogitatio preceps atque proterua. Hæc Iudas triplici genere complexus est: Hi inquit carnem quidem maculant, dominationem spernunt, maiestatem blasphemant. Itaque demones è patria sedibusque exturbati effrenatius in huius mundi principatum exules inuasērunt, sicque vniuersum obsidione impleuerunt, vt nulla toto sit orbe regio, qua non illi Deorum nomina sibi vsurpauerint, adeo quidem subdole & versute, vt. (quod mirum videri potest) apud Gallorū Druydas & distantissimos Indorum Gymnosophistas, idem sit cultus deprehensus. Hanc maximè curam doli omnibus & præstigijs adhibuerunt, vt idolorum species tanquam Dij colerentur. Quamquam appellente Christo Principe luminū, Princeps huius mundi foras est eiectus, neque in nobis habet quicquam circumiens tamen tanquam le rugiens querit quem denoret, & quem irretiat technis suis tentatio nunquē insidijs. Plura in præsentia è sacris non succurrunt, vnde pleniorē demonum potestatem astruam: vos quæ aliunde noueritis, effundite. B R V T.

Rem abditam, nulla sensuum acrimonia comprehensam, temeritas sit spreto omnium auctororum patrocinio constanter assenerare. Quocirca de demonibus quicquid sum dicturus è Platoniorum fontibus exhauriam. Demones quosdam esse, eosque mando uagari, hoc sensus testimonio Plato comprobauit: An est quisquam qui demonum quidem opera opinetur esse, demones autem neget? Quodd si demonia esse puto, necessarium est putare me demones quoque esse: an non ita seres habet? Sed omnium numinum multitudinem quasi mundum aliquem instituens, in Epinomide summos Deos, ultra mundanos ait amplissimam rerum prouidentiam habere: sub his in cælo quosdam conspicuos esse, tertio infimoque loco demones: horum genus vnum ex æthere, alterum ex aëre esse. Ac neutrum, inquit conspici totum potest: sed quamuis hi demones prope nos sint, nunquam tamen manifestè nobis apparent. Et mox: Aliud verò quod ex aqua est, rectè semideum vocabimus. Id nonnunquam cernitur, nonnunquam aspectui nostro se subtrahit: & quum videtur tenui visu perceptum admirationem adfert. Præter tria hæc demonum genera Plato quoque Heroas instituit, libro quarto de Legibus. Post deos istos, inquit, demonibus vir mentis compos sacrificabit, herohibusque post demones. Heroas extimorum hominum animas esse definiunt, a corporis nexu seingatas & liberas. Quos Plato demones promiscuè appellauit, hos Latini ex officijs distinxerunt. Qui administrandis regionibus præsunt, Dij patrij Penatesque: qui pacato & quieto numine demum possident, Lares: aut si quando terrorem incutiant, Laruæ: qui verò nobis singulis testes & custodes additi sunt, Genij appellantur. Heroas quos Græci dixerunt, veteres Latini Lemures dicere solebant. Quibus viribus præditi sint, ex Platone accipite: Prudentiæ mirabilis participes sunt, acuto quippe ingenio tenaci que memoria cogitationes nostras omnes cognoscunt. Honestos bonosque homines mirifice diligunt: improbos vehementer oderunt, ut pote qui doloris participes sunt. Sed Deus qui diuinam sortem perfectè possidet, a doloribus uoluptatibusque liber, sapientia cognitioneque perfectè fruatur. Quum autem referunt animalibus cælum sit, & Dij summi & demones se in uicem interpretantur. media enim animalia tum ad terram, tum ad cælum, leui motu feruntur. Hoc ipsum in conuiuio Diotimæ fatidicæ mulieris auctoritate

thoritate stabiliuit. Quam vim habet demonum natura? Interpretatur & traiecit humana ad Deos, diuina ad homines. Et mox: Deus quidem homini non miscetur, sed per id medium, commercium omne atque colloquium, inter Deos hominesque conficitur, & vigilantibus nobis atque dormientibus. Hæc quidem de naturis demonum: nunc ut sint illis singularum mundi regionum gubernacula distributa, ex Politico ubi de uita quæ sub Saturni regno ducebatur, audite: Tunc sanè totius mundi princeps curatorque primum Deus extitit, at nunc per uarias mundi plagas singula ipsius partes a Dijs principibus distributæ sunt. Animalium quoque genera gregatim distincta demones quidam tanquam diuini pastores sortiti sunt, quorum quisque ad munus suum obeundum sufficiens quum esset, singuli singulis sic ut ille uoluit præstiebantur, quibus præerat ipse. Plenius in Critia siue Atlantico: Dii quondam uniuersum terræ orbem sigillatim sortiti sunt, in regiones singulas distributum. Qui persuasione pro gubernaculis utebantur, eaque animam attingebant: & pro arbitrio suo ita ducentes, mortale genus omne gubernabant. At quomodo? libro de legibus quinto expressit, quo eas regiones feliciores haberi censet quæ meliores demonum rectores fuerint sortitæ. Nec illud, inquit, o Clinia, o Megille nos fugiat, magnam esse locorum ad ferendos meliores peioresque homines differentiam: quibus diuersa prout expedit legibus sancienda sunt. Maximè autem loca regionis differunt, in quibus inspiratio quædam diuina est: & quæ demones sortita sunt, qui habitantes sic uel contra suscipiunt. Vnde in Phedro commemorat demonem quendam Aegyptios primum literas docuisse, compluribusque locis uaticinia audiri. Audiui equidem, inquit Socrates, circa Naucratim Aegypti, priscorum quendam fuisse Deorum, cui dicata sit uis quam ibi uocant. Demoni autem ipsi nomen Thenth. Hunc primum omnium numerum & numeri computationem imenisse, Geometriamque & astronomiam, talorum rursus aliarumque ludos, & literas. Erat tunc totius Aegypti Rex Thannis: ad hunc Thenth profectus, artes demonstrauit suas, dixitque eas distribui deinceps Aegyptijs cæteris oportere. Et mox: Qui in Iouis Didonæi templo versantur, ex quercu sermone primos fatidicos erupisse asserunt. Quapropter libro de legibus quarto, sic omnem regionum ciuitatumque administrationem colligit: Quum intelligeret Saturnus quemadmodum ipsi narauimus, nullam hominis naturam res humana ita gubernare posse, vt si omnibus arbitrato suo dominetur, lasciuiori superbia ingultitiaque non repleatur: quumque hæc inquam non ignoraret, non homines, sed diuiniore præstantiorisque generis demones ciuitatibus nostris reges principesque præfecit; quod nunc uos in ouium gregibus aliorumque cicurum armentis facimus. Non enim bobus boues, nec capris capras præficimus, sed nos ipsis genus melius dominamur. Similiter Deus homines amans, genus demonum generi nostro præstantius, nobis præfecit. Iam verò quod de proprio cuiusque demone è factis protulisti sic Plato in Phedone legitur astruxisse: Nihil .n. aliud quàm migrat ad manes anima, secum trāsferat, præter eruditionē atque educationē: quæ qui de statim in principio transmigrationis illius, plurimum vel prodesse vel obesse dicuntur. Ferunt enim quælibet hinc illuc emigrantem, ab eo demone quem uiuens sortitus fuerat, in locum quendam duci, ubi oporteat omnes vna collectos iudicari, ac deinde ad inferos proficisci eo duce, cui mandatū erat, ut hinc decedentes ad illa loca traducat. Proprius Socratis demon multis locis celebratur a Platone. Alcibiadem alloquutus Socrates sic ait: Curator meus

me us melior & sapientior quam tuus Pericles. Alcibi. Quis hic Socrates? Socrat. Deus o Alcibiades, qui me vetuit ante hunc diem tecum disserere: cui credens, assero te per nullum alium, quam per me claritatem consequuturum. Et in Theage sic ait Socrates: Adest mihi diuina quadam sorte, demonium quoddam a primam pueritia me sequutum. Hoc enim vos est quedam, quæ quum sit, semper eius rei quam facturus sum, disuasionem demonstrat, prouocat verò nunquam. Quòd si quis amicorum meorum quodque aliquid communicat, extatque vox, hoc illa disuadet neque facere. finit. Cuius quidem rei vobis testes dabo. Charmidem virum bonum Blanicis filium noscitis: hic aliquando &c. Et mox subdit. Quibus autem fauerit in ipsa familiaritate potestas demonii, breui ii proficiunt. Et rursum: Si Deo gratum est, per multum quidem & breui proficies: sin contrà, minimè. Vnde libro de Repu. sexto ait: Dæmonis autem nostri signum referre nunc non decet. Et libro de legibus sexto, monet vnum quemque numen suum & proprium dæmonem, conuenienti sibi honore afficere, quò se is familiarem præbeat, omniaque seruet illæsa. In quam sententiam hæc post multa protulit Apuleius, Hic quem dico profus custos, singularis præfectus, domesticus, specularor, indiuiduus arbiter, inseparabilis testis, malorum improbator bonorum probator: si ritè animaduertatur, sedulo cognoscatur, religiosè colatur, ita vt a Socrate iustitia & innocentia cultus est, in rebus incertis prospectator, dubiis præmonitor, periculosis viator, egenis opitulor qui tibi queat tum somniis, tum signis, tum etiam fortasse coram quum vsu postulat mala auertere, bona prosperare, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare, sidera aduersa corrigere. Hæsi sunt quibus ad sacram imitationem Plato & ciuitatibus administrandis, & domibus nobisque protegendis dæmones additos confirmat. Cæterum nusquam malignos a bonis se iunxit, sed omnes promiscuè Deorum nomine complexus est: nam illius ætate bonos dæmones nondum innotuisse constat. Quoscumque vetustas Deorum cultu venerata est, omnes auctore Porphyrio cacodæmones erant. At platonici iuniores, eos genere toto disiunserunt. Clare quidem proclus, sed apertius Iamblichus. Dii, inquit, angeli, dæmones boni, non apparent phantastico modo, sed proprio prorsus & vero. Spiritus verò mali, phantastico fallaci que: simulant Deorum præsentiam dæmonumque bonorum, ideoque cultorem suum iubent esse iustum, vt ipsi videantur boni sicut & Dii. Quoniam verò natura sunt mali, rogati maia inferre, libenter inferunt, atque nobis ad iniusta conducunt. Hi sunt omnino qui & in oculis mentiuntur & fallunt, & turpia consulunt atque peragunt. Dii verò bonique dæmones neque fallunt vnquam, neque conferunt ad iniqua. Est insuper malorum natura dæmonum sibi met inconstans, instabilis secumque dissidens, alias alia suadens. Superiorum verò natura sibi constat assidue, eundemque seruat semper in actione tenorem. Is mox plurima de proprio cuiusque dæmone subiecit, & rationem duplicem qua illum nobis familiarem reddamus: harumque alteram artificiosam appellat, quam Porphyrium secutus ait ex cœli figuris & generosis dotestibus deduci. Supra hæc nonnulli curiosa nimis & præcipiti indagazione sceleratas artes inuenerunt: alii in nefariam dæmonum societatem atque commercium sese quætionibus obstrinunt: alii gentilibus sacrificiis summos illis honores deferunt quòd rerum potantur: alii diuinorum nominum potestate illos se subigere, in suamque ditionem redigere censunt, quibus vt seruis imperent. Quæ omnes

omnes prorsus vanæ & captiosæ sunt artes. Sed nec illa de qua modò dicebā minus superstitiosa est, qua plerique gloriosius iactant bonos dæmones posse sibi familiaritate coniungere, quorum consuetudine, optima quæque condiscant: hi siquidem difficile comparent, nec nisi summi Dei iussa capeunt. Illorū verò simulata specie cacodæmones percuriosis hominibus multa plerunque ementiuntur. Itaque qui aut gētiliis sacrificiis, aut simulatis nominibus diuinis acersit consolant, omnes sunt cacodæmones: qui tamen si optāt venire, cogi tamen se simulāt, inquit Porphyrius, vt suis non dein præstigiis irretiant. Vidi quendā vi verborū spectra varia in speculū deriuare, quæcumque imperaret mox aut scripto, aut veris imaginibus ita dilucidè exprimeret vt promptè & facilè ab assidentibus omnia internoscere. Audiebantur quidem verba sacra, sed obscœnis nominibus spurcè cõtaminata, cuiusmodi sunt elementorū potestates, horrèda quædā & inaudita principū nomina, qui orientis, occidentis, austris, aquilonisque regionibus imperant. Cæterum omnis dæmonū quauis arte parata necessitudo, omnisque horū præstigiōrū ratio, pestifera fraus est in extremā hominū perniciem introducta. Nā Porphyrio teste, dæmon mendacii parens rogatus, etiā quæ nō nouit cōstanter affirmat: & quæ nouit, si semel verè, decies illa falsò refert, naturæ suæ nunquā immemor. E V. Multa quidē & expressa de dæmonibus ex authorum vestrorum fide deprompsistis, ad quæ si nequeam Arist. telis sententias singillatim accommo dare, quid tamen illius opinio ferat, hinc perspicui potest, quòd Deorum plena esse omnia ex Pythagoreorū doctrina asseuerat: & naturales Deos mundū hunc inferiorem: sublimiores verò superiorem illū sola cogitatione comprehensum moderari, atque conseruare, Quanti verò aliorū de his tū scripta tū dicta æstimauerit, ex his paucis quæ libro de diuinatione per insomnia, memoriæ mandauit, coniiicitur: Sublata, inquit, causa quæ ad Deū referatur, nulla præterea alia videtur consentanea esse. Quandoquidem originem eius inuenire quod dicitur, quosdam esse in Boristene & iuxta columnas Herculis, qui futura præsentiant, captum ingenii nostri excedere videtur. Libro de partibus animalium ita scriptum legimus Heraclitum dixisse ferunt ad eos, qui quum alloqui eum vellent, quòd fortè in casa furnaria quadā caloris gratia sedendem vidissent, accedere temperarunt. ingredi eos fidentes iussit, quoniam (inquit) ne huic quidem loco Dii desunt immortales. Quo sanè loco Deorū nomen Geniis, Penatibus, Lemuribus, spiritibus denique omnibus Platónico more impertiuit, vt qui peræque omnes incorporei & a nostris sensibus remoti sint, operibus solis conspicui. De his autē quæ ad rei medicæ exercitationē nō admodū accommodata videri possunt, ita fortasse ultra modum. Quumque gnomonis vmbra in solario meridiā instare commonstret, par est disserendi finem facere, & quieti valetudini que non nihil tribuere. Heus pueri mensam primis cibus extruite. P. H. Ne te pœniteat optime Eudoxe, in hanc disputationem ceu vi quadam impulsus fuisse, quam spero non parum fructus ad rei medicæ usum nobis allaturam, & cum mihi, tum ceteris omnibus qui disputantibus nobis assederunt, eximium quendam diuinitatis ardorem concitasse. Si quos enim spiritus orbe toto volitare & vagari compertum habemus, eosque seu non attingi, incorporeos esse, immortales, & intelligentiæ participes: constants id & firmum esse debet, animum quem in nobis sentimus intelligentiæ capacem, incorporeum simul & immortalem haberi: & eundem quum è corpore emigravit, in perpetuum viuere, referri que in spiritum greges. Si extra

Lib. I. ca. 5

Si extra concretum hunc aspectabilemque mundum innumerabilis spirituum multitudo, quasi in turmas digesta, ducibus gubernatur, necesse est omnino, & ducibus ipsis Regem vnum Imperatoremque summum præfici, qui principatum tenens diuinitatis splendore intelligendi que præstantia, immensus sit & incomprehensus, cuius maiestatem & præstantiam infirmitas fragilitasque nostra, ne tenuissima quidem suspicione possit attingere, hoc luto hoc denso corporis cemento demersa. His animi quasi primis epulis corroborati, corpus oblectamento quodam & solatio leniatur, laucemus, & mensæ accubamus.

LIBRI PRIMI DE ABDITIS RERVM
CAVSIS, FINIS.

IOANNIS FERNELII
AMBIANI DE ABDITIS RERVM CAVSIS,
LIBER SECVNDVS.



P R A E F A T I O.



- TRES cætera omnes quas mundi hæc vniversitas complectitur, ab initiis & quasi rudimentis quibusdam obscuris ortum accipere: ita nascens rerum cognitio atque scientia, principio rudis, in his solum versabatur, quæ vel oculis uel auribus, uel aliis denique sensibus disci percipi que possent. Etenim prima illa ætas effectus dumtaxat intuebatur, qui coram & in conspectu omnium erant, causas ex quibus illi prodissent minimè contemplata. Postea uero quasi adulescens ipsa rerum cognitio, studio exulta maiore, in ea altius penetrare cepit, quæ penitus abstrusa & longissime a sensibus disiuncta, solius mentis vi & agitatione condiscerentur. Tum primum nata nomenque suum adepta est philosophia, quæ vna omnium quæ sunt causas ratione animoque lustrat & persequitur, hasque ex euentis inuestigat atque demonstrat. Quoniam uero non semper euidentes eæ sunt, & plerumque in obscuro posita delitescunt, non ab omnibus peræque sunt comprehensæ, sed vnus eiusdemque rei alij alias sæpe causas attulerunt, ut sua quique probabili ratione ducebantur. Plurima hinc philosophandi genera processerunt, è quibus duo commemorantur in huc usque diem præclara: vnum sub Democrito, alterum sub Hippocrate principe. Ille causarum omnium ordinem persequutus, fortuitam illam atomorum concursum implorans, eas ipsas rerum omnium prima elementa fecit. Hippocrates non hæc, at terram, aquam, aerem & ignem: a quibus inter sese confusis omnia quæ oriuntur & occidunt nasci alique contendit. Hæc sectæ ductæ ab humili eosque progressæ sunt ad summum, ut non in philosophia modo, verum etiam in medicina præclaros imitatores & æmulos inuenerint, qui cum rerum omnium, tum morborum causas ad sua quique elementa referri oportere, non infirma sed maximè credibili probabili que ratione suaderent. Atomos amplexati sunt qui se methodicos medicos appellarunt: terram, aquam, aerem & ignem dogmatici. Vtrique sua principia tam arctè tenent tamque accuratè defendunt, nihil ut gigni fieriue putent, quod non statim causis illis acceptum ferant. Quæ quum ita sint, velim vnusquisque ex bono & æquo ponderet ac iudicet, quam parum firma & quantum in opinione dubia sint quæcunque de primis rerum causis disputari solent, utque de his nihil certum nihil cognitum comprehendumque animo haberi possit. Euentorum suas utriusque causas iactitant, has magna probabilitate rationum tutantur: authorum utriusque par ferè numerus, qui ingeniorum laude & acrimonia non admodum dispar es sint. Vtrorum igitur testimonio fidem attribues? In utram te illorum familiam tutum recipies? Stabilitatemne vel auctoritatem habere possit, qui se com-
- Cccc mentitis

mentitiis illis opinionibus adiunget? At omnes veteres iam ridemus, miramurque, ut sibi quisquam persuaserit corpora quadam solida atque indiuidua, fortuita illa concursione res magnitudine immensas, varietate multitudinēque infinitas, omnemque absolutissimum hunc mundi ornatum effecisse. At certe si Democritus mortem cum vita commutare posset, multo acrius hæc quæ putamus elementa, suo more rideret. Quæ equidem huc non idcirco afferō, ut quasi armis contendam, quatuor elementorum mundi vires nullas esse, sed ut clarum perspicuumque fiat, eos qui rerum omnium efficientes causas ab his elementis necessariō petunt, quæ duntaxat probabili ratione stabilita sunt, plurimum disputationibus suis hallucinari, multorumque euentorum causas alio pertinere.

Rei cuique genitæ, alias a materia, alias a Qualitatum temperamento, alias a Forma vires in esse. Cap. I.

B. R. V. T. V. S.

Iam satis, & magis opiparè quàm Philosophos decet, epulati sumus hilaritatem in modum. Ne quid igitur dici huius tam præclaræ nobis pereat, ad frugi feram fructuosamque disputationem nostram reuertamur, & è philosophia quasi è vadis & fluctibus emerfi, in amplum illum medicinæ campum concedamus. In quo non vt manè, disserendi subtilitate digladiari velim, sed restinētis contentionibus armisque depositis (ne qui passis controuersiam fieri disceptationem causentur) ex te pacatus audire, quantam in re medica abditarum causarum vim esse putes. E V. Velles igitur diem hunc totum amicis eripere, qui ut animum a grauioribus curis hilaritate quieteque relaxarent, nos comitati fuerant. Quando autem video nostra hæc colloquia illis non iniucunda fore, placet diem totum vt cœpimus literis consecrare. At ne vel Solis ardore torreamur, vel terris his coerceamur, conueniet sub hortorum virentibus umbraculis, in herbescentibus subselliis consistere, quæ placidissimè spirat Fauonius: critque nobis terræ tumulus pro mensa, in quam libros si res exigat reponemus. Accedamus itaque, & hic molliter ac delicatè recumbamus. P H. Locus sanè amœnissimus, quo uel Musæ plurimum oblectentur: conferet huius amœnitas nonnihil ad rei quam expetimus perspicuam dilucidamque explicationem. Eia tu iam quum uoles ad rem aggredere, à medicinæ principis exorsus. E V. Tria quidem hæc, materiam, speciem atque temperamentum, in vniscuiusque rei naturalis compositione contineri, multis supra rationibus est confirmatum. E quibus duo vt principia rem omnem constituunt: at temperamentum duntaxat inest in materia, quæ ex primorum mundi elementorum permissione concreuit. Nunc vt ab ipse tribus neque à pluribus rerum omnium vires profectæ sint, & quales, edisserendum. P H. Rectè tu quidem viam quam nos tenere oporteat ingredi: perge igitur reliquum iter conficere, & dic cur rei procreatæ, alias a materia alias à temperamento, alias a forma vires inesse putes: quum vnica sit totius substantia, à qua omnis actio omnisque effectus enasci & emanare creditur. E V. Aristoteles efficientium causarum, alias esse proponit rationis expertes, alias participes. Quæcunque (inquit) rationis sunt participes, contrariorum operum sunt effectrices: expertium autem rationis vnaquæque vnus duntaxat operis est principium. Hinc autem argumentum sic ratione comprehendam: Causarum facultatumque

9. Metaph. cap. 2.

22

23

facultatumque naturalium quæ sunt rationis expertes, vna vnus est effectus principium, neque ab vna & eadem possunt complures diuersique effectus prodire. Atqui vniscuiusque simplicis naturalisque corporis velut stirpis, complures notamus effectus, eosque admodum varios & dispares: Nequeunt igitur hi ad idem communeque principium referri, sed est necesse horum multæ sint causæ. P H. Etiam si hoc vnum complures causas & facultates habeat, eas tamen omnes temperamento acceptas feram, ni tu mihi patefeceris, harum nonnullas à materia, & nonnullas a specie conferri. E V. Primum quidem in temperamento vires aliquas inesse haud inficiaris. P H. Id ne inficiaris quod omnium philosophorum medicorumque sententiis stabilitum est? E V. Neque tamen id in se vno functionum omnium vires comprehendit. P H. Quorum nam igitur? E V. Earum duntaxat quæ quodammodo primarum qualitatum naturam conditionemque redolent. P H. Quomodo? E V. In permissione necessum est omnino, aut vnâ, aut duas qualitates excellere: quæ quoniam superiores sunt omnem temperamenti efficiētiam sibi uendicant, vt quicquid ab illo efficitur, id ab iis perfectum esse dicatur, quauis otiosa non sint cætera. Quod enim calidum perhibemus, id quidem calefacit, licet imbecillius quàm ignis: quod calidum siccumque est, calefacit simul & exicat. Neque ex temperamento potest vlla functio prodire, quæ non ad vinctis qualitatis naturam vimque referatur. Hæc si sola sit & pura, elementi vires habebit: si contrarij permissione temperata, easdem prorsus etiamnum vires, licet obscuras & inferiores, obtinebit. Contrarij enim repugnantia, vinctis qualitatis vires & exuperantiam impedire quidem potest, at illius naturam ac vim nequit prorsus obtinere. Ergo in temperamento necesse est vinctis elementi vis maneat, atque dominetur, licet depressa & infirmior: quæ semper naturæ primitiæ memor, alterius diuersique generis nullum possit effectum proferre. Ad ita esse vt tibi persuadeam subtiliore mihi ratione opus videtur. Vera permissio corporum est, temperamentum solarum est qualitatum. Contrariæ autem qualitates non in se mutuo transeunt, inquit Aristoteles (neque enim calor abit in frigus, neque humor in siccitatem, aut contrâ) sed ipsum duntaxat corpus subiectum mutationem subire constat. Neque enim calor frigori neque frigus calori, sed quod subiicitur vtrique est materia. Ergo si contraria existimat in sese commigrare non posse, qui fiet ut ex principium qualitatum temperatione aut vis aut qualitas noua emergat, quæ diuersam naturam adeptâ, illarum nihil redoleat? Necessum est igitur vires quæ ex principium qualitatum temperamento prodire, superioris dominantisque qualitatis naturam imitari. P H. Huius sanè conclusionis rationes uideo. Materiam uerò quas tandè ad efficiendum vires accepisse putas? rudis enim & informis quum sit, atque duntaxat sustinendis rerum formis subiecta, nihil prorsus efficit, sed patitur sustinetque omnem mutationis ordinem. E V. Simplicinudæque rerum materix, vires nullas aut functiones inesse statuo: sed ei quam ex permissis elementorum substantiis concretam esse confirmauimus. Hanc autem luculentius explicare constitui. demonstratum est ab Aristotele cum aliis locis, tum maximè quarto Meteorologicorum, è quatuor primis qualitibus duas, calorem nempe & frigus agere, ob idque efficientes appellari: duas verò humorem atque siccitatem pati, iccirco & patibiles dici. Sic & de primordiis naturæ, ignis & aer tanquam causæ efficiunt, aqua & terra patiuntur vt materia. Quæ enim potentiora sunt & viribus excellent, simpliciter efficiētia pronunciat: aquam uerò & terram quæ minus possunt, materiam facit concretorum

2. De gñâ tione. cap. 6.

2. De gñâ. cap. 1.

2. De gñâ. cap. 2. Cap. 1.

4. Meteo-
rol. ca. 5.
cap. 10.

2. De gñā
tione.
cap. 5.

rum corporum, horumque qualitates siccitatem & humorem patit illes. An-
mantentes. inquit, in terra & in aqua duntaxat persistunt atque degūt, in aere au-
tem & in igni minime: propterea quod terra & aqua corporum materies exi-
sunt. Mox subiungit: Quod itaque patitur, aut aridum aut humidum, aut ex
utroque: constat est. Atque aquam humidi, terram siccū esse statui-
mus: quippe quæ inter humida & sicca, maxime pati solent. Et alio loco. Quis
autem similia alia ratione ac via quam dissimilia constitui soleant ex qui-
bus ea sunt, sunt: materies quidem siccum & humidum, & terra & aqua, horum
enim utrunque utriusque potestatem habet evidentissimam: efficientia verò
calor atque frigus, hæc enim ex illis similia corpora constituunt. Quid au-
tem hinc eliciam videto. Humorem atque siccitatem patibilis qualitates
statuit Aristoteles: terram verò & aquam quibus illarum plurimum inest, ma-
teriem naturalium corporum. Itaque quas recenset ille secundarias qualita-
tes a patibilibus ortas, quosque corporeos affectus nuncupare solet, nos etiam
optima ratione videbimur, materię vires & qualitates appellare. Eiusmodi
autem sunt durum & molle, crassum & tenue, viscosum & tenerum. Sic enim
verto quod Cræci *πατυρῶν* Plin. friabile appellat, læue & asperum, rarum &
densum, & quæ huius sunt ordinis, omnia in materiam penitus immersa. Pos-
sum & aliter hanc ipsam materiam eiusque vires exprimere. Aristoteles de
his disputans subtilius, omnia elementa appellat efficientia, illorum qualita-
tes ac vires contemplatus. Dum autem ad illorum substantiam animum men-
temque adhibet, omnia patibilia & naturalium corporum materiam statuit,
ex qua consentit quæcunque circa hoc vniuersitat is medium collocantur. Hęc
est igitur mistorum corporum materia, quæ ex elementorum materiis qualita-
tum vi concreta, vires habet, easque quas nuper appellavi secundarias: & a qua
vnumquodque, molle vel durum, crassum vel tenue est. Ea ipsa causa est cur ci-
bus ocys tardiusve alat, & cur vires habeat aut obstruendi aut aperienda aut
detergendi. P. H. Id (puro) perinde est atque si dicas, alias ab elementorū qua-
litate, alias ab eorum materie vires nascitur: nihilominus utraque ab ipsis
plane sunt elementis. E. V. Vtrasque dices si videbitur elementarias, ceterū
nī quæ a qualitatibus sunt, ab iis discernantur quas materia ædit, magna se-
certe in rebus offeret ambiguitas, magnaque confusio & perturbatio: quam si
expedire consilium est, qualitatū effectus a temperamento, consistentię
verò a materia deriuabis. P. H. Perplacet homonymię distinctio: iam obse-
cro quod tertium erat virium genus persequere. E. V. Si rei naturalis forma
quæ totius est perfectio, & materia & temperamento longè præstantior est,
quis quæso tam demens sit & in rerum contemplatione tam cæcus, ut illa qui-
dem existimet agere, formam verò prorsus otiosi? Accidens vim effectricem
ingentiam habere, substantiam eam quæ omnium est præstantissima ab omni
agendi & aliquid efficiendi vi & facultate esse destitutam? E quidem tantum
virium corporum formis attribuo, ut ab his existi mem omnes quoscunque
cernimus effectus primum maximeque proficisci. Quod & Aristotelem cen-
suisse video. Is enim philosophos insectatus, qui naturalium corporum facul-
tates atque vires ex calore & frigore deducebant, rati ex his & per hæc omnia
confici planum facit demonstratione eas qualitates instrumenta duntaxat esse
cause cuiusdam præstantioris atque superioris, quam & nature nomine insigni-
uit. Nam qui has dicet primum & per se agere, perinde faciet ac si ferræ aut
cuius instrumento efficiendi causam potestatemque tribuat: & perfectione
formaque rei exterminata, veram amittet causam; instrumentis actiones fe-
ret

ret acceptas, quæ per se tamen otiosa manerent, nisi formæ vi cicerentur. P. H.
Si tanta vis in est & facultas agendi in forma, ut illi motus omnis & actio pri-
mum feratur accepta, quas paulo antè ad temperamentum & materiam functio-
nes referebas, non ab illis, sed a forma primum & per se ortas esse ducemus.
Quid causæ est igitur, cur a temperamento & a materia illas prodi re decre-
ueris? E. V. Qui supra sensus nihil inuestigant, a materia & a temperamen-
to eas nasci asseuerant, tamen si prima est in his obeundis formatio: hos etiam se-
quuti a materia & a temperamento illas prodire diximus, quia per hæc tãquã
per instrumenta fiant. Quas autem a forma esse simpliciter pronuntio, eas ip-
sa nullius instrumenti interposito aut subsidio per se obit. P. H. Agè nro,
nonne materia & temperamento quæ tanquam instrumenta proponis, vires
quædam sunt efficientis formæ? E. V. Non sanè, sed vt (quis aliquid arte fit)
faber aut factor is est qui primum agit & præcipuè, & cui vis inest sua & facul-
tas efficiendi, ars nempe ipsa aut robur corporis: artificii vero adiumento est in-
strumentum securis vel dolabrum: & instrumento vis quædam est adscita, non
quæ agat, sed per quam melius agatur, ea est securis apta conformatio, vel acu-
ta ad expedite secundum acies. Ita propemodum in naturali rerum effectio-
ne, species primum est & præcipuum efficiens, in quo vis quædam efficax inesse
intelligitur: temperamento vero & materia tanquam instrumenta subsidio
veniunt efficienti causæ. Horum utriusque sua vis inest & facultas, quippe tem-
peramenti & materie apta constituito per quam sit commodior effectio. Ita-
que in unoquoque naturali corpore tres sunt causæ efficientes, forma, materia
& temperamento: & uniuscuiusque sua quædam vis est, qua validius vel he-
betius agat. Ne autem a simili duntaxat tantam rem duxisse videar, demon-
strationem subiicia. Forma ex se efficiendi principium est, nec vt ea consistat
principiique naturam habeat, ab instrumento mutata est, quod posterius tã-
quam adscititium incidit. Vim igitur & facultatem agendi forma prius acce-
perat, quam per instrumentum ageret, quemadmodum & faber priusquam se
curi vel dolabro quicquam effingat, vim artemque habet agendi, neque hanc
ab instrumento sumit. Ex quo intelligitur eam facultatem quæ sua inest cui-
que formæ natua, & quæ illius proprietas appellatur, a materie temperamen-
tique viribus longe distare. P. H. Quonam quæso discrimine formæ vires ab
is quæ tum materie tum temperamento assignantur, re ipsa diiunges? E. V.
Nōne potest artifex sola arte (quæ vis est sua) nullius externi instrumenti
ope, statuum animo effingere? P. H. Potest opinor. E. V. Sic utique & rei
species quippiam efficit, ad quod neque materia neque temperamento quic-
quam confert, quin pariter alias tum a temperamento, tum a materia. Tria il-
la quum sint in naturali corpore implicita mutuoque nexu colligata, vix po-
tèst species effectū suas seorsum vires expromere; quin pariter & materia &
temperamento suas velut succenturiatas edant: neque econtrario. Hinc ne
quæso concludendum putes in vnam eandemque omnes confundi, neque illas
reuerà diuerfas esse? Huius generis plurima videas sic inter se connexa vt mu-
tua opera indigeant, nullumque possit seorsum consistere: ea tamen qui re ipsa
non discernet, omnem conturbabit veri cognitionem. Quoniam autem facile
coniecto, te horum vniuersalium demonstratione licet certissima, nihil aut
parum commoueri, singula iam persequar eaque medica, in quibus hanc tripli-
cem virium differentiam plane commonstrabo vt quum quasi exemplis insti-
ta fuerit vniuersa demonstratio, quæcunque sparsim tota arte medica de his
traduntur, facile percipias, & singulorum speciatim obseruatio vehementius
te alli-

Galenus occultis rerum causis destinavit. Is enim etsi est in ratione multus, & quāquam rerum omnium causas omnes, ne quid ignorare videatur, in prima elementa referre vult, idque ex instituto proponit, persæpe tamē vix suis principis ac limitibus se continens. cogitur clam & quasi furtim in occultas rerum proprietates illabi: idque tam frequenter, vt artis nulla parte id deuitare possit. B R V. Mira sanē polliceris, quæ optarem tam facilē ex Galeni verbis ostendi, quā breuiter dicuntur. E V. Dicta quidem breuiter, sed diffusa tamen res est, a qua si quis expectandus est fructus, paucis certē illa verbis nec comprehendere neque coerceri potest: si patienter & constanter audies, locos eos sigillatim patefaciam quibus necessariō Galenus abditarum proprietatum dignitatem celebrauit, illisque tum rationes tum medicorum philosophorumque sententias addam, quō stabiliora & firmitiora sint omnia. B. Si quid est eiusmodi, maximum profecto esse fateor, & sine quo ars medicandi manca sit & mutila. At non ego pollicitationibus, sed re ipsa moueor, quā uehementer exopto. Hanc aggredere dum voles, me docilem ac beneuolum præbebo, nisi quam obscuritatem & quasi tenebras ob sensus offundas, quas illustrari velim.

Corporis humani & cuiuscunque animantis diuinam esse fabricam.

Cap. III.

E V D O X V S.

A B hominis natura exordium inducens, primam illius in vtero conformationem qualem & quibus ex causis Galenus instituerit, ex variis locis deprimam. Libro de fetu conformatione, in quæstione id atque dubitationem sic adducit, Sicut iam ostendi corporis nostri structuram summam architecti sapientiam & potestatem referre: ita uelim mihi philosophos istos opificem indicare, deus ne sit aliquis sapiens simul ac potens, qui primū sanē cogitauerit, quale cuiusque animantis corpus fingere conueniret: deinde potentiam ipsius ostendere qua quæ proposuit, absoluit: an anima quædam sit à diuina differens. Mox autem huius solutionem scrutatus ait, Atqui necessarium est vel ex motu quodam sine ratione & arte fetuum conformationem ad optimū finem perducit: vel Deos similiter atque eos qui miracula moluntur (hi quum motus initium dederint discedunt quidem, machinæ verō aliquantum artificiose mouentur) Rursum animaliumque femina in quadam motuum conformationem idonea preparasse, postea verō nihil ipsos agere. Disiunctæ autem & arripitis huius solutionis vtram partem sit sequutus, declarant ea quæ mox subiungit, Oratio (inquit) de anima ea quæ particulas conformarit, omnino incerta est, minimeque demonstrari potest: at certē ea manifestē indicare mihi videtur, artificis qui nos condidit artificium: quod nemo qui libero animo rem perperdet, in temerariam rationisque expertem fortunam referre potest. Et concludens, Summam (mox inquit) in fetuum conformatione & sapientiā & potentiam video: neque possum existimare eam quæ in fetu est animam quidem, sed naturam appellatam, fetum ipsum conformare: vt quæ non modo sapiens non sit, sed omni prorsus ratione careat. His profecto statuit Galenus, fetum non a femine, non ab ulla rationis experte facultate, sed à sapientissima quadam & potentissima vi extrinsecus appellente effingi. B. Si locis pugnandum est, ego tibi eum opponam, quō inquit: Naturalem porro animam

nam omnium principem fetus obtinet, quæ non ex sanguine, sed ex ipsa semine, arteriam, venam, neruum, os, & membranam procreat. Quumque pro certo ac rato posuisset, stirpes ab anima naturali fingi, sic demum concludit: Itaque si non alijs viribus natura feminis plantam efficiat, alijs animal, ea quæ in stirpibus vides ad animantia traducito, eandem namque in utrisque rationem reperies. Libro autem Aphorismorum primo causam illam efficientem fictricemque asseuerat calorem esse natium. Huc quoque animum (inquit) aduerte, quod alijs quidem omnibus ratio est inexplicabilis, soli autem Hippocrati atque eius sectatoribus explicari potest. Neque enim aliud quicquam animal ab initio conformauit, neque rursus audaxit, aut vsque ad mortem enutriuit, præterquam iste calor innatus, de quo nunc habetur sermo: hic enim est omnium operum naturalium causa. Ergo causam quæ fingit, nos alit, nos auget, nos ad extremum vsque tuctur ac gubernat, alias animam, alias naturam, alias natium calorem, plerumque insitum temperamentum appellauit, unam quidem substantiam varijs designans nominibus. Quid tu ad hæc? Negabis scilicet ea esse Galeni, an sententiam aliqua obscuritate tectam esse dices? E V. Nolim hic ego locorum varietate pugnare, neque locos omnes inter se conciliare, neque indicare vbi Galenus secum ipse pugnet, & sibi aduersetur: sed quid quum accuratē & ex professo animæ formatricisque facultatis substantiam inuestigat, de illa statuat. Libris de semine non est exquisita illa & subtilis de rerum veritate quæstio, sed popularis, & crassiori philosopho conueniens oratio: vbi autē abstrusa illa & recondita scrutatur, & qualia sint non hominum opinione sed re ipsa inquirat, iam non illam naturalem, vt quæ bruta sit & insipiens, sed planē diuinam & sapientissimam esse confirmat: cuius sanē substantiam quum se prorsus nescire fateatur, nec vlla demonstratione comprehendere potuerit multis tamen eam nominibus illustrat. Hippocratem vulgaremque veterum morem sequutus naturam appellauit quum inquit: Nemo tam stolidus est, qui non intelligat quandam generandi fetus causam esse, quam omnes naturam appellamus, quæ eius sit substantia ignorantes. Quam naturæ appellatione designauit, negat tamen ex elementorum concretionem nasci. B R. Vbi? E V. Quo loco maximē solet elementorum temperamentorumque vires, tanquam rerum omnium causas summis laudibus effere. Eos enim exagitans qui ex vna quapiam particula de toto corpore pronunciant, sic ait: Verum ambo a veritate aberrant, vno modo eoque communi, quod vnius particulæ occasione, de toto pronficiare sunt ausi. Altero quod formatricis in natura virtutis quæ artifex facultas est, & particulas secundum animi mores effingit non meminerunt. De hac namque Aristoteles dubitauit nunquid diuiniore sit origines: atque a calido, frigido, humido & sicco res diuersa. Quo mihi minus recte facere videntur, qui tam temerē de rebus maximis pronunciant, & solis qualitibus formam darum parti causam assignant. Consentaneum enim est, hæc (id est has qualitates) organa esse: formatorem verō alium. Hic quum elementorum vires celebret, supra has tam formatorem nostrum collocat. B R. Quibus vires locis putas Aristotelem hæc vim inter diuinas retulisse? E V. Libro Meteorol. quarto, vbi de ea hæc planē verba facit: similia autē alia rōne via, ab alijsque causa quā quæ dissimilium sunt partium constitui solent. Nam (quod deinde ait) elementis similia constant, & similibus autem tanquam ex materia, integra natura, opera confici solent. Rursum, Partes similes calore & frigore & mistis motibus sunt: at dissimiles, quale est caput, an manus,

D d d d aut pes,

Commen. aph. 15.

L. de formatione fetus.

2. De temperamentis.

Cap. 10.

Cap. I. ad
finem.

aut pes, ex illis constitute nemini videbuntur. Sed quemadmodum calori
& frigoris motio causa est ut æs argentum ve fiat, ut uerò ferræ aut phiala aut
arca fiat, non item, sed ars causa est: sic sanè vt dissimilares partes fiant,
in causa esse putabitur natura, aut alia quædam causa. Iraque instrumento-
rum conformationem non primis elementis horum ve temperamento, sed vel
naturæ quam ab ijs diuersam facit, uel præstantiori digniori que causæ addicit
destinatque. Immo verò nec simularium partium propriam essentiam atque
formam ab elementorum temperamento ducendam putat. BR V. Noua pe-
nè & incredibilia narras, & quæ nisi citato atque indicato loco, nunquam cre-
dam. E V. Libro de ortu animalium secundo: Dura (inquit) mollia, visco-
sa, tenera & quicunque alij affectus partibus insunt animatis, a calore frigo-
re ve effici possunt. At ratio qua iam hoc caro, illud est os, non potest; sed a
motu efficitur proficiscente ab eo, quod genuit quodque actu & re ipsa id iam
est, quod esse potest id ex quo res gignitur. P H. Isthæc quidem rectè: sed
ad Galenum reuersus, tu extrema persequere qui inchoasti, vt omnia perfe-
cta videamus. E V. quum supra Galenus affirmauerit vim factus conformatri-
cem, non eam esse animam vel naturam, quæ in eo ipso foetu continetur, quæ
nam ea sit vis conformans, libro de usu partium decimo septimo, altiore spe-
culationem insituentem, planius & apertius dixit, eamque non dissimulante-
mentis verbo notauit: Quis ita demens vel hostis & oppugnator operum nat-
uræ esse possit, qui non statim ex cute ipsa, omnium primum conspiciat artem
creatoris: Quis mox non cogitabit mentem quadam aut intelligentiam admi-
rabili vi præditam per terras vehi, & in omnes extendi partes? Nusquam en-
nim non gigni videntur animantia, quæ omnia admirabilem quandam stru-
cturam acceperunt. Omium mundi partium ea certè est vilissima atque sor-
didissima, quæ circum terram est, & eò tamen pertinere videtur mens a supe-
ris illis deducta corporibus. Hæc mi Brute, quid aliud quæso quam Plato-
nis sententiam confirmant, qui mundi animum cunctis in rebus vigere tradit?
Aut quid magis quam Aristotelicum dogma, quod formam rei cœlitus demit-
ti prodir? P H. Quænam obsecro, ea sunt superiora corpora, a quibus deducta
mentem huc vsque pertinere ait? E V D. Id continuata patefacit oratione.
Hæc superiora corpora qui vident, confessim dignitatem pulchritudinemque
substantiæ eorum admirabitur, maximè quidè Solis, postea verò Lunæ, dein-
de astrorum. In quibus quantum corporis substantia purior est, tantò decet
mentem inhabitare meliorem & præstantiorem ea quæ in terrenis est corpo-
ribus. Si enim in luto, in forde, in limo, in stagnis, in plantis & fructibus,
quum putrescunt, animalia quædam gignuntur, eaque mirabilem ostendunt ge-
nerantis splendorem, quid oportet existimare in superioribus corporibus?
Si eximia est mens & intelligentia quæ in tantam sordem accedit, quantum
existimare oportet esse eius excellentiam in Sole, in Luna & in plerisque a-
strorum? Mihi certè hæc cogitanti, per ambientem nos aerem mens quædam
non parua porrigi & extendi videtur. Hæc si quis libera solutaque mente cir-
conspiciet & contèplabitur, videns in tanta carniū humorumque colluue
in habitantem tamen mentem, videns præterea animalis cuiusque composi-
tionem & structuram (omnia enim specimen & dignitatem præ se ferunt fa-
cientis conditoris) illius quæ in cœlis est mentis magnitudinè & excellentiam
admirabitur. His planè Galenus vniuersi naturam ipsamque mundi animum
designauit, cuius sapientiam iustitiam & prouidentiam passim admiratur & su-
spicit. Nunc verò vt his supra naturam, Deum statuerit primum rerum
omnium

omnium conditorem, hinc deprehenditur quod ait, Deos olim stirpiū ani-
maliumque femina in perpetuum motuum continuationem idonea preparaf-
se, vt nihil postea ipsi agerent. Hoc enim quid aliud est quàm, Deum pro-
prijs feminibus generatum & per species esse diuisum, cuius virtus per omnia
committet? Quod si est quidquid matutina dis utatio confecit, id omne etiam
Galenus assuecit: neque aliud Plato, aliud Aristoteles, aliud Galenus prin-
cipium causamque statuit procreationis formarum. Placet hunc locum ple-
nius tractare, & sententias proferre quibus Galenus conditorem hunc geni-
toremque rerum, non modò naturam aut mentem, sed summam animi agita-
tione & contemplatione Deum appellauit. Nos (inquit) ortus principium a
10 creatore acceptum seruamus: & mox, Non enim satis erat velle tales fieri:
neque si creator lapidem repente voluerit hominem efficere, id in illius est
potestate situm. Hoc autem est in quo a Mosis opinione tum nostra tum Pla-
tonis & aliorum qui apud Græcos naturæ rationes rectè pertractauerunt, dif-
fidet. Nam illis satis est Deum ornare velle materiam, eam enim statim
ubi ille uoluit, ornatam esse: omnia siquidem in eo posita illique parere ex-
istimat, etiam si cinerem uoluerit Equum uel Bouem efficere. Nos autem non
ita sentimus, sed esse quædam dicimus quæ natura fieri non possint: & hæc
omnino a Deo non attentari, sed ex ijs quæ fieri possunt id duntaxat eligi
quo est optimum. Hæc Galenus, qui etsi non ut Moses Deum solo arbitrio,
20 solo uerbo solo nutu quæcunque uult ilico perficere censet, eum tamè profite-
tur rerum omnium conditorem, pro naturæ legibus & institutis omnium ef-
ficientem: & quæcunque ui naturæ orta dicimus, a Deo illa primum, ortus
sui principium duxisse. Quod ipsum libro de Hippocrati Platonisque pla-
citis nono, luculentius his explicat: Quemadmodum de humanis affectibus
facimus iudicium, ita etiam de diuinis facere conuenit, ac corporis nostri opi-
ficem admirari, quicunque tandem sit Deorum. si autem quòd illum non ui-
demus idcirco neque esse dicimus, iam non eodem modo iudicamus atque de
artibus iudicari solet, deinde: Ridiculum enim quamoptimè constructa
nauis aut demo aut lecto, ignoto autem opifice, putare illa nulla arte, sed tem-
merè & fortuito facta esse. Et mox: Hippocrates quæ substantia sit naturæ
30 nos conformantis ac regentis, non est ausus pronuntiare, opificem nostri cau-
sam, ut omnibus mos est hominibus, naturam appellans. Verùm efficientem
nostri causam Plato definiuit: fabricatorem enim mundi Deum, suis filijs præ-
cepisse, ut ratione genus humanum fingerent accepta quidem ab ipso immor-
talis animæ substantia, addito autem quod nasci quodque interire potest.
Hanc Platonis de conditione rectoreque Deo sententiam minimum a Mosis
arcanis diuersam, locis compluribus ut suam Galenus tutatur: Diuinam is
quum sibi persuasisset esse formarum originem, conatus insuper altius inue-
stigare diuini conditoris substantiam, mira rei obscuritate quasi tenebris of-
fusus, diuturna incipitque indagatio defessus, ita demùm in medio cursu re-
sistens queritur: Quamobrem maximo dolore effectus mecum ipse cœpi in-
uestigare, an aliquam de structura animalium ualidam rationem possem in-
40 uenire, ac nullam deinde inueniens (id quod hoc libro fateor ingenuè) Phi-
losophos quibus ad hanc rem plus est ingenij uel facultatis, hortor ut in hanc
questionem sedulo incumbentes, si quid pro sua sapientia inuenerint, no-
bis id uelint sine inuidia communicare: & paulò post: Cæterum quum
nullam inueniam opinionem cum scientiæ certitudine demonstratam, fa-
teor me de substantia animæ dubitare, probabile quicquam de ea quod
Dddd asteram

Lib. I. de
usu par-
tium.

Lib. de fo-
tus for-
mat.

3, asseram habere: quin & de foetuum fictrice causa nihilo plus certi me habere
 3, fateor. Paulò post: Tantum igitur hoc de causa animalium formatrice pro-
 3, nunciare me posse confido, quod & ars & sapientia in ea sit maxima. Quã-
 3, obrem factò iam periculo, ceteros admonet ne in eadem inquisitionem pe-
 3, nitius incumbant. Hæc (inquit Creator noster talia fieri voluit. Quæ autem
 3, facta iam sunt, neque tentes, neq; audeas quarere quemadmodum facta sunt.
 3, Quæ enim facta esse ignorabas, nisi ab anatome edoctus fuisset: qualiter meri-
 3, tò audeas quarere qua ratione facta sint? Satis ergo tibi sit nouisse vnamquãq;
 3, particulam pro rerum commoditate & vsu constructam fuisse. Si verò præte-
 3, reâ conaberis quo pacto ita facta sit inquirere, palàm fiet, nec tuam imbecil-
 10, litat em, nec opificis illius sentire potentiam. Quamquam igitur certa de-
 3, monstratio constat eum qui nos procreauit opificem diuinum esse, quæ ta-
 3, men illius sit substantia, aut quomodo nos effecerit, nulla possumus intelligere
 3, tia & ratione comprehendere. Illud (inquit) nos scire conuenit non esse simi-
 3, lem speciem demonstrationis, qua nos iuxta prouidentiam cuiusdam Dei aut
 3, Deorum compositos esse, & qua opificis nostri aut animi substantiam cogno-
 3, scamus: B R. Multa mihi nondum animaduersa, ex varijs abditioribusque
 3, locis eruis, quibus possis ruinofam philosophiam erigere ac instaurare. E V.
 3, His locis non proximam cuiusque animantis procreatricem causam sed primam
 20, illam & prestantissimam quæ verè efficiens & conformatrix est Galenus
 3, inuestigat. Proxima quæ dicitur, neque simpliciter materiã, neque formam
 3, confert, sed duntaxat præparatione quadam & commodarum rerum procura-
 3, tione materiã instruit, cuius beneficio idonea fit & conueniens excipiendæ
 3, formæ. Hac vna habilitate animal vnumquodque aliud sui generis procreare
 3, perhibemus materiã verò quo pacto simpliciter efficiat, quæ neque ortus,
 3, neque interitus mutationi subijcitur? B R. At saltem speciem sumamque
 3, perfectionem addet. E V. Mas qui iam semen in sæminę vterum emisserit,
 3, quum reliquo gestationis tempore longius abscesserit intercluso vteri ore,
 3, quid queso possit ad foetus conformationem formæque immisionem confer-
 3, re? B R. Si nihil mas, at certè sæmina dum vtero gerit, foetus lineamenta
 3, ducit formamque fingit, quod (vt ait Plinius, & tu quoque ab illo iam pridem
 3, recepisti) imago sub ipso conceptus tempore aucta, in ipso foetu elucescat: Si
 3, quid sæmina inter concipiendum vehemens & audis animo comprehende-
 3, rit, huius notam foetum referre, doctum expertumque muliercularum genus
 3, testatur. Tanta vi in plerisque pollet ea facultas animi quæ cogitatione fin-
 3, git, vt vna possit iusta videri conformationis causa. Eudoxus ea certè potest
 3, renello fetui colorem vel figuram partis immutare, & signa quædam & quasi
 3, inusta imprimere. Ceterum totius formæ substantiam, aut uniuersam corpo-
 3, ris conformationem, nulla potest animi quantunuis fixa atque intenta in
 40, aliquam rem cogitatio præstare. Quæ enim tam acris & tam vehemens est re-
 3, rum cogitatio, quæ visa tam altè inculpta sunt in animo atque impressa, vt
 3, possint sexus speciem mutare? Optarent quidem mulieres id sibi priuilegium
 3, ferri, esse que in sua potestate situm, ut quoties marem comprehenderent,
 3, eundem etiam gignerent. Sed quæ conceperit, si fortè procerum quempiam
 3, & liberali specie virum, si manciũ, si claudum, si canino capite, si caudatum,
 3, si execto naso, aut sine intestinis, acri, intentoque animo intuebitur, talem
 3, ne obscuro oportet illius foetum euadere? Dum porrò foetus partes singulas fin-
 3, guntur, eas ne mulier sigillatim animo & cogitatione lustrat, ac velut pertra-
 3, stat? Aut quum in ovo sensim pullus coagmentatur, gallina ne incubans, in
 partes

1 ib. 15 de
 Vfu part.

Lib. 9 de
 plac. Hip.
 poc.

partes singulas eo quo finguntur ordine cogitationem desigit? Itane necessa-
 rium fuerit non modò mulieres, sed & omnes tum auium tum reliquorum
 animantium sæminas, gnaras esse & peritas anatomes, & nouisse quo quæ-
 que pars ordine fingatur? Nulla anus tam delira est vt hoc existimet. Ergo
 tametsi ea vis animi quæ fingit, notis quibusdam variare ac velut distingue-
 re foetus colorem aut formam potest, nequaquam tamen potest eas conforma-
 re: neque id in parentibus est positum, vt qualem volent foetum ædant,
 sed id diuinitus accipi consentaneum est. B R. Quod homo hominem, &
 10, equus equum, & ceterorum vnumquodque sui generis quiddam perpetuò ge-
 neret, neque vnquam in diuersam speciem transitus sit: id sanè conficere vi-
 detur, genitori vim inesse conformatricem. Si enim nulla in eo vis foret,
 cur homo hominem potius quàm equum aut Asinum procrearet? EVD. Eò
 arbitrò quod ab homine data materia, non equo sed homini formando con-
 ueniens sit & apparatus: ad quam quum efficiens causa extrinsecus appulit,
 sese ad illius naturam accommodat, omnemque eius præparationem imita-
 tur ac perficit. Matutina autem disputatio confecit, animal quod semen ad
 procreandum iccit, omnem illius præparationem, non autem formam aut
 vim huius effectricem adhibere. Si alijs rationibus voles contra hæc agere
 20, & pugnare, philosophicam eam disputationem repete, cum qua virces tuas si
 voles periclitaberis. Medicam nunc suscepi, in qua satis videbor præsti-
 tisse, si planum fecero Galenum diuinas illas cœlestesque causas in omnem
 artis partem quodammodo admisisse, quod est huius loci ac temporis insti-
 tutum, B R. Perge igitur viam tenere quam ingressus es, & ordine quam-
 optimo singula persequere.

*Animam nostram non ab elementis ortam, Galeni
 decreto. Cap. IIII.*

EVD O X V S.

30, P R O X I M V M his videtur vt quid præstantiæ tum anima tum eius facul-
 tates acceperint, edisseramus. Ac primum quidem æstimatione dignum est,
 quid de animæ essentia Galenus statuerit. Libro de placitis Hippocratis &
 Platonis septimo, eam ipsam ita inuestigat: At si de animę essentia defini-
 tum quid dici oportet, de duobus alterum fateri necesse est, aut velut splen-
 didum quoddam & æthereum corpus ipsam esse, quò vel inuiti cum Stoici
 tum Aristoteles quadam consequentia ducuntur. aut esse ipsam quidem cor-
 poris expertem substantiam, primum tamen ipsius vehiculum esse hoc ipsum
 40, corpus, cuius interiectu cum cæteris commercium habeat corporibus. Hæc
 ille, qui non multo antè rem totam certius expresserat. Ex his igitur quæ
 apparent, cogitauerit aliquis ventriculorum cerebri spiritum, duorum alte-
 rum, si quidem corpore caret anima, primum esse ipsum eius vt sic dicam do-
 micilium: si verò habet, illum ipsum spiritum, animam esse. Sed cum ven-
 triculis illis contractis, paulò post rursus sentiat rursusque moueatur ani-
 mal, dixi non potest illam esse spiritum. Satius est igitur arbitrari, in ipso
 quidem cerebri corpore animam habitare, quali tandem cunque sit substan-
 tia, non enim id iam queritur, primum uerò ipsius instrumentum, ad om-
 nes animantis cum sensus tum uoluntarios motus, illum esse spiri-
 tum. Proindeque eo dissipato, dum neuus denuò collectus sit, non qui-
 dem

dem uita, sed sensu tantum ac motu priuari animal. Quod si ille fuisset ipsa anima substantia, eo profecto dissipato, animal statim ipsum simul interisset. Deinde ait: Itaque arteriarum spiritus uitalis & est & appellatur, animalis autem in cerebro consistit, non tanquam animæ substantia, sed quasi organum primarium ipsius in cerebro habitantis, qualiscunque ea sit substantia. Mox rursus: Quod autem animalis spiritus neque substantia sit animæ, neque eius domicilium, sed duntaxat instrumentum primarium, inde didicimus, quod ipso per uulnera euacuato, statim ueluti mortuum redditur animal, recolecto autem reuiuiscit. His palam asseuerat animam nostram præstantiorem simplicioreque spiritu esse, eamque peculiarem substantiam habere, quæ simplex est & uniusmodi. BR. At ea substantia corporea ne est an incorporea? EVD. Simplicem hanc & corporis expertem esse, consentaneum & consequens est iis, quæ iam assumpta sunt. Si enim anima præstantior est spiritu, & spiritus corporum præstantissimus est, necessum est eam corpore carere. BRVT. Ea fortasse naturalis est calor. Sic enim ait Galenus libro de tremore & rigore: Ducetur autem hæc ratio de principiis Hippocratis, neque pro corporis nostri elementis ponemus corpuscula quedam & poros, neque statuemus calorem, è motu aut attritione quadam & collisione suscitari: sed corpus quidem totum consutile & conspirabile, calorem uerò non ascitum aut aliunde quæsitum, neque genito iam animali ortum, sed instum & qui ab ipso statim principio extiterit. Nec sane aliud est uel natura uel anima, quam is ipse calor, quem si esse substantiam per se mobilem semperque mobilem intelligas, non errabis. Hæc ille. EVD. Verum, sed excutiamus singula. Quum naturalem calorem illam esse dicis, tunc qualiratem duntaxat, an etiam caloris substantiam comprehendis? BRV. Substantiam sanè: non enim animam qualitatem esse dico. EVD. At caloris ea substantia spiritus est, non is quidem qui è principibus partibus emanat, sed qui partibus singulis innatus est & insitus. Quo circa eodem reuolueris unde iam te subduxeras: ac necessariò concedes animam spiritum esse. Ne inuidia uerbi labefactetur oratio, una ea substantia quæ nostri administrationem gerit, quocunque eam nomine designes, simplex est, incorporea & immortalis, non Galeno soli, uerumetiam Hippocrati, qui tum de hac, tum de altera quæ nos conformauit, a physicis illis elementis ad subtiliorem rationis calculum reuocatus, diuinam hanc sententiam protulit: Communibus equidem sententiis & opinionibus tum eorum qui prius fuerunt, tum meis hæctenus usus sum: nam necesse fuit quum de medica arte tractaremus, principium commune plurimorum sententiis & opinionibus proponere. De cœlestibus autem rebus & sublimibus, mihi nihil dicendum uidetur, nisi quatenus homines animaliaque cætera quæ in terris degunt & gignuntur, principium inde & originem habent: quodque anima de cœlo est. His Hippocrates animæ cœlestem facit originem: illius uerò substantiam, quam caloris nomine appellat, immortalem. Inquit enim, Nunc uero sententiam meam patefaciam: Profecto mihi uidetur id quod calidum caloremue dicimus, quiddam non mortale esse. His plura non addam: arctius enim quam istis sententiis adstringi ratio non potest. BRVT. Sto certè illis adductus & quasi satiatus: adde si uidetur, qua ratione simplex & immortalis, hoc caduco corpore coercita omnia gerat. EVD. Id ex alia Galeni oratione conicio, quam hunc in modum uertimus: Nam & animam nostram, alii corporis experte esse rerum alii spiritum esse alii ne esse quidem illius

illius propriam uillam substantiam, sed proprietatem substantiæ corporis eorumque rerum facultatem habere, quas natura facere potest. In his igitur ego medium quendam ordinem tenco. BRV. Quem hunc quæso medium appellat ordinem? EVD. Quod anima neque sola proprietatis sit substantiæ corporis ex elementorum orta qualitatibus, neque simpliciter substantia sit incorporea, quæ per se consistens nullo corporis eget subsidio. At sic ea medio ordinis pouta est, ut incorporea quæ sit, corporis tamen commodis inferuiat, neque possit citra bonam conuenientemque eius temperiem integras functiones obire. Quandiu enim corporis est constricta uinculis (nihil enim supra hæc Galeus inuestigat) illius ornatu bonaque constitutione indiget. Hæc mea interpretatio illius sententia corroboratur. Illud certè euidenter apparet, animam ut in corpora commigrauerit, ipsam eorum naturis inferuire, quæ sunt ut dixi ex certa elementorum temperatione prognata: neque quod ad artem medicam pertinet, quicquam mihi officere puto, quod ignoro quemadmodum immittantur, aut ab alijs in alia corpora concedant animi, Græcè id *ἐπιπορεύωσις* & *μεταπορεύωσις* dicitur. Oportet enim profecto idoneum id esse corpus, quod animam recepturum est, & si sui temperamenti magnam ipsam mutationem subeat, ex eo statim animam ipsam emigrare. Ex his planum facit animam quam simplicem & corporis expertem dixerat, corporis legibus & natura teneri. PHILIA. Quid illa quæ so designant, anima in corpora commigrat, aut protinus emigrat? Nonne quoddam animæ propria sit substantia, quæ per se sine corpore consistat? quod si est, illam apertè renunciat immortalem esse & indissolubilem. EVD. Rectè tu quidem colligis, quanquam uix audet Galenus in id consequens incidere, quod eodem loco se prorsus ignorare profiteretur. De anima porro (inquit) an immortalis ipsa, cum substantijs corporis confusa, animalia gubernet, certo equidem me scire non profiteor, sicuti neque an ipsius nulla sit per se substantia. BRVT. Vndique mihi salebræ sunt. Ego quippe ex assumptionibus illis concludendum potius fuisse existimem, animam nostram mortalem esse, neque posse illam per se solitariamque consistere. Si enim nec epotum uenenum, nec malos corporis affectus sustinet, sed ab illis emigrare cogitur: ab illis sanè perpetitur aliquid iam si patitur, uinci tandem potest & occumbere, quum nempe grauior aliqua causa premet. Item, si quicquam anima a corporeis affectibus patitur, quiddam illi communionis & societatis cum corpore intereedit: quocirca nec express est corporis nec immortalis. EVD. Hæc malè colligis. Nihil enim quicquam perpetitur anima: ueruntamen ea quorum quasi uinculorum nexu, societate quadam cum corpore coheret affici possunt. sunt autem innatum calidum & insitus spiritus, quæ quum extremo corporis uitio dissoluuntur, illa libera & expedita necessariò de corpore decedit. BRVT. Sed aliud iam vrget acrius. Si enim corpus instrumentum est animæ, quo ea ad obeundas functiones indiget, nihil illa quicquam solitaria & a corpore seiuncta possit efficere. Atqui ridiculum est & absurdum otiosam & inertem animam, esse ut quam efficientem causam esse definiuimus: non igitur potest solitaria consistere. Quod si a corpore seiungi nequeat, neque ipsa per se consistat, planè mortalis erit una cum corpore: si mortalis, corporis quoque & elementorum participes est, non autem diuina. Hæc sanè illius substantiam & naturam ratiocinatione inuestiganti, mortalem & corpoream esse demonstrant,

demonstrant qualem & Galenum statuisse credibile est. E V. Offendis in ipso statim limine. Non enim anima sic est obligata corpori, ut assidua illius ope indigeat: sed quæ Dei ad naturam ad ipsumque mundum, eadem est & humanæ mentis ad corpus ratio. Neutrius enim substantiam corpori cui regendo præest obstringitur, aut vilo modo subiecta est: sed præter eas functiones quas Deus per naturam, mens per corpus exequitur, nullius corporis aut naturæ adminiculo alias quasdam præstantiores efficit. Non enim anima vt ratiocinetur vilius indiget opera, quo vt instrumento vtatur, sed per se si laque rationem int ac intelligit. B R V. At læso tamen cerebro animaduertimus mentem omnemque animæ vim perturbari omnemque actionem impediri: eo autem bene valente, sanas esse & constantes animæ vires. Ex quo intelligitur hanc quandiu est immerfa concreto corpori, illi quoddammodo inferuire, eoque apto egere & idoneo. E V D. Eget sanè, non vt instrumento, sed vt proprio domicilio. B R V T. Quomodo? E V D. Vt artifex qui integra est valetudine sed domicilio coarctetur, si quod opus rectè effecturus est, non solum conuenienti aptoque instrumento instructus sit, sed etiam domicilium lumine collustretur, nec obscurum nec tenebricosum sit oportet: ita sanè statuo animam dum corporis est irretita compagibus, non corporis tanquam instrumenti, sed tanquam domicilii bona constitutio ne ad ratiocinandum & ad intelligendum indigere. Hoc si desit, vel nihil vel vitiosè ager, vel fortasse emigrare cogetur. Vt autem omnis ambigendi occasio desit, audi quæso quid libro de vteri conceptu diuine pronunciet: Anima est vniuersitatis animæ defluxus è cælica regione descendens, scientiæ capax, quæ semper ad sibi similem viam cognatamque substantiam aspirans, terrestribus relictis omnium suprema petit, cælicæ diuinitatis particeps supercælestem locum sæpius contemplan, vnà omnium rerum moderatori assistit. Isthec dilucidè commonstrant, Galeni sententiam nihilo à Platonis & Aristotelis dogmate descivisse: sed summa illos confessione animam nostram simplicem, incorpoream & immortalem sanxisse. B R V T. Cuius ne Galenum iis concordem reddas, a quibus palam voluit dissidere. Constat enim illum, libro de animi moribus, Platonis de animæ immortalitate sententiam multifariam exagitare, ac modestius insectari: tamen si & hanc, & vim quæ nos conformauit incorpoream, planeque diuinam & sapientissimam esse alicubi confirmat.

Quid anime facultas, Galeno. Cap. V.

B R V T V S.

Hi s tamen missis ad animæ facultates oratione deducta, quædam earum substantia sit dilucidè commonstrans. E V D. Quoniam omnes hæ mortales sunt & caducæ, maior est controuersia, sint ne diuinitatis quoque participes. P H. Priusquam in hanc disputationem descendatis, lubens sanè audiam quid facultatis nomine veteres complexi sint: quandoquidem admodum dubiam & incertam esse uideo hac de re sententiam, quod & Galenus sanè existimauit. Qui uerò naturalem contemplationem tractarunt, aliud alii sibi persuaferunt. Hi nanque incorporeas quasdam facultates corporibus inesse confirmant: illi contra, corpora ipsa operari pro sua cuiusque natura, quæ ex quatuor elementorum temperamento constata

flata sit. Caterum quid ea de re iudicio decernat, non exprimit. si quid Eudoxe, aliud occurrit quod dubitationem patefaciat & illustret, id nobis ob oculos exponat. E V. Rem inuestigas mi Philiatre, cognitu in primis necessariam, quam in suis monumentis Galenus occultam & inuolutam reliquit. B R V. Hic mihi uideamini rem minime dubiam, interrogando dubiam facere. In promptu siquidem est, Galeno nihil aliud facultatem dici, quam efficietem rei cuiusque causam, quæcunque tandem ea sit. Nam libro de plenitudine, facultatem appellat causam effectricem, nihilque putat referre *πραγματικῶν ἀν πρῆντι-
των* dicas: unde liquet facultatem actionis causam fore. Et libro de facultatibus substantia: Verum quoniam quæ sit operum horum causa parum constat, facultatem appellauimus effectricem. En vobis locus extat libro de causis pulsuum primo, ubi pulsationis quæ in arteriis sit causam inuestigas scribit hunc modum, Quæ sit illa causa haud procliue id inuentu est: alius enim innatum calorem esse censet, alius naturæ robur, alius temperamenti quandam proprietatè alius totam corporis constructionem, alius solum spiritum, alius horum quædam, alius omnia simul. Iam uerò sunt qui facultatem introduxerint incorpoream, quæ accommodatis ad mouendum iis quæ diximus instrumentis vtatur, aut omnibus, aut quibusdam, aut certe uno aliquo. Hanc igitur pulsus cientè causam, quæcunque sit, etiam si eius ignoramus substantiam, quia pulsus tamè efficere potest, facultatem ipsam appellauimus, quemadmodum & alia opinor omnis facultas ab eo appellari solet, quod ipsa facere potest. Nam cuius rei sit facultas, & ipsius etiam facultatis notionem (vt quæ sit comparationi relationique subiecta) ita demum concipimus, quum ad aliud quiddam animum retulimus: ideoque sic eam appellamus, quum eius ignoramus substantiam. Hic sanè locus facultatis nomine efficientem causam intelligit, non eam quidem simpliciter, sed qua ratione in hunc illumve effectum se comparat atque refert. Hanc uerò comparationem relationem ve alia sententia hunc in modum explicat: Hoc autem multi statim sapientes perturbant, quod de prauatam habeant de facultate notionem. Nam perinde ac si qua res in substantiis habitet, vt nos in ædibus, ira mihi de facultatibus videntur existimare, non intelligentes omnium rerum quæ fiunt, efficientem quandam esse causam, quæ consideretur secundum comparationem & respectum ad aliquid: atque eius causa, vt certa cuiusdam rei, propria est quædam & per se appellatio, sed pro habitu quem cum ea re quæ ab ipsa fit habet, eius quæ fit rei est facultas, vt quot sunt cuiusque rei actiones, tot & illius esse facultates dicamus. Vt aloen purgandi facultatem habere, & stomachi roborandi, & recentia vulnera glutinandi, & vlceribus planis inducendæ cicatricis, & palpebrarum humores exiccandi, non quòd horum quicquam aliud efficiat quam aloë. Hæc enim est quæ ea facit omnia, quæ quoniam facere potest, totidem facultates habere dicitur, quot res facit. Itaque aloen purgare posse dicimus, & stomachum roborare, & vulnera glutinare, & vlcera cicatrice inducere, & humetes oculos siccare, quasi nihil intersit, aloen purgare posse dicamus, an purgandi facultatem habere. Item & humentes oculos siccare posse, idem significat atque facultatem habere desiccandorum oculorum. Ad eundem modum, quum ratiocinatricem animam, cuius est in cerebro sedes, per sensus sentire posse dicimus, & ex rebus sensu perceptis ipsam per se meminisse, & tum consequentiam, tum pugnam rerum videre, & tum dissolutionem, tum compositionem, non aliud significamus, quàm si comprehensim dixissemus, ratiocinatricem animam multas habere facultates, sensum, memoriam, intelligentiam, & de reliquis vnamquamque. Et quoniam

Ecc. niam

33 niam non sentire tantum ipsam posse dicimus, sed & speciatim videre, audi-
 34 re, olfacere, gustare, tangere, ipsam rursus facultates habere dicimus vi-
 35 dendi, olfaciendi, audiendi, gustandi, tangendi. Illis quidem Galenus pers-
 36 picue decernit facultatem non propriam esse rei substantiam, sed efficientis
 37 cause comparationem, & vt dicere solent, relationem ad hunc illumve affe-
 38 ctum. Quam hic passum se ignorare fatetur facultatum substantiam, alio
 39 tamen loco affirmat non aliud quam temperamenti proprietatem esse, quo
 40 nomine naturam passum appellat, tum in Aphorismis, tum in libro de natu-
 41 ra humana. Libro de praelegatione ex pullibus, de illa hunc in modum scri-
 42 bit: Facultatis substantia in singularum partium posita commodo tempera-
 43 mento est. Nam tum demum suum quaeque munus obit strenue, vbi sit tem-
 44 peratissima: contra male fungitur, si immoderata est. Et libro secundo, Ni-
 45 hil in illis commentarijs attulimus de facultatis essentia: neque enim prius
 46 hoc decretum, quam vndique reperissem constans, pronuntiare sui ausus:
 47 nunc vero essentiam facultatum adducti sumus, nihil esse praeter qualitatem
 48 temperamenti. Libro autem de Plenitudine hanc rem totam lucidius defi-
 49 niuit. Ego vero aliam esse arteriarum facultatem a neruorum & venarum
 50 facultate, docui in libris de Hippocratis & Platonis decretis, in istis illaque
 51 illud etiam arteriarum facultatem e corde velut e fonte quodam manare: ner-
 52 uorum e cerebro, venarum ex iecore. In libro autem de Elementis secun-
 53 dum Hippocratis sententiam, ostendi substantiam quae generari quaeque in-
 54 terire potest, per se totam immutari, dum quatuor qualitatum vi vel inca-
 55 lescent vel frigescent, vel humescit, uel siccescit, esseque suam cuiusque cor-
 56 poris substantiam in istorum quatuor, calidi inquam, frigidi, humidi, sic-
 57 cique temperatione sitam, ideoque gubernantium quodque corpus faculta-
 58 tum substantiam, illam esse temperationis proprietatem. Haec sunt quibus
 59 de facultatum substantia nihil dicere potuit apertius. E V. Magnum quid-
 60 dam tibi, persuades attulisse, atque his, omnem facultatum substantiam
 61 designasse, parum opinor intelligens quid proprietatis appellatione notet.
 62 Ea substantia non est, sed qualitas intima efficienti cause: neque igitur ip-
 63 sa facultatum essentia, substantia simpliciter est, sed qualitas: quemadmo-
 64 dum & ea quam coloris essentiam veteres vsu appellare solent, non substan-
 65 tia, sed simpliciter qualitas est. Quid autem de facultate vere ac sincere
 66 Galeno sit visum relicto ambagibus, haec vna sententia demonstrat: Non
 67 quidem substantias in suas facultates diuidi existimamus, sed vnamquamque
 68 simplicem indiuiduamque substantiam, suis facultatibus omnia efficere.
 69 Non simpliciter & absolute substantiam dicimus facultatem habere, sed in-
 70 terim adiaci solet urendi aut refrigerandi, aut siccandi, aut madefaciendi:
 71 interim fingendi, ratiocinandi, aut mouendi seipsam, aut aliud eiusmodi,
 72 quae in particeps rationis anima percipimus: haec anima quum una sit,
 73 multas tamen habet facultates, quas omnes alio opere enumeravi.
 74 Quaecumque igitur causa res efficiet varias, tot ea nimirum facultates obti-
 75 nebit quot res faciet, non quod simplex ea in facultates quodammodo distri-
 76 buta sit, sed quod quibusdam rationibus ad ea quae facit varie se gerat.
 77 B R V. Id igitur perinde erit ac si quis vnus sit, & pater, & auunculus &
 78 auus, quod ratione respectuque diuerso sit. E V. Hac similitudine non
 79 possis rem perfecte exprimere. nam quod facultate praeditum dicimus, id
 80 certe proprietatem quandam & qualitatem in se obtinet: qui autem vel pa-
 81 ter, vel auus est effectus, nihil in se magis quam ante habet. Decedente
 82 filio,

83 filio, licet tum pater non sit, nil tamen is in se mutationis accipit: at rei fa-
 84 cultas perire nequit re ipsa non mutata. P H. Multa quidem hic dicuntur
 85 a nobis, quibus obruor potius quam docear, ex quibus sane nondum mihi
 86 plane constat quid facultas. Id tu verbis & iusta atque explicata oratione
 87 quid sit expone, & sine quippiam a subiecta re diuersum. E V. Volo equi-
 88 dem. Aristoteli agendi potestas est nunc ipsa efficientis cause substantia,
 89 nunc aliquid cause penitus insidens, quod illa tanquam principium quoddam
 90 ad agendum adhibet: id siue potestatem, siue facultatem, siue virtutem atque
 91 vim appellare velis minimum refert. Prior horum nominum significatio rati-
 92 onis est, posteriorem crebrius auctores vsurpant, dum passim aiunt, vim fa-
 93 cultatem ac potestatem agendi rei cuiusque inesse, tanquam ea quippiam sit a
 94 subiecta re diuersum. Et igitur insidet, at intus & penitus, uix vt unquam
 95 diiungi separarique possit. Quod autem intima esset & ingenta, idcirco in-
 96 sitam rei proprietatem dixerunt: quam Themistio definire placet quippiam
 97 esse, quod rei substantia ex se profert, & tanquam de sinu suo promit. Non
 98 id quidem vlla est substantiae portio, sed intus quiddam & ingentum ab
 99 illa dimanans. P H. Nondum plane assequor ne cogitatione quidem, quo
 100 pacto rei vis atque substantia inter se distent, sintque diuersae: dic si lubet pla-
 101 nius. E V D. Vis & facultas imminui augeriue potest, nonnunquam vero
 102 quasi impedita teneri: substantia nulla ratione vel intendi vel remitti potest.
 103 Hoc declarant inueterata medicamenta, quorum vires prorsus infirmas &
 104 quasi eneruatae iacent, forma vero suaeque ipsorum substantia integra etiam-
 105 num manet. Hos virium facultatumque ordines Galenus roboris infirmita-
 106 tisque gradibus definit. Etenim vis & facultas, ad functionem interim me-
 107 lius, interim deterius est comparata: vnde modo praeclearius, modo deterius
 108 functionem administrat. Ea (inquit) praestantior ad functionem constitutio
 109 facultatis, virtus est & robur: deterior infirmitas atque vitiositas. Lapis
 110 Heraclius alio perunctus imbecillus adeo redditur, uix vt tenuissimum ferri
 111 fragmentum alliciat, eius tamen forma temperamentumque permanet. Hu-
 112 ius vis & facultas foras emittitur ac transilit, dum procul remotum disun-
 113 ctumque ferrum attrahit: at species atque substantia immota suis se tota li-
 114 mitibus continet. Ex quo intelligitur quantum ab efficiente causa vis illius
 115 facultasque distet, utque robur & infirmitas quidam sint facultatis ordines.
 116 P H. Quid igitur? Tu ne dices omnes qui de re medica vel differunt vel
 117 quotidie disputant, vitiose loqui, dum aiunt facultatem attrahentem, quic-
 118 quid in alimento vtile est allicere, expultricem aliena depellere, conco-
 119 quentem cibum conficere, uti & quartam continere? Hi profecto vnamquam-
 120 que facultatem quasi efficientem causam proferunt, auditorumque sensibus
 121 illas obiectant tanquam secretas substantias. Quae in re id etiam sequitur ui-
 122 dentur quod Auerrhois ait, ipsas facultates animas tum esse tum appel-
 123 lari. E V D. Quid Auerrhois hac de re statutum sit, nec laboro,
 124 nec mea refert. Sed tamen ipsarum affinitas atque coniunctio efficit, ut
 125 plerique vis & facultatem esse statuunt efficientem causam, qui nihil
 126 maius aut praestantius inuestigantes, effectum omnem facultati attri-
 127 buunt, quod & Galeno frequens esse solet. Quando (inquit) efficientis
 128 cause essentia incognita nobis sit, eam facultatis nomine appellamus.
 129 Qui sic vsu quodam & consuetudine facultates agere pronuntiant, quam-
 130 quam nec satis apte nec proprie, dilucide tamen planeque loquuntur: ac
 131 magnam certe ambiguitatem & erroris occasionem tollunt, lucemque
 132 E e e e a rebus

rebus afferunt distinctione. Si Lucas peritus est canendi, pingendi, pulsandæ citharæ: vnus is multarum functionū efficiens causa cenfetur, quippe qui vnus omnium vires facultatesque obtineat. Atque quāquam facultas ipsa nihil per se potest efficere, vsu tamen dicimus citharædum pulsare, cantorem canere, pictorem pingere: quum nec cantor nec citharædus nec pictor substantia sit, neque prima efficiendi causa, sed Lucas. Sic res habet in natura, quæ vna principium & omnium functionum causa, omnia quidem efficit, at facultatibus vsa diuersis. Quod igitur est ars parta artificio, id naturæ est vis & facultas. nisi quodd hæc ingenita est, illa vsu & exercitatione conquiritur. B. Hæc quum ita constitueris, quot nam ex Galeno putabis facultatū substantias nobis inesse? E V. Tot nimirum, quot efficientium causarum propriæ insunt differentia. Galenus Platonis imitatione atque contemplatione tres animæ partes, substantia sedibusque disclusit: tres itidem designabuntur omnium quæ in nobis sunt facultatum substantiæ. Vnius eiusdemque substantiæ sunt facultates omnes naturales, alterius vitales, quemadmodum & animalia sunt sentientis animæ tanquam proprietates. B. Equidem tres has partes animæ, omnium quæ in nobis sunt facultatum substantias esse perspicio. Has autē partes si mihi demonstraris vti & animam totam diuinas esse, neq; ab alementorum natura profectas, grauibus seriisque rebus satisfeceris.

Trium partium animæ diuinam esse subst. animam, ex Galeni sententia. Cap. VI.

E V D O X V S.

PARTIVM animæ quæ locis sedibusque disclusæ sunt, eā duntaxat quæ rationis est particeps immortalē ac sempiternam haberi, cæteras autem mortales & caducas, omnes quidem asseueranter pronuntiant: quæ qua ratione vnā eandemque simplicem animam efficiant, plenius alio explicauimus opere. B. His non immoror: sed quid illæ diuinitatis habeant expecto. E V. Principis animæ quæ ratiocinatur simplicem diuinamque esse substantiam, ne Galenus quidem inficiabitur, etsi quandoque id videtur in dubitationem traxisse. B. Huic iam nec repugno nec obfisto: sed quid aliis mortalibus inesse potest diuinitatis? E V. Animal vnumquodque diuinitus est conformatum, & quæ id vis effinxit, Galeno prorsus est diuina. B. Id agnoscio. E V. Atqui quæcunque fictum iam & conformatum corpus regit anima, eadem est quæ id effinxit, hæc igitur non minus quā illa diuinitatis est particeps. B. Id unde, & ex quo auctore tibi assumis? E V. Ex Galeno, quo loco hunc in modum scribit: Quid autem in partium functionibus accidit, perspicuitatis quidem gratia, uno aut altero exemplo concludemus. Deinde propositis exemplis de pueris & infantibus qui digitum vnumquemque porrigunt vel inflectunt, ac linguam variè contorquent & conuoluunt in conuenientem figuram concinnæ vocis exprimendæ, neque tamen nouerunt quibus musculis ad singulas motiones sit opus, subiungit: Nam animal vnumquodque videmus ea se parte corporis tueri, quæ præ cæteris plurimum valet: cornu n. petit vitulus etiam ante nata cornua, & equinus pullus calce, nondum satis firmis vngulis, sic & catellus mordere conatur, etiam si adhuc infirmos habet dentes, & auium genus omne volatum molitur, etsi per infirmitatem nondum potest. Hæc enim videntur declarare, animam quæ partibus vititur, ipsarum partium

Lib. de format.

partium vsu nosse, perinde ut si eas ipsa fecisset, non ab alio factis vitetur. Mox dein ait: Atque hac quidem ratione, in animantium corporibus illa anima quæ partes conformauit, adhuc videtur permanere. Neque enim fieri potest, vt quæ nunc præsens adsit, ea quaque parte conuenienter vitatur: quæ vero totum construxerit, ea fugerit. Paucis deinde interpositis addit: Nā quum puellōs videamus sonantes, quicquid iubentur sonare, vt myrrham, vt scalpellum, vt sinigma, quum nec intelligant à quibus musculis lingua sic moueatur, ut eam vocem conuenienter sonare possit, multoque minus istorum musculorum motores neruos, probabilissimum id videtur ut quisquis linguā formauit, is vel in formatis à se partibus etiamnum permaneat, vel sic eas partes fecerit, vt animalia sint gnara voluntatis, eius qui nostræ animæ principatum tenet. Quum autem huius consequens esse videam, aliam esse quæ principatum in nobis tenet animam, alias quæ in singulis sint partibus, aut certè vnā omnino quæ communiter omnia dispenset, magna profectò circumuenior perplexitate, vt de opifice qui nos sit fabricatus, nihil quod consistere possit mihi in mentem ueniat, tantum abest ut certam habeam cognitionem. Nam & quum audio philosophos quosdam dicentes, materiam ab æterno animatum, de fixis in ideis oculis, ipsam se perfectè exornare, tum vel multo magis cogito, vnā esse oportere animam, quæ nos tum formauit olim, tum singulis nunc vitatur partibus. Sic enim legitur, *ἔτι καὶ μᾶλλον ἐγγωῶ μίαν εἶναι δειν ψυχῶν τὴν τε διαπλάσασαν ἡμᾶς καὶ τῶν ἄλλων ψωμενικῆν ἐκάσω τῶν μοσίων.* In cuius sententiæ confirmationem supra dixerat. καὶ φαίνεται κατὰ τὸν ἐν λόγον ἐν τοῖς τῶν ζῶων σώμασιν ἔτι διαμένειν ἢ διαπλάσασαι ψυχὴ τὰ μόρια οὐ γὰρ οἷον τε γῆδαίμεν ἐκάσω προσκόντων τὴν νῦν οὖσαν διχῆδ' αἰδέ τὴν κατασπένδασαν. Eam verò opinionem, quæ animalia quædam ponebat particulas nostras primū conformasse, atque deinceps in illis omni vitæ tempore permanere: quæ quia voluntatem principalis animæ cognoscerent, illius imperium sequebantur: paulò antè his verbis exploferat, Sed & hoc à diligentioribus medicis quæsitum est, & quum quidam diceret, musculum quemque non secus atque animal, voluntatem nostram sentire, atque attrahere & circumagere linguam; ut figuram fortiatur ad illam vocem concinnè exprimendam accommodatam: cæteris omnibus id minimè probabile visum est. Itaque Galenus eam solam opinionem probat, quæ in singulis animalium particulis primam vim illam fictricem insidere & permanere, illasque ad suum opus excitare confirmat. Sed hic te obtestor & obsecro mi Brute, id mihi paulò altius cogitat quod dixit, eum qui corpus nostrum finxit, quicūque is fuerit (hunc autem cœlestem mentem, nonnunquam & Deum esse profiteatur) adhuc in conformatis particulis permanere & his singulis nunc uti, nonne id ipsum est quod passim vulgavit Plato, Deum & opificem & reatricem nostri causam esse? Quodque Aristoteles, Deum verè genitorem esse & conseruatorem rerum omnium, quarum ipse principium & finem mediumque tenet? Nonne & quod ait Theophrastus, diuinum quidem esse omnium principium, cuius beneficio, & sint, & permaneant uniuersa? Quod etiam, sed planius, Theodoritus: Deus creator naturæ, gubernator est eiusdem, non enim quam ipse fecit nauiculam destituit. Omnium uerò apertissimè Galenus, qui interpretationem subiiciens pleniorē, dixit eum qui corpus nostrum finxit, adhuc in conformatis particulis permanere, hisque nunc ad proprias functiones vti. Itaque si aut Deus aut certè diuina erat vis illa nostri conformatrix, diuina etiam est ea quæ nos regit & quæ functiones moderatur in nobis. B. Hæc

turæ, sic & animæ suus est spiritus. Dei spiritus, occultam Dei maiestatem potestatemque præferens, per omnia sparsus permeat, ubique præsens omnia complectitur: hic animos habet in potestate, & eos quocunque vult adducere potest. Naturæ spiritus, is est quem omnes philosophi iuxta ac poetæ celebrant: quem Plato mundi animum, Galenus mentem huc ex superioribus deductam appellavit: quem Aristoteles de mundo discrepens hac definitione planius expressit, Spiritus dicitur quædam tum in plantis atque in animalibus tum per omnia commens, animata fecundaque substantia. Hic ergo longe lateque diffusus omnia continet, omnia lætificat vitalem mundi animam ipsamque naturam secum afferens, quæcunque subicit, vitalia faciens. De quo latine philosophiæ princeps Tullius, ordinem constantiamque rerum suspiciens, sapientissimè: Hæc ita (inquit) fieri omnibus inter se mundi partibus continentibus profecto non possent, nisi ea uno diuino & continuo spiritu continerentur. Paucis certe spiritus tum præstantia tum diuinitatè Græcorum philosophorum imitatione cõplexus. Iam verò peculiaris rei cuiusque mortalis & concretæ spiritus, illius formæ subternitur, eamque densò concretoque corpori necit, mediam inter vtrunque conditionem sortitus, iungitque disparia res vtrique affinis ac familiaris: atque hic profecto ab altero, qui vniuersitatis atque totius naturæ est, regitur atque continetur. Hic est animi omniumque facultatum vector propriaque sedes, & quem fortasse illarum corpus recte dixeris. Sic enim olim Platonici corpus quoddam excellentis naturæ perlucidum & ætherum, animæ facultatibusque subterni prodiderunt, quo illæ cum terreno & densò corpore confociarentur. Hoc in problematis imitatus verè est Alexander Aphrodisiensis: quod Aristoteles plane indicauerat, spiritum animæ facultatibusque corpus, & illius diuinam ac cœlestem esse naturam, quæ respondeat elemènto stellarum. Locus est quem libro superiore produxi: Sed enim (inquit) omnis animæ siue uirtus siue potentia, corpus aliud participare videtur: idque magis diuinum, quàm ea quæ elementa appellantur. Verùm prout nobilitate obscuritate ve animæ inter se differunt, ita & natura eius corporis differt. Inest enim in semine omnium, quod facit vt fecunda sint semina, videlicet quod calor vocatur: idque non ignis, non talis facultas aliqua est, sed spiritus qui in semine spumosoque corpore continetur & natura quæ in eo spiritu est, proportionè respondens elemento stellarum. Ergo dem sum hoc corpus ex variis partibus coagmentatum, spiritus est propria sedes, in quam nullo intermedio incumbit: & spiritus animæ eiusque facultatum velut basis. Itaque in densò corpore, spiritus, in spiritu calor innatus, in his natura & facultas. Vtrunque & spiritum, & calorem qui in eo est, diuinum censet: neque enim ignis est neque ortus ab igni, quoniam, vt mox inquit, ignis nullum animal generat. Denique natura quæ in eo est spiritu, nonne præstantiorem magisque diuinam quam spiritus conditionem obtinuit? Natura, inquit, quæ in eo spiritu est, proportionè respondet elemento stellarum. Potuitne quicquam manifestius proferre? Quanto interuallo cœlestia corpora ab elementis seiuncta cernimus, tanto eam naturam a densò & mortali corpore distare putat: spiritum verò medium inter illa collocari. B. Sed hunc quæso mihi scrupulum dilue: Caloris quem natium appellas, nonne insitus nobis est & interior? E V. Maxime. B. Qui fiet igitur vt fit cœlestis? Qui enim cœlestis nuncupatur, extrarius est ambiensque nos circumfudet. E V D. Hoc istud verbum est, quo plurimi circumuenti in errorem inducti sunt, qui quoniam cœlum ipsum extra nos est, putant quicquid cœlestè est, extraneum esse, neque in nobis insidere, quasi nulla vis cœlestis in nos

conmi-

cõmigrare possit. Et carè tamen interim vident, frugum fructuumque procreatio nem & incrementum, non nisi cœlesti hoc calore perfici. B R. Est is quidem necessarius, sed iccirco duntaxat vt interiorem instumque temperet ac gubernet. Quod quomodo nonnulli interpretentur, paucis aperiam si permittis. Insitus noster hic calor temperatus est, & ex elementorum permissio ne natus: ignis quippe is est, sed eatenus contrarij permissio ne impeditus, vt neque feruidus sit neque exurens, neque violentiam illam retineat, quæ est igneæ naturæ propria, sed totius moderatus ac benè temperatus sit: & vt Galenus frigidus sit particeps: & quasi ex calido frigidoque temperatus. Nec verò hic simpliciter cœlestis est appellatus sed proportionè quadam respondens elemènto stellarum: quod autem alteri comparatur eique simile est, nemo idem ipsum iure probeque censuerit. Verùm enim uerò hunc nostrum bene temperatum instumque calorem, functionum opificem, certa ratione moderatur atque gubernat ille cœlestis salutarisque calor, sicque cõtinet & ad functiones promouet, ut illius complexu fotuque destitutus, calor, noster mox pereat & extingatur, aut nihil quicquam efficiat. E V D. Olfacio cuius autoritate persuasus triplice m calorem sttuas, igneum, temperatum qui idem natiuus sit, & cœlestem. Cæterum non satis acutè perspexit vir ille, cuius te patrocinio tutum fore confidis, Aristotelem dixisse insitum hunc nobis calorem & in animalibus stirpibusve contentum, nec ignem esse, neque ab igni originem ducere. At quem insitum ille facit, is tamen non est ignis, ex igne tamen (vt ait) temperatus est, ab eoque ortum habet. Rationem autem cur noster calor non ab igne trahat originem, hanc reddit Aristoteles, quod ignis nullum asal generat. Quod si nec totius, ignis nec eius portio quicquam generat, multò certè minus quicquid ab eo ortu quodam processit Conuenit enim longè præstantiorem vim effectio nemque toti quàm parti concedere. Rectè igitur hunc insitum nobis calorem neque ignem esse neque ab igne originem ducere, sed totum planè cœlestem esse, literis memoriæque mandauit. Iam verò donemus ex elementorum permissio ne quadam ortum in nobis temperatum. Hic sanè quisquis erit, similitudine quadam eum duntaxat exprimet, qui lapides & metalla continet, neque aliud in nobis quàm similitudinem partium molim coagmentationemque seruabit, ne dissipetur aut defluat. Agè obsecro, in ossibus, in neruis, in alijs denique partibus similaribus emortui animantis, nonne is calor inest quem in lapide fateris? B R. Inest sanè. E V. Quom adhuc in uiuis erat animal, nonne ipsius partibus aliquid inerat præstantius illo lapidis vel ossis demortui calore, quod vitæ functiones obiret? B R. Nihil fortasse supra temperamentum: veruntamen id temperamentum in uiuente quoniam inerat præstantius, poterat sanè eas vitæ functiones (quæ perfectiores sunt) obire. E V. Id autem uiuentis temperamentum quæ ratione putas quàm demortui præstantius? hoc enim in disceptationem vocatur. B R. Alijs vix queam verbis exprimere. E V. Atqui necesse est apertius clariusque dici. Quod vt efficiam aliud exemplum disputationis huius nostræ supponam. Viuens piper temperamento impense calidum alitur, increfcit, omniaque vitæ munera exequitur. Id iam donemus emori. Quoniam omnes in illo vitæ functiones perierunt, necesse est opinor vnà cum functionibus harum efficientem causam perisse: naturalis enim quum sit, otiosa manere haud potest. Itaque piper interitu cum vitæ functionibus non nihil etiam perdidit, quod erat vitæ causa. Id uerò quid esse dicas? non temperamentum, quum emortuum exiccatumque piper non minus imò etiam magis quàm uiuens ca-

Ffff liudum

Lib-de tre:
more &
palpit.

Leonice-
nus.

lidum sit: nam id siue seorsum consideres, siue, ad hominem temperamentum referas, & simpliciter & comparatè calidum indices. Perdidit igitur interitum quidpiam a temperamento diuersum, quod functionum causa fuerat. Id autem quid fuerat? Si omnia ratione animoque lustres & accuratè circumspectas, non aliud occurret quàm spiritus vitalis, & calor in eo spiritu qui morte sit extinctus. Hunc igitur necesse est a temperamento diuersum, & supra temperamenti naturam constitui, qui vnus vitæ omniumque functionum sit autor. B R V. Eò cerrè vel nolens adducor. E V. Is autem si supra temperamentum est & ab elementi conditione alienus, nonne optimo iure statuetur cœlestis ac planè diuinus? Is est quo omnis omnium tum stirpium tum animantium vita continetur, cuius vnus extinctio mors est. Hunc ab elementari faciliè discernes ac internoscis in stirpibus & animantibus frigidis, ut in lactuca, in mandragora, in salamandra: quæ quum temperamento absolutè frigidæ sunt, non hoc ipso certè, sed solo vitali spiritu & calore viuunt. B R V. Ea tamen Galenus frigidæ esse pronunciat. E V. Calida ne an frigida sint, hic non disputo: quamquàm dici possunt temperamento frigida, at calore vitali (quantuluscunq; sit) calida: quemadmodum & viuens omne quod salutaris huius caloris vim in se continet. Si hæc simpliciter frigida sunt, in eorum temperamento elementum frigidum vincit atque dominatur, præpolletque calido. Quocirca temperamenti vi quicquid efficiunt, a dominante frigido prodit. Atqui alimentum trahunt & conquirent, inde aluntur & crescant, hisque similia opera ædunt: hæc verò quomodo possint vel a temperamento frigido, vel a diminuto & viuo calore qui in temperamento est proficisci, vt qui præcellentis frigoris præsentia nihil agat? Necesse est igitur hæc alterius caloribus sint opera, ad quem planè referuntur ac pertinent. Is autem est vitalis ac diuinus, quem nisi Galenus ab elementari diuersum statuatur, vix ab ijs quas proponit philosophorum trices sese explicabi. Quod igitur calor hic in viuentibus opera ædit temperamento non conuenientia, & quod morte interdum extinguitur permanente temperamento, palam sit illum in viuentibus diuinum ac cœlestem esse, ab elementariq; diuersum. His rationibus adductus Aristoteles, apertè pronunciauit calorem hunc viuentis corporis diuinum & supra elementi naturam esse. Quin & illum puto alias tam præclaras rationes in id secum quæsiuisse, torq; in animo habuisse quibus id sibi persuaserit, vt si nullam adferret, ipsa tamen illius autoritas me frangeret. Plurimi autem vestri similes contrà nituntur, quibus non aliud quicquam est, cur incredibile sit hunc calorem diuinum esse, nisi quod nequeunt ipsam diuini naturam intelligere & cogitatione comprehendere. B R V T. Id iam conspicuum certumque uidetur. Ceterum hoc mihi loco cum multis dubitare licet hic ne calor in nobis diuinus substantia sit, an accidens. E V D. Quod multorum mentes occupat, possum hæc per breui sententia explicare. In materia quæ & temperamento & omni instructione sit apparatus, spiritus inest: plurimum quidem ætereus, se tamen ex aliorum elementorum permissione consistens. Calor qui in est spiritu, qualitas est quæ nusquam seorsum subsistit: est igitur & verum accidens, sed planè diuinum ac cœlestem, sicuti & lumen calor ve solis, & una quælibet vis alia cœlestis in corpus iam apparatus demissa. Natura autem ea seu forma, quæ interuentu spiritus & caloribus in materia consistit, purissima est substantia eaque tota cœlestis ac diuina, elementorum haud quaquam particeps. Quocirca (vt iam ad pensum redeam) præter igneam calorem qui partibus inest similibus, necesse est in nobis, & in

Li. de sim
plic. 4

& in cunctis viuentibus præstantiorem quodam insidere, qui salutaris ac verè diuinus functionum opifex sit aut minister. Hoc tuus Auerrhois dilucidè videtur comprobare, primo collectaneorum statuens, partium simularium propriam formam esse temperamenti rationem, quæ ex quatuor elementorum moderata mensura ac permissione procedit. Præter hunc uerò in cunctis viuentibus calorem innatum quædam inesse, ab eo diuersum quem a temperamento partes adispicuntur. Hunc ipsum calorem partibus dissimilibus & instrumentis pro forma datum, quanquam non inficiatur facultates & animæ partes his insuper conferri. B R. Tu commemorata hominis sententia animum mihi præteritarum deliciarum dulcissima recordatione recreasti: tanta enim & tam admirabili suauitate ea olim sensus mentemque delinuit, nihil vt existimarem aut subtilius aut præstantius dici posse. Itorum ego dulci recordatione sentio defensionem meam periclitari, meque ad defensionem segnior reddi: ac prorsus in tuam sententiam adducerem, ni me reuocaret neoterici illius ratio, quæ calorem hunc iccirco diuinum ac cœlestem dici non posse contendit, quod in plerisque excrementis contineatur, sordidis certè quidem illis, & quæ iam a naturæ bonitate defecerunt. E V. Portentosa deliria. Parum quidem is animaduertat quid de excrementis subingat Aristoteles: At verò solis calor (inquit) & animalium, nõ modò in semine continetur: verum etiam si quid excrementi sit, quanquàm diuersum a natura, tamen id quoque principium habet vitale. Et quid quæso hic esse possit, quod ad cœlestia comparatum, sordidum non deprehendatur & abiectum? & tamen hic etiam viget & quasi habitat cœlestis ille calor. Vt in nostrum hoc vile ac lutulentum corpus, diuina mens immergitur: sic tum in semine tum in animalium excrementis, hic insidet calor diuinus & vitale principium. hoc planè indicant quæcunq; ex illis gigni cernimus animantia. P H. At isturum ortus plerunque ex his est materijs quæ sponte sua putrescunt. Tu ne etiam in hisce putridis cœlestem quippiam inesse putes? E V. Quæcunq; putruerunt corporis nostri superuacanea, quanquam recesserunt a natura eius a quo dimanarunt, aded vt illi interdum sint aduersa & inimica, naturalia tamen & accommodata sunt alijs, quæ inde gigni prodireque solent. Quamobrem in illis calorem inesse dicimus & principium vitale, aptum quibusdam gignendis imperfectis animantibus, inutile autem & incommodum ijs de quibus illa pulsa sunt. P H. Cœlestis ergo calor complures sient ordines, neque qui vnus est naturalis (quanquam cœlestis ac vitalis) continud omnibus peræquè naturalis erit & amicus. E V D O. Necesse id quidem: vt enim formarum quæ omnes cœlestes sunt ac diuinæ, alia alii materiæ conuenit aut aduersatur: ita calor cœlestis, alius alii animanti proprius est & familiaris, alius alii alienus & incommodus. B R V T. Sunt hæc quidem in primis consentanea, immò matutina disputatione Temmistius ijs duntaxat quæ ex putrida elluic prouenerunt, existimabat communem illam mundi animam conferri, iisque solis principium vitale accerere ex superioribus: quod nihilominus docuisti quodam discrimine, & pro rara cuiusque conditione impertiri. E V D. Hæc velim ob oculos proponas sæpius mente collustres, expensisque singulis decernas, quantum Galenicum hoc dogma ab Aristotelico distet. B R V T. Germanum quidem prorsus est, nulla dissimilitudine seiuicium. Quandoquidem Galenus in vniuscuiusque partis solida substantia, humidum primigenium & insitum spiritum collocat: in his verò calorem ipsamque partis naturam, quorum nihil ex puris elementis originem

Ffff 2 habet.

habet. E V. Audent nihilominus insuper plurimi acriter obfistere, qui nec spiritum eum, nec calorē aiunt a Galeno diuinum appellari, quemadmodum neque naturam diuinam. Vim eam quæ nos conformauit Galeno diuinam dici fatentur, neque tamen eandem quum nos regit, ac moderatur, eo nomine exprimi definarique volunt: itaque dum illorum omnis de nomine contentio est, si rei nomen supprimitur continuò putant rem ipsam de medio tolli. At dum res maneat, verba illi fingant arbitrato suo. P H. Dic quæso breuiter quid diuini appellatione intelligi velis. E V D. Quicquid supra dixerat Aristoteles proportionem respondere elemento stellarum. P H. Quid hoc si bi vult elementum stellarum? E V. Vt quattuor simplices naturas elementa vocamus quòd in rerum omnium concretionem confluunt, illisque cedunt in materiam: ita cælum ac stellas quòd suas etiam illis vires adhibeant ac impertiant, elementa iure appellemus. Si in primam animantis procreationem, quæ ex semine, ex maternoque sanguine fit, animum cogitationemque figes, animaduertes sanguinem ex quattuor elementis quæ in cibis inerant constitui: ex eisque materiam seminis, quam purior utiliorque sanguis contulit. At naturam, spiritum, & calorem quos semen in se comprehensos continet, quum aliunde prodijisse memineris, intelliges supra elementorum vires & ordinem esse, neque posse illorum præstantiam vel ad caduca hæc & sordida elementa, vel ad temperamenti proprietatem pertinere. Partium humani corporis subiectam materiam ab elementis, & a temperamentis: at facultates, spiritus, insitum calorem, & figuram, ab eo seminis spiritu, in quo tum calor, tum natura, visque diuina insidebat proficisci. P H. Corporis nostri gubernatrices facultates & vim eam quæ nos conformauit, quemadmodum & animam, non ex elementis, sed diuiniore cuiusdam esse originis, copiose ac solidè videris explicasse. Operibus verò & functionibus de quibus ne verbum quidem vnum fecisti, tu ne etiam latens & secretum aliquid adscribes?

Plurimas functiones & opera in nobis oculis ex causis esse. Cap. VIII.

E V D O X V S.

Quid me præterea questionibus fatigas Philiatre, & ad sententiam de operibus ferendam hortaris? Si iam planum feci animam & facultates, in nobis inesse diuinas, easque non otiosi, non cessare, sed continentes actiones cære & in opere esse semper: spiritum quoque illarum vectorem, itemque calorem esse diuinitatis participem, nonne quæ illarum sunt opera, iure debent diuina appellari? Vix tu sanè possis numerando percensere functionum genera quæ supra elementorum vires sunt, quæ nequaquam ad illorum temperatam pertinent. P H. Ausimne eas functiones diuinas nuncupare, quæ cernuntur & ab oculis mihi obseruantur? E V. Quidni? Nonne admiranda Dei opera in conspectu & in oculis sunt omnium? P H. Quam igitur diuinam functionem censebis? E V. Vt quæ trans naturam sunt & supra captum humanæ mentis quia nos in sui admirationem trahunt, admirabilia solemus appellare: ita functiones admirabiles iure diuinas appellem, quarum causa & ratio abdita, delitescens, & occulta, neque demonstrari, neque certo explicari potest. Huiusmodi

Huiusmodi autem est, quæcunque non a primis simplicibusque rerum naturis ortum habuit: sed illarum ordinem prætergressa, vix vlla potest mentis acie comprehendi. P H. Hanc si diuinam esse cognoscis, non incerta est & abdita. E V D. Certum quidem & est comprehensum hanc causam supra elementorum ordinem esse, at nihilominus occulta est & inexplicabilis illius substantia, quæ (vt ait Alexander) modum humani ingenij prorsus excedit Deo duntaxat cognita immortalis, qui rerum omnium parens atque author est. Operis quidem solertissimi cuiusdam rationem artifex qui extruxit integre tenet: cæteri verò qui artis sint illius ignari, rationem nullam reddere queunt, sed tantummodo rem inspectant & demirantur. Vnde (paulò post inquit) apud medicos abdita delitescentesque causæ earum rerum putantur, quarum nulla ratio reddi poterit. Ea fuit Galeno abditarum rerum definitio, eadem & Aristoteli, qui supra captum humanæ mentis illas collocauit. P H. Dilucida hæc quidem explicatio: quod autem sequitur edidisse, quæ functiones occultis ex causis & quæ ex manifestis procedant. E V. Hoc sanè protinus adior ab iis auspiciatus quæ naturales functiones appellantur: earum genera sunt procreatio, nutritio & accretio. Procreationem supra demonstraui occultis ex causis esse, non eam qua prima rei substantia generatur, immutationem primam appellant, primordiorum vi & permissione factam: sed eam quæ cuiusque rei rationem continet, quæ iam caro, aut os, aut neruus existit, & quæ instrumentorum confirmationem figuramque perficit. P H. De hac nihil prorsum addubitem. E V D. Iam verò nutritionem & accretionem vt intelligas eadem esse præstantia, ad eas animum mentemque adhibe, quæ istarum administræ vocantur, sunt autem attractio, retentio, concoctio, & depulsio. Alimenti confectionem tum eam quæ in ventriculo, tum alteram quæ in iocinere ac venis tum tertiam quæ in singulis particulis perficitur (omnes siquidem vna eademque ratione consistunt) vnde & qua ratione fieri putas? P H. Nonne a mediocri calore qui ex iusta primordiorum confusione suscitatur? Sic enim Auerrhois ex Aristotelis, Alexandri, Galenique sententia putat elementa quæ perfectè mista cõmutataque fuerint, & quasi coctione purgata purioraque facta, tû nobiliores & altiores cuiusdam ordinis functiones ædere, quales nequeunt pura illa atque sincera. Hæ sunt quas plerique inter admirabiles collocarunt, vt theriacis vis & effectio ex tam multorum medicamentorum cõpositione surgens. E V. Hæc quidè similitudo multorum admicatione celebratur, quæ vbi semel in vulgus prodiit, omnium ferè victos tenuit animos, atque eorum imbecillitatè occupauit qui omnia elementis attribuunt. Sed si (quod supra docui) ex horum permissione vis nulla enasci potest, quæ nõ ad vnũquodpiã elementorum maximè pertineat: necessum est id quod in permissione vicerit, vires suas præ cæteris ostentare. Qui fieri igitur vt vnus cuiuspiã animatis calor possit, quæ duriora sunt atterere & cõminuere, molliora & tenera nõ possit? vt struthionis calor ferrum, columbæ venter lapillos exerat leonis verò calor qui tû vehementior tû acrior est nõ possit? Rei igitur naturalis si qua est effectio quæ nullius simplicium naturam & vim redolet, ea iure nequit ad permissionis vim pertinere. Huiusmodi est, tû ventriculi tum cæterarum partium concoctio: quæ nõ tã elementorum calori, quã efficientis patientisque familiaritati & similitudini assignanda est. P H. Hoc etiam affirmant, quicunque calorē hunc ab elementis esse contendunt. E V. Iam igitur nihil erit quod nostræ sententiæ aut cõclusioni aduersetur. Quãdoquidè vnique anima ntiū generi si proprium

Procreatio
problem.

1. De natu
ral facult.

Procemio
proble.
Procemio
de simpll-
cibus & ter-
tio.

proprium designatumque est alimentum, quod illi substantiæ affinitate fa-
miliare sit & iucundum, fiet illius concoctio non ab elementorum qualitatibus,
sed ab ea substantia cum qua familiaritas est atque similitudo. P.H.
Hoc ipsum censuerunt tum alii complures, tum imprimis Alexander Aphro.
& Galenus. E.V. Quæquam omnis concoctio, maximè sit a cœlesti calore
iuuatur tamen bono temperamento & mediocri elementorum calore, qui si
non substantia, temperie ramen & mediocritate ad cœlestem proximè accedit.
Si qua integra & laudabilis est in nobis concoctio, ea diuini caloris est
affectio: deprauata autem & vitiosa omnino ab elementis est. Temperies di-
uini caloris vim & effectiorem corroborat, qualitatis exuperantia deprauat,
atque peruertit. Bilis non ab illo quantumuis aucto, sed ab elementorum so-
lo calore profertur, quum mediocritatis legem velut per uim oppressit.
Ergo id verissimum reputo quod a quibusdam dictum accepi, cœlestem illum
calorem quantumscunque sit, salutarem esse & vitæ conseruatorem, eum uero
qui ab elementorum permissione natus sit, quoties supra modum increuerit, pestife-
rum & perniciosam esse. P.H. Valde placet hæc interpretatio quæ meo cer-
tè quidem iudicio, difficilium & obscurarum quæstionum claram habet & fa-
cilem explicationem. Reliquarum effectiorem estne quæso par ratio? E.V.
Est sanè. Nulla siquidem elementorum temperatura causa esse potest cur ven-
triculus cibum arctissimè comprehendat, eumque contineat, quoad sit plenè
concoctus, huncque depellat mox ut concoctus subactusque fuerit. Equi-
dem video vetustissimæ opinionis approbatione, omnibus in ore versari,
omniumque opinionem tritum, siccitatem retentioni adiumento esse. Sed
hac vnica causa ventriculum vel aliam quandam particulam, vtne elemetum
auidius amplecti & tenere noxium & superuacaneum reicere & aspernari,
aut vterum nouem integris mensibus foetum suo complexu tenere, neque
hunc finire prius elabi quam ad absolutionem peruenerit, non nisi futili cõ-
mentitiaque opinione dici potest. Nam has functiones efficit vis quædam
elementis præstantior atque diuinior, quæ partibus singulis a prima origine
est insita. Tam uero quid est quod attractionem solius caloris, depulsionem
autem frigoris aut humoris vi fieri comminiscuntur? Calidum omne allice-
re & ad se quasi rapere, frigidum contra expellere atque propulsare ce mper-
rum quidem habemus sed tamen promiscuè & citra delectum. Ceterum quum
quippiam non quiduis sed familiare solum prolestat, non id solo calore, sed
alia præstantiore facultate efficit. Si enim in partibus corporis nulla alia
quam communis illa caloris ratio inest, qui fiat ut vnaquæque ex confusa &
multiformi massa sanguinea, id solum quod sibi accomodatam est & amicum
proliciat: os crassiorum substantiam, caro tenuiorem sibi que finitimam & ce-
tera pro suæ quæque naturæ modo? vnusne elementi calor vtile internoscet,
vt id demum attrahat, frigus uero noxium sentiet depellendum? Id ipsum
si est, eodem etiam vires cæteris inanimis insidebunt, vt quæ eisdem viget
qualitatibus. Rectè Galenus affirmat, non modo nutritionem & concoctio-
nem; sed & attractionem fieri substantiæ similitudinè, & vnamquamque par-
ticulam eadem vi qua lapis Heraclius, ferrum quod sibi familiare est attra-
here. P.H. Plura non opro, quibus istorum fidem facias. Si enim ab ele-
mentorum qualitatibus attractio depulsioque nascerentur, harum perquam
euidens esset demonstratio, neque de illis veteres inter se tanta contentione
desertassent: neque Galeno alia atque Erasistrato vel Asclepiadi sententia
fuisse, quum eisdem omnes statuerint elementorum vires. Perge reliquas
functiones

Lib. De na-
turalibus
facultat. fe

functiones similiter excutere, ad vitales accedens. B.R.V. Galeno placet
præcipuum cordis opus esse, tum ipsius, tum arteriarum pulsationem, idque
vitale appellat, quoniam refrigeratione innatum calorem, qui vitam tuetur,
temperat. Pulsationem a calido fieri ait quod frigidi particeps est. Verba
eius hæc sunt: Nam calor insirus ceu semper mobilis, neque intro, neque
extra solum fertur, sed alterum ipsius morum alter semper excipit. Verum
(paulò post) ad superiora exterioraque motionem & quasi explicationem,
quod natura calidus sit experitur: intro autem deorsumque fertur, hoc est
ad proprium principium viam init, quoniam frigidi aliquatenus particeps
est: quippe ex calido & frigido temperatus. Hiis apertè omnem vitalem fun-
ctionem elementorum qualitatibus assignat. E.V.D. Vt tibi, sic & aliis for-
tasse multis, ita videtur. Sed id animo tamen penitus intueri, num possit
sola calidi frigidique temperies iugem hunc & irrequietum diastoles sisto-
lesque motum efficere atque moderari? Pulsationem equidem magna ex
parte gratia refrigerationis esse non dubitem: & quoties caloris intemperies
modum exceßerit, ex refrigerandi necessitate crebriorem celerioreque pul-
sationem reddi contra uero rariorem ac tardiorum quum frigus dominabitur.
At calorem atque frigus perpetuæ motionis efficientem causam po-
nere, id omni ratione caret, reque & euentis refellitur. Cur enim non
reliquis partibus similiter atque arteriis, hæc indita esset pulsatio, quum sint
omnes æquè ex calido frigidoque temperatæ? Quamquam igitur populari
ac crassa philosophiâ ratione pulsationis causam illic videtur attigisse, aliam
tamen pro dignitate grauitateque rei præstantiorem, alio loco acutius vidit:
vbi eam causam nunc facultatem, nunc vim pulsantem appellat. In ipso cor-
dis corpore vis illa est unde id contrahitur ac dilatur: quæ in omnes arte-
rias per tunicas earum influens, sic eas cogit aperitque quemadmodum ipsum
cor. Quoniam ergo insirus & vitalis calor per arteriarum capacitatem vnâ
cum spiritu in omne corpus effunditur: causa autem quæ pulsationem efficit,
per arteriarum substantiam celerrimè defluit, perspicuum vel ex Galeni sen-
tentia fiet, hanc ab insiro calore & a vitali facultate diuersam haberi. P.H.
Conclusa iam mihi videtur hæc omnis oratio: ex qua etiam probatum video
functiones quas dicimus animales, vt quæ altioris ordinis, planè diuina esse,
ac modo quodam inenodabili perfici. E.V.D.O. Consequens est omni-
no: animalis quippe functionis gratia, corporis partes dissimilares & or-
ganicæ concinnam aptamque figuram acceperunt. Atqui figuram ipsam-
que conformationem non posse elementis acceptam referri, sed planè di-
uinam haberi, Galeni est sententia. Necessum est igitur animale omnem
functionem, non ab elementorum temperatura, sed ab instrumenti ratione mo-
do quodam inexplicabili maximè primùmque perfici. Hæc instrumenti ratio
& vis, ea ipsa est quæ illud initio confinxit: ita enim Galenus prodidit vim il-
lam fingentem quæ diuina est, conformatis instrumentis perpetuò assidere,
eamque singulos musculos vt nouit ad unumquemque motum necessarios,
impellere quod instrumentis ea vis sola vti possit quæ illa conformauit. Quia
etiam quod vitiata quouis modo figura, aut instrumenti proprietate, etiam
si vitiata non sit illius temperatura, necesse est instrumenti animale functionem
lædi (plerumque enim manus vehementer incalescens vel cõtatabescens,
integrè mouetur atque apprehendit) planum facit non elementorum tempe-
ramenturam, sed instrumenti rationem causam esse præcipuam quæ motum
insusumque perficiat. P.H. Contradici video a nonnullis instrumentum

cundo.

Lib. de cau-
sis pulsati.

Lib. de visu
pulsuum.

Lib. de for-
tus forma-
tione.

Cōfiliator
differētia
63.

strumentum salua figura, magnitudine, numero, atque situ, ingens ex in-
temperie vitium quale est in paralyfi contraxerit, id non solum deterius,
sed & nihil penitus aget, etiam si nullus instrumenti, sed solius tempera-
menti morbus inest. Quæ ratio viros spectata probatæque eruditionis eò
adduxit, vt commodam elementorum temperaturâ statuerent primâ causam
& præcipuam, è qua tanquam è radice nasceretur animalis functio: instru-
menti verò rationem, causam secundariam & adiuuantem, per quam fun-
ctio melius obiretur. Ipseque adeò totus in hanc sententiam concedo nisi
me fortè aliò retrahis. E V. Hec si voles paucis perspicueque perfici, de-
bes ad singula quæ propositurus sum respondere. P H. Fiet pro virili. E V. 10
Similares partes quæ omnium primâ coagmentantur, ex elementorum per-
missione constant, perficiunturque harum temperamento. Ex similibus
autem constant organica: quare necessum est has etiam ex elementis consti-
tui, ipsoformque conuenienti temperamento indigere. P H. Hoc ipsum est
quod dicebam. E V. At præter eam similiarum compositionem, instrumen-
to insuper ex conformatoine, situ, numero & magnitudine, sua ratio acces-
sit, longè quidem a temperamento diuersa. P H. Est hoc sanè manifestum.
E V. Temperamentum igitur omnibus est partibus commune, sed simulari-
bus primum & per se, organicis verò cum figura. Quocirca tum nutritio tū
naturalis quæque functio, omni ex æquo parti organicae atque similari neces-
saria videtur. Animalis autem functio, siue ad motum siue ad sensum com-
parata, solius est instrumenti, nulli parti similari quantumuis perfectæ con-
cessa. Hæc igitur a sola instrumenti ratione, non autem a temperamento
profecta est. Quid dici potest obtusius, quid peruersius, quid intolerabilius
quid inscitius, quàm temperaturam, causam motionis haberi, quæ nihil so-
la, ne eius principium quidem efficere possit? Si pars similari gratia orga-
nica est, erit illius temperamentum propter instrumenti rationem. Atqui si
nis perfectior est iis quæ in finè contendunt, quare ipsa instrumenti ratio per-
fectior est temperamento, quanquam hoc magis videtur ad vitæ necessitatem
& usum conuenire: ipsaque instrumenti ratio imperatoris, temperamentum
verò gregarii & auxiliarii militis personam geret. Si extincto instrumenti
natiuo calore, partibusque uehemèter refrigeratis in paralyfi motus sensusque
perit, id non idcirco fit, quod bona temperies causa motus esset principalis,
sed quod esset præparatio quædam adiuuans & facultati mouenti necessaria,
qua certè sublata omnis illius actio intercudit. P H. In paralyfi de qua iã diu
dissero, salua est & integra instrumenti ratio, quam actionum causam sta-
tuis: cur igitur ea motum non efficiat? E V. Quòd plerumque functionem
præpediri cernamus, nequaquam læsa principali causa, sed duntaxat subla-
tis læsive adminiculis, quibus in agendo nitebatur: quanquam in paralyfi
vitium quoddam est instrumenti, obstructus quippe neruus est, quo anima-
lis spiritus illabitur. Sed iam id velim alio tibi argumento firmari, ani-
malem functionem ab instrumenti ratione perfici. Animal nonne quauis stir-
pe nobilius est & præstantius? P H. Est opinor. E V D. Hanc vnde
coniecturam facis? P H I L. Quoniam corpus video & maiori figura-
rum varietate, & numeroso magis instrumentorum apparatu instructum.
E V D. Quoniam igitur vniciuique corpori indita est anima, quæ ad il-
lius functiones & vltus accommodatur, si animanti præstabilius absolutius-
que quàm stirpi corpus datum fueris, necessum est tum illius functiones,
tum animam harum effectricem, præstantiorem diuinioremque putes. P H.
Id ombes

Id omnes philosophi profitentur. E V. Si primâ illæ causæ tam longè distât,
dissidebunt sanè & præmunitiones, & instrumenta quibus agunt, sientque alia
naturalis, alia sentientis animæ, hæcque illis multò præstantiora, nempe ani-
malis spiritus & instrumenti ratio, nõ ab elementis sed diuinitus accepta. Iam
verò quid de principibus animæ functionibus apprehensione, ratiocinatione, &
memoria dicam? Vt enim eæ longè cæteris antecellunt, sic & causas habet iis
multò præstantiores, quæ rectè nequeunt ad elementorum permissionem re-
ferrî. P H. Audistin? Brute, hanc omnem de functionibus interpretationem?
B. Audiui, planeque totam memoriter complector. P H. Quid illa verita-
tis tibi videtur præ se ferre? B. Superiorum sanè consequens est, & illis natu-
rali colligatione confertè contexteq; connexa. P H. At ea plurima functio-
num genera instituit, quæ omnino sint supra vim elementorum & demonstra-
tionis philosophicæ. B R. Video, neque id putem alienum a philosophia, vt
neque cætera omnia, quæcunque hætenus in disputationem adducta sunt.
Inauditum id parumque vsu tritum, cœlestis aut diuini nomen me multò ve-
hementius quàm res ipsa torfit. In medicinæ physiologia satis quidè mihi esse
duco, si humani corporis compositionem ac structuram singularumque partium
functiones & vsus mente consequar: parùm curans, siue illarum causas rerum
primordijs & temperamento, siue diuini originis attribuas. Id enim parùm
confert ad medendi rationem planè philosophicum, & in quo satis fuerit pro-
babili ratione niti. Quocirca subtilius quàm satis est illis perquisitis, ad ea
quæ magis seria sunt diuerte. E V. Iandudum animus est hæc tentare ac pe-
riclitari, sed oblitinata ista vestra pertinacia nobis in mora fuit. B. Nunc igi-
tur demum si ita videtur, quod totius est disputationis nostræ caput aggrede-
re: morbos dico occultos, quibus diuinum quiddam inesse commemoras.

*Parti similari non unicum sed tria morborum genera insidere, & qui sine
materia morbi.* Cap. IX.

E V D O X V S.

30 IN hunc vastissimum medicinæ campum si descendemus, sæpè quidè hæ-
rebimus in salebris, quibus is vndique conspersus est: eritque necessarium in
vias incurrere non satis tritas, & quæ fortassis parùm uos oblectent. P H.
Huc ipsi concessimus vt ardua quæque, spinosa & inuia consecretemur, quæ
nos fortasse terendo plana reddemus. Agè igitur ommissa omni contentione, re-
conciliataque voluntate nostra, ne sit molestim communi studio rem omnem
veritatis cognoscendæ causa indagare. B. Pulchrè mones, iam dudum illius
contemplationis efferor desiderio. Cùm itaque simus grauioribus laboribus
curisque uacui, in hoc diuerticulo ab omni turba & strepitu seiuncti, liberè
scrutemur ipsam veritatis lucem, neque ulli authorum tam sis addictus, quin
40 tuam de morborum causis sententiam (tameñ a popularibus sensis alienam)
in medium proferas. Non enim huc ipsi concessimus audituri quid hac de re
alij, sed quid tu sentires. E V. Quando his me suasionibus tanquam stimu-
lis acriter urgetis, ad rem aggredior, & demonstrandum suscipio in parte simi-
lari tria esse morborum genera, quæ vix quisquam apertè videtur persecutus.
Hoc autem vt expositione perspicua illustretur, altius Galeni arte morborum
summa genera repetamus. P H I. Tria ille constituit, simile, organi-
Ggg cum

cum & commune quod continui dissolutionem primis appellauit. E V. Organico & communi suppresso, de uno similari quærat. Quot ergo huius stautis differentias? P H. Tot nimirum quot intemperiei genera: neque enim aliud est similari morbus, quam noxia intemperies. Hæc autem distribuitur in quatuor simplices, totidemque compositas: hasque singulas voluit nunc ex humoris cuiuspiam vitio, nunc citra humorem prægressa ex causa contrahi. E V. Age Brute, hi ne sunt omnes partis similari morbi? B R. Nullum his adnumerat Galenus: nam qui in bona similari partis temperie omnem illius sanitatem constituit, omnem profecto eius morbum ex læsa mutataque temperie nasci confirmat. E V. Cæterum si qua sunt in parte similari præter temperamentum, quibus sanitas illius & integritas cõseruetur, non ne necesse fuerit in bona illorum constitutione sanitatem, mala morbum collocare? B. Nec cessarium profecto. E V. Atqui duo in vnaquaque similari parte insunt temperamento præstantiora, subiecta materia, & species. B R. Id sane est quod tantoperè ex te audire postulamus, utque in illis morbos inesse putes. E V. Est id quidem explicatu per quam arduum, quod etiam si dilucidè explicetur atque demonstretur, minime tamen tutum sit inuulgare. B. Expedit tamen in hanc contemplationem paulo acrius grauiusque incumbamus, ut eius obscuritate discussa veritas illucescat, & a nobis fructus percipiatur vberior. E V. Memi nisi non ita pridem me demonstrasse medicamentis alias a materia, alias a temperamento, alias a forma vires inesse, id nunc ad corporis partes commode transferemus, quarum quæ similes appellantur tria hæc in se discretè continent, materiam, temperamentum, & essentiam, quæ illarum species dici cõsuevit. Temperamentum quum ex elementorum sit qualitatibus, in accidentiũ gente merito recensetur, materia vero illi subternitur, a qua pars laxa aut stricta, mollis aut dura, crassa aut tenuis euadit. Cor calido siccoque temperamento est neque admodũ dissimili sunt pulmones: at materia distat absuntque longissimè, ut quæ illi densa grauiusque sit, his rara atque leuis. Haud secus renes frigidum nacti temperamentum, cor vero calidum, summo discrimine disunguntur: vtriusque tamen materia compacta est atque densa. Hanc materię vim spectantes tum philosophi tum medici, ut renes ita cor & iecur terrenũ appellant, quo nomine constat non temperamentum, sed materiam designari, quæ illis perinde ac terræ crassa, compacta strictaque inest. Iam vero partis essentia atque speciem a materia & a temperamento diuersum quiddam esse, mihi persuasit Aristoteles cum ait, rationem eam qua caro aut os est, nõ a primis elementis, sed a semine, & diuiniore principio nasci. Non enim quicquid si militer atque os desum tactuque frigidum deprehendimus, id continuo os est, sed est præterea necesse ossis essentia propriaque ratio accedat, qua detracta ne ipsa quidẽ elemẽta vel idonea tẽperie permista os effecerint. B. Hæc mihi cũ superioribus satis videntur cohærere, si modo tu his eum Galeni locũ concilies qui in vnaquaque similari parte ait substantias tres haberi, solidam, carnosam & spirituosam, ex quibus is ait virium substantiam compleri. E V. Id quidẽ facile: nam solida atque carnosa, eam quã dixi partis similari materiã constituunt. Spirituosa, in qua calor est insitus, ad formã refertur ac pertinet. Hæc poro singula Galenus ait ex cõgrua elemẽtorũ temperie cõsistere. Quæcũque igitur in parte similari in esse cogitamus, vel illius materia sunt vel forma vel temperamentum. B. Importunus orationem tuam interpellauit: reliquam verò contemplationem persequere. E V. Tria igitur quum sint ex quibus pars vnaquæque similari constituitur, tria quoque sunt per quæ illa

substitit

substitit atque conseruatur, quorum vno quoque pereunte continuo pars tota perit. Ut autem tria sunt per quæ pars substitit, & tria sunt per quæ vel bene vel male substitit: quandoquidem contrariorum eadem est subiecta materia. Illorum trium integritas & moderatio, partis est sanitas, eorundem contrariã immoderatio morbus. Quocirca ut partis similari sanitatem, ita & morbum necesse est in tribus constitui, triaque fieri similari morborum genera, vnũ materiæ, alterum temperamenti, tertium totius substantiæ. Hoc autem iam velim ex partis similari actione confirmare, ac docere huius robur a tribus illis dimanare atque cõseruari. Quãquam enim similari partis actio illius formæ atque essentiæ refertur accepta, ad illam tamen materia atque temperamentum maximum habent momentum, quorum ope destituta nihil quicquã forma sit effectura: ut vno quolibet istorum pereunte continuo pars tota perit, omnique illius actio intercudit, ita etiam vno quolibet læso & a natura sua discedente, pars tota longè deterior & infermior euadit & ad opus suum in expeditior. B. Id obsecro nobis paulò apertius ob oculos ponere, & inductione quadam illustra. E V. Faciam sedulo. Principio congruus partis temperamentum ad actionum perfectionem conferre, vitiosum autem illas impedire, & impedire, & imbecillitatem accersere, satis superque notum arbitror. B R. Id certè tibi assentior, quod omnibus obuium clarumque est, non alia fulciendum demonstratione: siquidem Galenus passim contendit actuetur, omnem imbecillitatem intemperiei sobolem esse, qui & temperamentum omnis actionis principium causamque statuit. E V. Vitiata porro materia partis robur atque valetudinem infringi, hinc docere velim, quod nonnullis ventriculus neque acetum, neque sinapi, neque piper, nec denique quicquam acre aut mordax, alijs omnia facillimè tolerer: deinde quod odoribus alijs oblectentur, alijs citra offensionem eos ferre nequeant. B. Consentium certè hæc cum vero omnia, sed tamen si permittes, causam eorum ex Galeno dicemus, quod alijs exquisitior & quadam veluti exuperantia acutior, alijs hebetior atque obtusior sit sensus. E V. Rectè quidem, at verò exuperantis deficientis ve sensus quanam causa ita tuetur? Non intemperies: multi nanque intemperati, eiusmodi nihil experiuntur aut sentiunt. Vna igitur causa sit oportet, quod ventriculus cerebrique meninges raræ ac laxæ, quasi dissolutæ atque imbecilles, a quibuslibet externis iniuriis promptè offenduntur. Per multos videas optimo temperamento, qui neque calorem, neque frigus, neque laborem, neque vllam exuperantiam perferunt: hac sola ratione, quod molli, raro laxoque sint corpore. Tale autem euasit vel ex paucis imbecilloque semine, vel ex molliore delicatiorique vita: ex qua etiam molles solent appellari. Plurimos e contrario videas intemperatos, ut rusticos & agrestes, qui tamen validi sint, & multo facilius externas iniurias perferant, hac ratione quod partes singulas, ossa, neruos, tendones, omnesque fibras solidas habent atque densas: ex quibus compactum corpus firmum atque robustum euadit, ad omnia perferenda comparatum. Tale vel ex robustiorum parentum copioso validoque semine procreari solet, vel exercitatione, consuetudine & vsu conquiri. Quamquam autem Galenus locis quibusdam omnem corporis actionem temperamento refert acceptam, passim tamen libris Methodi fatetur partis materiã atque substantiam non parum ad robur pertinere. Quum enim ait naturam omnemque virium substantiam ex spiritu, ex carnosa specie ac ex solidis ipsis constare, horumque singulorum & qualitatem & quantitatem seruandam esse, nonne hoc ipso coniunctur non solum temperamentum, verum etiam

Gggg 2 illorum

1. Metho.
& 9.

Illorum substantiam quæ partis similis est materia, ad virium robur magnam opem conferre. Præterea ubi in medendi præceptis, partis quæ vim & usum habet toti corpori communem, cuiusmodi est ventriculus, aut iecur, robur feruare iubet, a relaxantibus abstinet, quod partis substantiam statumque optimum dissoluant. Astringentia verò, quorum vis est ad corporis constantiam & stabilitatem, commendat. Libris de tuenda sanitate, duras frictions artus corroborare tradit, quod illorum substantiam atque materiam compactiorem firmioremque reddant. Ac ne singula longius persequar, is passim docet partis bonam habitudinem atque agendi vim, non a solo temperamento, verum etiã ab ipsa illius materia proficisci, vitiumque materię imbecillitatis actionisque læsæ causam & morbum esse. P. H. Probe id assequor quod pro summa tua eruditione nobis planum fecisti: quod autem reliquum est exequere, vt a partibus essentia ac specie, illius robur & agendi vim teneri putes. E. V. Id non ad modum anxie tibi exposuero. Vt enim strutiocamelus non elementorum calore, non insito temperamento, sed totius essentię natura ferrum exerit & cõcoquit: ita & quæcunque in nobis sunt partes totius substantię vi concoctionis, nutritionis harũque; administras functiones obeunt, quemadmodum motũ atque sensum. Partis autem tota substantia est, quam & speciem & interdum facultatem appellamus. Plurimus est Galenus vt eiusmodi facultatum præstantiã dignitatemque demonstrat, tum principium trium quæ corpus vniuersum gubernant tum earum quæ vnicuique parti regendæ fuerunt additæ: omniumque substantiam acrius subtiliusque philosophatus, a partis materia & a temperamento diuersam instituit. Tria igitur omnino sunt quibus similis partis substantia completur & cohæret, quibus illius robur stabilitasque consistit, & quibus omnis illius actio perficitur. B. Nihil ista demonstratione luculentius. E. V. Si vnumquodque istorum tum roboris, tum obundæ functionis causa est, bene constitutum integras, male vitiosas deprauatasque functiones obibit. Atqui bona ea constitutio sanitas est & appellatur, mala vero morbus. Quocirca necesse est in tribus illis & sanitatem & morbum collocari, & in parte similari tria fieri morborum genera. Vnum est materię immoderatio, alterum intemperies, tertium totius substantię corruptela: quæ singula partis actiõnem primum ac per se præpediunt. Si disputationem totam velis Galeni sententiã concludi, in hunc locum quo tres imbecillitatis causas, triaque morborum genera expressit, mentem auresque erige. Quæ (inquit) immoderate laxant scilicet robur, quare & partis virtutem: quæ autem supra modum refrigerant natium calorem extinguunt, qui fortassis (vt non nulli arbitrantur philosophi ac medici summi) substantia virtutum existit: aut si non hoc, saltem primum & maximè necessarium earum instrumentum. Iam verò & qualitates quædam extraneas virtutes dissoluere possunt: Hac oratione Galenus læsarum virtutum causas tres vel inuitus fatetur, relaxantia, refrigerantia & alienas qualitates: quidque horum singula in parte similari immutent & labefactent: atque relaxantia materiam, refrigerantia temperamentum, extraneas qualitates facultatum substantiam demoliri: has quidem primum ac per se, id est proxime, alia duo ex accidenti, qua ratione vel materiam vel temperamentum peruertunt, quæ prima sunt facultatum instrumenta. Ex his perspicuum euadit tria illum in similari parte morborum genera sedibus disclusisse: hæc ipsi appellauimus materię immoderationem, intemperiem, & totius substantię corruptelam. Hæc iam placet non modo in animis, sed etiam in oculis conspectuque omnium exponere, & quasi exemplis illustrare. Ventriculus vt pars similis

tanta

tanta plerunque imbecillitate corripitur, vt nihil alimenti concoquat, & cruditas ac lienteria sequatur. Hanc autem contrahit, alias impense refrigeratus uel immoderate frigida potu, vel lactucarum esu: alias relaxatus, immodico olei repentis haustu: alias extraneis venenatisque qualitatibus læcessitus, hoc & epoto veneno & in exanthematis, & in aliis compluribus morbis popularibus obtingit, quibus cardiaca remedio sunt. Imbecillitatis læsæque functionis tres hæc causæ, tria in parte similari morborum genera sunt. B. R. V. Ist hæc quidem magna probabilitate dici video: quæ tamen sicut illustriora magisque conspicua si minutius concidantur, illorumque differentias persequar: nam in singulis vtilior est exercitatio doctrinæ. Similarium morborum genus in octo intemperies distribui recipimus, quarum sint simplices quatuor, conuergatæ toridem, hæcque alias puræ, alias ex humorum influxu natæ. Immoderate autem materię, quas tu nobis differentias enumerabis? E. V. D. Ea quidem mollis est aut dura, laxa aut astricta, tenuis aut crassa, rara aut densa: quæ cum immoderatus excreuerint, vnius materię morbi sunt. Hæc tametsi possunt quotidianis obseruationibus deprehendi, insignioribus tamen exemplis clariore fortasse sent. Quod Ruellius non ita pridem literis memoris mandauit, id ipsi vidimus, in milite quodam ossa crurum, brachiorum & femorum ex morbotam mollia & flexibilia euasisse, vt ceræ modo facile sequerentur quocunque torqueres: quæ tãdem balnearum naturalium vsu (eiusmodi erant aluminosæ) in pristinum vigorem roburque restituta sunt. Puelam cernimus nostra vicinia articularum vinculis adeo laxis vt, quocunque velis artus inuertas, quod illi ab ortu vitium est. His qui argentea vasa inaurant, solius hydrargyri vapore nerui eousque emolliuntur ac si paralyti laborerent: quam idcirco non pauci e iunioribus medicis neruorum molliem, alii neruorum dissolutionem appellarunt. Hæc vitia nulla intemperie, nullo vel conformationis vel quantitatis vel numeri vel situs errore comitabantur: quo circa nec temperamenti nec instrumenti sed vnius materię morbi existimari poterant. Si quando ventriculus, corporis membræ, aut cutis præter modum tenuis raraque, aut contra si crassior densiorve existit, quis tam somnolentus est ac nihil cogitans, vt illam morbo & vitio teneri neget, videns vel vltra modum dissolui corpus vel vitæ necessariam transpirationem cohiberi? Hic autem quum dico rarum aut densum, laxum, aut astrictum: non ea intelligo vitia quæ uenarum, articularum, aliorum ve instrumentorum ductibus incidunt, quod morbi sint in figura: sed quæ pars similis ex primordiorum concursione & pmissione contrahit: ea quis nõ iudicet morbos esse partis, similis? B. R. Certior sum multo quàm dudũ: sed quid obsecro si illa ad intemperiem referat Galenus, ex qua tanquam ex causa prodire velint nam & secundas qualitates omnes a primis, & a temperamento ortum initiumque sumpserunt. E. V. D. Vide quo res euadat, & ne dum Galeni partes tueri conaris, rebus ipsis quasi noctem offundas. Etenim si omnia partium vitia quæ a secundis sunt qualitatis ad intemperiem reuocat, necessitas profecto simul cogit morbos quosdam instrumentarios eodem pertinere: cuiusmodi sunt lene & asperum. Et qua rationes dicis secundas qualitates ad primas tanquam ad causam referri, eadem instrumentarij morbi omnes referentur ad intemperiei genus, quod vnum temperamentum conformationis & instrumenti causam Galenus instituat. Quæ qui ita esse contendit, quid aliud quæso quàm summa morborum genera confundit ac perturbat? Quid aliud quàm omnem doctrinam vim inexpiabili scelere peruertit? Omnis quippe docendi via ac ratio, artificio

Lib. 2. artis ad Glauconem.

cio quodam & expolitione distincta proponi debet, quam si tollas omne doctrinæ lumen extinguitur. Itaque si dilucida conspicuaque morborum cognitio quaeritur, necesse est summa primaque illorum genera ex partium quibus insunt generibus constitui, vnumque similem appellari, alterum instrumentarium, tertium commune. Ac deinde horum singulorum differentias, ex eorum quæ vel partis similis, vel instrumenti rationem complent differentiis sumi. Quamobrem ut ois vel figuræ, vel magnitudinis, vel numeri, vel situs permutatio, instrumentarius morbus est: ita profectò & omnis, vel materis, vel temperamenti, vel formæ, id est totius substantiæ offensio morbus est similis, sicutque necessario molle & durum, laxum & strictum, tenue & crassum, rarum & densum morbi si milares ab intemperie diuersi, in vna materia positi, qui & immoderatæ materiæ differentia sunt. Hæc autem quæ dixi velim ex curandi ratione confirmare. Medicamenta quæcunque hominum ars atque industria inuenit morbis curandis idonea, vel ex primis, vel ex secundis, vel ex tertiis qualitatibus vires habent, quibus & nonnulli quantas adiciunt. Primæ illorum vires ac facultates intemperiei morbis succurrunt ac medentur, secundæ verò immoderationi materiæ, tertiæ & quartæ iis qui totius substantiæ vim roburque dissoluunt. Quamquam autem Galenus omnes neruos contendit vt secundas illas facultates ex primis prodire atque nasci demonstret, quemadmodum tertias atque quartas ex primis & secundis: illas tamen necessariò distinctis generibus seingit. Si qua pars corporis inde facta est imbecillior, quòd immodicè relaxata aut dissoluta sit, huic medicamentis non calidis aut frigidis, sed planè corroborantibus succurritur. Huiusmodi sunt adstringentia, quorum vis & facultas non in solo temperamento, sed in materia penitus infidet, quæ crassa densaque est: alias comite calore, vt in absinthio, in myrtho, in aloe, in rheobarbaro: alias cum frigore, vt in rosa, in flore mali punici, in gala, in rhoë. Quin etiam sapes quòd secundarum qualitatium indices sint, Galenus libro de simplicibus quarto demonstrat, ex medicamentorum materia veriùs quàm ex temperamento & prodire & distingui. Itaque vt medicamentorum primæ facultates intemperiei, ita & secundæ materiæ morbis succurrunt vereque medentur. Hoc morbi genus rarum quidem vixque solitarium existit, de quo proinde satis egisse videor. B R V. Neque profectò ampliozem illius demonstrationem velim, cui vt necessario in primis assentior. Te verò pro tua in nos beneuolentia etiam atque etiam rogo & obtestor, vt quos totius substantiæ morbos appellas, eadem demonstrationis vi persequaris.

De morbis totius substantiæ, & quanti in arte momenti.
Cap. X.

E V D O X V S.

No n desinetis (video) me lacescere, & ad imparia meis viribus prouocare. Est quod exigitis perquam obscurum & inauditum, nullaque hactenus arte comprehensum, vt idcirco me pudeat eius tractationem suscipere. Cæterum quoniam id rei medicæ tanti interest, vt optimam illius partem continere videatur, nolim vobis tanta in re deesse. Hanc si rudius explanauero, rusticæ

sticæ & familiari disputationi tribuetis, in qua quæ clam differuntur nõ tam exquisita & accurata esse debent, quàm quæ magnis vigilijs elucubrata in publicum proditura sunt. Tota rei substantia perfectio est & integritas, qua res vnaquæque consistit. Hæc quoties immutatur & de perfectione decedit, res tota continuò perfringitur: ipsaque illius decessio, morbus est totius substantiæ. Quoniam autem omnis mutatio substantiæ, aut procreatio est aut corruptio, qualitatis verò alteratio, rectè videbimur decessionem hanc & mutationem de optimo statu, totius substantiæ vel corruptionem vel corruptelam appellare: quæ si nondum consummata fuerit, substantiæ morbus est: nam perfecta consummataque corruptio interitus est. P H L. Hic obiter audire velim quid inter corruptionem & putrefactionem interfit. E V D. Illa latius sese fundit, hæc angustioribus coarctatur terminis: siquidem quæcunque putrescunt, eadem corrumpuntur, non tamen hæc retroaguntur, nec quæcunque corrumpuntur eadem statim putrescunt: nam & hominem & viuens omne, morte corrumpi dicimus etiam si nondum putrescat: & lignum dum crematur, corrumpi quidem at non putrescere. Res vnaquæque putrescit, cum eius temperie sensim dissoluta, proprius natiuusque calor (qui omnia regit & continet) euincitur ac deficit: siue ab ambiente calore dissipatus, siue à frigido aut ab alienis qualitatibus extinctus. Refrigerato & extincto calore, naturalis & aqueus humor dominatur, vndique redundat & diffluit, quippe nec iam alicunde coercitus nec sicco temperatus. Neque verò Galenus dum partium aut humorum corporis putrescentium vnam obstructionem causam statuit, ab hoc Aristotelis instituto quicquam recedit. Nam obstructio caloris transpirationem ventilationemque prohibet: prohibita ventilatione calor refrigerio destitutus hebetescit & extinguitur. Calorem demum fracto & debilitato humor euagatur ac diffiuit, calorisque vi & dominio destitutus computrescit: cui ferè comes est fætor & graecolentia. Putredine magis ac magis inualecente, proprius calor elanguescit simulque naturalis humor dissipatur & partes sicciore euadunt, quasi marcore consumptæ qui omnis putrefactionis finis existit. Omnia enim quæ putrescunt, tandem in finem ac cinerem extabescunt. Simplex corruptio non eò naturali ordine ad marcorem sensim progreditur, sed externarum causarum magna vi, tantâ celeritate propriam substantiam dissoluit vt putrefactioni tempus non suppetat, & prius corruptum quippiam appareat quàm putredine teneretur. Corruptentium causarum, aliæ temperamentum, aliæ ipsam rei substantiam primum ac per se inuadunt. Hæc totius speciem exterminant, parum admodum læso temperamento. Itaque morbus quem totius substantiæ corruptelam appellamus, duplex statuendus est, vnus simplex est corruptio, alter putredo. Corruptio simplex est, spiritus innati que caloris (qui præcipua est partis substantia) dissipatio aut extinctio. Per vigilias, per labores, per inedia atrocesque dolores spiritus dissipatur: calor autem insitus extinguitur, in strangulatu, & in penetrabili extremo que frigore. Putredo est substantiæ partis dissolutio: talis est in gangrena & sphacelo, in phthisi, in iecoris lienis aliarumque partium corruptela. Neque tamen putridæ febres in quibus duntaxat venarum humores arteriarumque spiritus computrescunt, totius substantiæ sed simplicis intemperiei morbi sunt. Per has enim partium substantia nondum putredine, sed intemperie sola tentatur: nec quæ in spiritu aut in humore est putredo, morbus est, sed morbi causa. B R V. Vt in putridas hæc febres, ita ego ipsam partium

partium putredinem atque corruptelam intemperiei adnumerabam, cuius certe soboles est. E V. Et male quidem. Non enim si putredo intemperiei sic cedit, eadem idcirco censeretur debet, sed est, ut dixi, genus diuersum. Valida intemperies tum humores, tum partes ipsas plerunque obsidet, cui nulla putredo succedit. Et quum in ardente febre humores computruisse dicis, non solum intelligis illos vehementer incaluisse, ut solo refrigerio ad curationem sit opus: sed præter calorem aliud vitium, idque grauius animo cõcipis, quod solis refrigerantibus emendari nõ potest sed vacuari indiget & è corpore procul amandari. In partibus singulis intemperiei atque putredinis conspectiuis discrimen elucebit. Nemo quippe pulmones, lientem, vel iecur incaluisse idem esse dicat, atque computruisse. Intemperata illa minimè, putrida verò faciliè oculorum iudicio in dissecto cadauere, animaduertes. Fueritne vlla demonstratio sensuum fide præstantior? Possum tamen & hoc intemperati putridiq; discrimen curandi legibus stabilire. Quandoquidem membrum inflammatum refrigerando perianamus: putridum & sphacelatum non item, sed præcidendum id extirpandumque est: nam omnino præter naturam cum sit, sese auferendum indicat. B R. Hinc conspicuè animaduerto substantiæ corruptiõnem ab intemperie distare, easque in morborum diuersa genera referri. Reliqua si videretur persequere. E V. Totius substantiæ morbus, siue simplex est corruptio, siue putredo, alias ex manifesta causa fit, alias ex occulta. Qui ex manifesta procedit manifestus, qui ex occulta occultus appelletur. Manifestus est, quum vigilijs, inedijs, laboribus doloribusve immodicis, insitus partium spiritus dissipatur: aut quum insitus earum calor strangulatu frigoreve extinguitur. Est & manifestus quum partis cuiusdam substantia immutatur ac sensim putrescit, putredine quidem ex intemperie præter naturam. Ocul tus totius substantiæ morbus est qui non ex his manifestis, sed ex abditiorè quadam causa processit. Abditior illa causa supra elementorum conditionè est, quæ dum nobis est insensa, non corporis temperamentum, sed totam illius substantiam (quo nomine calor insitusque spiritus continetur) primum ac perse offendit, ut cui sit prorsus inimica. Hoc causarum genere numerantur omnia pestifera, deleteria & venena, quorũ ferocia in natuum nostrum diuinũque calorem, in ipsumque vitæ principium maximè ac primum sæuit atque debacchatur. Non enim eiusmodi causæ sola putredine (ut rudioribus plerisque visum est) sed occultiore quadam vi insensæ sunt. Qui vnam putredinem, epidemiorum, pestilentium, contagiosorum & venenatorum morborum causam esse contendunt, maximis tenebris offusi omnia permiscunt atque perturbant: ut qui inuestigandi sollicitudine abiecta, vehementissimos quousque morbos nullo defectu vel ad plethoram, vel ad cacochymiam, vel ad obstructionem, proxime verò ad putredinem, quæ ex illis genita sit referunt. Nõ aliud quàm has causas tota arte illos audias circumferre & intonare, quasi nihil maius possit in corpus irruere. Quum aliquis integrè sanus accessu ad pestiferum peste corripitur, aut à rabido cane demorsus in rabiem agitur, aut scorpionis punctu, aut hausto toxico extinguitur, quis quæso tam hebes statuat vnam omnium putredinem causam, quæ tam varia, tamque multa efficiat nullo alterius concursu? Quæ possit tam vehemens tamque perniciofa putredo in hominem nec plethra, nec cacochymia, nec obstructione correptum repente irrumpere? Magna certè pernicietas plerunque hominem rapit nullis eiusmodi causis inquinatum: quemadmodum & hæ causæ interdum iugulant, nulla comitante pernicietas, ex quibus a putredine pernicietas internosci discernique potest.

potest. Brevis certè compendiaria, sed periculosa nimis isthæc mendendi ratio, quæ solas putredinis causas animaduertit. Ex Aristotelis sententia nuper demonstrauimus res quascunque interire & corrumpi, alias sensum dissoluta temperie inductaque putredine, alias tota illius substantia ab externis quibusdam causis offensa. Quis ergo dubitet & hominem vtriusque ex causis occidere atque dissipari? P H. Non probabilia solum, sed necessaria quoque hæc esse video, & ad vnguem memini ut parti similari tres morbos inesse, intemperiem, materiæ immoderationem, & totius substantiæ corruptelam, ex Galeni mente deduxeris. Quoniam verò totius substantiæ morbum tanti in arte poderis est iudicas, nunc pressius & diligentius locos quibus hunc Galenus affirmare videatur si quos habes exprome. E V. Vnus è quinto de simplicium medicamentorum facultatibus elicitur, vbi hunc in modum scribit; Ostensum est medicamento naturam esse alterandi aut vna quapiam qualitate, nempe aut calfaciendo, aut refrigerando, aut humectando, aut exsiccando, aut dictorum coniugatione quapiam: aut tota sua substantia, sicuti complura letalium venenorum, nec pauca alexiteriorum seu amuletorum, & purgantia omnia, & multa quæ vocant attrahentia. Duplicem audis commutationem (sic enim ἀλλασίαν verò, quam alterationem iuniores dixere) vnam primarum qualitarum, altera substantiæ: nos si naturæ modum excessit, hanc substantiæ corruptelam appellamus. Est & alter eodem libro locus, quo in eadem sententiam scribit, duplicem esse alexiteriorum naturam, aut enim commutare, aut ex affecto corpore pellere bestiarum uirus corrumpendi naturæ præditum, vel mortiferum medicamentum: & commutare quidem, aut vna tantum qualitate, aut duabus in unum coniugatis, aut totis substantiis inanire verò totius substantiæ similitudine, & calore cum partium tenuitate coniuncto. Quid istuc est, κατὰ τὰς ἁλλασίας? Si medicamenta nos afficiunt aut suis qualitatibus aut tota substantianecessè est corporum nostrum, alias qualitates, alias totam substantiam mutari. Hæc autem mutatio si multum de optimo statu decedat, & naturæ limites prætergressa sit, totius substantiæ morbus erit. Ne autem vnus loci autoritate parum firma videatur testimonij fides, alium proferam ex commentario secundo libri de natura humana. Quum Hippocrates morbos alios a victus genere, alios a spiritu quem trahimus fieri proponit, huc idcirco in omnes publicè grafari putat, quod inspiratus aer omnes attingat, qui morbidam in se quandam excretionem habet. Ad cuius præcautionem atque curationem, iubet loca in quibus morbus grassatur mutare, & quàm paucissimum spiritum ducere: quam νοσῆσθαι ἀπό κριαν dixit, Galenus expirationem interpretatur proprietate totius substantiæ insensam. In expirationibus, inquit, quæ proprietate totius substantiæ magis, quàm qualitate corpora offendunt, rectè curationem tradidit Hippocrates in duplicem redigens scopum, loci mutationem, & exiguæ inspirationis vsum. Hanc in salubrem proprietatem ut medicamentis & aeri, ita & alimētis quibusdam velut semiputrido tritico, & aquæ interdum inesse confirmat. Iam si hæc tota substantia nos offendunt, consequens est profecto, totius corporis nostri substantiam interdum mutari, fierique in nobis, tum Hippocratis tum Galeni sententia, quosdam totius substantiæ morbos. Nam dum vel aer, vel medicamenta totius substantiæ proprietate nos afficiunt, corporis quidem nostri, neque qualitates, neque temperamentum, sed totam substantiam primum ac perse immutant. Cum enim omnis actio sit ex contrariis quæ sub uno eodemque genere comprehenduntur, illorum qua-

H h h h litates,

Cap. I.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

litates, corporis etiam nostri qualitates, tota verò illorum substantia totam corporis substantiam afficiet, neque fieri potest vt qualitas in substantiam, aut substantia in qualitatē primum ac per se agat. Esto igitur, quispiam deleterium medicamentum hauserit, quo è vita sit excessurus. Id quidem sensum partium omnium maximeque principium spiritus, humores, totamque substantiam labefactabit atque corrumpet, dum tandem mors sequatur & interitus. Partium autem corruptio & affectio tanta, quæ actionem primum ac per se lædit, morbus est, isque verè similis, quòd tum omnis instrumenti ratio integra persistat. Atqui intemperies non est. Id ipsum igitur sit oportet similis morbi genus, quod nos substantiæ corruptelam appellauimus. P H I. Quid tu, Brute, iam velut erubescens tecum ipse mente contractas, tu ne meditaris quid possis contradicere? B R. Nihil sanè. Iampridem eminus olfaciebam quòd spectaret tantus rationum progressus. P H. Miror equidem neminem tot seculis in tam apertas perspicuasque demonstrationes animum mentemque erexisse. B R. Id puto magna obseruantia factum, qua posteritas Galenum tanto cultu & honore dignaretur, vt nefas duceret quicquam illi vel addere vel demere. P H. Veritatis potius, quàm honoris & amicitiae vinculo obstringamur a vero nunquam abducamur nec prece, nec precio, nec vi, nec forte suprema. E V D. Quem hic totius substantiæ morbum constituo, is interdum simplex solitariusque consistit, plerumque verò permixtè aliis implicatur affectibus, inter quos uix elucere potest. Hoc genus vniuersum Hippocrates diuinum appellauit iubens vnumquenque agnoscere & obseruare si quid in morbis diuinum inest, vt & bonum & admirabilem medicum se præstet. Hoc loco Galenus diuinum interpretatur ambientis nos aeris conditionem. Sed quam? non eam sanè quæ in primis est qualitibus, sed multò præstantiorem oculioremque quam morbidam excretionem Hippocrates appellauit. Nam quum illæ prædictionum libro tertio præcipit accuratè obseruare superuenientium morborum impetum, nec non tenere temporis conditionem: ea oratione distinctè & explicatè duo designat. Nam temporis conditio est tempestatum primarumque qualitatum constitutio: superuenientium autem, id vulgarium morborum impetus, causa alia est abditior, quam licet (vt obscuram) hic verbo non expressit, libro tamen de natura humana appellauit morbidam excretionem, qua totus aer conspersus est. Hæc autem est vis quædam deleteria toti nostræ substantiæ profus infusa. Quoniam verò ea nec calore, nec frigore, nec odore, nec colore dignosci deprehèdi que potest, rectè a nostris cæca est appellata, & qui inde gignuntur, cæci morbi rectè dicti sunt. Eadem ratione ea ipsa causa admirabilis, obscura nec ullo sensu comprehensa, Hippocrati diuina nuncupatur. B R V. Veterum more quicquid id admirabile videretur diuinum appellauit: quemadmodum homines eos quorum vel robur, vel animi gestorumque præstantiam admirarentur, in Deos illi retulerunt, etiam dæmonum vi impulsos. Nondum siquidem, quo dæmones a Deo, quo boni a malis seiungerètur innotuerat: quod ita quidem apud Theodoricum monebat Porphyrius, si autem qui Dei nominantur, re ipsa mali sunt Dæmones. Quin & Tullius, cui iure eloquentiæ primas Roma tribuit, pro dæmonio diuinum reddit. Hoc, inquit, de Socrate accepimus, esse diuinum quoddam quod dæmonium appellat, cui semper ipse paruèrit, nunquam impellenti, sæpe reuocanti. P H. Quoniam quæso prorepis instituti parum memor? B R. Non alienum institutio putauit, hæc ad diuini nominis interpretationem proferre. Si quid tamen est quod præterea huc pertinere

pertinere uideatur, id iam quæso producatæ. E V. Non hic quidem media uia subsistendum, sed ad metam pergendum. Non pauci ex his qui in nobis fiunt diuini oculi que morbi, efficientem causam habent toto confusam aere, quasi sparsum quoddam malorum semen, cuius vis est ad morbos gignendos maxima. Eam Hippocrates morbidam excretionem, & quasi morborum seminarium appellauit: quam neque ex primis qualitibus constare, neque ex illis proficisci, sed sublioriem cœlestemque originem habere profiteretur. B R. Id ne certò possis docere? E V. Possim fortasse. Nam ut dierum decretorium atque crifum, ita & plurimorum euentorum causas is pariter atque Galenus cœlo sideribusque tribuit. Libro de aere & aquis maximas anni mutationes obseruare & plurimum cauere iubet, nullam in ijs lubens medicamentationem offerens, primum decem aut plures dies transferint. Vtræque enim Solis mutationes, solstitiaque, præsertim æstiuam, ac æquinoctium vtrumque, sed autumnale potissimum, decem dies periculosissimæ putantur. Præterea ortus astrorum, præsertim caniculæ cauere & obseruare, deinde arcturi, Vergiliarumque occasus mala siquidem potissimum decernunt. Hæc sidera si obseruauit Hippocrates mala decernere, nec esse ad medicationem tuta, quid nam obsecro id ratione fieri dicas? Aestu ne immoderato? At brumale solstitium frigidissimum est. Frigorisne inclementia? At æstiuum solstitium atque canicula, magnam vim habent caloris. Alia ne vlla qualitatum exuperantia vel intemperie? Atqui verum æquinoctium temperatissimum est, a quo non longe abest Vergiliarum exortus. Hæc igitur sidera si non caloris, frigoris, humoris aut siccitatis exuperantia, alia certè vi quadam abditiore, mala quæ dixit Hippocrates decernunt, possuntque morbidam illam excretionem oculorum morborum causam disseminare, & quasi semina quædam in aera spargere. Quas autem Hippocrates obseruauit siderum vires, eas posteritas confirmauit, addens & alia præstantiora, ad quæ ætas illa vetustior nondum penetrauerat. B R. Iam satis uideris ostendisse quosdam haberi totius substantiæ morbos qui corporis speciem corrumpant proximum est audiamus num & illis suæ sint differentiæ: quod si a te impetrauerimus, non modo summa nos obsecrare confusioneque liberabi, sed etiam inceptis magnum addes incrementum.

Oculorum morborum differentiæ.

Cap. XI.

E V D O X V S.

DIFFICILE quidem hoc in loco bene versari, neque primum unde possint eæ differentiæ deduci. Non enim facile perspicui potest quis optimus formæ sit status, nec quibus illa modis de statu optimo decedat. At quoniam huius rei cognoscendæ vos, in primis studiosos uideo, non committam sanè vt mea opera uobis vsquam defuisse uideatur. Morborum totius substantiæ, alij quidem manifesti sunt, alij occulti. Manifesti ut scabies, phthisis horumque similes. Totius substantiæ, occulti morbi, corruptelam & perniciam habent ab occultioribus ijsque maximè externis causis. Horum multæ differentiæ, quas omnes (quoniam aliud nobis assequi non licet) ex efficientium causarum differentiis, Hippocratis imitatione constituam, qui morbos alios à victus genere, alios a spiritu quem trahimus prouenire diffinixit.

H h h h 2

Occul-

Occultorum porò morborum efficientes causæ sunt, quæ tota specie & vi de-
leteria nos vel offendunt vel enecant. Eæ toto genere & profus venenatæ
habentur quarum vis est clam ac surtim corporis nostræ substantiam, non tem-
peramentum immutare. Sic enim tota essentia contrariæ sunt & insensæ no-
bis, vt si quicquam earum nos vt decet attingat, omnino lædat, & assiduum
incrementum sumat, nec in nos agere desinat, dum quicquid nostræ substan-
tiæ attingerit in suam naturam trahat atque mutet, dumque sensum serpat in
omne corpus. Nunquam enim potest a corpore nostro vinci aut miscere,
vt in illius substantiam mutetur: potest tamen (exiguam si fuerit) vi nos-
tri caloris extenuari, dissolui, tandemque foras propelli: potest & antido-
tis propriis extinguï. Iam vero eiusmodi causarum quæ tota specie nobis
contrariæ sunt, aliæ cum aere spirando trahuntur, vt pestilentia semina:
aliæ extrinsecus nos attingunt vt rabidi canis & venenatarum bestiarum vi-
rus: aliæ intrò sumuntur, idque vel cibi, vel potus, vel medicamenti spe-
cie. Venenum quod halitu nos ferit, omnium presentissimum efficacissi-
mum est, nec humore, nec crassiore materia tanquam vehiculo indigens, ut
in nos agat atque commigret. Sed tenuissimum quum sit spiritu hauktum
celerimè per pulmones in cor viscus vitæ nobilissimum, & in arterias in om-
ne denique corpus obrepit, primumque spiritus, deinde humores, postre-
mò ipsam partium substantiam labefactat. Morbi (inquit Hippocrates) qui
a corporis membrorum validissimo proficiscuntur grauissimi sunt, atque si
ubi cœperunt permanserint, necesse est validissimo membrorum laborante
totum corpus laborare. Quodcumque autem venenum contactu ferit, minus
efficax est, neque in solo spiritu vel in aere, sed in humore quoddam proue-
hente vires habet. Hic verò in partem cute detectam quum infederit, con-
tactu eam quidem primum, deinde verò proximas, reliquumque corpus om-
ne consequitione quadam inquinabit. Non enim rabidi canis solus halitus
contagione quenquam polluit: sed in partem demorsu apertam uel saluam
vel humorem eructat, cum quo virus illinc sensim in omne corpus euadit, in
itegram verò cutem si incidat nihil officit. Sic omnium bestiarum quæ virus eia
culantur, venenum prouehente deducitur humore. Sic elephantiasis, aut luis
veneræ virus non inspiratu, sed humore in quauis partem cute nudam defixo,
sensum prorepat in omne corpus: Venenū quod non nisi intro sumptū vires ha-
be, omnium infirmissimum existit, non in spiritu, non in tenui humore, sed in
crassiore quadam substantia inherescens. Hoc genere sunt fungi, arrhenicum,
auripigmentum & alia propè innumera quæ non odore, non adhesionem, sed hau-
ktu solo enecant. Hæc chirurgi plerunque in malignorum vlcere curatione,
citra ullam partium corporis iacturam magnoque usu extrinsecus adhibere
solent: ex quo intelligitur non esse illa contractu deleteria. At uerò si quid
istorum sumatur, è crassiore materia venenum vi nostri caloris suscitatum, in
principes dein partes sese inserit, profertque sui furoris incòmoda. BR. Istæc
sanè dilucida & in primis expedita deleteriarum causarum distinctio. E V.
Iam verò cum tres occultæ sint & venenatæ causæ, totidem occultorum mor-
borum qui ex illis ortum habuerint differentia ponentur, vt alij maximè
quidem ab aere, alij contactu, alij a uenenata quæ intrus sit materia procedant
contrahanturque. Hi quidem omnes venenati sunt, at non similiter ne-
que iisdem ex causis. Nam qui ex intus conclusa materia processerunt
quia non foras emigrant, nec in vicinos contagione prorepunt, simpli-
citer venenati nuncupentur, reliqui omnes contagiosi, quod vel exerne
eiusque

2. De natu-
ra huma-
na.

6c

10

20

30

40

eiusque venenatæ causæ occurssi geniti sint, vel contagione mutuaque socie-
tate vicinos contaminent. Summa igitur hæc sit diuisio: Occultorum mor-
borum alii simpliciter venenati sunt, alii venenati contagiosi. Horum alii
simpliciter contagiosi, vt hydrophobia & qui virulentarum bestiarum icu
fiunt: alii contagiosi pestilentes. Si quis fortè hanc venenati repetitionem
fastidiat, breuius dici permittemus, occultorum morborum tres esse diffe-
rentias, venenatos, contagiosos & pestilentes. Ex aere primum maximeque
fiunt pestilentes, qui quanquam etiam contactu mutuarum hominum com-
munitate & vitæ societate contaminent, prima tamen illorum origo visque
maxima & validissima in aere quem spiritu ducimus inest, illincque proces-
sit. Qui contagiosi dicuntur emissio halitu nihil aut minimum offendunt, at
maximè plurimumque contactu. P H. Possunt ne hæc genera rursus minu-
tius concidi? E V. Possunt utique. Nam morborum in multos vagantium,
alii pandemii aut pancoini appellantur, id est totius plebis morbi aut omni-
bus communes, alii uerò dispersi. Pandemiorum alii simplices, alii endemii,
alii epidemii: rursum epidemiorum alii simplices, alii pestilentes: &
pestilentium alii consueti, alii insolentes. P H. Aptæ quidem diuisio, at sin-
gulas species propriis notionibus explica. E V. Dispersos morbos ut quum
hic pleuritide, iste nephritide, ille phthisi laborat, non persequor, quod non
ex communi quadam causa, sed ex uniuscuiusque proprio uitio & errore pro-
cedat. Pandemii causam habent communem. Eæ si est in communis cibi
uel potus uitio, pandemii simplices sunt. si causa est in aere, endemii. Aer
quippe si ab inferioribus terrenisque causis inficitur, endemii fiunt: si a su-
perioribus, id rursus aut ex temporum tempestatumque mutatione, tum sicut
simplices epidemii: aut ex cœlestium corporum uiribus & influxu, ii sunt
uerè pestilentes: quorum alii grauiiores, alii mitiores, alii consueti, alii in-
solentes. Hæc iam exemplis illustremus. Consueti pestilentes morbi sunt
pestilens febris, carbunculus, bubo pestilens, iique grauiores: in leuiori-
bus consuetis sunt exanthemata tum rubra tum purpuream quæ summa cute
maculis non extuberantibus efflorescunt: & quæ esthymata Hippocrati, Pli-
nio papulæ & pituitæ eruptiones dicuntur: Insolentes sunt paraplegia quæ-
dam lethalis, insueta & inaudita, quam Hippocrates commemorat in Tha-
so contigisse, & flagrantes ardores, grauedines anhelosæ, sodorifica febris
hanc *ἰσθρῶσπιρετόν* nonnulli dixerunt, qui nostro æuo in regiones plurimas in-
uaserunt alique non pauci his finitimi, qui aut ueterum obliuione deleti
sunt, aut noui posthac emergent. Reliqui communes, & epidemii simplices
& endemii & pandemii, quia manifestam causam habent, sub occultorum
morborum genere non continentur, neque presentis sunt contemplationis,
de his tamen affinitatis gratia dicemus. Simples epidemii sunt lienteria,
dynteria populares, sanguinis eruptiones, tuses, ophthalmia, pleuritides
tubercula. artuum dolores, febres omnes putridæ, & alii qui ab Hippo. in
epidemii commemorati sub dispersorum specie plurimum grassantur in uul-
gus. Hi non ut pestilentes mutua societate homines contaminant, sed quæ
epidemii sunt. nonnihil respiciunt malignitatis uulgaris, eoque distant a di-
persis. Endemii sunt tum quidam horum, sed qui ex putridis aquarum, ter-
rarum uel cadauerum expirationibus orti sunt: tum etiam quibusdam re-
gionibus familiares, ut phthisis Lusitanis, struma Hispanis & Alpinis, hy-
drocele Narbonensi Gallia omnes quidem ex aeris grauitate nati. Pandemii
simplices iisdem appellantur nominibus sed quorum causa in uictu sit com-
muni:

1. Epide.

munī: eiusmodi sunt febres, alui profluua, tubercula, aliæque plura incommoda ex communis aquæ vsu profecta. His missis ad susceptam de occultis morbis tractationem reuertamur, Contagiosi morbi sunt, qui externi cuiusdam veneni occurſu & contagione primum contracti sunt, vt flupor a torpedine pisce vel ab opio, hydrophobia, & qui scorpionum bestiarumque venenatarum morsu, vel telorum venenatorum ictu sunt. Et qui tametsi ab externis causis primam originem non habuerunt, geniti tamen contagione efficiunt, vt lues venerea, elephantiasis, & qui ex istorum permissione fieri possunt. Hos neque inspiratio, neque commune alimentorum vitium vnquam protulit: quocirca nec multos communiter inuadunt, nec debent in pandemis recenſeri: sed peculiaris est sua cuiusque causa. Manifesti totius substantiæ morbi supra appellati, ut phthisis, pruritus, scabies, lepra, achores, ſui, & qui huius sunt generis, contactu quidem & fiunt & efficiunt, neque tamen in hoc contagiosum genus referri debent, quod nihil occultum malignumque respiciant, hic autem contagiosos duntaxat occultos persequimur. Venenati morbi alii ex veneno intus genito, alii ex veneno assumpto. Ex intus genito veneno hi sunt: strangulatus vteri à putri semine ortus, morbus comitialis cuiuscunque sit ordinis, syncope ex putrescente grumo sanguinis subeunte veneni naturam, cordis quædam palpitatio, sphacelus ex septico humore, & alia cæca symptomata, quæ venenatus humos inferre consuevit. Venenum quippe non id duntaxat appellamus quod semper enecat, aut quod cordi vitæque principio sit infensum, sed quicquid tota substantia & cæca vi, facultatum substantiam vel extinguit vel laceſcit, & cæco modo earum functiones offendit. Intus autem gignitur venenum & a lumbricis computrescentibus, & ab esculentis potulentisque vitiatis, & a vario viuendi errore. Ex assumpto autem veneno, morbos atque ex his plerunque interitum sequi, omnes vel plebei compertum habent. Venena lædunt, corrumpuntve nostram substantiam, alia totius substantiæ dissidio, alia exuperantibus qualitatibus. Totius substantiæ dissidio & dissensione napellus, aconitum rhododendron, apium risus: qualitarum exuperantia euphorbium, anacardus, opium, cicuta. Venenati morbi neque ex aeris inspiratu, neque ex causarum corpori occurſantium contactu, sed ex intimis duntaxat causis fiunt & excitantur. Qui venenam hausit, aut comitiali morbo laborat, neque halitu, neque contactu alios inquinare potest, qua ratione hi ab epidemiis & a contagiosis distant. B R V T. Occultorum morborum differentias hac quasi figura rectè videris expressisse: rursus tamen de eisdem sigillatim paulò altius medicemur, a pestilentibus auspicati.

DE PESTI-

De pestilentibus morbis, quod illorum occulta sit causa. Cap. XII.

MORBI quicunque omnibus communes & vniuersales appellantur, ex communi quæcunque ea sit causa procedunt. Horum qui simplices dicti sunt, ex semiputridis leguminibus aut frugibus, vel ex aquæ infectæ potu sæpe proenerunt, quomodo in castris aliquando contingisse memoriæ proditum est. Solent autem aquæ stagnantes in quibus linum, asphaltum, canabi, rhododendron aut alia stirpium cadauerum ve inquinaméta diutius macerata sunt, isthæc afferre. Qui ex causis illis ortum acceperint, simpliciter pæcoini aut pandemij, nondum verò epidemij appellantur, quod non ex aere, sed ex prauo vitio procedant. Aer morbos efficit, quoties vehementer aut immutatur aut inficitur. Licet enim aeris substantia simplex quum sit, putrescere uequeat, variam tamen primis qualitatibus mutationem subit, multa inquinamenta tanquam sparsa morborum semina, aliàs ex inferioribus, aliàs è superioribus excipit. Ex inferioribus quidem velut ex stagnis, paludibus vel lacubus inquinatis ac putridis, è quibus expirans vapor ambientem permissione labefactat. Ex terra graui & inquinata, ex antris, specubus, aut barathris graues interdum expirationes in aera attolluntur nobis plurimum infensæ. Animantium, maximè verò serpentium & hominum, non cremata ex bello cadauera, reseruata illorum excrementa, euulsa stirpes venenatæ, aliæque sordes cum putrescentes, plerunque aeri graues & exitiales offensas induxerunt: non aliter quàm metallorum sulphuris, arrhenici, hydrargyri aut prunarum fumus coarctatus, non paucos iugulauit. Huius autem generis inquinamenta, quoniam nec longius in multas regiones euagari, nec diutius permanere possunt, sed ipsa aeris immensa puritate facillè dissipantur, vincuntur & pereunt, epidemios morbos non ingenerant. Sed qui ab hisce causis, ex ipsaque loci natura aut situ morbi fiunt endemii id est illi plebi aut populo peculiare & vernaculi dicuntur. Solæ igitur affectiones è moribus superioribus in uniuersum aera diffusa, epidemios id est superuenientes & vulgares morbos inuehant. Sic enim statuit Galenus epidemiorum causam in aere, quos & Hippocrates a spiritu cuius attractione viuimus, prouenire dixit. Cælitus autem fiunt in aere affectiones constitutionesque duplices, aliæ sunt qualitarum exuperantia, vel inæqualitates ex temporum tempestatumque mutatione, ex quibus putredines plurimum graues: aliæ verò sunt inquinamenta eò cælitus demissa. Ex temporum mutatione tempestatumque magna vi quicunque morbi fiunt, simpliciter sunt epidemii. Cæli uerò inquinamenta non hos solum, uerumetiam pestilentes ingenerant qui sunt epidemiorum perciosissimi. Itaque simpliciter epidemii, a pestilentibus distant. Illi si quidem non nisi ex multis temporum tempestatumque mutationibus quæ aliæ post alias fiant, aut ex unius temporis solius magna quadam alteratione & uehementi permutatione proueniunt, quibus nõ solum præſentes constitutiones considerandæ sunt (inquit Galenus) sed ex qualibus & ad quales fiant per mutationes. Ab his causis qui & quales morbi obtingere soleant passim comorat Hippocrates libris epidemiorum, & aphorismorum tertio, cum ait: Si hyems sicca & Aquilonia fuerit, Ver uerò pluuiosum & australe, necesse est æstate febres acutas fieri & ophthalmias & intestinorum difficultates. Quum enim corpora nostra ipsaque terra ex pluuiis uernalibus & ab austro humore multo scatteant & madeant, necesse est æstate æstum conuplicari, ipsumque corpus & carnem inflammari, unde & febres acutissi-

Apho. 3.

“

“

mæ

e mæ & reliqua mala fiant. At verò epidemiorum qui pestilentes appellantur,
 e non ab ea caufarum longa ferie, nec ab ingenti temporum permutatione quæ
 e corporum humores perturbet, sed à venenato inquinamento aeri inſperſo pro
 deunt: quod cum ſpiritu intrò ſubiens, cor viſcus nobiliſſimum & validiſſi-
 mum inſicit: ex quo cenſuit Hippocrates morbos fieri pernicioſiſſimos, qui vi-
 res omnes vniuerſumque corpus proſternant. Hi morbi ſunt quos ſæpius iam
 dixi ca uſam occultam & abditiã habere, nec ab illis peruulgatis primis qua-
 litatibus originem ducere, quod plenius illuſtrandum demonſtratione fuerat.
 Quamquam peſtilentia vt morbus omnis acutus, æſtu immoderato vel intem-
 perantia excandescit, & æſtate grauius affligit; ſæpe tamen animaduerſum, 10
 æſtatem feruentiſſimam nullum peſtilentię genus protuliſſe: interdum peſti-
 lentiam hyeme initium cepiſſe quæ æſtate media vel autumnò ſoluta ſit: argu-
 mentum planè euidens illius cauſam non eſſe primarum aeris qualitatum exu-
 perantiam. Iam de putrida conſtitutione æſtimandum. Hæc ſi à terrenis
 exhalationibus proſecta eſt etiam circumiecto aeris permiſta, peſtilentiæ cau-
 ſa ſtatui non poteſt, cum ne epidemium quidem morbum (vt ſuprà dicebam)
 ſed duntaxat endemium ingeneret. Quæ à noxia tempeſtatum mutatione,
 vt ab inconstanti, ab intemperato, à pluuiſo, æſtuoſo aut nubilo cœlo tra-
 cta ſit: ea licet longè diſmanet atque propagetur; & ex graueolentia pruina
 aut rotis magna eſſe deprehendatur, plerumque tamen ſine peſte euenit. At ve-
 rò peſtilens conſtitutio hyeme ac æſtate, ſiccò ac pluuiſo cœlo, bene tempe-
 rato ac inæquali; plerumque citra graueolentem putredinem, adeò obſcurè &
 20 ſurtim inuadit, vt nullo vnquam ſenſu internotatur: ſuntque peſtilentiæ ſemi-
 nã viſque adeò occulta, cæca & à ſenſibus aliena vt nos porſus effugiant inopi-
 nateque feriant, nec vnquam niſi effectibus & euentis deprehendi poſſint.
 Hoc quidẽ imprimis mortalibus miſerabile impendentem ſibi tantam per-
 niciem ne odore quidem ſentire, nec vitare poſſe. Nulla putrida, nulla intem-
 peratior aeris conſtitutio, poteſt in valde multas mundi regiones euagari, in
 illiſque vigere, at peſtilentia tam immaniter interdum ſauit vt vniuerſum pe-
 nẽ orbem occupet, frigidam atque calidam regionem, ſiccã ac humidam, hye-
 me vt æſtate. Huius generis duas ſub Marco Antonio fuiſſe commemorant
 toti orbi grauiffimas, quibus penè vſque ad interneccionem humanum genus
 30 deleterum fuerit. Qualem & aui noſtri narrant obtigiſſe anno Chriſti milleſi-
 mo quadringenteſimo quinquageſimo. Hæc in Aſia exorta per Illyricum
 Dalmatiamque ſcripſit in Italiam, per Germaniam verò in Gallię & Hiſpa-
 niæ fines, compluribus annis miſerè in omnes ferè populos debacchata,
 vix vt tertia pars viuentium ſuperſtes euaderet. Hac cauſarum viciffitu-
 dine res humanæ permutantur: corruunt enim, ac quaſi neglecta vile-
 ſcunt omnia ex tam ſæua & miſeranda clade. Summa verò vt nunc inſtau-
 ratione facta, omnia in pretio ſummoque ſtatu vigent, aliquando rur-
 ſum collapsura. Tantas queſo mutationes quis non putet cauſam eſſe ſubli-
 mi maximè generalem habere, neque poſſe ex ſola tempeſtatum mutatio-
 ne naſci? B. Hic denudò quid putrida conſtitutio efficiat contemblemur.
 E V D. Ea epidemios quosdam morbos inferre ſolet, nunquam tamen
 ſola peſtilentes; ad peſtilentiam interdum conſert & incrementum ad-
 dit, at non illam excitare poteſt, ſed cauſæ altioris hoc opus eſt. Si una
 putredo tantæ pernicii cauſa foret, omnes animantes peræquè attingeret.
 Nam vt ſalubris aer ſpiritu ductus, omnes animantes tuetur ac ſuſtinet, to-
 ti illarum generi ſalutaris: ita qui à putrida illuuię labefactatur, toti ani-
 mantium

mantium generi æquè pernicioſus euadit: & vnus omnium ſanitati vitæque
 principio aduerſatur & inſpiratus omnes peræquè lædit, neque homines ma-
 gis quàm boues, aut hos potius quàm oues aut ſues. Itaque ſi qua illinc peſtis
 incidet, omnium peræquè communis erit. Hoc tamen rerum euentu argui-
 tur, vſuque falſum deprehenditur. Compertum ſiquidem id omnes habent,
 quòd ab optimis agriculturæ authoribus memorię proditum eſt, peſtilentiam
 aliam incidere quæ ſolos boues iugulet, qualeni meminimus anno Chriſti
 milleſimo quingenteſimo decimoquarto irrepſiſſe: aliam quæ ſues aut quæ
 oues, aliam quæ gallinas, aliam quæ ſolos homines. Quæ pecudæ feræque in
 10 terimat, pulchrè eſt à Virgilio deſcripta:
*Hic quondam morbo cæli, miſeranda coorta eſt
 Tempeſtas totoꝝ autumni incanduit æſtus:
 Et genus omne neci pendum dedit, omne ferarum:
 Corruptiq; lacus, inſecit pabula tabo.
 Deſcriminis verò cauſam pauloantè expreſſerat.
 Quam mulia pecudum peſtes, nec ſingula morbi
 Corpora corripimus.*

Iam igitur cum homines ſoli peſtilentia corruunt, quanam cauſa hanc ſtra-
 gem facit? Non ſimplex putredo, vt quæ omnes animantes pariter attingit.
 Neceſſe igitur fuerit additorem cauſam & peculiarem eſſe, ipſumque aerem.
 20 peculiari quodam quaſi veneno inquinari, quod huic non illi animantium ge-
 neri ſit inſenſum, totaque ſubſtantia contrarium. Si quis ex vobis contentioſè
 aſſeueret putredinem cauſam eſſe peſtilentiæ, ſed quæ tamen non vna ſemper
 fit & vniuſmodi, verum nunc illi nunc alteri animantium generi pernicioſa:
 necceſſe eſt fatteatur malignam hanc eſſe quæ hinc illi ve præcipuè aduerſe-
 tur. Id autem quid aliud eſt quàm venenum tota ſubſtantia nõ menifeſta qua-
 litate inſenſum? Nemo enim explicare poſſit quis modus, aut quæ ratio ſit
 eius putredinis, quæ vel bobus, vel ouibus, vel hominibus ſolis ſit inſenſa. Id
 ſi nec dilucidè exprimi, nec animo percipi poteſt, debet in eorum genere
 cenſeri, quæ cæca, obſcura & abdita nuncupamus: & tota ſubſtantia con-
 traria ſunt, totoque genere deleteria, quæ nec ab elementis, nec ab eo-
 rum qualitatibus fluxerunt. Itaque quicquid aſſeratur, omnis peſtilentię cæ-
 30 ca & deliteſcens eſt cauſa, & aliunde quàm ex primis qualitatibus aut ex pu-
 tredine proteſta. B. Vnde nam quælo hanc fluere putas? E V. A cœlo ni-
 mirum. At non a firmamento, nec a motu primo, vt qui ſemper ſui ſimilis
 eſt, non a Solis obliquo circumactu, ſed a certa premiſſione ſiderum. Sol
 motu ſuo anni tempora æquabiliter facit ac diſterminat, uer, æſtatem, autum-
 num & hyemem. Quòd autem non omnes æſtates æquè feruidæ ſint aut ſic-
 cæ, nec omnes hyemes pariter rigeant aut humeſcant; quòd æſtas quædam
 muſcarum & ſcarabeorum quaſi nubes proferat, alia ſic ab his omnibus pu-
 riſſima: quòd omnium admiratione locuſtæ tanto exercitu in Galliam con-
 uolarint anno octingenteſimo ſexageſimo quarto; & in Italiam anno mil-
 leſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octauo, vt omnia germina depopula-
 40 te ſint: id iam non a Solis motu, ſed a varia ſyderum commiſſione petendum:
 quorum motus non inuſiles & præter rationem ſummus rerum conditor certis
 legibus definiuit. Vt alia horum commiſſio imbres, alia ſerenitatem: alia,
 auſtrinam, alia aquiloniam, aliam ve tempeſtatem mouet, ita ſanè fatendū
 quandam obtingere quæ acri peſtilentiam immittat. Vtque ſunt peſtilentię
 genera, ita vniuſcuſque peculiarem quandam eſſe commiſſions rationem

& propriam causam, quæ alias mittius, alias ferocius in aerem atque in nos furiat & debacchetur. Grauis est eorum stupiditas qui sydera nihil in aera nisi calorem aut frigus, imbres aut siccitatem lumine motuque suo inducere contendunt. Si illa bene constituta omnium vitam tuentur ac conseruant, cur male constituta vitæ non incommodent? Illinc prima & præcipua est rerum omnium salus & conseruatio, illinc quoque interitus. Has causas atque vires soli de medio tollunt, & tanquam nullæ sint negant, qui huius sunt contemplationis imperiti. O verè felices qui secretiore hac cognitione sapientissimi sunt qua neque ad præcauendos, neque ad persanandos pestilentes morbos est vlla præstantior. Itaque puræ simplicisque pestilentia causa est celestis configuratio vim inferens, quæ neque temporum mutatione, neque vlla manifesta qualitate, sed solo euentu deprehendi potest. BRVT. Quam aerò puram simplicemque pestilentiam esse dehis? EVD. Id par est explicem. Tria diximus in aere communium morborum genera. Endemium a terrenis inferioribusque expirationibus: Epidemium a vehementi temporum tempestatumque mutatione: Pestilentem ab occulta malignaque qualitate cælitus demissa. Hæc interdum simplicia puraque seorsum apparent, plerumque verò permiscentur & coeunt, eorum causis in idem conspirantibus: tumque difficilis admodum est eorum distinctio. Licet autem variæ hæ sint & discretæ causæ, quoties tamen coniunguntur, coeunt & confunduntur, quadam generis affinitate sese iuuant impetusque suos augent. Harum vnica est verè pestis efficiens, duæ autem præparatoriæ. Pestilentia grauior euadit in regione putridis expirationibus infecta, quam in sicca atque pura: rursumque grauior æstate quam hyeme, & austrina tempestate quam Aquiloniam, & inæquali intemperatoque cælo quam æquali & temperato. In summa grauior est pestilentia quæ Epidemiis aut Endemiis constitutionibus permiscetur, quam quæ pura solaque consistit. Ergo graues terrene inferioresque expirationes pestilentiam solæ non inferunt, ad illam tamen non parùm præparant & excitant. Hæc causa est cur vna pestilentia non omnes regiones, nec omnes omnes peræquè afficit & lædit. Pestilentia perniciosius tanguntur loca maritima, austro obiecta, calida & humida, te tris expirationibus infecta, alta atque patentia: quam mediterranea, Aquilonia, sicca, pura & contesta. Rursumque inter homines magis lædentur, qui calidi & humidi, multo scatent humore putredini obnoxio, patentiore laxoque corpore, quam qui frigidi sunt & sicci, humore paucò, eoque puro, & corpore moderatè laxo vel adstricto. Nimia corporum laxitas quemadmodum & obstructio præparat ad pestem. Quamquam autem hæc vera sunt, propria tamen & pericularis constitutio atque præparatio quæ loca vel corpora reddunt pesti obnoxia, omnino nos latet, neque sensu, neque ratione, sed solo euentu & experimèto vti superior illa pestilentie causa cõprehensa. Multos videas in pestilentia simplici febre, uel continua uel tertiana uel quartana corripi, qui licet putridis ac uitiolis humoribus scateant, peste tamè nequaquam polluantur: argumètum nõ sola putredine in hæc lue corpus præparari. Alios quos optimè sanos iudices, facillè peste corripit: hinc uerò qui multorum pestiferorũ occursum nihil sit perpeffus, uniuscuiuspiã cũ quo uel familiaræ uel tẽperamèti similitudo sit, societate prehèdi. Vt ergo efficiens, ita etiã patiens excipiensque pestis causa cæca est & occulta, non qualitatũ primarum intemperie, non simplici putredine, sed totius substantiæ proprietate nobis infensa. BRVT. Rectè, mihi uideris pestilentia externas causas exequutus. Ceterum hoc scire uehementer opto,

opto, quibus signis uel optimè exercitatus medicus pestilentem febrem ab ardente discernet. EV. Siue tu illarum substantiam, siue symptomata contem- plaberis, latum est discrimen: de symptomatis prium, mox de essentia. Vis pestifera in corpus irruens spiritibus & humoribus confertum symptomata quædam infert, aliis ex putredine morbis communia. At huius propria quædam sunt, quibus prudè exercitatusque medicus, illè agnoscat discernatque, a cæteris, & uno quouis obiecto morbo nulla cõstatione iudicet simplex ne his sit, an diuinum quidam habeat: qua distinctio prætermiffa, nulla rectè curatio suscipi potest. PH. Eia igitur pestilentium morborum propriam speciem nobis de pinge, singulos ordine persecutus. EV. Pestilentia semina pariter cum spiritu hausta in pulmones, quammox sine sensu in cor penetrant. Hoc si affectio ni præparatum est, nec satis obsistere ualet, labefactant, continuoque arteriarum spiritus: postremo (quamquam non semper) humores uniuersumque corpus inquinant. Affecto inquinatoque corde, uires omnes præcipueque vitales infringuntur & spiritus squantur. Hinc arteriarum pulsus exilior & imbecillior, simul que frequentior ac celerior, quo uno febrem inesse iudicant illam ephemeram, pestilentium omnium perniciosissimam. Ea nec ardore mordax nec siti uehemens, quanec laborantes se febrile credunt: non vrinis, sed uel animi defectione, uel syncope, uel pulsu paruo ac presso, uel assidua vomitione, uel uigilis inquiete & iactatione corporis, uiriumque prostratione conspicua, quæ plerumque sine sensu doloris, hominem inopinatò rapit. Quum labes altius permanat in humores, mitior quidè febrem infert pestilentem simplicem, uehementior uerò carbunculo uel bubone insignita. Licet sanguis & humores labefactentur, non tamen putrescunt, unde nec turbidæ confusæ uisuntur vrinæ, sed substantia, colore sedimentoque laudabiles. Bubo atque carbunculus priusquam febris apparens, mitiorem pestem denunciat robustamque; cordis naturam ueneno lacessitam, huius statim nõ nihil foras propulisse. At post ortam febrem prorumpens, dominantis ueni impetu sit, estque quasi uictæ naturæ perniciosum indicium. Ea est pestilentis febris exquisita descriptio. Quod si præterea, uel capitis dolor, uel delirium, uel sitis, uel incendium uehemens, uel urina turbida comitabitur, non ex labefacta, sed ex putrida permiffio fiet, quæ alias aliam partem lacessit. Hæc autem permiffio ex quadam cæli constitutione non ita pridem elapsa elucescet, in qua febres hac lege grassabatur. Initio calor uehemens, sitis, capitis dolor, uigilia, nauisæ, inquietas, aliaque uehementiæ symptomata exercebant: simul & vrinæ cernebantur rubicundæ crasse turbidæ atque confusæ: omnia in septimũ diem persistentia. Hoc uerò ipso die vrinæ puriores euadebant concoctione manifestata, quotidie in melius procedente, simulque symptomata leuiora. Quum ita se mox persanatum iri magna spe ægri medicorum iudicio sibi pollicerentur plerique non multo post peribant. Pulsus quippe hinc dies sensim imminebatur & læguescebat, totiusque corporis robore pedetentim dissoluto, intra quartumdecimum mortem oppetebant. In his ergo febribus putredini permiffa erat pestilentia: ac die septimo euisa iam putredine, persuerans dein pestilentia tacitè ac furtim ingulebat. Itaque pestilentis febris essentia ex propriis symptomatis perpenditur. Si pestilentes febres (quod Galenus memoriæ mandauit) calore non admodum uehementes sunt, si earum vrinæ similimè sanis & cum sedimento, planum est & euidenter nullam aut admodum exiguam his inesse putredinem, neque hanc exiti causam haberi. Non pauci editis de peste quæstionibus & libellis uehementer æstantur

signa diuina pestilentia

*opinio quorundam
q. pestis nascitur
putredine.*

vt tucantur pestilentem febrem non aliunde quàm ex putredine proficisci: ut-
que illius discrimen statuant a cæteris putridis, aiunt propriam cordis sub-
stantiam vel primigenios humores in illa computrescere, neque aliud esse ve-
nenatam pestis malignitatem (de qua differimus) quàm putredinis modum? In
aliis febribus atque etiam in causo, neque cordis substantiam neque insitos
humores putrescere, at vno putrium vaporum occurfu incalescere. Hi vel ne-
cessitate adacti fatentur omnem pestilentem febrem ex putrida & hecica cõ-
stitui, quasi earum quædam sit compositio. Alij quibus hæc commenta non
placent, non minus absurda fingunt, pestilentis febris putredinem, sordidam
ac tenacem, cæterarum extimam duntaxat & leuem esse putredinem. Multa
vtrique subtiliter disputant, sed quoniam a veritate desciscunt, necesse est
multis figmentorũ technis se irretiant. Qua quæso illi ratione fieri posse exi-
stimant, vt vel cordis substantia, vel primigenij illius humores putrescant? Nihil
eiusmodi tolerare potest viuens animal, sed prius vita excedat quàm
eò veniat. Vt cordis substantia neque vlcus neque herysipelas, ita neque vl-
lam putredinem admittit. Illa etiam quo pacto coherere possunt cordis sub-
stantiam putrescere, neque admodum vehementem esse calorem? Si in cau-
so putrescentis bilis solo contactu cor vehementer calet, multo certè vehe-
mentius incenditur id vniuersum si putrescat. Adde non posse cor vniuersè
putrescere, quin iam antè acriter incaluerit, proinde neque posse in hoc ex-
tremum perueniri, quin calor antè sit deprehensus multo vehementior quàm
in causo. At non eiusmodi, sed toto morbi decursu mitis obseruatur: ex quo
intelligitur pestilentem nulla affinitate cum putrida febre coniungi. Cum hec-
tica verò quid affinitatis habeat? Obsidet (aiunt) vtraque cordis substan-
tiam. Esto sanè. Non tamen pestilens febris cor siccitate torret vt hecica,
vt proinde illi sit affinis. Deinde quum ex confirmata hecica omnes dece-
dant, deberent vel maiori necessitate ex pestilente interire: quis enim putri-
do corde viuat? At non paucos videmus ex pestilente seruari: nihil igitur
similis est hecicæ. Quoniam igitur pestilens febris neque caloris incendio
vt causus, neque siccitate vt hecica cor torret: ab vtraque plurimum differt,
habetque præsentem vim & perniciem omni intemperie omni putredine ma-
iorem, quæ vna veneni specie, cor vitæ fontem obsidet demoliturque. Hanc
autem speciem qualis sit, euentis ponderemus. Quum peste correptus solo ha-
litu aut excrementorum expiratione assidentes vel integrè sanos labefactet,
hi que vestibus contagionem longius exportent referuntque diutius, constat
hanc non simplicem putredinem, sed multo immaniore perniciem esse, quæ
tenui eoque admodum repentino aeris inquinamento tenetur, hancque alio
quouis veneno expeditiorem. Non enim si quis toxicum ebiberit aut sit à
scorpione demorsus, halitu alios inquinat. Reliqua symptomata si diligen-
ter expenditis, pulsus paruum & obscurum, animi defectionem, syncopen,
vomitionem, assiduam iactationem cum vigilijs, omniaque nullo ferè sensu
doloris, quis vestrum hæc non potius veneni quàm putridi caloris sobolem di-
cat? Qui aiunt in pestilentibus febribus icterico vrinis sedimentum inesse, q.
natura perterrita putredinis exuperantia, quasi succumbens morbum aggredi
non audeat: singularem corporis nostri naturam consilij atque rationis parti-
cipem efficiunt, quæ tamen sine ratione ciet motus in corpore necessarios, nec
vnquam orio perfruitur. Fieri certe non potest quin ex summa putredine
quæ in uenis est, aliquid profluat cum vrinis, in hisque putredinis indicia se
proferant. Itaque si illarum vrinæ sanis sunt simillimæ, fieri nequaquàm potest
vt in

refutat. hæc opinionem

respondet. quibusdam.

colitur ex dictis

vt in vasis mala putredo subsistat quæ interitus sit causa, sed latet nonnihil
grauius pestilentiusque putredine, quod nimirum cordi totius substantiæ repu-
gnantia & dissidio aduersum sit & tanquam deleterium. B R V. At Galenus
non alia ratione bolum armenam pestiferos iuuare tradit quàm quòd vehe-
menter exiecer, exuperantemque humorem exorbeat qui putrescens pestè in-
ducit. E V D. Visne igitur hanc meam sententiam medendi ratione confir-
mem? Si pestis in corpus inciderit, quod iam vel plethora vel cacochymia
vel obstructione laborat, fieri vix potest ea simplex, sed ferè tum putrida fe-
bri implicatur. Hac morborum permissione mista signa apparent, & ambo-
rum quasi mista medendi ratio tenenda. At si purum corpus erat quò pestis
inuasit, omnino ea simplex obtinet. In hac medici celeberrimi & qui logo
artis vsu doctrinæ studia compleuerunt, prorsus abstinēt a venæ sectione, nisi
admodum ingens adsit plenitudo, experti eos quibus sanguis siue initio siue
postea esset missus, aut paulò post obiisse, aut in deterius lapsos esse. Non-n.
(vt quibusdam uideri possit) vacuatio hanc perniciem summoct, aut immi-
nuit, aut cohibet, ut quæ non est in humoris vitio posita: neque laborantem
vlla ratione leuat: sed contra grauius offendit. Etenim extrinsecus nos cir-
cumfundens pernicies, vacuato sanguine & spiritu, in pulmones in cor & in ve-
nas facilius penetrat, ac ferocia maiore inualefcit: sanguis etiam phleboto-
mia concitatus, promptius labem contrahit: quemadmodum aqua cui fellis
tantulum inieceris, si agitetur, ocyus quàm si consistat amarescet. Quinetiam
vires vacatione imminutæ, insipienti pernicipi minus obfistunt. Hæ ratio-
nes experientia confirmatæ, ut a venæ sectione, ita magis a valida purgatione
docent abstinendum: clysteribus & leuioribus medicationibus vtendū. Quum
igitur in pestilenti febre simplici, tota pernicies a venenata qualitate impen-
deat, extremò morbo extrema remedia diligenter adhibenda sunt, non quæ
vacuent, sed quæ tum frigore & adstrictione leui, spiritus, sanguinem & hu-
mores cohibeant reprimantque, huiusmodi est mali punici, citrei, medici, &
vux acerbæ succus uictusque persimilis: tum quæ totius substantiæ proprie-
tate huius ueneni vires aut oberant, aut hebetent, aut foras sudore exter-
minent. Huius vt vniuscuiusque veneni, propria est antidotus, antipathia & to-
tius substantiæ dissidio aduersa. Huc tamen nonnullas etiam antidotos pluri-
mi accommodant alijs venenis communes, scordium, dictamum, gentianam,
vetonicam, theriacem, & mithridatium: Adde & terram lemniam, & bolium
armenam de qua modo quærebam. Hæc igitur non exiccando, sed totius substã-
tiæ proprietate in id vires habet. Cur enim non etiam inedia ad pestem mul-
to maiorem vim obtinerent, quum & potentius & tutius quàm bolus corpo-
ris vniuersi superfluentem humorem absumant dissipentque? Quinetiã bolus
siccitate omnibus peraquè putridis febribus, neque pestilenti quàm illis po-
tius conferret, nisi peculiari quasi priuilegio ornaretur. Siue igitur pestilen-
tium febrium causam, siue ipsam illorum substantiam, siue signa, siue curadi
rationem animaduertes, vbique proculdubio vim illam agnosces abditiorum,
alias quidem manifestius, alias obscurius. B R. Rectè tu quidem. At de
exanthematis & ethymatis quod a te in medio positum fuerat persequere.
Scio quam his causam Auicennas & Neotericorum plurimi designent. Reli-
quias quasdam menstrui sanguinis quo foetus in utero aiebatur, in pueris & in-
fantibus etiamnum permanere: quæ feruidiore coelo uel austrina tempestate,
una cū reliquo sanguine efferuescentes, nature vi propulsa foras profluant &
efflorescant in cute. E V D. Hæc quidem ab illis scio proferri, at quàm con-
sentaneè,

r. De sani-
tuend.

sentaneè, ipse diiudices. Ex ea ipsa causa, mulieres quibus suppressi menses in omne corpus redundant; iisdem malis obnoxie iacerent, quod camen rarum videas. In pueris & infantibus quod dicebatur menstrui reliquias permanere, Galeni sententia redarguit, quæ asserat foetum in utero non esse foediore illo sanguine menstruo, sed esse materni purissima portione alimentum capessere. Neque si quid menstrui foetui cedit in alimentum, id tandiu potest post multas febres, post multos morbos superatos, in annum ætatis trigesimum aut quadragesimum perdurare, qua nos ætate non paucos vidimus hisce exanthematis gravissimè confictari, alios occumbere. Adde unumquemque his aliquando in vita necessariò confictari debere, & neminem his posse secundo aut tertio prehendi: quorum utrunque manifestè falsum animadvertimus. Hæc verò mala ex communi quadam causa toti aeri conspersa originem habere, luculenter demonstrant quòd non solum seruidore cælo, sed & hyeme interdum grassantur. Quòd annos complures sileant, & certis annorum intervallis sæviant in plebem, alias quidem seorsum exanthemata, ut gravissimè anno millesimo quingentesimo trigesimo sexto: alias ecchymata sola, ut anno millesimo quingentesimo quadragesimo secundo. Quæ qui videt quomodo causam illam superiorem non intelligat ac iudicet mundo grassari? Ut igitur carbunculus & pestilens bubo, ita sanè exanthemata & ecchymata causam habent è sublimi: at ea peculiari quadam malignitatis specie aerem contaminant. 2^o Aliaque in his existit quam in carbunculo vel in bubone: & alia in exanthemate quam in ecchymate: & horum quam illorum minor est ferocitas. Causa autem cur infantibus & pueris magis familiaria hæc sint, reddi potest, quòd firmior ætas & adultior, tantulis non læcessitur, nisi quum fortè confitutio grauior inualuerit. Hæc autem rursus ex ipsorum morborum descriptione & figura consideremus. In cute ii quidem efflorescunt, non ex ambientis contactu, sed ex inspiratu, quo ut cor afflatum delibutumque fuerit ipso statim initio vniuersum corpus, maximè verò caput ingrauescit, hoc etiam plerumque dolore concutitur, oculi tumet & illachrimantur, facies quasi inflammata rubescit, vox rauescit, spiritus crebrior ac difficilior euadit, pulsus frequens ac tertius febris nuntius. 3^o Malo dein ingrauescente venenum ex humoribus, die tertio aut quarto foras profilit, & in cute efflorescens mali speciem detegit. Ecchymata pustulis multis toto corpore confertim albo colore extuberant, quæ pituitæ & bilis permissionem præ se ferunt. Exanthemata verò quasi pulicum malis ferè rubra apparent, interdum purpurea, interdum viridia aut nigra. Tandem compresso furore, soluta alius humorum qui contaminati fuerunt reliquias crisi expurgat. Hic ita apparentibus, nullum tamen putredinis indicium (si modò simplices sint morbi) cernitur in vrinis; argumentum eos venenata qualitate virium corporis: que nostri totam substantiam demoliri. Hoc & morborum sæditas testatur, tam deformis aliquando visa ut occæcatis oculis, vniuersa cutis in squamas foetidas & in crustas ingentes solueretur: corpus omne non aliter contabesceret & macie nigroreque torreretur, quam si menses quatuor è furca pependisset. Neque vero solius cutis hæc vitia, verum etiam omnium interiorum, musculorum, viscerum, solidarumque partium omnes priusquam cutis labefactata. Sæpe etenim deprehensum prægnantes maturos partus edidisse hac lue perfusos, quarum alia nihil omnino foris, alia non nisi multis post diebus incommoda senserunt. Et quosdam ab interitu dissectos, quibus iecur, lien, pulmones omniaque interiora haud secus atque cutis, fordissimis

dissimis papulis manantibus scaterent. Quinetiam raucitas spiritusque difficilis initio premens, & prima eruptio in faucibus & ore, in ano & partibus obscenis apparens, planum facit ex intimis partibus hæc mala originem habere. In has etiam finire, argumentum est quòd sanatis & raucitas & spirandi difficultas manet, alias sine tussi, alias cum tussi ad rabiem deducta. P H. Istæ hæc adeo luculenter explicata uideo, ut fides abrogari non possit. E V. His finitimæ & quadam similitudine coniunctæ sunt febres sudorificæ, quæ insolentes magno terrore in omnem inferiorem Germaniam, in Galliam Belgicam & in Britanniam, ab anno Christi millesimo quingentesimo vigesimo quinto, in annum millesimum quingentesimum trigesimum, autumno potissimum peruagatae sunt. Ut primum lues hæc in ciuitatem quandam inuaserat, derespente supra trecentos aut quingentos indies corripiebat, dum hinc alio commigrasset. Perculsi mox quasi essent languore dissoluti, animi defectione corruerant, decumbentesque perpetuo sudore diffuebant, cum febre, cum pulsu crebro, celeri & inæquali, neque sudoris modus erat ante morbi solutionem. Soluebatur autem vno aut summum altero die, quanquam liberati diu postea languiebant. Omnibus cordis palpitatio conquisita, alios quidem duos tres ve annos, alios omnem vitam comitata. Initio multos sustulit quum nondum illius vis erat percepta: at postea admodum paucos, ubi exercitatione & usu deprehensum est eos, qui sudores exciperent prolicerentque & se cardiacis muniret omnes restituit. Insolentium morborum quum nec vis nec medicatio cognita est, grauis solet esse calamitas. Hoc statu aer tenui nec admodum pestilenti veno perfusus, suppar infirmiorque vitali robore, cor vt læcessuerat in cutem corporis extimam foras propellebatur, nec carbunculo, nec bubone, nec exanthemate nec ectymate, sed sudore solo prorumpens, quòd venenum spiritui quam humori potius insideret. Omni quippe ratione hæc febris in ephemerarum censu habetur. Eam igitur tempestatem quis quæso non pestilentem iudicet, quæ tam multos, tam multis sensim mundi regionibus, repete sine sensu oppresserit: cum cordis indefinente palpitatione, cum animi defectione perpetua, cum eruptione foras ad cutem, quæ multorum est pestilentium morborum communis? Illa porro omnibus decantata grauèdo anhelosa, anno Christi millesimo quingentesimo decimo, in omnes fere mundi regiones debachata, cum febre, cum summa capitis grauitate, cum cordis pulmonumque angustia atque tussi, quanquam multo plures attigit quam iugulauit, se suo tamen impetu proprioque ac inaudito veneni genere, pestilentem prodidit. P H. Quos proposueras pestilentes morbos, omnes iam videris exequutus. At quos simplices epidemios & endemios appellas, siccine putes abditiore illius perniciæ quippiam redolere, & ex tactis incomprehensisque causis proficisci?

Epidemiis morbis oculorum quiddam inesse.

Cap. XIII.

E V D O X V S.

P V T O equidè, & cur putè dicam, quanquam nõ æque euidè est in illis demonstratio. Dysenterias, lienterias, pleuritides, ophthalmias, febres acutas, huiusque generis morbos vulgares, temporum mutatione tempestatumque vi suscitari, perspicuis rationibus suaderi potest. in idque multus est Galenus, multus & Hippocrates libris de locis, aere & aquis, libris epidemiorum, & aphorismorum tertio.

tio. Cæterum quum longa obseruatio tempestates non paucas ijs quas Hippocrates commemorat similes notauerit, easque admodum salubres, multas uero temperatas & æquales cum primis insalubres & perniciosas, nõ possum equidem non suspicari, præter qualitatatum tempestatumque mutationem, occultis quiddam & perniciosius in ambiente nos aere tum uolitare & circumferri. Anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo octauo, dysenteria graues vniuersa Europa tanta serocitate populabantur, vix vt ciuitas vlla immunis euaserit, cum tamen nec exuperans intemperies, nec temporum inæqualitas nec valida tempestas ulla aut vigeret, aut ante uigisset. Annus autem ab hoc secundus, qui a Christo nato quadragesimus erat supra sesquimillesimum: omnium quos maiorum memoria notauerat, toto orbe feruentissimus, maxime tamen salubris obrigit. Possum itidem & de lienteria quam meministis circa hæc tempora plurimum inualuisse ratiocinari, quemadmodum de pleuritide, de febre omnis generis, deque aliis non paucis epidemiis, quos vt nostra, ita maiorum ætas & uidit & animaduerit. Hi porro morbi quum in omnes terræ regiones calidas ac frigidas, Austro & Aquilone perflatas, peræque inuadant, id quæso existimate, num præter intemperiem aut simplicem putridinem, sit necesse quippiam in aere contineri, quod omnium causa communis existat. Non enim possit calida vel humida intemperies, regionum tam longe lateque distantium communis esse causa: nam quæ Australes offendet, Aquilonios inuabit. Nec igitur potest ulla putredo ex intemperie nata, omnium regionum esse communis. Quocirca præstantioris & occultioris cuiusdam originis simplicium epidemiorum causa sit oportet. Hippocrates ad explorandam morbi cuiusque naturam, & ad euentum prænosendum, iubet tum temporis conditionem: tum epidemiorum morborum impetum animaduertere: designans causas duas plane diuersas, temporis conditionem & latentem tacitumque impetum, morbos quoque ex illis prodeuntes diuersos. Quicumque celebres medici popularis dysenteria, pleuritidis, aliorumue morborum qui grassantur in uulgis, naturam & curationem literis mandarunt, eos certe quam eiusdem cognominis dispersos, multo perniciosiores notauerunt, quasi tanta tamque communis causa, perniciæ expers esse non possit. Sidera vt pestilentes ita & alias interdum minus perniciosas, easque occultas excitant qualitates, quæ sunt epidemiorum morborum causæ. B. Rursum quæso de febribus vulgaribus paulo attentius meditetur. Equidem continuas febres non modo in quibus eathy mata erumpunt purpurea, uerum etiam omnes quæcunque grassantur populariter, non admodum inficiabor præter peculiarem humoris putredinem, non nihil etiam publicæ communisque perniciæ redolere, cum proximè ad pestilentes accedant. At de intermittentibus etiam si populares sint, maior foret controuersia, quod illarum genus vniuersum Hippocrati salutare habeatur. E V D. Quod morbus quispiam salutaris sit, non idcirco possit inficiari pestilentem aut occultum esse. Galenus libro de crisi secundo, singularum febrium iudicia persequutus, post ea quæ a symptomatis petuntur, alia ab efficientibus antecedentibusque causis deducit: & præter primarum aeris qualitatatum exuperantiam, aliam abditam & delitescens causam inuenit. Ne autem in his referendis nimius sim, satis fuerit de quartana sola sententiam proferre. Primum uero (inquit) hoc ipsum considera, nunquid autumnus frigidam & siccam inæqualemque temperaturam acceperit: tunc enim certius sperabis quartanos circuitus in ipso fore frequentiores. Posthæc si regio ipsa talium febrium sit procreatrix: si ægotantis natura atræ bili sit obnoxia, si ratio victus antecesserit,

Prædictio
num. 2.

App. 44.
quarti.

rit, quæ huiusmodi humorem coaceruauit: & si eo tempore quartanæ febres populariter fiant. Hoc loco Galenum uidetis præter ægotantis, regionis; & victus conditionem, duplicem in ambiente nos aere constituisse causam; vnam frigidam & siccam inæqualemque temperaturam, alteram nec nomine nec uerbo expressam, quæ tamen causa est cur quartanæ febres populariter fiant. Hæc tamen adeo obscura est & naturæ arcanis inuoluta, vt nec propria essentia, nec nomine comprehendere possit, eam tamen & esse constat & aliam ab intemperie. Iam uero si quartanarum popularium causa obscura & delitescens est, necesse fuerit ipsas quoque quartanas, essentia obscuras & occultas haberi. B. At nihilominus vno omnes ore quartanarum ceterarumque intermittentium essentiam in humoris putredine, & ex huius differentia, illarum differentias constituunt. E V. In illis (fatet) putrescit humor aliquispiam, ceterum neque is, neque calor illius soboles, tota febris est essentia. Grauis sæpe humorum putredo & coarctetur in nobis & expellitur, quam nec febris antecessit, nec comitatur, nec consequitur. In elephantiasi, in lue venerea, tanta plerunque putredine corporis tum interiores tum externæ partes obsidentur, vt exesse quasi laceratæ excendant, idque nullo febris indicio. B. Hæc duntaxat mihi persuadent non ex quouis sine delectu putredine, etiam si grauissima sit, febrem nasci. E V. E differe quænam putredo febrem, & quæ nullam accendet. B. Hoc si uerbis explicare coner, frustra laborem. E V. Id igitur sciendum est, vnum quippiam ex eorum numero esse quæ nos fugiunt, tacitum & obscurum. Ne quid autem suspiceris aut metuas, non magno perè contendo, id ipsum de quo nostra est disputatio à cælo ne prodierit, an intus sit in corpore genitum, uti & venena non pauca. Satis sit in re controuersa demonstrare id quicquid est, occultum nec solius intemperie sobolem esse. Agè igitur graui ille putredine scateat sine febre, hic uero cum febre. Hic præter simplicem putredinis rationem, aliud quippiam circumgerit, a quo febris incitatur, & quod accedens febrem inducit, decedens abducit. Id quocunque nomine appeles, a putredine diuersum quiddam est, in quo consistit febris essentia. Hoc autem vt constat luculentius, paucis referam quæ obseruationibus olim animaduerti, quorum & vos similia videre potuistis. Misellus quidam quartana febre simplici, & lue venerea, fordibus vlcibus deformi, duobus sanè quam contumacissimis malis conflictatus, opem medicam exposcit. Conuocienter præpurcato, ligni guaiaci decoctum imperatur cum victu tenui & admodum exquisito. Horum perseverantia, vniuersi corporis putridus humor partim absorptus partim dissipatus est in sudores: omnisque partium intemperies sic abacta est, vt maligna queque & fordidissima vlcera, quibus tum nasi extremum exciderat, tum reliquum corpus omne scatebat, ad cicatricem producta sint. At nihilominus cum a lue venerea integrè vindicatum corpus videretur, omnisque illius obstructio soluta, omnisque exhausta putredo, quartana tamen contumaciter in tempus longissimè producta est. Ex quo intelligi potest proximam illius causam non in obstructione, non in humorum putredine, sed in affectione quadam secretiore statui, quæ partibus ipsis inhaerescit. Hanc Galenus iam senex agnouit, de febribus intermittentibus ita sentiens: Harum circuitus repetere minimè desinit, quo ad dispositio in parte generante excrementa feruetur. Quin & eo loci paulò altius quam libris methodi, & primo artis ad Glauconem, febrium curationem instituens, præcipuum sanationis scopum esse ait dispositionis huius correctionem. Ea aut febrilis dispositio est ab in-

KKKK temperie

2. De diff.
Feb. ca. 17

temperie longè diuersa. Hoc ipsum ex euentu superiori contrario æstimemus. Sæpenumero quartana febre soluta, corpus etiamnum permanet impurum, alias quidem aliis febribus, alias cruditati, alias lienis scirrho, alias cachexia vel hydropi, alias aliis ex putredine malis obnoxium. Hoc non modò in pestilentibus & contagiosis, verumetiam in venenatis morbis omnibus Diostorides accidere tradit, vt quum tempore vis illa venenata & præstantea perditæ fuerit, vitiosa quædam affectio diuturna relinquatur, quæ communia aliorum morborum remedia communemque medendi rationem efflagitet. Sepe etiam ex impuro corpore & putredine conferto, vidimus quartanam febrem non simplicem modò, sed & duplicem & triplicem propriis antidotis abigi, nulla purgatione præmissa & stabili impuritate. Non præter rationem propria quædam febrium remedia inuulgantur, quibus vel aniculæ optimis medicis calumniam texunt illorumque artem insimulant. B. Multa in peregrinatione vidi hac de re incredibilia, quæ tanquam omnino ridicula sum aspernatus. E V. Itaque si putredo profligari potest manente febris essentia, rursusque essentia dissolui manente putredine, perspicuum esse debet illa variis diuersisque tum naturis tum essentis teneri. Quoniam autem de quartana febre exempli gratia sermo habitus est, reddat vestrum aliquis manifestam causam, cur ea licet interdum annos quatuor perseueret, nunquam aut rarissimè eundem hominem bis tota vita prehendat. Equidem hæcenus vnicum bis presum audiuimus. Aut cur quartanæ febris statæ & quæ errabunda non sit, circuitus pomeridianis duntaxat horis inuadat. Hæc quis tam occulta & inuoluta esse credat, si non etiam occulta planeque obscura quartanæ sit essentia? B. Noua audio. E V. Immodè peruetera, licet nondum fortasse animaduersa. Adde etiam quartanam eò contumaciorem fore, quo meridiei proprius inuaserit. B. Ea fortasse causa sit, cur medicus admodum prudens, in quem aliquando incidi, ad earum febrium omniumque popularium morborum curationem, selectas antidotos diligenti siderum obseruatione adhiberet, nosque frequenter magna operum suorum teneret admiratione. Magna etiam probabilitate id suadebat quod est ad finem libri de natura humana, siue Hippocratis siue Polybij siue alterius is est, omnes febres ex bile esse. Nos præterea graui in errore versari, qui vt omnis continuæ febris materiam in maioribus esse venis, ita omnium intermittentium causam existimaremus in carne seu in ipsa corporis mole contineri, vno Galeni argumento, de rigore, & de sudoribus inclinatione erumpentibus. Is magna rationum efficacia, ex causis ex signis, ex curandi ratione, docebat intermittentium materiam sæpius in ventriculo, aut in visceribus, aut in ventre inferiore coerceri: hincque nihilo minus quam ex corporis mole & rigores & sudores moueri. E V. Optimè nunc tecum ageretur si ex his paucis, abditiora quædam ab illo diligenter peruestigasse. Multa quippe viri docti vsu longo parta, sibi tanquam in tesuros recondunt, quæ etiam si publicæ utilitatis desiderio tenentur, inuulgare dubitant, ne multitudinem veterum doctrina confirmatam vellicent ac irritent. B. Tu verò de his quid sentis? E V. Heccine vis in sinu tuo dicam? Galenus nondum artis operibus confirmatus, secundo de Crisi hoc continentem febrem ab intermittente discrimine seiuinxit: In tertiana per totum corpus bilis defertur, atque ideo vehemens fit rigor, bilisque superuenit vomitus, vrinæque ac sudores biliosus sunt. In ardentibus verò, quæ nullam habent intermissionem, bilis humor in vasis cum sanguine continetur: atque hæ ipsæ a tertianis differunt (quanuis eo qui vtrunque facit morbum humore communicent) quod in his

in his quidem intra uenas continetur, in illis verò cum uehementer moueatur per singulas corporis partes disseminatur, quo fit ut delationis impetu ipsa per se ipsam expurgetur, & sudoribus atque vomitionibus simatur. Et alio loco: Nam quæ in sola fluabile febris accenditur, si quidem bilis adhuc intra vasæ maneat, exquisita febris ardens nuncupatur: si vero per totum corpus deferatur, tertiana. Sic & si ab atra bile fit febris, quum per totum corpus delata fuerit, quartana efficitur: quum immobilis, illa quæ quarto quoque die excrescit. Sicuti si ex pituita ortum habeant vel quotidianæ sunt, vel quæ singulis diebus accenduntur: vno solo differentes, quòd vel per venas, vel per totum corpus in eis deferuntur humores: & quòd cum rigore & vomitibus & sudoribus sunt, uel sine his. Hæc igitur sunt quæ a Galeno inuene pronuntiata haudquaquã receperim: quandoquidè tum ætatis non aliam sedem humoribus quàm venas designabat, in quibus vel illi putrescerent, vel illinc in corporis habitum irruerent. Cæterum ætate & rerum obseruatione iam maturiori, secundo de differentijs febrium anxie admodum causam inuestigans intermitentium; & cur hæ circuitione quadam repetant, aliam his originem aliumque fomitem instituit. Neque enim humorem, qui putrescens circuitus est materia, semper e venis maioribus exiire aut illic contineri, sed in una quapiam corporis parte quæ propria sedes est propriusque fomes febris intermitentis. Etenim post aliquot de circuitu repetentium morborum demonstrationes, ita colligit: Vbi pars aliqua debilis efficitur, id ei causa erit cur non excrementa solum, sed ipse etiam sanguis corrumpatur ac putrescat, & febris accendatur. & mox: Quinetiam vbi nequeat concoquere quælibet pars genita in se excrementa, aut expellere ad aliam, tale sibi ipsi initium febricitandi, quale ea quæ trãs mittit alteri, adfert. Ita enim in parte unaquapiam excrementa colligi putat, vel partis ipsius uitio & imbecillitate, uel alterius mittentis robore. Itaque ut alio inquit loco, sæpe dispò in iecore & in splene attulit febrem, quoties aut inflammatio aliqua aut obfructio putredinem accendit. Hinc primo artis ad Glauconem inquit, vix citra oris ventriculi iniuriam fieri quotidianam, nec sine lienis vitio quartanam, nec tertianam absque iecoris offensione. Quod autem de hisce partibus attulit, idem & de vicinis omnibus quæcunque circa mesenterium pancreas & intestina insident accipiendum est. In his enim intermittentium febrium causa fomesque residet. Quod autem secundo de crisi adferebat rigorem fieri flaua bile mota delataque per corporis habitum, id certe perpetuum non est. Immodè secundo de differentijs febrium per quæcunque loca sententia ea feratur, vt per præcordiorum membranas, rigorem excitare tradit, quemadmodum & ab æstu, a lassitudine, a medicamento calido & acri quod vlceri adhibetur. Licet autem putredo in quapiam parte tanquã in fomite coereatur: neque illinc putridus humor in omne corpus permeet; vapor tamen calorque putredinis illinc in omne corpus effunditur, quod sanè Galenus sic confirmat: Vbi vero calor superet materiam appellatur incrementum & ascensus tale tempus. Atque eo tempore augetur calor tam multus, vt non solum deurat locum ipsum qui veluti causa putredinis est, sed iam per cõtinuitatem depascat uniuersum corpus. Hæc sunt quæ de re proposita ex Galeni mente deprompsi, quæ curando imitor, omnia sanè iis consentanea quæ a celebri medico audieras. Plura adiciere possem, sed inclinans iam dies, nec ipsam nos curandi rōnem persequi, nec suscepti argumèti metas transilire sinit, quod oè in rerum abditarum causis positum erat. P. H. Cognitis ergo epidemiorum pestilentiumque morborum causis, ad contagiosos venenatosque morbos diuertamus

Cap. 6.

Cap. 17.

Cap. 5.

Cap. 3. 5. & 6.

2. de diff. feb.

De contagiosis morbis.

Cap. XIII.

E V D O X V S.

De Nucce.

N V X umbra proximis stirpibus arboribusq; grauis, apud Ouidium sic queritu: Me, fata ne lædam, quoniam fata lædere dicor, Imus in extremo margine fundus hebet. Narbonæ taxus tam præsentis est veneni, vt auctore Dioscoride, si qui dormiant sub ea, aut in eius umbra subsideant, lædantur & sæpenuerò moriantur: quandoquidem corpori uniuerso strangulatum & ce-
10 rem interitum infert. Basiliscus tantæ perniciæ ab Auicenna describitur, vt non eos modò qui vel manu vel alia corporis sui parte, sed etiam qui virga at-
tigerint, momento necer: quod & uisu & sibilo efficere tradunt. Torpedo piscis piscatorem qui se hasta attigerit, in stuporem inducit. Sunt & alia non pauca-
20 tum in animantium tum in stirpium genere, quæ possint integræ cutis conta-
ctû hominem interimere. At multò plura quæ aperta cute, vt uenenatæ sagittæ, aspidis, hydræ, uiperæ, cerastis, dipsadis, anguis, scolopendræ, salamandræ, scellionis, passinacæ, lacertæ, draconis, crocodili, phalangii, scorpionis, & rabidi canis morsus. Epidermis densa quum sit atque valida, hebetiorum & crassio-
20 rum uenenorum substantiam altius penetrare nõ sinit, nisi vel findatur vel di-
laceretur: quæ autem in uenenis efficacissima sunt, illam quantumuis validã ac densam penetrant, introque penitus subeunt. Omnium quidem vis & perniciæ ex ea sede quam primùm attigerit, sensim in corporis principes par-
tes & in artus inuadit, dum corpus omne labefactet, idque omni ueneno pec-
culiare, vt pedetentim serpat, aliud quidem ocys, aliud segnius. Rabidus canis demorsu saliuæ aut humoris quiddam eructat, in quo vis est ueni. Id
intro subiens spiritus, sanguinem, humores, partisque substantiam contagio
ne labefactat: hinc sensim serpit longius in partes principes, sed tam segniter,
vt rarò ante diem vigesimum, interdum nõ nisi anno symptomatis se prodar.
Per has moras nec febris, nec malum aliud ullû percipitur, nec scit eger quã-
30 ta perniciæ lateat. At quum hæc tempore in cor penetrauerit, uellicantur
præcordia, æger indignabundus euadit, nec stare, nec quiescere potis, furen-
tis in morem huc illuc effrenatè agitur, manibus ora dilacerat, alios dente
petit, ex ore spuma promanat, oculi torui & aspectu horrendi, febris valida,
sitis inexhausta, & tamen æger aquam omniaque liquida, adeò perhorrescit
vt emori potius eligat quàm bibere aut ad aquam deduci. Quibus malis de-
fatigatus tandem miserè cedit è vita. Phalangij aut scorpionij aculeo, tum alia
tum breuiori tempore fiunt symptomata, quòd promptius expeditiusque uen-
nenum serpat. Itaque omnium perniciæ ab ea corporis partè exoriri, quam
primùm lætiferæ vis attigerit, illinc sensim in omne corpus irrepere, ipsumq;
permutare, & perimere animaduertitur. Id & inuenta comprobataque curan-
40 di ratio confirmauit, quæ ueni perniciem ea parte qua intrauerit reuocat,
vulneris dilatatione, partis demorsæ suctu, scarificatu, affixis cucurbitulis,
medicamentis acrioribus. Et ne longius intrò serpat, eam areet iniectis vin-
culis arctioribus, carnis circumscriptione, vrentibus medicamentis vel can-
dente ferro, nonnunquam extremæ partis amputatione. Perniciæ verò sæ-
uissimam restinguit atque domat antidotorum esu, vt rabiem fluuiualium can-
cerorum vistorum cinere, gentiana, & alyso: cuius vires exæquare rubiam
experimur.

experimur. Vacuatio nulla aut admodum rara adhibenda. Hæc igitur opti-
morum medicorum diligentia atque fide comperta, demonstrant non moda-
raborum canum aut scorpionum, sed & omnium quæ aut morsu aut quouis
contactu enecat, perniciem esse uenenatam eamque contagione vires suas
expromere. B. Equidem de istis nihil dubitem quæ sint celeberrimorû me-
dicorum consensu confirmata: quanquam non desunt qui putent canem solo
ardore & ælius uolentia in rabiem agi, ipsumque illius quod dicimus uen-
nenum esse velut caloris exuperantiam. P H. Nondum potes veterum pellè
exuere. Hac ætate uenatores quidam in lupum sæuiorem irruerunt, trucidat-
10 tum in varia obsoniorum genera appararunt & coxerunt. Omnes quicumque
esitarunt non multo post tempore rabie correpti, alij perierunt, alij sociorum
morte prudentes sibi prospexerunt. In ea carne tam diligenter apparata,
quam tu restare putas ardoris exuperantiam? At vis lætiferæ & uenenatæ per-
manst, quæ uix igne mitescit: quemadmodum nec cantharidum vis delecte-
ria uisione tota perit. E V. Qualis est uirulentorum animantium perniciæ
atque contagio, talem uelim existimetis latere ac teneri in lue uenereæ, nisi
quòd hæc fortasse minus præfens ac mortifera sit B R. Gaudeo te in huius
morbis sermonem incidisse, de quo tam multi mala scripserunt, sed quæ pala-
to meo non sapiant: quocirca tuam ea de re sententiam magnoperè optamus
20 audire. Huius primam originem alij siderum insolenti constitutioni, alij aqua-
rum inquinamentis, alij cuiusdam scorti impuritati referunt acceptam Cæ-
terum licet ea lues sensim contagione in omnem Europam, Aphricam, Asiam
& extremam Indiam defluerit omnemque orbis partem quæ nostratiû com-
mercijs utitur, implerit: quoniam tamen deprehensa est ab vno quopiam
aut admodum paucis Neapoli originem habuisse, non potuit sanè epidemiorû
morborum conditione, à certo astrorum influxu deriuari. Quamplurimos. n.
paucis diebus afflixisset, tandemque tempore desisset. Ego proinde explora-
torem duxerim postremam originis rationem. E V. De origine haud ma-
gna contentione decertem, sed de illius causa, de vi & natura, ex qua curandâ
ratio omnis ducenda. Primùm autem occultam & uenenatam illius esse na-
turam, tum ex inuasionis modo, tum ex iis quæ mox tradentur perspicuum
30 fiet. Atque cum neminem unquam hac lue labefactauerit inquinati aeris in-
spiratio, non debet ea inter epidemios recenserî. Quum nec alimentorum
impuritate nec vitio unquam sit orta, non numerabitur in simpliciter uena-
tis. Restat igitur habeatur in contagiosis. Veneni quidem ac perniciæ huius
uis & efficacia tempore delitescit, & tempore copiosis signis & argumentis se
prodit. Utque rabidi canis aut scorpionis ita huius uenenum, ab ea sede quæ
sit contagione labefactata, sensim in omne corpus perrepat atque sauit, vt
planè contagiosorum morborum naturam imitetur. Qua parte contactus &
societas est, ab ea maximèprehendit & initium ducit. Qui uenereo comple-
xu iungitur cum inquinata, a pudendis luem contrahit. Nutrix a qua pollu-
tus infans lac sugit, à mammis: condormiens inquinato sudore diffusenti, a
40 cute & a summis corporis partibus: qui effusore osculo saliuam exceperit,
ab ore: infans uitiata nutrice altus, nunc ab ore, nunc ab interioribus: obste-
trix que infectæ parturienti opem tulisset, à manu, quæ tandem excidit. Hu-
ius tamen ueni quia vis est hebetior, non nisi in apertam nudamque partem
inuadit. Partium à quibus lues exordium capit, aliæ aliis grauius vitæ di-
scrimen adferunt, omnium exitiosissima est, quæ ab interioribus & reconditis
visceribus, aut a partibus obscenis inchoat, ceteræ leuioræ & minus pericu-
lose.

Ioseph. Quanquam autem illius vna eademque perpetuo est essentia, vt tamen corpora quibus infederit, natura, temperamento, affectu & habitu dicitur variat ita distincta multipliciaque symptomata inducit, alia quidem in bilioso, alia in pituitoso, alia in melancholico: non enim si biliosus pituitosae concubuerit, eisdem atque illa symptomatis premetur. Non igitur possint ex symptomatum differentia, propriae morbi differentiae constitui. Cuiusque particulae lucis primum infederit, illic inhaerescens pustulam excitat, interim & vlcusculum. Inde longius prorepens radices figit, sensimque partium continuatione adacta, interiora subit, & ad extremum ni medicamentum abhibueris, furore corpus vniuersum vastat atque depopulatur. Hinc venenū malo subesse intelligitur, non aliter quam scorpionis aut rabiosi canis virus, perreptans in omne corpus. Illius signa varia efficit partium natura ad quas pedetentim repit & permanat. Quum viro (exempli gratia) concubitu a pudendis madore perfusus initium habet, pustulas in his primum & vlcuscula euocat contumacia mali que moris. Vapor dein aut spiritus ductu cauo pudendi intro irrepens (neque enim credibile est humoris quicquam eō subire) venae cauae sanguinem arteriaeque maioris spiritum labefacit: tumque bubo prorumpit in inguine. Hinc vas spermaticis renibusque affectis, gonorrhoea se promit; qua virus turpissimè uelut eructando eiicitur. Quum execrandum malum in iecur & in ventriculum inuasit, leuis quidam alui fluor suboffendit, moxque cum iecore sanguis polluitur, quo cunctae corporis venae participes fiunt, eoque in artus, in musculos & in cutem disseminato, compressum maleficium atque tacitum erumpit: prosiliuntque; liuidae rubentesque; pustulae, vlcuscula crustosa & herpetes, nonnullis vlcera caua atque maligna: biliosus quidem phagedenica & exedentia, melancholicis cancroso: pituitosis leuiora, sed sordidiora, & humore quodam mucoso foetidoque manatia: sanguineis crebriora & carbunculi effigie. Omnia quidem labris praeduris, tumentibus & inuersis, quae exesa carne, ipsa etiam ossa depascunt, primum tenella qualia sunt nasi & palati, deinde solidiora, quae putria cariiosaque tempore excidunt. Ab iis, cum malum iam cerebrum summamque corporis arcem obsidet, multa superuacua pro partis conditione pituitosa colligi necesse est: quae si interclusa capite teneantur, magnum & acerbum dolorem commouent: sin foras sub cutem capitis promineant, & in articulos vel in artus deturbentur, his aut cruciatus excitant immanes ac diurnos, qui noctu maximè inualescunt, aut topheos praeduros scirrhososque tumores, haudquaquam tamen doloris expertes. Quanquam enim pituitosa videtur materia, veneni tamen maleficio perfusa, acrimoniae particeps est. Hinc sub ossium membranas se recondens, tum acrimonia, tum distentione dolorem excitat. In ossium verò substantiam per tenues quasi tubos se inferens, illa diffundit dilatataque in tumorem, quae tandem carie consumpta putrescunt. Si minus acris & mordax materia cutem non exedit, ad pilorum radices effusa, malignitate aut venenato vapore, effluuium concitat, quo plerique visi sunt sine capillis, sine supercilio, sine barba, sine pilis, qui postea tempore repullularunt. Quum tam multa ubique sint huius perniciosi signa, nullum tamen cernitur in urinis, neque ex his quisquam aut hoc aut aliud vllum veneni genus possit deprehendere. Iam verò haec pauca de venerea lue si adhibito animi iudicio studiose obseruabitis, cui vestrum non perspicua sit eius perniciositas? Quis ex vobis eam veneni participem esse inficiabitur? Si in omne corpus disseminata serpit, non aliter quam quae à rabidi canis morsu inferitur, possitne expertis esse veneni? Neque verò in exter-

ternas

ternas duntaxat quae sub aspectum veniunt, verumetiam in interiores quaeque partes in ipsaque viscera penetrat, quae (quod de exanthematis afferrebat) dissectis mortuis comparant pustulis vlcibusque foeda. Plurimi sanè hoc in morbo in aliisque venenatis captiosa eaque admodum inani ratione falluntur, quod dum vident symptomata haec omnia cum humoris cuiusdam vitio insultare, nihil praeter humorem inesse putant, nihil maius animo concipiunt, neque acriore illa animi acie perferuntur num aliud quippiam in humore sublit in quo praecipua affectionis causa consistat: quale proculdubio si sensu non cernimus, oportet certè ratione & intelligentia comprehendere, alioquin in maximarum rerum ignoratione uersari. Itaque vis illa veneni, tenuis admodum ac ferè corporis expertis, sensusque nostros effugiens, aut in humore aut in alio quouis corpore inhaerescit, quod subiectum duntaxat quasi vehiculum est eius quae nos afficit maleficiosae facultatis. Qui enim possit corpori nostro vim inferre sola virtus incorporea? B. R. Omnem certè hac de re dubitationem & velut caliginem, dilucida interpretatione discussisti. Velim tamen insuper mihi aculeos ex animo euellas, quos nonnulli infixerunt. Aut illi hanc luis venerae contagionem, & in dies mutari, & iam prorfus inclinare atque consenescere, vt sit posthac breui finem habitura. Quid quæso hac de re statuis? E. V. Hanc nisi sua clementia Deus optimus extinguat, aut effrenem hominum libidinem temperet, nunquam extinctum iri, sed fore humano generi comitem & immortalem. P. H. Circumferunt tamen olim pustulas foedas erupisse complures, dolores admodum paucos: nunc contra, pustulas esse nullas, dolores autem atroces cum tuberculis scirrhis. E. V. Id fortasse effecerit non luis conditio, sed praepostera multorum curatio. Adeo enim, nunc ea mortalibus est formidabilis, vt vel illius minima suspicione cōfestim ad remedium ex hydrargyro concurratur, quod sanè pustularum ardorem extinguit, at destillationes articularumque dolores exagitat. B. R. Tu ne igitur vulgarem illam medendi rationem confirmas? E. V. Nihil equidem minus, quod ea morbi symptomatis duntaxat succurratur, radice neglecta. Ad tere huius & immanis beluae oppugnationem omnes machinas adhibuerunt. Alij sperant se initio radicem vacationibus euulsuros: purgant validè, dehinc quibus competit sanguinem mittunt, mox reliquias idoneis sirupis preparant, quas & secundo & tertio interdum & quarto expurgent. Ea certè curatio si malum inter initia consistit, solusque corporis spiritus humor inquinatur, plerumque liberat, non item si iam partium substantia obsidetur. Alij ratione non admodum dissimili, tenui extenuanteque victu, & potu ex hebeno guaiacina uel sancta vel ex Cinarum radice corpus absumunt, humores detergunt dissipantque in urinas & sudores. Hinc necesse est pustulas & vlcera cum corpore sicari & sanescere, topheos praeduros inci si atque dissolui, ex hisque natos dolores mitescere. At symptomata isthaec putato, morbi verò essentiam multò diuersam, quae illis abeuntibus, etiamnum tanquam radix solidarum partium substantiae firmiter inhaerescit. Alij unctionibus ex hydrargyro curationem suscipiunt. Cum enim hydrargyros non vt plerisque visum est calida sit, sed adeo frigida ut ui narcotica dolores quoscunque sopiat & leniat, optima ratione sanguinis eruptiones, bilis ardore exefionesque reterundit: pustulis vlcibusque malignis opitulatur. Quum eadem uehementer humida sit, praeduros tumores emollit concretosque dissoluit. Et quoniam adeo tenuium est partium vt omnia vel durissima metallorum corpora subeat, penetret atque dissoluat, multa è corpore per sudores dissipat, quaedam

dam purgatoria vi in aluum deturbat, multamque pituitam ex ore prolicet. Quocirca ex accidenti desiccans, vacuansque symptomatum materiam, illis non parum succurrit. At certe crudelius quam guaiacum magno oris tadio, grauiore uirium iactura & imminentiore periculo. Et enim cerebrum tanto frigore offendit, vt rheumatismis deinceps opportunum maneat: nertuos, articulos eatenus laxat & debilitat, vt in omnem fluxionem poni euadant, suscitenturque tremores immedicabiles, & recentes cruciatus pristinis grauiorcs. Non vt in simplici arthritide hirepentè oboriuntur, neque foras prominent, sed sensim radice altius defixa, penitus ferè in ossa tibiè & humeri subeunt. Hydrargyros tanto periculo symptomatis opem ferens mali radice haudquaquam euellit. Quo fit vt tum hæc, tum superiores inefficaces sint & parum tutæ cum periculo recidiuæ, quum præsertim lues initium præterlapsa, ipsam partium substantiam obsedit. Tempore siquidem reuiescit, recurritque interdum post annum trigessimum, tantoque interuallo mali fomes quasi sepultus delitescit. Et nihilominus qui tum expertes mali profususque expeditos se putant, alios cum quibus concubuerint, contaminant, prolemque gignunt ea lue conspersam, indicium profectò tum temporis mali fermentum in ventis in ipsisque partibus reseruari, & vt dicere solent, in ipsis quasi medullis latere. Recidua rarò pei similis est radici, neque iisdem symptomatis sed ferè destillatione, arthritide, artuum dolore, tophis, vel ossium carie molesta: neque pari contagione, eos cum quibus societas est, afficit: quod auxiliis humoris furor & impetus repressus sit, etiam nondum mali radice euulsa. B. Hanc igitur quam alia ratione putas extirpari posse? E V. Propriis antidotis & alexipharmacis. Neque enim hydrargyros, neque hebenus alexipharmacorum, aut antidotorum vim obtinent: sed empiricorum inuenta sunt, quæ plerique vulgi imitatione inducti tanquam fucum adhibent malo: quum certè foret cõsultius imitatione curationis rabiosorum a ueteribus instituta, remedia in id meditari consentanea. B. Miror equidem sæpeque sum miratus, neminem hoc toto seculo veram luis curationem attigisse, persuasus satis veram eam non esse quæ circumfertur. P H. Omnes quæstui inhiant, & posthabita inuestigatione veri, quicquid primùm fors obtulit sequuntur. Male nobiscum ageretur si noui sæpe morbi emergerent, quando ne vnus quidem remedia assequi valeamus. E V. Itaque vt rabiei, ita luis venereæ propria quædam est antidotus, quæ etiam si neque victum admodum tenuem, neque uacuationes multas præmittes, una possit labem eluere. Symptomata vero, vlcera, dolores, tophi, & quæcunque acriter vrgèti idoneis nec tam longè petitis auxiliis, expeditius tutiusque leniri possunt. B. Hæc ex te discere vehementor optamus. E V. Vos me rei nouitate impulistis, vt nimis multa de tam foeda lue narrarè. Tem poris breuitas plura non fert: neque hic abditiorum morborum curationes, sed causas duntaxat ex professo inuestigamus demonstramusque. B. Huc saltem si quid de elephantiasi animo concepisti, in medium profer. E V. Elephantiasin in contagiosorum morborum genere contineri, omnes certè vel plebeii persuasum habent, quod non vt pestilens halitu solo, sed vt lues venerea concubitu, ac cubitu, omnique contactu prehendam. Quamquam ciuitatum legibus Elephantici sepositi & a reliqua plebe segregati degunt, nunquam tamen vel sedulo sciscitati accepimus quenquam administratorum, etiam si perpetui illis asideant, sola spiratione contaminatum. Si quis fortè malum hoc sponte, proprio intimoque vitio contraxit, nõ idcirco debet a contagiosorum censu reijci. Non enim contagiosum morbum ex solo ortu, verum etiam ex inuadendi

iterpen-

serpendique modo definiuimus. Elephantiasin autem non ex sola atra bile fieri, demonstrant melancholia morbus & mania: in quibus etiam si bilis atra & in cerebro & in toto corpore redundet, tita tamen elephantiasin, & quemadmodum & quartana intermittens, & quartana continua, in quibus melancholiam putrescere fatemur. Hæc igitur & insuper eruptio foeda foras in partes extimas & in cutem profliens, elephantiasin perniciosa cuiusdam esse participem declarat. Ea primum dura, crassa, aspera & qua redditur, colore subliuido vel purpureo, cum sensu quodam stuporis. Pustulæ dein extuberant, verrucis intus similes sed quæ postea grandescant durecantque, interdum etiam magna foeditate exulcerentur. His notis facies potissimum & nasus, manuum pedumque digiti fadantur, oculi rubore pustulisque sustusi caligant, pili toto corpore decidui sunt, maximè in superciliis & in mento. Omnia igitur foras erumpentia, ipsamque pilorum defluuium, quis malignitatis & lateris veneni notas esse non agnoscat? Multus humor plerumque in cutem confertim effunditur, biliosus quidam in ictero, pituitosus in leucophlegmatia, melancolicus in melancholia, a quo nihil tale fieri cernimus. Itaque in elephantiasin præter humoris uitium malignum etiam virus inest, quod tum humores tum partium substantiam polluit. Illa quippe non solius cutis (quod Galenum dixissæ miror) sed totius corporis est affectio. Quales in linguæ radice verrucæ extuberant, tales in omnia viscera, in omnesque partes intimas disseminari comperimus. Curandi difficultas morbi malignitatem atque perniciem docet. Hæc idcirco tot seculis veram curationem non inuenisse reor, quòd propria illi antidotus perquisita non sit, quam tamen & esse & inueniri posse non diffido. P H. De contagiosi morbis satis abundè, nunc recepto traditionis ordine de venenatis morbis transigendum. Non enim hoc loco de phthisi, de lepra, de scabie, de pruritu, de quæ alijs huius classis, sermo habendus est, qui quamuis in contagiosis numerari soleant, manifesti tamen sunt, a manifesta putredine orti, neque (quod supra monebas) hæc quouam modo referendi.

De uenenatis morbis.

Cap. XV.

EVD O X V S.

ITANE præterea exigitis vt de uenenatis morbis sermo habeatur? Si iam plane inter omnes conuenit quamplurima esse venena, quorum vis cæca & delitescens vario nos symptomatum cruciatu fatigat, nonne euidenter esse debet, ab illis morbis in nubis excitari qui non manifestis qualitatibus, sed totius substantiæ diffidio vitæ nostræ primordia demoliuntur? B R. Neque id ipsi demonstrari uolumus, sed dilucidius explicari quot & quas illorum differentias esse putes. E V D. Quem venenatum morbum definiuimus, is nec ducto inspiratoque aere, nec externorum contagione, sed una delitescens intus veneni perniciæ prouenit, suboffenditque. Hoc iam dixi cæteris hebetius, & in crassiore densioreque materia inherescere, quæ non nisi interioris caloris eiusque copiosi vi exciteretur. Venena alias imprudenter intrò assumuntur, alias intus progignuntur. Quæ intro sumuntur, alia quidem in metallorum, alia in stirpium, alia in animantium genere sunt. In metallo-

LIII

rum

i. De naturali facultate.

rum genere, arrhenicum, auripigmentum, chrysochola, calx, et vstum, attri-
mentum sutorium, sulphur, adamas, lapis caeruleus & armenus: itemque
hydrargyros, cinnabari, cerusa, plumbum, minium, gypsum. Hæc putant
nonnulli sola qualitatibus exuperantia: priora quidem caustica vel septica, id
est virescens vel putrefaciens vi, posteriora vero astringente & præfocata no-
bis infensa: proinde non simpliciter venena, sed venenata medicamenta ap-
pellari. At quantum manifestis omnia qualitatibus vehementer obfunt,
totius tamen substantiæ dissidio nonnihil etiã veneni reconditum habent. In
Rippium ordine sunt aconitum, chamæleo, taxii, ephemereum thymelea, lau-
reola, tapfia, rododaphne, ranunculus, draguntium, tithymali genera, & que-
cunque immodicè purgandi vim obtinent, vt veratrum, scamonium, cyparissias,
cyclaminus, colocynthis, & alia eius generis non pauca omnia verè dele-
teria. Sunt & quæ qualitatibus duntaxat exuperantijs infensa putantur, quod
genus sunt euphorbium, anacardus, itemque opium, mandragora, hyosciamus,
cicuta, solanum manicum, fungus: quæ tamè malignitatis expertia hant qua-
quam putamus. In animantium genere numerantur cantharides, lepus mari-
nus, salamandra: buprestis deuorata hirudo, pinorum eruca, felis cerubrum,
sanguis tauri lac corruptum piscium aut pecudum fulgere vel pestilentia in-
teremptorum carnes, & quæcunque supra diximus demorsu vel contractu ene-
care. Portio ex his quæcunque intro sumpta sint multò præsentius & atrocius
quàm contractu offendunt. Hæc igitur omnia non modò qualitatibus exupe-
rantijs, verumetiam totius substantiæ dissidio exitialia esse delicta, mor-
bosque inferre venenatos, tum ex infrequentibus symptomatis, tum ex alexite-
rijs quæ veteres ad curationem innenerunt, facile intelligi potest. Quæ por-
rò intus gignuntur venena, non vt superiora primo suæ naturæ ortu, sed lon-
go ordinis progressu atque mutatione talia euaserunt. Vt enim ex varia hu-
morum putredine, siue ea ex intemperie, siue alijs ex causis orta sit, diuersi ge-
neris febres excitantur: ita sane ex putredine longius progressa, vel alia ca-
ciora ex causa venenum in nobis prouenire gigni que potest. Galenus ait vete-
res hanc quæstionem disputasse, euentibusque rationibus collegisse col-
dem affectus fieri & a lethali veneni potione, & a corruptione quæ è corpore
scaturire potest. Hanc autem quam appellat corruptionem, re ipsa venenum
esse mox canis exemplo demonstrat: in quo tanta plerunque fit humorum cor-
ruptio, ut totus in rabiem agatur, quæ veneni soboles est. Atque tum & ca-
nem ipsum & omnes illius humores venenatos haberi, argumento est quòd
eius spiritum humanum corpus attingens rabiem excitet. His persuasa-
sum vobis esse debet, in nobis similiter corruptionem quandam sponte gigni
posse, non modò veneni vires æquet, sed & ipsa tota venenum sit. Itaque syn-
cope admodum grauis & periculosa plerunque fit ex concreto sanguinis gru-
mo, maxè si vel in ventriculo, vel intestinis, deinde si in pectore vel vesica pu-
trescat: fitque ea cum pulsu paruo respiratione difficili, extremorum frigo-
re, & sudore frigido subordum febre. Rei autem sic perspectæ veteres conue-
nientia remedia, non a manifestis, sed ab occultis qualitatibus quasi alexite-
ria quædam attulerunt. Non admodum dissimilia symptomata tradunt & à
concreto putrescenteque lacte gigni, quibus eadem propè succurrunt. Extre-
mum pedem aliquando repente sphacelatum vidimus, sine causa externa, si-
ne tumore aut rubore conspicuo. Oborto primum dolore immensissimo, mox
sensum in eo ac motum perijisse, partem totam liuore contabuisse, exulce-
rationem foedam insequentam, quæ acerrima causticisque medicamenta sine
sensu

Lib. 6. de
locis affe-
ctis.

10

20

30

40

sensumittere. Non multò post arteriam brachij dextri deinde etiam fini-
stri pulsare desisse: ita sensum vniuerso corpore oblesso, miserum extingui,
sine febre, sine symptomatis admodum grauibus. Tot tamque presentium
malorum quis intemperiem aut simplicem aut cum humore, causam esse sta-
tuat? Quis non potius venenatam qualitatem in partes omnes propagari pu-
tet, quæ extremam hanc perniciem inferat? In vteri porò strangularu ple-
runque mulier sine motu sine sensu quasi extincta, iacet cum pulsu obscuro
paruoque eatenus vt interdum ne percipi quidem possit: cum animi defectio-
ne & difficili spiratione quæ non modò pectus opprimit, sed & fauces quasi
10 manu prehasas præcludit: hunc autem tam immanibus symptomatis comi-
tatum tradit Galenus vel a suppressis mensibus vel a cohibito semine profici-
sci, quod vitiarum maiorem quàm menses vim & noxam corpori infert. At
quum non ipsa corrupti seminis substantia, sed vapor duntaxat in cordis cere-
brique sedem sublatus istorum sit author, quis non illum vaporem, multoque
magis uiriatum semen vnde is prodijt, censet venenatæ qualitatis conditio-
nem ac vim obtinere? quænam obscuro manifesta, siue ex primis, siue ex
secundis sit qualitatibus hæc tam sæua possit inuhere? Hanc sanè causam quæ
20 manu parua, maximas solo contactu alterationes inducit, rectè Galenus & scor-
pionis & phatangii ictibus comparat, quibus exiguo veneno per minimum fo-
ramen iniecto, totum corpus afficitur, breuique admodum tempore sæuissi-
ma symptomata inualescunt. Possim opinor ipsa rerum similitudine itidem
de comitiali morbo ratiocinari. Quum enim a crure vel a digito manu, a va-
por quidam in cerebrum descendere deprehenditur auræ frigida persimilis,
qui ipsum attingens sensus mentemque turbat & epilepsiam infert, quis non
facile credat corruptionem quandam in affecta parte genitam esse, eamque
adedo validam vt phalangii, scorpionis, aut aliarum perniciosarum ferarum
venenis queat comparari? Equidem id puto verissimum quod apud Gale-
num Pelops dicebat, posse præter naturam in corpore essentiam sponte gene-
rari quæ mole minima sit, facultate autem quàm maxima: & quæ quum ner-
uosam aliquam sedem occupauerit, per continuatas partes vsque ad neruo-
rum principium vim suam trāsmittat, siue id alteratione fiat, siue spiritua-
li essentia ueluti aura ad ipsum elata, ex eaque comitalem circuitu excitari.
30 B R V T. Hæc facile suadere possunt epilepsiam quæ vniuersiuis partis con-
sensu fit, a venenata malignitate promoueri, de qua productus Galeni lo-
cus traditus est. Cæterum quæ primario cerebri affectu contrahitur, aliam
fortasse causam habet quam is mihi videtur paulò antè sic exposuisse: Con-
stat epilepsiam in cerebro consistere, impediens humorem animale spiritum
qui in ventriculis eis continetur, quo minus possit exire. Hunc deinde
humorem ait crassum & viscidum esse, alias pituitosum, alias melancoli-
cum. E quoniam velox est epilepsia discussio, eum ipsum humorem obstrue-
re meatum spiritus qui in cerebri ventriculis est cerebrumque ipsum concu-
tere quo exutiat id quod noxium est. A crasso semper humore (inquit) hanc
40 affectionem iudici argumento est quòd & subito fit & soluitur confestim.
Nam subitarium meatuum obstructionem a crasso viscosoque humore fieri
constat. Hac etiam varietate epilepsiam ab apoplexiâ disiungit, quòd in hac
frigidus, crassus & viscosus humor omnes principes cerebri ventriculos af-
fatim impleat obruretque, in epilepsia verò aut omnes aut non affatim &
vsquequaque. E V D. Id si illarum solum discrimen est, necesse sit omnem
apoplexiam quædam antecedit epilepsia: non enim possunt omnes vetriculi
LIII a repente

6. De lo-
cis affect.

Lib. 6. de
locis affe-
ctis.

3. De lo-
cis affect.
cap. 5.

repente & affatim impleri, quin prius modicè & leuiter obturentur. At contra fieri deprehendimus, apoplexiam primò & de repente inuadere, quam nulla præuenerit epilepsia. Quinetiã si in epilepsia crassus & viscosus humor cerebri vètriculos meatusque semper obstruit, eo per accessionem dum neruorum principium (vt inquit Galenus) seipsum quatit discussio, non alijs præterea accessionibus fatigabitur. Atqui multæ nihilominus recurrunt. Aut si semper alius & alius humor per accessiones influat, qui fieri poterit vt quum aliquis in dies quater aut sexies primario affectu corrumpitur, quales non paucos videre licet, tam multus tamque crassus humor succrescat? Quænam ea scaturigo vnde toto vitæ curriculo dimanet, & in meatus incurrit? B R. His rationibus ipse etiã sæpe ac multum de epilepsia, quemadmodum sanè & de apoplexiæ causis dubitauit. Quum enim aliquando videssem virum viribus integrum, sinistri oculi ictu vehementione, repente attonitum corruisse, moxque sensu ac motu priuati, cum spiritu difficili ac stertore, & cum alijs fortis apoplexiæ indicijs, eumque nec venæ sectione nec alia potius ratione seruari, quin horis duodecim interiret, mortis causam inuestigatione dignam putauit. Dissciso apertoque capite neque ossis, neque meningi neque substantiæ cerebri quicquam fractum diuulsumve, sed duntaxat interiores oculi venas cõfusionis viditas animaduertimus, è quibus sanguis cochlearium duorum mensura, in cerebri bassum procubuerat, qui concretus arterias eas obstrangebatur quæ retiformem contextum consuecunt, & quæ illinc in cerebri ventriculos propagatæ, choroidem alterum constituunt. Cerebri autem ventriculi prorsus illæsi inanesque cernebantur. Hinc edoctus, alterum qui citra causam externam apoplexia extinctus esset, dissecare visum est, in quo humor crassus & viscosus similiter ad contextum retiformem inuentus est, cerebri ventriculis nec oppletis nec obstructis? Hinc ego ratiocinatus, consentaneum putauit, iis arteriis vel obstructis vel compressis apoplexiam gigni, quod tum cerebrum nihil spiritus è corde per subiectas arterias recipiat, sitque necesse illius motum sensumque perire. Quidam hæc opinor animaduertens, rectè dixit fieri apoplexiam interceptis viis quæ sunt cerebro cordique communes. At ne videar pensis parum meminisse ad epilepsiam reuersus ediffere causam eius quæ ispomet affecto cerebro fit. E V. Non alia profectò videtur, quam eius quæ per consensum. Vt enim aliquando obseruauimus è summo capitis vertice, in quo sub pericranio vitiatus uenenatusque humor cohercebatur, vaporem manifesto sensu intro subire, qui epilepsiam concitaret hancque postea caustico persanata medicamento. Ita proculdubio existimari debet intus, vel circum meninges, vel circum cerebri substantiam vitium contineri veneni æmulum, cuius ex interuallis impetu facto, epilepsia suscitetur. Aperto epileptici philosophi qui decesserat capite, qui vehementissimo eoque ferè perpetuo dolore, vix digitum lato circa sinciput torquebatur deprehendissimus crassioremeni ngem ea sede, caluæ ossis adhærescere, pauculo humore putri interiecto. In altero cerebri substantia humorem foetidissimum, eumque exitum contineri: vtriusque tamen ventriculos & meatus omnis humoris, omnisque obstruccionis expertes. Multos ipse (scio) vidisti inde epilepticos euasisse, quod in curanda lue venæ, dum vnguentis ex hydrargyro illinerentur, nonnihil in aurem & in cerebrum penetrasset. His ne quæso dicas cerebri ventriculos humore multo impleri & obstrui? B R V. Minimè quidem, sed ipsum corrupti hydrargiri perniciè lacescitur. E V D. Talem igitur & in omni aliã epilepsia causam existimato: atque si quid aliquando putridi humoris

humoris inesse deprehenditur, non ex ea ipsa putredine, sed ex venenata quam concepit qualitate, hoc mali suscitari. Itaque quocumque corporis in loco is fuerit, venenatus illinc vapor in cerebrum sublatus id ipsum meningesque totius substantiæ inimicitia acriter ferit. Effertur autem ex interuallis haud secus atque in febribus intermittentibus, & in rabie, & in alijs plerisque morbis quorum est stata recursio. Cerebrum propriis veneni offensione interdum ab omni mentis sensuumque functione prorsus vacat, vt & cor in syncope: interdum seipsum vniuersumque corpus quatens adnititur offensionem excutere, non aliter quam cor palpitans. P H. Ego complurium auctorum lectione mihi persuaseram, id duntaxat venenum appellari, quod tota substantia cordi vitæ principio aduersaretur. E V D. Periculosa isthæc persuasio. Vt cantharis solam vesicam, lepus marinus solos pulmones exulcerat: ita parti vnicuique quippiam totius substantiæ dissidio contrahent, quod illius venenum & deleterium est. Maximè hoc nomine digna sunt quæcumque iecur, cor & cerebrum principes corporis partes totius substantiæ diuortio oppugnant, demoliunturque. Cerebri venenum quoddam haberi, Galenus quinto de simplicibus medicamentis hac expressit sententia: At sunt quæ tota essentia nobis contraria sunt, proinde si vel minimum eorum aduemptum fuerit, omnino lædat necesse est, ceu dryopteris & pityocampe, & tapfia, & solanum manicum, hydrargyros, & fungorum nonnulli, præterea salua & fel venenatorum animalium. Nam talia omnia genere sunt deleteria, non quantitate. Siquidem hæc si largius bibantur, quædam demerant, quædam mortem inferunt, verum conuenienti quadã mensura alijs admista adiuuant. Porro quæcumque inter ea mentem lædunt, continuo etiam pleraque caput degraunt, vaporum prauorum congerie ipsum implentia. Sed & quædam os ventriculi tentant atque affligunt, vt & inde caput per consensum lædatur. Communiter verò vniuersa duobus modis cerebrum affligunt, læduntque: aut quum tota substantia sunt contraria, aut quum vna duabus ve qualitatibus temperaturam immutant. Quæ hic Galenus tota substantia cerebro contraria statuit, illius certè venena sunt. Quot igitur partium maximeque principium, tot & venenorum genera, à quibus & venenatorum morborum differentiæ fluxerunt, quas singillatim recensere, propriis notis quasi depingere, conuenientibusque remedijs & alexiterijs profligare, maioris est operis. B R. Hæc quando non licet, deinceps æstimemus quem usum ad medendi artem habere possint quæcumque matutina concertatione, de Deo, de spiritibus & iis quæ trans naturam sunt, tam accuratè dufferentur à vobis.

Et morbos, & remedia Quædam trans naturam esse.

Cap. XVI.

E V D O X V S.

SVpra mundum aspectabilem alium sensibus nullis obuium, Deo spiritibusque confertum cogitatione complectimur mortalis huius summum custodem & gubernatorem, à quo etiam multa homini alias salutaria alias noxia & pestifera impendent. Deus itaque maximus, omnia in potestate habet quæ condidit, & quocumque vult ea deducit. Illius imperio cœlorum motus cohibiti sunt, & sol tanquam fixus constitit dimicaturò Iosue, sol plenilunio eclipsi adum-

adumbratus patiente Christo : ignis de cælo deductus ab Elia . Aer plerumque , sed maximè Dauidis pestilentia grauissimè contaminatus : Aquarum exuperantia & cataclismo olim terræ facies obrupta terræ sterilitas frugumque inopia & fames Iosephi etate . Sic quippe in cælos & elementa summa viget Dei potestas . At in nos multo plerumque maior . In sacris Ezechias graui morbo percussus est, lob ulcere pessimo a satana Dei iussu foedatus: Cen tum octoginta quinque Assyriorum millia ab angelo interempta : & omne primogenitum Aegypti sub Pharaone occubuit . Plenæ sunt sacrae literæ calamitacibus , quas Deus summa iustitia mortalibus inflixit , & beneficiis quæ placatus contulit . Quicumque autem diuinitus morbi delabuntur , naturalium quodammodo similes apparent , at quia causam habent medendi arti haudquaquam obsequentem , iure trans naturam appellandi videntur . Vt hos cacodæmon humani generis hostis ferus & immanis , ferrè solet Dei permisso insigere , ita homines malefici miris dæmonum artibus uim multis noxamque inferunt : alii nescio quos inuocant adiurantque uerbis , exorcismis , imprecationibus , incantamentis & carminibus : alii collo subnectunt aliterve gestant scripta quædam characteres , annulos imagines aliaque nefanda : alii cantibus vtuntur , sonis uel numeris : interdum potionibus suffitibus & odoribus , interdum fascinatione & præstigiis . Sunt qui absentis imaginem cera effingant & quauis illius parte compuncta , uerborum atque siderum uim , in similem absentis sedem morbum inferre iactitent , aliaque non pauca de insigendis morbis præcepta . Anum solo oculorum intuitu & radio naturaliter pueros aut infantes fascinare non facile credam , quanquam in Bucolicis scribit Vergilius : Nescio quis teneros oculos mihi fascinat agnos . Sunt qui persuadere contendant in anu menstruam purgationem suppressam , in corpus omne redundare , tempore uenenatam reddi , spiritus insicere eosque potissimum qui ab oculis foras exiliunt : hos aerem contaminare , pueros & tenellos infantes fascino lædere . Quæ rationes parui ponderis sunt . Menstrua quippe purgatio quum anubus ex etate & naturæ præscriptu deficiat neque ipsis , neque aliis est incommodatura . Quinetiam tum prægnantes , tum quibus ex morbo suppressi sunt menses , multò vehementius pueros fascinent : adde quòd non oculis modò , verumetiam halitu & expiratione efficacior vis esset . Si qui fortè sunt in Triballis & Illyris aliisque regionibus qui authore Plinio visu effascinent , interimantque quos diutius intueantur , iratis præcipuè oculis , & hoc malum facilius sentiant puberes : horum causam priuatim reddit , naturam in quorundam toto corpore , in aliorum oculis uenena genuisse , ne quid usquam mali esset , quòd in homine non esset . Hæc uero rara , & quasi miraculo priuatis quibusdam irrogata . Ad supra commemoratas artes redeo , quibus compertum habemus magos sagas sortilegas incantamentis nonnullos ita uinxisse , ut cum sola uxore non concumberent : alios concubitus impotentes quasi exertos reddidisse : alios in corporis extenuatione uirumque imbecillitate cum languore summo traxisse , quos solæ quæ inflixerant precibus & muneribus restituere possent . Neque solum morbos , verumetiam dæmonas scelerati homines in corpora immittunt . Hi quidem uisuntur furoris quadam species distorti , hoc uno tamen a simplici furore distant , quòd summè ardua obloquantur , præterita & occulta renuntiant , assidentiumque arcana referent , eosque multis conuiciis impetant , & diuinorum uerborum potestate terreantur , contremiscant aut succenseant . Quidam non ita pridem quum per æstus nocte uehementer sitiret , è somno surgens potu non in-

MCHIO

uento obuium malū fortè præhendit , id mandens fauces sibi quasi manu præcludi , strangularique sensit , simulque à subeunte dæmone iam obfessus , uisus est in tenebris uidere se a pregrandi nigerrimoque cane vorari , quæ postea restitutus integramente nobis ordine recensuit . Hunc non pauci ex pulsi , ex calore & scabrie lingue febricitare , ex uiliis & mentis perturbatione simpliciter delirare iudicabant . Iuuenis alius familia equestri paucis antè annis corporis concussione & quasi conuulsione ex temporum interuallis laborauit , qua nunc solum sinistrum brachium , nunc dextrum , interdum etiam digitum unicum , alias crus alterum , alias utrunque , interdum truncum tanta celeritate exagitare , uix ut à ministris quatuor decumbens cohiberetur . Caput autè inconcussum iacebat , lingua & locutio libera , mens sana , omnesque sensus integri uel in conuulsione ferocia . Decies minimum quotidie corripiebatur : in interuallis sanus , sed labore contractus . Vera epilepsia indicari poterat si mētis sensuumque læsio accessisset . Peritissimi quique adhibiti medici conuulsionem epilepsiae finitimam a maligno uenatoque uapore spinæ dorsii impactu cœsuerant : è quo vapor in eos neruis emanaret , qui a spina in artus quoque uersum , non autem in cerebrum disseminantur . B . Sana ea quidem me iudice sententia . E . V . Hæc credita causa ut somnoueretur clysteres imperantur frequentes , purgationes generis omnis & validæ , cucurbitulæ infiguntur , neruorum intus , fortis , uictiones , emplastra , primum quæ discuterent , dein quæ roborarent uenenatamque malignitatem obtulerent . His parum proficientibus sudores proliciuntur balneis , estuariis , & guaiacinae hebeni decocto , quæ nihilo magis proficiunt . B R V . Quid est quælo cur tam accommodatis remediis id malum non cessit ? E V D O . Quoniam omnes longe aberamus a cognitione veri . Nam mens tertio primum deprehensus dæmon quidam totius mali author , uoce insistentisque uerbis , ac sententiis tum Latinis , tum Græcis (quanquam ignarus lingue Græcæ laborans esset) se prodens . Is multa assidentium maxime medicorum secreta detegebat , ridens quod eos magno periculo circumuenisset , quodque irritis pharmacis corpus hoc penè iugulassent . Quoties laboratè pater inuisebat , is procul a cōspectu in clamabat , appellerent hunc arcete & ab ingressione propulsate , aut torquē è ceruice detrahit : ex hoc n . vt Gallorū torquaris equitibus in more est , diui Michaelis imago propēdabat . Si sacra diuinaque uerba coram legebatur , ferocius subsultabat & inhorrescebat . Quum intermissio erat ferociæ , laborās in quiete omnium meminerat , quæ inuitū se protulisse fatebatur & dolebat . Cerimoniis & execrationibus cōpulsus dæmon negabat se crimine dānatū , & spiritū se nūcupabat . Interrogatus quis esset , aut quō & qua hæc potestate moliretur , dixit multa intus esse domicilia in quæ se recondat , & in quiete ad alios cōmigrare : se in hoc corpus iniectum a quodā , cuius nomen non efferret , à pedibus ingressum in Regia , & a pedibus egressurum quū præstitutus dies aduētarit . De aliis non paucis differēbatur , quæ etiā ex aliis dæmonum laqueis irretitis interdum audiri solent . Neque hæc ut noua profero , sed ut constat dæmones alias intro subeuntes in corpus , id ipsum uariis & inauditis interdum modis lacessere : alias non intro subire , sed ut uel les corporis humores exagitare , uel noxios in principes partes traducere , uel hisce uenas aliosque ductus obstruere , uel instrumentorum structuram permutare , quibus ex causis innumeri morbi sunt . Horum dæmones authores sunt , scelerati perditique homines ministri : omnisque eorum trans naturam est ratio . B . Illorum ne & remedia quædam trans naturam statuas ? E V . Necessè est omnino . At remediorum quæ trans naturam , alia uere diuina alia

alia magica sunt. Quam multos legimus Deum per prophetas, vel è morte suscitasse, vel a lepra & elephantiasi expurgasse, vel ab extremo mortis reuo casse periculo? Multò plures cæcos, claudos, mutos, paralyticos, leprosos, febricitantes, omnisque generis morbo & languore confectos Christus, olim integrè restituit: a quo dein Apostoli, nec pauci viri religionis sanctitate conspicui, vim potestatemque sunt adepti. Quos nunc vobis quasi exemplo referēbam, vidi execrationibus precibus, verbis sacrosanctis, votis & ieiuniis expediri: qui etiamnum saluberrimè & integerrima mente degunt. Hæc porrò diuina remedia improbi nefarii que viri magicis artibus æmulantur, accita dæmonum ope: vt Mosis miracula Pharaonis magi, & summam Apostolorum admirationem Simon magus. Plinius commemorat ætate sua principem Neronem vanas falsissimasque comperiisse magicas artes. Quippe (inquit) non citharæ tragicique cantus libido illi maior fuit, fortuna rerum humanarum summa gestione in profundis animi vitiis, primumque imperare Diis concupiuit, nec quicquam generosius voluit: nemo vnquam vlli artium validius fauit: ad hæc non opes illi defuere, non vires, non discendi ingenium aliaque non patiente mundo, immensum & indubitatum exemplum est, falsæ artis quam dereliquit Nero. Magus ad eum Tiridates venerat, magos secum adduxerat, magicis cænis eum inuitauerat, non tamen quum regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem valuit. Proinde ita persuasum fuit, intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis umbras sed in iis veneficas artes pollere, non magicas. Nerd in exquirendis magicis artibus paulò curiosior, quodd nullum signum argumentumve per spexisset, eas sustulit. Generatio mala & adultera signum quaerit, & signum ei non dabitur nisi signum Ionæ prophetæ. Illas tamen & esse & fuisse, quæ in sacris extant de Pythonissa, de muliere ventriloqua, de Nabuchodonosor Rege, de Magis Pharaonis, aliaque non pauca perhibent. Et quæ ab Ethnicis authoribus, de Demarcho, quem narrat Plinius degustatis extis pueri immolati in sacrificio, in lupum se conuertisse: & de Circe, quæ poculo socios Vlysis in illo errore diuturno mutauit in feras vt est apud Vergilium:

*Quos hominum ex facie Dea seuæ potentibus herbis
Induerat Circe in multos & verga ferarum.*

Et quæ de messibus aliò traductis scribit.

*Has herbas atque hæc Ponto mihi læta uenena
Ipsa dedit Mæris: Nascuntur plurima Ponto.
His ego sæpe lupum fieri & se condere syluis
Mærim, sæpe animas imis exire sepulchris,
Atque satas alio uidi traducere messes.*

Et in Damone.

*Carmina uel celo possunt deducere Lunam,
Carminibus Circe socios mutauit Vlysis*

Et

frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Quidius libro sine titulo.

*Carmine læsa Ceres sterilem Vanest in herbam,
Deficiunt læsi Carmine fontis aquæ
Ulicibus glandes cantataq; Vitibus Vna
Decidit, & nullo poma mouente fluuunt.*

Hæc

Hæc nisi multorum fide comprobata contestataque forent, non tam multas leges Iurisconsultorum prudentia in magos tulisset: nec iis qui messes excantassent, in lege duodecim Tabularum poena esset constituta. Vt autem magicis artibus demon non res ipsas, quippe quas generare non possit, sed solas rerum species & spectra quædam exhibet, quibus hominum mentes quasi prestigia illudat, & oculorum aciem præstringat: ita & in his quæ ad medendi vsum quouis modo accomendantur, nec certa, nec tuta, sed fallax, captiosa, & periculosa est sanatio. Vidi scripta chartula collo subnexa vniuersi corporis ictu. **10** rum vna nocte detergeri: uidi & febras uerbis, cerimonis quadam tenus profligari, sed quæ mox similiter, aut multo deterius recurrerent. Potest quidè dæmon quoddam integrè persanare, at tantum beneficium in hominem quem perpetua confectatur inuidia, conferre haud quaquam uelit. Fictam duntaxat simulatamque sanationem exhibet, cuius admiratione peruersas hominum mentes irretiat, sibi que infidelitate subiugit, hoc unum cum primis adnitens, ut ab his quos seduxerit diuino cultu & honore dignetur. Hæc tum diuina tum magica remedia sunt trans naturam. Existunt autem & quædam inania uereque anilia, quæ quoniam hominum imbecillitatem nimia superstitione iam diu occupant, superstitiosa dicimus. Ea sunt de quibus dicere nemo possit, cur & unde creditas vires habent. Neque enim a temperiamento, neque ab aliis manifestis qualitatibus, a tota substantia, neque a diuina uel magica potestate. Eiusmodi sunt scripta, signa, characteres, annuli, qui nec Dei nec spirituum opem implorant. Si nulla superior causa accesserit, quid sola figura, uel character uirium possit ad profligandos morbos obtinere? Omnis quippe affectio ex contrariis est, quæ in eodem posita genere, partim dissimilia sunt, ut nec calor in saporem, nec sapor in odorem uel sonum, nec sonus in figuram: ita sanè nec uerba, nec figuræ, nec characteres in morbos quicquam efficiant. Non solum autem in iis quæ trans naturam, uerumetiam in naturalibus pleurisque remediis superstitiones incidunt: vt dū herbis, stirpibus, lapidibus aut metallis vires attribuuntur, quæ nec ad manifestas qualitates, nec ad totam illarum substantiam accedunt. **30** B. R. Iuuaret exemplis isthæc patefacere. E. V. Superstitiosum dico morbum comitalè his prolatis gestatis ue carminibus finiri.

Gasparr ferr myrrham, etibus Melchior, Balaasar aurum.

Hæc tria qui secum portabit nomina Regum,

Soluitur a morbo Christi pietate caduco.

Dentium dolorem mitescere, si quis dum sacrum sit dentes contingat, hæc uerba efferens: Os non comminuetis ex eo. Stumas, aut laxiorem columellam sanescere ijs precibus, quas nobis Aetius scriptis reliquit. vomitiones conqueiescere cerimonijs & uerbis quibusdam, quæ medicaturi vel absentes pronuntiant, satis fore rati si modò laborantis nomen cognitum habeant. Theophrastus autor est ischiadicis carmine sanari. Cato prodidit luxatis membris **40** carmen auxiliari. Dixit Homerus profluuiū sanguinis vnerato femine Vlysses inhibuisse carmine. Vidi quendam qui è quacunque corporis parte profluentem sanguinem cohiberet, partis contactu uerba quædam obmurmurans. Sunt qui hæc commemorent. De latere eius exiuit sanguis & aqua. Ad febras sanandas quàm multæ circumferuntur preces? Est qui laborantis prehensa manu dicat, Aequè facilis tibi febris hæc sit, atque Mariæ uirgini Crhisti partus. Alius ante paroxysmum manus cum ægroto lauat recitans secretò psalmum illum solennem, Exaltabo te Deus meus rex. Si quis asino in aurem dixerit percussurum se a scorpione, transire malum protinus tradunt. Vt uerba, ita &

M m m m

scripta.

Pli. 2. 1. 10

Plin. 28.3 scripta in superstitionis multa numeratur. Ad arcendam lippitudinem charta in qua duæ græcæ literæ P. A. inscripte sint, circumligata iino subnectatur collo. Ad dentium dolore ridiculum hoc scriptum appensum Strigiles face que dentatæ, dentium dolore perfanate. In his etiam quæ foris admouentur, non leuis plerunque superstitionis est. Eiusmodi illud est Appollonij apud Plinium: Vi interempti dente gingiuas in dolore scarificari. In calua interfecti igneque cremati, aquam e fonte noctu propinare comitialibus morbis. Ex calua suspendio interempti, catapotia fieri contra canis rabidi morsus. Nam si dens aut calua has vires non a temperamento, sed ut credi par est, a proprietate totius substantiæ, & a tota specie nanciscitur, vniuscuiusque hominis vel dens, vel calua eadem facultate viget, neque quod ui sit interemptus, eam proprietatem facit. Eadem superstitione sunt, difficiles par tus statim solui, cum quis tectum in quo sit grauida, transmisserit lapide vel missili quodam, ex his quæ tria animalia singulis iquibus interfecerunt, hominem, aprum, ursam. Et probabilius id efficere hastam militarem euulsam a corpore hominis, si terra in non attigerit. Comitiale morbum sanari cibo e carne feræ occisæ eodem ferro, quo homo interfectus sit. Immatura morte raporū manu, strumas, parotidas, guttura, tactu sanari. E tribus puteis pari mē sura permistas aquas, prolibare nouo scitili, reliquum dare in tertianis accessu februm bibendum. In quartanis fragmentum clauæ a cruce, inuolutum lana collo subnectere. A quartana febre eum liberari qui vinum biberit, in quo immersus fuerit gladius, quo sit caput abscissum: & eum cuius vngium re segmina anguillæ viue collo subnectantur in liteolo, illa mox in aquam dimissa. Lienis dolorem sedari, si pecudis lien illi supertendatur, dicatque medicus lieni se medicinam facere. A tussi vnumquemque liberari, qui in os rube ranae inspuerit, ea mox viua dimissa. Laqueum suspendiosi circumdatum temporibus, capitis dolorem sedare. Fascia mulieris alligato capite dolores imminui. Hoc uerbum Abracadabra, chartæ ea figura inscriptum quam Sere nus tradit, ex collo appensum, a febris maximeque abmitritæo liberare. Quid etiam veri id habere potest, quod multi affirmant, lathyris que tithymali species est, folium sursum euulsam si sumatur vomitionem mouere, deorsum ruptum deiectionem? Est qui profitetur icterum omnem sanari, si laborantis vrina manè in ollam emicta igni sensum eferuescat, dum tota in vapores exhalet, diebus nouem continuis. Alius ad febrem omnis generis intermittentem, virgas duas parallelas verborum vi mediis partibus committit, ipsoque contactu vincit crucis efficie, quam collo subnectit: sic quidem multos leuat, sed qui ferè grauius recidunt. Innumeris tum Plinius tum alij complures scitent magorum commentis, quibus uulgius in sui admirationem trahant. Quin & in hærbis non pauca videas superstitionis figmenta, qualia Galenus ab Andrea & Pamphilo conscripta commemorat, incantationes, transformationes & decanorum dæmoniorumque herbas sacras. B R. Valde nobis aridet cordique est tua hæc luculenta & morborum & remediorum quæ trans naturam sunt notatio: in qua dum a naturali contemplatione confusa quæque se iungis, reddis que singula seorsum pura, nos certè uindicas a tetrīs tenebris & a densa caligine. Nunc autem in naturæ limites regressi, ea potissimum scrutemur, quæ possint occultis morbis opitulari, eaque vel a cælo, vel ab elementis, vel ab animantibus, vel a stirpibus, vel a metallis & lapidibus: extra hæc nihil nos potest naturaliter vel iuuare, vel lædere.

Occultas

Occultas quasdam esse formæ seu totius substantiæ proprietates, & quæ sine illarum differentia. Cap. XVII.

E V D O X V S.

10
20
30
40
50
60
70
80
90
100
110
120
130
140
150
160
170
180
190
200
210
220
230
240
250
260
270
280
290
300
310
320
330
340
350
360
370
380
390
400
410
420
430
440
450
460
470
480
490
500
510
520
530
540
550
560
570
580
590
600
610
620
630
640
650
660
670
680
690
700
710
720
730
740
750
760
770
780
790
800
810
820
830
840
850
860
870
880
890
900
910
920
930
940
950
960
970
980
990
1000

QUONIAM dies hic uobis totus est consecratus, quæ de occultis medicamentorum uiribus dici optatis, paucis complectar. Primum autem occultas tacitasque vires rebus inesse, easque naturæ lumitibus contineri, ex superioribus demonstrationem habet. Nam si occulti morbi vsquam proueniunt, necesse est & contraria illis occultaque remedia existere. Nihil in hac rerum uniuersitate subsistit, cui non & simile, & contrarium quiddam natura protulerit, etiam si nostra diligentia nequit inueniri. Ut igitur morbis ex intemperie, contrarias ex intemperie vires: morbis ex materia, contrarias materiæ facultates: & instrumentariis secundas medicamentorum vires & permittis materiæ morbis, necesse est natura contrarias vires comparari, quæ & ipse occultæ sint, & totius substantiæ diffidio illis aduersæ. Etenim tam immanes morbi, nunquid propriis destituti remediis iacebunt? Siccine naturæ res tantoperè ad uitam necessariæ defecerint? Itaque in earum & facultatum & qualitatum genere, quæ a tota substantia fluxerunt, ordines multi ceu gradus collocandi, quorum extremi sint contrarii: ex his alia nobis infestæ & prorsus inimicitia, alia contra ta substantia familiares & amicæ, & quasi nostræ naturæ conseruatrices. Hæ sunt quas medicamentorum occultas proprietates usus appellat. Possunt opinor & aliter harum necessitate persuadere. Quæcunq; animantium, stirpium, lapidum, metallorumque corpora: gignuntur, quando ex primis quatuor rerum initis materiæ summunt, simul ex permittis illorum qualitibus temperamentum sortiuntur, ex iis quoque vires habent, quas nos primas simplicium medicamentorum facultates appellamus. At quando non modo qualitates sed etiam elementorum substantiæ ingenitis rebus confusæ etiam num manent ac persistunt, necesse est hinc etiam uires quasdam seruari, quas in materia sitas esse diximus. Eiusmodi sunt grauitas, leuitas, mollitudo, durities & reliquæ materia qualitates, quas de more secundas appellant, non quod aliis posteriorem ortum acceperint, sed quod minus validæ sint minusque effectrices, Præter has uero tertie sunt a totius forma profectæ. Si enim simplices qualitates uiribus præditæ sunt, necesse est rerum formas atque substantias multo præstantioribus excellere. Hæ sunt quarum genus uniuersum Galenus a tota substantia prædire commemorat, parce admodum, timidè & obscurè, quid hoc rei esset interpretatus. P. H. Tibi uero quid esse uideatur tota rei substantia? E. V. Si ea neque temperamentum est ex primis qualitibus, neque materia elementorum, quid aliud esse dicas quam totius geniti formam? Hanc non ne alias summam rei perfectionem, altas substantiam, alias & essentiam, nullo nominam delectu apella? P. At nusquam Galenus tertiam hanc facultatem ad formam rei, multis autem locis ad prima rerum omnium elementa refert. E. V. D. Ita quid facit, quoties omnia quæcunq; sunt, probabili ratione illustrare, & quasi subobtutū ponere contendit, ne quid ignorare uideatur. At si uerè eundem ueritatem querimus, neque ad elementorum qualitates, neque ad illorum materiam, tota rei substantia accedit, sed proprias a se una vires est sortita. Itaque Galenus quoties spretis argutiarum aculeis, rem omnem uerè nude quæ explicat, totam substantiam planè diuersam facit ab elemen-

M m m m 2 torum

torum facultatibus: maxime quo loco de medicamentis totius substantiæ similitudine attrahentibus, hunc in modum differit, Est autem & aliud attrahentium medicamentorum genus, qualitatis familiaritate trahens, quod nihil aliud est nisi similitudine totius substantiæ, sicuti accommodatum sibi alimentum trahunt, quæ nutriuntur omnia. In his sunt purgantia omnia, & quædam alexiteria. Hæc deinde vim non ab elementis, accepisse, ita demum confirmat: Calida autem esse oportet hæc omnia, nam de his inter quæ est substantiarum similitudo, id potètius trahit quod est calidus, quippe quod similitudini calorem addidit auxiliarum. Quum enim duabus de causis id trahat, superabit profecto id quod vnicam habet cur trahat causam. Hæc Galenus. Quibus plane vel nolens fatetur quod est verissimum, totius substantiæ similitudinem diuersum quippiam ab elementorum qualitibus, eamque attractionis præcipuam causam esse, solum autem iuari elementis calore. Si duo causæ hæc sunt, substantiæ similitudo atque calor, nonne diuersæ sunt & diuersam originem sortiæ? Non potest igitur Galenus non in eas incidere occultas rerum proprietates, quæcunque sint illarum causæ. Quarundam facultatum probabilem causam deprompsit, idque facile, aliarum certe difficilius, aliarum nullam profusus est assequutus. Quo quoties forte incidit, cogitur vel inuitus ad occultas rerum proprietates confugere, & illinc quasi auxilium implorare. Libro secundo de naturalibus facultatibus, de vi attrahente contra Erasistratum disserens, rursum in eandem sententiam tertio de simplici medicina inquit. Ostensum siquid est a nobis in cômētariis de naturalibus facultatibus quod qualitatum quæ in substantiis sunt proprietatibus attractiones cõplètur. Quincirã libro de respirationis vsu Erasistratum ridet & criminatur, quod curiosius multarum rerum causas conquirat ac inuestiget. Ita enim suscepta cum Erasistratiis disputatione sermonem instituit: At si Erasistrati (inquiunt) rationem reprehendis, aliam dicito. Dicam equidè, sed si vos primum dixeritis quid in causa sit, cur piscatores contactu torpedinis obstupescant: quod si non possitis, hoc saltem nobis concedetis, vt illam animanti vim esse dicamus, qua stuporem contactu inducere possit, idque adeo potenter, vt per ipsum tridentem ad piscatorum vsque manus facile discurrat affectio. Ergo piscium qualitates esse concedetis, quibus vel stuporem, vel caronem, vel frigus, vel putredinè, vel aliud malum adferre possint: aeris eandem vim esse negabitis? Sed ostendere non licet (inquiunt) quæ sit ipsa seu vis, seu qualitas. Iniquum est per obscura & incerta quicquam euertere ac refelli. Itaque multas rerum virtutes, occultasque proprietates vel ex Galeno cõperimus, quarum nulla sit inuestiganda ratio. Id nusquam clarius quàm vndecimo de simplici medicina, vbi de cancris flumiatilibus vltis agens. Pelopem præceptorè suum vellicat, qui causam reddere vellet cur ij medeantur d emorsis a cane rabido. Sic enim post alia multa: Nam cancorum cinerè, quia exiccandi vim habeant, mordentiù canum venenù absumere: simulque digerere, ita. n. distabat Pelops ambitiosa professione iactitans se talium omnium causas nouisse. At nisi me plane scire quippiam ante persuasum habeam, propinquis persuadere non tento. Itaque nec Pelopius rationè, contra quam videbam multa dici posse, pro vera recipi: nam & cancorum prodesse puto ex propria de totius substantiæ. Hæc Galenus qui & pauloante pollicitatus, scorum librum se aliquando conscripturum, de iis quæ proprietate totius substantiæ quippiam in nobis efficerent. Sunt & alia passim apud eum plurima, quibus conuincitur omnino, eas rerum proprietates in artem medendi intròducere: singula si recensere coner, longior ero quam pro ista temporis breuitate.

tate. P. H. Optarem, docte Brute, de his paulò profundius & accuratius quædam ex te sciscitari, vnde nunc plurimi has rerum proprietates appellant occultas. Quum Galenus eas fatetur a totius substantiæ proprietate nasci, an nullam putas earum esse rationem, qua demonstrari possint? B. R. Nullam omnino. P. H. Agè, obsecrò, qui iam longo vsu conpertum habet, magnetem ferrum allicere, nonne scit hanc illius esse proprietatem, vt ignis calcificiendi ac vrendi? Tu enim proinde quòd ignem calcificare sensisti, calidum iudicas, eaque illum vi pollere. Item quia magnetem sæpenumero ad se ferrum trahere obseruasti, debes ex eo quod consequutum vides: id quod antecessisse necesse est colligere, ex effectione & opere efficientem eius operis causam. Neque est quod existimes omnis philosophicæ demonstrationis initiù ex principibus illis qualitibus; non aliunde duci. Si quis enim albam rosam proferens coloris causam roget, hancque velis frigidiori temperamento tribuere quid quæso de rubra dices? Intybi species lacteum ne idcirco succum fundunt, quòd frigidè sint? At complures calidissimæ, quales sunt rithymali, eodem succo madent. Et Aloe idcirco ne est amara quia calida? Atqui in opio quod pernicioso frigore necat, amaritudo inest eximia. In odoribus verò maior est ac magis impedita controuersia, vix vt vllus sit quem ab elementorum certis qualitibus expirari, docere possis. B. Quorsum hæc obsecro? P. H. Nempe vt intelligas nec totius substantiæ proprietates, nec odorum colorumque naturas ex primis duntaxat qualitibus deduci. B. R. Quam gloriari si tibi hac in re cederem. P. H. Ego verò nulla de re mirans quam de gloria laboro. Sed omisissis feriis liceat mihi tecum parumper vrbanius iocari. Nuper ex India quidam meus familiaris lapillum mirè luminosum deportauit, qui totus quasi incensus admirabili lucis splendore fulget, iactisque radiis ambientem aerem lumine quoque uersus implet. Is terra impatiens, suopte ipse impetu confestim in sublimè euolat. Neque verò angustè haberi potest, sed amplo liberoque loco tenendus. Summa in eo puritas, summus nitor, nulla sorde aut labe inquinato, figuræ species nulla certa, sed inconstans & momento mutabilis. Quumque sit aspectu longè pulcherrimus, sese tamen contrectari non sinit, & si diutius adnitaris feriet acriter: si quid illi demitur, sit nihilo minor. Aiebat insuper huius vim esse ad plurima tum vtilem, tum summè necessariam. B. R. Itane fabulosis ænigmatibus cum Oedipodibus quibusdam te iocari putas? P. H. Nihil fabularum texo: rem si ante te constitui voles, oculorum fide verissimam fateberis. B. R. Bestiolam aut noui generis auiculam esse oportet. P. H. Nihil istorum sed res est profusus inanima atque muta. B. R. Nouam & admirabilem rem audio, cuius profectò si cuiusquam alterius, proprietates debet occulta censeri. At nullum ne illi est indicitum nomen? P. H. Ignis, flamma. B. R. Captus sum, & quidem satis suspicabar quippiam fallaciæ subesse. P. H. Quid me fallaciæ aut vanitatis infimulas? rem profero verissimam. B. R. Sed tñ vilissimã & maximè protritã. Hoc vno maximè spè meã fefellisti, quòd ex India alata diceres. P. H. Ergo India si quid eiusmodi rarum carumque; sola protulisset, ad mirarentur scilicet omnes ac laudarent occultas eius proprietates: nunc quoniã vulgare est paruoque parabilem, contemptum proinde erit & nullo in precio? Si vt rectè protulit Auicennas ignis inuentu admodum difficilis esset, nobisque ab extremis & ignotis regionibus deferretur, illius quidem vim & proprietatem magis, quàm cæterorum omnium omnes admiraremur, illius causas attentius scrutaremur, illiusque multo magis quàm magnetis effectus

nos in admirationem traherent. si quærã unde ignis cõburit aut eas quas dixi vires accepit, non aliud dicere possis, quã summo esse illum calore, & hãc esse illius naturam & proprietatem. Hoc. n. certè responso, doctè videberis satisfisse. Et tamen quum magnetem dico ferrum attrahere, aut peoniam comitialem morbum profigare ingenita sibi proprietate, non video tibi causam factis dilucidè exprimere. Quid ita? Aut cur quod vtriusq; cõmune est, alterius tantũ veluti quodã privilegio proprium facis? Id vnum fortasse discriminis statui potest, quod ignis proprietates quã vñtator peculiari nomine caloris & leuitatis definita sit; magnetis verò, peoniarum atque similitũ proprietatibus nondũ vñtum sit nomen inditum. Quo errore minutores pleriq; philosophi tenentur, rati quidem vnumquodque sciri cuius nomen cognitum habeant, nihil verò sciri, quid nomen desit. At certè scientia ex rerum, non ex nominum cognitione ducitur; neque res ipsæ nominibus, sed nomina rebus obsecundat. B. Conclude tandem si potes, vt quid comprehendere velis intelligam. P. H. Non omnia à primis fieri qualitibus, & si quæ ab illis fieri traduntur, sciri putas, nihil esse quod nesciatur, neq; occultarum proprietatũ magis, quã elementorũ affectionibus, nos in admirationem duci oportere. Vt enim si quod medicamentum noui calidum tenuiumque partũ esse, id colligo obstructiones expellere, isterumq; persanare: ita sanè cognita ex effectu rheibarbari proprietate qua biẽ expurgat, cõplector id ipsum corpus refrigerare, isterum, tertianas biliosasque febres discutere, capitis dolores, vigilias, sitim, aliaq; ex bilis feruore symptomata cõpescere. B. Id iam manifestum agnosco rerum proprietates non ab elementis, non à materia, sed à sola forma prodire, neq; hæc rectè occultas, sed vel formæ, vel totius substantiæ proprietates appellari. Iam verò quot qualesque hæc sint susus explicandum. E. V. Hoc sanè nomen Galeno latissimè patet, ad multaq; pertinet, quandoquidem alimentũ nos alere, medicamentũ expurgare, deleteria medicamenta & venenata omnia nos enecare, totius substantiæ vi docet: rursumque alia in renes, alia in vesicam, alia in lienem atque in pulmones vel caput concedere, ipsque aut salutaria aut pestifera esse tota substantia. B. R. V. Tibi ne in his videtur totius formæ appellationem variam fecisse? E. V. Maximè. Alimentum quippe idcirco nos alit, quia nobis tota substantia simile est. Hæc autem similitudo nec temperamentorum est, nec materiarum, sed vel formarum duntaxat, vel horum certè omnium, quam proinde totius substantiæ similitudinem dixerũt, Lactuca & vinum alimenta quidem sunt, quorum neutrum nobis temperamento simile vides, & quorum materiæ admodum dissimiles sint. Idcirco autem nobis familiaria dico & amica, quod spiritum quandam vitæ & caloris in se contineant benignum, nobisque familiarem, cuius appulsu spiritus calorque noster fouetur sustentaturque: & quorum materia quadam accepta mutatione, in corporis nostri materiam abit, eiusque mollem alit & auget. Itaque si alimentorum alia calida sunt, alia frigida, similitudo quam quærimus temperamentorum haudquaquam est. Deinde si illorum alia dura sunt, alia mollia, aut hæc rara illa densa, neque rursum in materiis est ea similitudo. Necessè igitur est hanc in spiritu & in cœlesti illo calore constitui, quæ sunt formæ congenita. Quod vt perspicue & luculenter perspicias, hæc tecum altius ipse meditare. Lac è mammis sussum, lacteti optimum & in primis conueniens alimentum esse: id ipsum verò si proprio calore dissipato frigescat, nunquam quantumuis denuò igne recalescat, posse bonitatem vñque priuinam recuperare, & infantem qui eo solo aletur, breuiter totum extabescere. Quæcunque venatũ viuunt animalia, vt in auum ge-

nere

nere aquilam, miluum, accipitrem: in quadrupedibus leonem, lupum, vrsum, vulpem: in piscium genere cõgrum, delphinum, thunnum, lupũ, mulum, omnia quidem viua præda oblectari, nec nisi necessitate, abiecta cadauera attingere, præter vrsum fortasse. Dum itaque delphinus aut mulus viuos pisciculos ventre continet conficitque, non modò suam substantiam illorum materia, verum etiã calorẽ natiuo fouet & auget: quemadmodum & lactis calor infans infantis calorem, multo euidentius quã manus imbecillo ventriculo adhibita suscitatur atque fouet. His ergo rationibus statuo, vtile nobis è viuis animantibus alimentum fore, si illorum materiam vincere & atterere valeremus, & recens cæsas carnes, quæ teneræ sint, præmaceratis ac semiputribus vtiliores, quod à viuis minus absint. Magnus hic sanè locus ac latè patens, quẽ vt totum animo perlustras, velim ipse tecum rationem habeas & contempleris, cur in tanta rerum multitudine nihil quicquã nos alere potest, quod non ipsum etiã alatur sitque vita præditum. Non. n. lapides aut metalla nobis alimenta sunt, sed duntaxat vel stirpes, vel animantia, vel quæ ex his prodierunt: quid ita? Quoniã nostra vita nosterque calor, non nisi aliorum vita & calore, neque corporis nostri substantia, non nisi illorum materia sustineri potest. Quin etiam quæcunq; ex his præstantiorẽ vitã degunt, vtiliora & salubriora nobis alimenta sunt. Nã autem quadrupedũq; substantia, melius quã pisciũ, & horũ melius quã fructuũ aut stirpium substantia nos alit, si modo paribus paria referas. Ex quibus profectò comprehenditur alimentum nobis familiare esse, primum quidẽ spiritu & calore diuino, deinde materia quæ in hæc præparationẽ accepta. Hæcque nos totã substantiam appellamus. B. Videberis igitur & cicutam, & scorpionem nobis alimenta dicere, quod & viuunt, & spiritu caloreque cœlesti indructa sint. E. V. Si omne nostrum alimentum viuere dixi, non continuo sequitur è contrario, omne viuens alimentum esse: sed est præterea necesse alimentum viuens calor nobis familiaris sit. At multorum calor spiritusque cœlestis nostro aduersus omnino est, plane inimicus ac pestilens. Alimentorum substantiæ ex diametro opponitur ea quæ deleteriorum ac venenatorum est tota substantia. Vt. n. illa magna familiaritate nobis coniuncta sunt, ita hæc prorsus inimica & pestilencia, quæ adhibita non modo primis secundis vel qualitibus nos afficiant, sed & toto genere de corpore nostro quicquid attingerint corrumpant, idque extabescens in suam speciem ac similitudinem vertant. Quocirca in genere totius substantiæ extreme contraria sunt alimenta & deleteria. Inter hæc medio quasi ordine cõsederunt medicamenta purgantia, quæ neque vt alimenta in nostra substantiam conuertunt, neque hanc prorsus corrumpere aut absumere solent. Extremorũ hæc naturam habent participè partim quidẽ similia, partim dissimilia nobis. Dũque nec vinci omnino neque vincere possunt, inimica dissimilitudine velut per seditionẽ exiguntur & exterminantur secũ interim similitudinis necessitudine eũ humorem abducentia eũ quo maior erit affinitas. Eiusmodi ergo sunt medicamenta quæcunque inter illa totius substantiæ extrema, conditionem plane mediam acceperunt. Quæcunque autem ab his in alimentorum extremũ proprius accesserunt, qualia sunt quæ benigna vocantur, ea si suo purgandi fine quauis occasione frustrentur, in humorem ad quem educendum apta erant, conuertuntur, ceduntque nonnãquam in alimentum corpori. Quæ vero a medio in genus deleteriorum magis deurgunt, quod genus sunt vehementia, si quando purgandi finem non assequuntur, corpori grauiter incommodant. Vtriusque generis conditionem Galenus ita persequitur, Ideoque in purgantibus medicinis quæ-

dam

dam sunt quæ si purgatione frustrentur, præterquam quod nullo dāmno corpus afficiunt, in alimentum ipsius insuper cedunt. aliæ se ad animantis perniciem ac uenenum conuertunt. Habet enim omnino purgans medicamentum cum vno certè aliquo in nobis humore similitudinem, neque est illi semper admista vis veneni: quare si non purget non tamen iniuriam semper aliquam faciet, sed & concoquetur & talem gignet humorem qualem trahere poterat. Et rursum: Quare ubi purgationem haud assequuntur quædam purgantia, alia malū corporibus nostris inferunt, quædam verò alimentum exhibēt.

B. R. Iam satis planè expositæ tres facultatū differentię, a toto substantia profectæ: at quarta restare videtur, qua alia medicamēta alias corporis partes quasi delectu quodā aut iuuēt aut lædant. **E. V.** Id non minus totius sit substantiæ proprietate, nō quæ ad vniuersum corpus, sed quæ ad vnam quāpiā partem comparatur. Vt enim partiū corporis aliæ aliis gaudēt iuuanturque alimētis, nostrum quidē cerebrū animantiū cerebro, pulmo pulmone, iecur iecore, stomachus stomacho & cor corde, idque ob quandā substantiæ cognationē: ita & in deleteriorum genere, quædē proculdubio vnicuique particule, non aliis aduertantur suntque pestifera. Quod cum Galenus cognitū haberet falsus est a marino lepore pulmonē vnū ex omnibus corporis particulis, a cantharidibus vesicā solā exulcerari. Similis est & eorum ratio, quibus vis data est particulas expurgandi: quædam enim iecur, quædam lienem, quædā peccus pulmonesque, quædā verò caput purgant: alia renum, alia vesicæ calculos conterunt. Nihil est in vlla naturæ parte, quod non peculiari & occulta proprietate vigeat. Et iam si multa inter se conferamus, necesse est omnino has illorū proprietates aut similitudine quadā & affinitate sibi consentire, aut dissimilitudine atque dissidio aduersari. Hinc sympathiæ & antipathię id est inconfensiones & dissensiones profectæ sūt, omnibus rebus insertę: arcanæ quidē illę & abditę, quas natura nos mirari potius quàm scire voluit. Hæ causæ habentur omnium occultorū effectuum, qui nullis rationibus euidentibus probabiles existunt. Quod igitur alia medicamēta alia corporis partes aut iuuent aut lædant, in causa est sympathia vel antipathia. Itaque si tibi magnetem ferrum attrahere proponā; si selenitem quem annullo inclusum vidisse meminī, nudæ cutis contactu sanguinem quauis ex parte manantem sistere, quam uim nonnulli iaspidi concedunt: & tertium digito inditū minore quàm æquinoctialis horæ curriculo, dysentericæ alui profluuiā cohibere, aut eum qui hæmorrhoidas sistebat & compescebat, si seleni nepita herba sibi mederi, ranas, buffones, lacertas & serpentes herbæ ranunculi esu & contractu recreari, Ibidem passam serpentibus origano salutem querere, mustellam cum regulo dimicaturam se ruta munire, confixum ceruum dictamo sibi opitulari: hæc inquam aliæque eius generis sexcenta si tibi proponam, in promptu erit quod dicas, ea totius substantiæ similitudinem & amicitia, quæ noxia sunt attrahendo hæc efficere. **P. H.** Quid si fortè scammonium, & alia quædam vehementiora cholagoga foris admota, dysenteriam persanent? **B. R.** At verò si tibi contrā ob oculos constituo magnetem vel alio perunctum, vel adamantis præsentia ferrum non allicere: vanescere silicem, quę copiosa in ambitum arundine obsita sit; & contrā perire arundinem, quam obsæpiens multa filix in orbem cinxerit. Quercum iuglandi proxime asidentem, aut brasicam cyclamino oppositam exarescere, Cicutam vino tanquā veneno inspersam emori, Oleam in quercus serobe positam extingui, Fraxini umbram serpentes non ferre, & quàm longissimè fugere, Vitem clauiculis solam brasicā

NON

non complecti & diuersam partem se inflectere, Saphirum anthracem aut fugare aut discerpere, Cancros fluuiales a rabido cane demorsis opè ferre, Scordion & centaurium minus letalium bestiarum ictibus, Terram lemniam haustis cantharidibus aut lepore marino succurrere, Terram armenam a pestilentibus febribus vindicare. Iam habes quod dicas hæc antipathia & totius substantiæ discordia fieri, quæ etiam alexiteria, id est a muleta omnia nos tutos reddunt. Ceterum si præoniam tibi affero infantium collo subnexam, comitia lem morbum sanare (id enim de præonia mascula verissimum comperi) quam totius substantiæ aut conuenientiam aut repugnantiam dabis quæ id efficiat? Si quod pituitam quæ mali causa est è cerebro similitudine substantiæ detrahit, iccirco medetur, cur non etiā aliis quibusque a pituita morbis succurret? aut cur non easdem vires obtineant medicamenta quæcunque pituitam eliciunt? Scio Galenum hanc illi vim iccirco assignare, quod exiccandi vi polleat tenuisque sit substantiæ, ac propterea ventriculorum cerebri infarctus expedit. Sed quum alia plurima extent maiore siccitate prædita, tenuiorumque partium, cur illa vim pariter eandem ad morbum comitiale non accepissent? **E. V.** Isthæc eius vis non è manifestis qualitatibus, sed a totius substantiæ dissidio atque repugnantia dimanauit, qua non pituitæ, nō humoris lentori, sed morbi comitalis assentiæ (quæ latens occultaque est) profus aduersatur. **P. H.**

20 Mira verò plerumque Galeni ambitio, qui medicamentorum vires, quas Dioscorides sedulo ac diligenter est persecutus omnes conuicitur in vulgatas elementorum facultates referre, hincque omnium causas & rationes deducere. Sed præclarum istum, si Dijs placet, conatum tot ac tantæ circumuenienti difficultates, vt vni ac simplici rei nō modò duas, sed tres quatuorve contrarias pugnantisque substantias assignent: id autem quàm contortè, perspectum vobis est, quibus quotidie præcipua cura est, ista omnia diligentius excutiendi. Ipse equidem nunquam de hoc artificio ita bene sperabo, ut ex stirpium colore odore vel sapore, earum primas secundasque facultates consecuturum putem, neque hanc ipsè noscendi rationem, sed eam quæ ab experientia ducitur, firmam habeo. Hincque adeò factum est, vt vni Dioscoridi qui simplicium medicamentorum vires puris nudisque verbis nulla consequente ratione enarrauit, plus fidei & autoritatis habeam, quàm Galeno tot vanis rationibus instructo: existimemque medicamentorum experientiam ratione potiorem. **E. V.** Placidè ac modeste omnia. Neque enim leuis neque inanis habendus hic Galeni labor.

Vnde nata totius substantiæ proprietates, utq; a substantia distet, & ubi sita sit. Cap. XVIII.

E V D O X V S.

40 **TEMPERAMENTVM** accidens omnino quum sit, in substantiarum genus verè constitui non potest. Materia quæ rudis & omnis formæ experte iatelligitur, substantia iam est, sed infimo & abiectissimo ordine. Præstantiori gradu est naturale corpus. Corporis autem species ac forma quæ illius est summa perfectio, qua tum in rerum natura constitit, tum a cæteris distat differtque rebus, cæteris quidem omnibus dignitate præcellit, & in substantiarum genere prima atque summa collocatur. Quocirca nihil omnium melius quàm species potest tota vel præcipua rei substantia aut essentia appellari: & quæ substantiæ

Nana

stantiæ totius proprietates nuncupantur, hæc speciei sunt & formæ. Quæcunque igitur sit formarum, eadem est & proprietatum origo. Deus autem maximus olim primùm cœlos stellis & uiribus instructos, ipsaque gignenda rerum elementa, solus ex sola diuinitatis suæ immensitate condidit. Deinde de verò & secundo loco animantium stirpium & inanimorum genera, non solum, sed ne illa (inquit) Plato eadem cum cœlis conditione forent, acciti cœlorum elementorumq; viribus. Vt enim singula de terra vel aqua proferens materiam illis ab elementis assignauit, ita sanè formam cuique suam è cœlo proprijs ornatam viribus immisit. Et ne post hac assiduas operas ad continuandam perpetuandamque rerum procreationem collocaret, singula quæ creauerat iussit semen proferre, quod gignendis alijs tum materiam, tum præparationem calore, spiritu & conformatione exhiberet: ipsum verò cœlum iussit formam præparatis illis impartiri: itaque occultas rerum proprietates, quæ neque in temperamento neque in materia inhærescunt, si è spiritu & calore deducis, diuinas fateri necesse est, quandoquidem calor & spiritus in semine verè proximèque diuinus est: si verò è forma, proximè cœlestes uti & formam. Non abs re igitur & Platoniorum & Theologorum sententia cœlum intelligitur genitarum gignendarumque formarum omnium seminibus conspersum, eius verò anima feminales rationes cõprehendit, ab his ideis profectas quas vna diuina mens oēs suo quasi sinu gerit. Quicquid mudi vniuersitate comprehenditur, id Deus cœlo elementisque conseruandum ortuque assiduo continuandum subiecit, ut iã nihil vel ex semine gigni, genitumue conseruari sine cœlo possit: nisi quid Deus iis quasi ministris omisit, ex se proximè miraculo efficiat. Quæcunque etiam sponte sua nullo semine prodeunt, ut stirpes pleræque & animantes, metalla omnia omnesque lapides, ex vno cœlo formas proprietatesque sumunt, quod semper presto est & in omnem materiam idoneo temperamento aliisque præparationibus instructam, formam, immittit quam lem ea meretur. Itaque naturalis illa causa præstâtissima omnium est formarum exemplar, cuius per omnia diffusa virtus quocumque penetrat: quam Plato mundi animam, alius quidam datorem formarum, Aristoteles vniuersalem naturam appellauit. Hæc formam rebus non de subiecti præparatione suscitatur, sed integram quasi de sinu suo confert præparato subiecto, in quo illæ teneri seruariq; possunt. Illinc simul & tota formæ proprietates desinit, quæ quantum accidens est, a forma tamen nunquam se iungi separariue potest: illius in genita & indiuidua uis, cuius ope quæcunque sua sunt omnia efficit. Hoc vno maximè proprietas a sua forma & a tota substantia disiungitur, quod plerumque imminuitur integra illæque formæ substantia. Scamonii vis est bilem expellere, ea sæpe adeò remittitur, vt exhausta peritisse tota credatur: magnes ad amantem præsentia quasi ebrescit. Quinetiam in vno eodemque genere, aliud alio potentius vegetioreque proprietate valet. Quæ quamuis ita sint, nusquam tamen dicimus, id cuius extenuatur proprietas, substantiam mutasse. Ex quo per spicuum euadit, hanc proprietatem accidens & qualitatem, non autem rei substantiam esse. Id quod inde etiam constat, quod vna eademque res complures sepe proprietates habet, at complures substantias nunquam. B R. Quæ rebusque primò ortu ingentæ sunt proprietates, vlla ne præterea cœli aspiratio ne egent? E V. Maxima sanè, qua nimirum integræ conseruentur, & permanent: quandoquidem, nihil huius ope destitutum, integris persistit viribus. Vt enim in animantium corpore suis cuique parti insitus est spiritus atque calor a semine, quem tamen generalis isque vitalis è corde per arterias in omne corpus

pus emanans suscitatur, tuetur atque conseruat: ita sanè quicunque animantibus & stirpibus a prima origine spiritus aut calor insidet totius formæ custos & propugnator, ab illo totius mundi generali spiritu, qui vnus animam mundo conficiat, omnesque virtutes continet, excitatur, conseruatur & augetur. Is enim omium genitorum feminales rationes, omnesque omnium occultas proprietates complexus, omnia implent, per omnia diffusus, in animantibus, in stirpes & in metalla propagatur. B R. Semper ne spiritus ille corporibus æquè præsens, & æquabili prosperitate vires suas impertit? Aut hæc illinc ne vires æquabiliter, vel hauriunt, vel suscipiunt? E V. In vnoquoque corporum quum alia alijs eodem gradu quodam validiora infirmiora ve cernantur, constat non æquabiliter omnia, sed vt varia fuerit suscipientium præparatio atque constitutio, magis minus ve tum spiritus, tum occultæ proprietatis haurire. Quinetiam si efficientis causæ vim spectabimus, spiritu ille cœlitus quoquoersum defluens, licet semper & in omnia, nec tamen similiter, nec pari mensura illabitur, sed definitis siderum coitionibus cumulâtissimè. Singula terrena potētissimas efficacissimasque vires experiuntur, proprijs sideribus bene feliciterque constitutis collustrata. Alia Solis, alia Lunæ, alia aliorum planetarum accessu, radio aut lumine uigent. Aestiuo solstitio ardore Solis aer incenditur, terrena flagrant, maria feruent: tumque motu illius, conuentione oleæ, tiliæ, populi, ulmi, & salicis folia circumaguntur, ipsoque die alia quam pridie facie cœli spectant. Brumali autem solstitio aridum pulegium propendens è tectis florescit vt admodum cæca. Cichorii, Heliotropii, & Scorpiuri flores ab ortu ad occasum solem insequuntur, ab euntem intuentur, cum eoque uertuntur omnibus horis, etiam nubilo die: exortu se pandunt, occasu se contrahunt. Lunæ porro uires mare per spicuum imitatur, cuius æstus ascendente illa inualefcit, descendente mitescit. Ostrearum, conchyliorum & concharum omnium corpora cum luna crescunt pariter, pariterque decrefcunt. Materia è syluis cæsa cum Luna crescens iam multo est lumine, & humidi fiat accessio, breui tempore marcescit & carie cõfcitur: cæsa uerò quum Luna decrefcens exiguo est lumine, diutius perennat. Formica interlunio semper quiescit, plenilunio etiam noctibus operatur. Sorici: fibra, numero dierum Lunæ respondere traduntur. Selenites lapis imaginem Lunæ continens, eam reddit in dies singulos crescentis minuentisque numero. Vt hæc a Sole Lunaque uires, sic & non pauca obscuriores quasdam sensibus incõprehensas, a cæteris planetis sideribusque mutuuntur. Magnes si liber finitur, altero extremo in arcticum cœli uerticem, altero in antarcticum se contorque. Cincere cancri uisi, Sole Leonis signum peragrante Luna decima octaua, Aeschriõ Empiricus Galeni laude celebratus, ad rabidorum canum morsus aferebat. Sexcenta eius generis rectè philosophantium sententia confirmat, docetque pariter qui planetæ & quæ sidera, unicuique corporis particula, & quæ unicuique tum animi tum stirpium generi præsent quæ siderum consociatio morbos ingeneret, quæ salutaria profligandis illis remedia ferat. Hac inspectione cognitioneque rerum, mox ratione comprehenditur, quo omni tempore rerum proprietates cum mundi spiritu illabuntur, insuntque rebus efficacissimè, & quando herbæ stirpesque singulas legere, quando componere, quod ad curationem adhibere expediat. Ea obseruatio cœlestia utiliter accommodat, aptatque terrenis, & remedia plenè integrisque viribus opportunè sufficiens, opera profert admiratione digna, ad quæ non alius quisquam accedet, iisdem etiam subsidijs instructus. Hinc quæ veteres magna vigilantia peruestigauerunt rerum proprietates, nunc permulti irritas comperiunt, quarum vsu intempestiuus

plerunq; fraudulentur. Non pauci scio, Astrologiam superstitiosa rerum vanitate contaminarunt, alij nefandissimis anilibusque figmentis consperferunt, alij libertatem animi actionesque nostras siderū necessitati perperam obstrinxerunt. Cæterum elementorum corporumque naturalium vires, cœlestium motu viribusque teneri atque conseruari, quis iam eat inficias? B R. Tu nobis ad mirabiles noscendarū proprietatū desiderij igniculos accēdi. E V. Nec sine causa. Est quippe ea vtilissima præstātissimq; cognitio quæ nos vna scientissimos reddat, difficiles tamē salebrososque aditus habēs, quasi deserta, præmittitur.

Multa regit sacro involucre natura, neque ullis

fas est scire quidem mortalibus omnia, multa

Admirare modo, necnon uenerare, neque illa

Inquire quæ sunt arcanis proxima, nanque

In manibus quæ sunt, hæc nos vix scire putandum:

Est procul a nobis adeo præsentia ueri.

Vna proprietatum cognitio res ipsas exercet, relique omnes vix aliud quam verba. Quæcum ipse mihi ante oculos propono, iam ferè anteactorum laborum me quædet vehementerque pœnitet: idemque opto quod Euripides vt res ipsæ cum hominibus colloquantur, & se quales sint explicent, vt procul amandentur artificiosi sermones. B R. Vt Polypus cirros suos auctos deuorat, ita & tu optime Eudoxe peritior iam factus, mihi videris redundantem hanc tuam eruditionem fastidire. Agè verò proprietates istę rerum siue a primo semine, siue cœlitus deductæ sunt, quum in animantes aut in stirpes infederint, cuiam potissimum illarum parti inherēt? E V. Quum ille sint formæ proprietates, necesse est omnino in ipsa forma proximè insedant, & in spiritu qui est formæ vehiculum: at nihilominus penetrant & in totam illarum substantiam, hinc & totius substantiæ proprietates appellantur. B R. Dic paulò explicatius. E V. In viuentibus multæ vires insunt quæ illorum extinguntur interitu: regulus viuens, non autem extinctus, usū enecat. Cor hirundinis palpitans deuoratum, conferre creditur ad memoriā & intelligentiam. Turturis cor ad febres omnes intermittentes, si viuens calensque vocetur: Anas viua ventri admota, tormina compescere: Scorpius suo vulnere impositus, iniectū virtus exhaurire: viuens aranea iuglandis testis inclusa collòque subnexa, quartanā depellere. Hæc & quæcumque non nisi viuentia agunt, præcipuas vires in spiritu & forma viuents obtinent. Multa autem in animantium tum in stirpium genere morte extinta, vires etiamnum retinent: sed quas multo efficaciores habebant dum viuerent. Et partrs & excrementa tum stirpium, tam animantium è viuus illis, tacitas vires habent multo efficaciores quàm quæ è mortuis eximuntur: & quæcumque a mortuis sumuntur, efficaciora sunt cruda quàm cocta. Ranarum oculi ante solis ortum eruti, viuus illis in aquā dimissis, alligati tertianas abigere traduntur, omnium serpentū dentes euulsi, quartanas sanare: talpæ viuæ dēs, dentiū dolorē cōpescere cōstat. Omnium stirpium flores, surculi, comæ radices deprehenduntur tacitis viribus præstātiores è virētib; recēs lectæ, quàm aridæ, & omnes crude quàm coctæ: quemadmodum & hominis calua, ad epilepsiam: officulum è poplite leporis ad nephritidem, & ad spasmodum flatulentum: intestinū lapi ad colicū dolorem: piscium quorundā officula ad calculum: cor coruū gestatum ad inhibendum somnum: cor vespertilionis ad hunc accersendum: ceruorum exuuie ad senectutem, & quæcumque horum similia traduntur, cruda sunt, ni qua fortè qualitate excellant stomacho insensa. Vt enim viuētū interitu

interitu extincto spiritu, magna simul cœlestis quæ eo tenebatur vis perit. ita coctione ignisque feruore multa dissipatur quæ derelicta fuerant. Eo quippe vnumquodq; integrioribus pollet facultatibus, quo proprius ad primam originem accedit. Multorum nihilominus vires eousque penetrauerunt, vt nō solum in spiritu & in tenui substantia, verum etiam in crassiore materia & in tota substantia firmius in hærescant, permancantque abeunte totius forma, illiusque temperamento dissoluto. Nam quæ ex herbis, aut ex aliis purgantibus medicamentis aqua vaporario elicitur, purgandi vim etiamnum retinet, aut deleteriā si herbę in deleteriis fuere. Qui ex hydrargyro exustione fit puluis, præcipuas illius vires habet. Vstarum cantharidum cinis vrinas abunde mouet, estque vt cantharides deleterius. Cancrorum vstarum cinis, demorsorum a rapido cane amuletum est. Hoc quicquid de proprietatum situ quæsitū est, sic rursum expediā: Occulta rei proprietates tota quidem è forma, & è tota rei substantia manat, apta tamen & varia subiecti præparatione quo suscipiatur conserueturque indigens, quæ magnum habet ad iuuandum impediendum ve momentum. Quamquam igitur tota è rei forma existit, non tamen in illa duntaxat posita est, sed quodam modo in totum subiectum corpus diffusa: & prima quidem illius origo atque fons è forma est, sed cuius vis & habitas agendi in totum deriuatur ac pertinet. Id quod perinde est ac si dicas, proprietatem à forma toti subiecto impertiri. Hęc sic habere argumento est, quod immutata subiecti præparatione, ea ipsa proprietates aut acutis, aut hebetius agit. Succinum attritu incallescēs, & pharmacum nostro calore suscitatum, celerius valentiusque redditur. Quum itaq; in simplici corpore forma in omnem materiam penetrauit, simul in eam suas omnes vires & proprietates infixit, adeo quidem tenaciter, vt etiam si forma pereat totiusque temperamenti ratio dissoluitur, proprietates nihilominus permaneant, licet quadatenus immutata & infracta. Nihil igitur mirum videri debet si vapor aut aqua arte è stirpe elicit, stirpis vim proprietatemque retinet, aut si cantharidum cuius deleterius est, vrinasque mouet, & vesicam exulcerat. B R. O Deum immortalem, quos mihi aculeos isthac interpretatione infigis? quam dulci & iucunda recordatione animum exuscitas? Tu mihi refricare videtis purioris philosophiæ memoriam prope intermortuam, & vulgaris illius sophisticæ cauillis obrutā. Agnosco quam sit difficile in tanta philosophantium turba, cernere quid potissimum sequaris. Quod ipse interpretaris, nunc primum recordor sæpius me certa oculorum fide animaduertisse. Etenim fusilis & metallicæ illius philosophiæ *775* *776* *777* *778* *779* *780* *781* *782* *783* *784* *785* *786* *787* *788* *789* *790* *791* *792* *793* *794* *795* *796* *797* *798* *799* *800* *801* *802* *803* *804* *805* *806* *807* *808* *809* *810* *811* *812* *813* *814* *815* *816* *817* *818* *819* *820* *821* *822* *823* *824* *825* *826* *827* *828* *829* *830* *831* *832* *833* *834* *835* *836* *837* *838* *839* *840* *841* *842* *843* *844* *845* *846* *847* *848* *849* *850* *851* *852* *853* *854* *855* *856* *857* *858* *859* *860* *861* *862* *863* *864* *865* *866* *867* *868* *869* *870* *871* *872* *873* *874* *875* *876* *877* *878* *879* *880* *881* *882* *883* *884* *885* *886* *887* *888* *889* *890* *891* *892* *893* *894* *895* *896* *897* *898* *899* *900* *901* *902* *903* *904* *905* *906* *907* *908* *909* *910* *911* *912* *913* *914* *915* *916* *917* *918* *919* *920* *921* *922* *923* *924* *925* *926* *927* *928* *929* *930* *931* *932* *933* *934* *935* *936* *937* *938* *939* *940* *941* *942* *943* *944* *945* *946* *947* *948* *949* *950* *951* *952* *953* *954* *955* *956* *957* *958* *959* *960* *961* *962* *963* *964* *965* *966* *967* *968* *969* *970* *971* *972* *973* *974* *975* *976* *977* *978* *979* *980* *981* *982* *983* *984* *985* *986* *987* *988* *989* *990* *991* *992* *993* *994* *995* *996* *997* *998* *999* *1000* *1001* *1002* *1003* *1004* *1005* *1006* *1007* *1008* *1009* *1010* *1011* *1012* *1013* *1014* *1015* *1016* *1017* *1018* *1019* *1020* *1021* *1022* *1023* *1024* *1025* *1026* *1027* *1028* *1029* *1030* *1031* *1032* *1033* *1034* *1035* *1036* *1037* *1038* *1039* *1040* *1041* *1042* *1043* *1044* *1045* *1046* *1047* *1048* *1049* *1050* *1051* *1052* *1053* *1054* *1055* *1056* *1057* *1058* *1059* *1060* *1061* *1062* *1063* *1064* *1065* *1066* *1067* *1068* *1069* *1070* *1071* *1072* *1073* *1074* *1075* *1076* *1077* *1078* *1079* *1080* *1081* *1082* *1083* *1084* *1085* *1086* *1087* *1088* *1089* *1090* *1091* *1092* *1093* *1094* *1095* *1096* *1097* *1098* *1099* *1100* *1101* *1102* *1103* *1104* *1105* *1106* *1107* *1108* *1109* *1110* *1111* *1112* *1113* *1114* *1115* *1116* *1117* *1118* *1119* *1120* *1121* *1122* *1123* *1124* *1125* *1126* *1127* *1128* *1129* *1130* *1131* *1132* *1133* *1134* *1135* *1136* *1137* *1138* *1139* *1140* *1141* *1142* *1143* *1144* *1145* *1146* *1147* *1148* *1149* *1150* *1151* *1152* *1153* *1154* *1155* *1156* *1157* *1158* *1159* *1160* *1161* *1162* *1163* *1164* *1165* *1166* *1167* *1168* *1169* *1170* *1171* *1172* *1173* *1174* *1175* *1176* *1177* *1178* *1179* *1180* *1181* *1182* *1183* *1184* *1185* *1186* *1187* *1188* *1189* *1190* *1191* *1192* *1193* *1194* *1195* *1196* *1197* *1198* *1199* *1200* *1201* *1202* *1203* *1204* *1205* *1206* *1207* *1208* *1209* *1210* *1211* *1212* *1213* *1214* *1215* *1216* *1217* *1218* *1219* *1220* *1221* *1222* *1223* *1224* *1225* *1226* *1227* *1228* *1229* *1230* *1231* *1232* *1233* *1234* *1235* *1236* *1237* *1238* *1239* *1240* *1241* *1242* *1243* *1244* *1245* *1246* *1247* *1248* *1249* *1250* *1251* *1252* *1253* *1254* *1255* *1256* *1257* *1258* *1259* *1260* *1261* *1262* *1263* *1264* *1265* *1266* *1267* *1268* *1269* *1270* *1271* *1272* *1273* *1274* *1275* *1276* *1277* *1278* *1279* *1280* *1281* *1282* *1283* *1284* *1285* *1286* *1287* *1288* *1289* *1290* *1291* *1292* *1293* *1294* *1295* *1296* *1297* *1298* *1299* *1300* *1301* *1302* *1303* *1304* *1305* *1306* *1307* *1308* *1309* *1310* *1311* *1312* *1313* *1314* *1315* *1316* *1317* *1318* *1319* *1320* *1321* *1322* *1323* *1324* *1325* *1326* *1327* *1328* *1329* *1330* *1331* *1332* *1333* *1334* *1335* *1336* *1337* *1338* *1339* *1340* *1341* *1342* *1343* *1344* *1345* *1346* *1347* *1348* *1349* *1350* *1351* *1352* *1353* *1354* *1355* *1356* *1357* *1358* *1359* *1360* *1361* *1362* *1363* *1364* *1365* *1366* *1367* *1368* *1369* *1370* *1371* *1372* *1373* *1374* *1375* *1376* *1377* *1378* *1379* *1380* *1381* *1382* *1383* *1384* *1385* *1386* *1387* *1388* *1389* *1390* *1391* *1392* *1393* *1394* *1395* *1396* *1397* *1398* *1399* *1400* *1401* *1402* *1403* *1404* *1405* *1406* *1407* *1408* *1409* *1410* *1411* *1412* *1413* *1414* *1415* *1416* *1417* *1418* *1419* *1420* *1421* *1422* *1423* *1424* *1425* *1426* *1427* *1428* *1429* *1430* *1431* *1432* *1433* *1434* *1435* *1436* *1437* *1438* *1439* *1440* *1441* *1442* *1443* *1444* *1445* *1446* *1447* *1448* *1449* *1450* *1451* *1452* *1453* *1454* *1455* *1456* *1457* *1458* *1459* *1460* *1461* *1462* *1463* *1464* *1465* *1466* *1467* *1468* *1469* *1470* *1471* *1472* *1473* *1474* *1475* *1476* *1477* *1478* *1479* *1480* *1481* *1482* *1483* *1484* *1485* *1486* *1487* *1488* *1489* *1490* *1491* *1492* *1493* *1494* *1495* *1496* *1497* *1498* *1499* *1500* *1501* *1502* *1503* *1504* *1505* *1506* *1507* *1508* *1509* *1510* *1511* *1512* *1513* *1514* *1515* *1516* *1517* *1518* *1519* *1520* *1521* *1522* *1523* *1524* *1525* *1526* *1527* *1528* *1529* *1530* *1531* *1532* *1533* *1534* *1535* *1536* *1537* *1538* *1539* *1540* *1541* *1542* *1543* *1544* *1545* *1546* *1547* *1548* *1549* *1550* *1551* *1552* *1553* *1554* *1555* *1556* *1557* *1558* *1559* *1560* *1561* *1562* *1563* *1564* *1565* *1566* *1567* *1568* *1569* *1570* *1571* *1572* *1573* *1574* *1575* *1576* *1577* *1578* *1579* *1580* *1581* *1582* *1583* *1584* *1585* *1586* *1587* *1588* *1589* *1590* *1591* *1592* *1593* *1594* *1595* *1596* *1597* *1598* *1599* *1600* *1601* *1602* *1603* *1604* *1605* *1606* *1607* *1608* *1609* *1610* *1611* *1612* *1613* *1614* *1615* *1616* *1617* *1618* *1619* *1620* *1621* *1622* *1623* *1624* *1625* *1626* *1627* *1628* *1629* *1630* *1631* *1632* *1633* *1634* *1635* *1636* *1637* *1638* *1639* *1640* *1641* *1642* *1643* *1644* *1645* *1646* *1647* *1648* *1649* *1650* *1651* *1652* *1653* *1654* *1655* *1656* *1657* *1658* *1659* *1660* *1661* *1662* *1663* *1664* *1665* *1666* *1667* *1668* *1669* *1670* *1671* *1672* *1673* *1674* *1675* *1676* *1677* *1678* *1679* *1680* *1681* *1682* *1683* *1684* *1685* *1686* *1687* *1688* *1689* *1690* *1691* *1692* *1693* *1694* *1695* *1696* *1697* *1698* *1699* *1700* *1701* *1702* *1703* *1704* *1705* *1706* *1707* *1708* *1709* *1710* *1711* *1712* *1713* *1714* *1715* *1716* *1717* *1718* *1719* *1720* *1721* *1722* *1723* *1724* *1725* *1726* *1727* *1728* *1729* *1730* *1731* *1732* *1733* *1734* *1735* *1736* *1737* *1738* *1739* *1740* *1741* *1742* *1743* *1744* *1745* *1746* *1747* *1748* *1749* *1750* *1751* *1752* *1753* *1754* *1755* *1756* *1757* *1758* *1759* *1760* *1761* *1762* *1763* *1764* *1765* *1766* *1767* *1768* *1769* *1770* *1771* *1772* *1773* *1774* *1775* *1776* *1777* *1778* *1779* *1780* *1781* *1782* *1783* *1784* *1785* *1786* *1787* *1788* *1789* *1790* *1791*

Haud ars ulla potest prorsus disungere.

Quamquam aut secreta hæc, simplicia non sunt, puriora tamen quam in permixtione elucet, iisque ignis beneficio non parum sordidæ materiæ ab elementis contractæ decessit. Quocirca si quæ densandi, astringendi, corroborandi, detergendi, aut aliæ à materia vires inerant in composito, hæc in secretis illis minore sunt efficacia. Iam verò totius substantiæ proprietatem, de qua maxima est nostra disputatio, nusquam seorsum puram consistere deprendimus, sed in singula illa etiamnum secreta penitus immergi. Infirmiore in aqua, quæ præsertim est stirpe viridi prolificabatur: in ea quippe humor exuberat alimentarius, nondum stirpis vim omnem ac proprietatem adeptus. Efficacior in oleo, multoque in rubente quâ in albo: illud siquidem & odore, & sapore totius substantiæ referens, propria sedes dignoscitur infiti spiritus & caloris, in quibus proprietates tota subsistit foueturque. A fece terrena & ab aquoso humore quasi ab impurorum elementorum vinculis vindictatum oleum, purius quidem euadit, perinde atque venarum sanguis ab alui fece, & ab vrinis expurgatus. In terrena porro substantia & in illa derelicta fece, non nihil etiam occultarum virium manet, quod & arte eximi potest. Fex vritur dum prorsus albescat & in calcem redigatur, quæ certè proprio humore aptè dissoluta eximii viribus precellit. At vero, qui neglecto quatuor substantiarum direptu, xippiâ fecerere student in quo maxima sit proprietatis efficacia, & illa quæ multis dici solet quinta essentia, primùm è re subiecta aquam lento vaporario prolestant, hæc deinde feces respurgunt vt secundo humorem eliciant: sicque septena respersione & expiratione feces torrerè non sinunt, & ex his vim facultatemque omnem exhauriunt, aquam maximè affidenti oleo innixam, quæ ad multa utilis accommodataque sit. Quintam exceptas aquas vase pellicani effigie, multa agitatione anfractuque longo circulantur, quo hæc vires fortitæ efficacissimas, in quinta illius essentia naturæ vix ulli corruptelæ obnoxiam facessant. PH. En multa cetera admodum recodita: quibus augurer maiora te & abstrusiora depulgato illo multisque decantato philosophorum lapide subolfecisse. B. Non olfeci modo, verum etiam de hoc non parùm fortasse degustavi. PH. Et fortasse magno tuo dano. B. Immo lucro sœnoreque; maximo, vt qui eo studio verùm cõprobauerim, quod fabuloso figmento vobis haud ab simile putatur. PH. Quid hoc queso rei? B. Indignis hæc impertiri nefas. EV. Etiam si iam dies inclinet, dic tamè rogatus, nec in amicorum sodalitate celes, quid hac de philosophia acceperis. B. Dicam vestro hortatu, nõ huc totum thesaurum depropturus, sed edocturus quam verè subsistat. Ne vos aut insolens nominum sermonisque, obscuritas offundat, quæ patres umbra & ænigmate obuclarunt, in apertum & in clarissimam lucem proferam, strictim tamè & quâ breuissimè. Lapis philosophicus, elixir Arabibus, gignedi propagandique auri verum, semen, nõ è sulphure, nõ ex argenteo uiuo, nõ ex ullo ceterorum quemulsi fraude proponunt, sed solo ex auro eoque purissimo quæredus vestigadusque est.

Hordea cui cordi, demum serit hordea, ne tu

Nunc alimide pares auri primordia: in auro

Semina sunt auri, quamuis abstrusa recedant

Longius, & multo nobis quæ veni da labore.

Nihil est in ulla naturæ parte quod non in se generis sui semen contineat, sed quod uix possit arte prolici. Ex solo autem auro potest. Maxima uis seminis in oleo quodam inhaerescit, atque id quidem in cæteris inflammari cremarique in igne solet, in auro autem non potest, quæ ex causa id nullius ignis ardore torrerè absumi ne potest, & omnem artis uiam tolerat.

Viii

Vni quoniam nihil deperit auro

igne, uelut solum consumit nulla uetustas,

Ac neque rubigo aut ærugo conficit ulla,

Cum et a adeo firmis illic compositibus hærent.

Fœcundum autem id semen sic cruito: Auri purissimi uncias duas, argenti viui magno artis studio præparati decuplo permisce, igneque languido dissolue, dum argenteum uiuum prorsus expiret, pristinumque auri pondus subsideat in atrum puluerè redatum, qui tamen liquatus possit in propriam auri naturam redire. Ex hoc dein puluere igni acerrimo vaporarii, aquam continenter elicies, dum puluis totus in cinerem candidissimum, & in calcem deuerget. Calcem septies aqua resperge, quæ & toties expiratione inde prolesta sit: omnique arte elabora vt hæc impulsione & incurfione crebra sese extenuent, & ab omni forde fecedque purissima reddant, vires summas consequuta. Hæc duo sunt totius artis operis que conficiendi primordia, in quibus mundi quatuor elementa deuinciuntur. Nam in aqua aer etiam inest, in calcem terra atque ignis: sitque quod in smaragdinâ Hermetis tabula tanquam in sculptum mysterium, legimus. Ascendit a terra in cœlum, iterumque descendit in terram, sicque vim recipit superiorum & inferiorum. Qui ænigmate hæc contexerunt, hanc aquam appellant argentum uiuum, calcem verum sulphur, quorum permissione lapis fit, perinde atque ex aqua farinaque panis. Alii aquam spiritum uiuentem, terram fermentum: alii illam marem, hanc feminam dixerunt, quorum complexu & coitione procreatur infans. Opus autem postremum vt compleas, calcem puram obturato vase reconde equino simo calente, diebus quadraginta, dum in humorem album & crassum liquefat. In hunc iustis dierum interuallis aquam sensim infunde, ea quidem via & ratione quam artis periti ad vnguentum explicarunt, vt calx aquam suam omnem sensim combibens quasi illinc enutrita, in lapidem verum concrefat. Quam variam colorum mutationem hoc temporis curriculo debeat lapis subire, & quæ indicia illius consummati perfectique existant expressum etiam ab illis patefactumque est. Hic thesaurus immensus, hoc verum elixir, hoc frugiferum auri semen, cuius drachma si in ducentas & 30 quinquaginta liquati plumbi aut stanni drachmas infundatur, id vniuersum in aurum purissimum conuertet. Immo etiam, vt cum poeta loquar,

Ipsius ut tenui prolestat arte per undas

Aequoris, argentum si uiuum tum foret aquor,

Omne uel immensum uerti mare posset in aurum.

PH. Heu quid rerum audio? Equidem tibi arti que condicendæ me totum dedo, measque fortunas omnes periclitandi studio deuouco. EV. Siccinè è philosophia ad diuitias habendi desiderio quasi inflammatus raperis? Vide ne quod postremo additum est, fabulam detegat. Missa igitur tam vehèmententi de pecunia opinione, satis nobis sit è rebus singulis syncerum quippiam purissimumque elicere, in quo uis illa occultarum proprietatum summa insideat. Pro qua re dilucidius explicata maximam Bruto gratiam habemus. B R V T. At pro beneficiis in me tuis meritam gratiam debitamque referre nunquam possim.

Oculis morbis tacit a medicamentorum proprietate succurrendum, non

Empiricorum ritu sed arte & methodo. Cap. XIX.

B R V T V S

H A N C autè de abditis proprietatibus disputationè tandem vt cõcludat, si qua

si qua putas arte illas ad curationem adhibendas, hanc nobis expedi. **EV.** Eā certē quidem maxima: ut enim in ceteris, ita in his curandi ratio cōtrariorū lege completur. Ut repletio inanitione, inanitio repletione, omnisque intemperies intemperie contraria: sic totius substantiæ morbus, medicamentis profligatur totius substantiæ proprietate contrariis. Vnicuique siue in epidemiorum siue in contagiosorum, siue in venenatorum is genere sit, peculiare quoddam remedium opponitur, secreta facultate efficax. **P.H.I.** Breuis hæc & expedita ratio medendi, quæ neque philosophicis, neque medicis theoræmatis, neque vlla methodo innititur, & qua quivis è plebe semestri optimus medicus euadat. Hinc fortasse Galenus locis non paucis facultates quæ totius substantiæ proprietate sunt, dixit a methodo & ratione alienas esse. **E.V.D.** Quo te rerum isthæc ignorantia & stupiditas deuoluit? Siccine putestam præclaram artem nullis aliarum disciplinarum ornamentis fulgere, neque illarum adminiculis fulciri? Grauis est eorum temeritas qui eximum quoddam remedium nati, sine iudicio, sine arte, utcunq; fors tulerit statim ad curationem proferunt. Olim Empirici ad vnumquemque morbum magna remediorum sylua comparata, quodlibet nullo defectu ad curationem adhibebant, id si fortē parum profuisset, continuò ad alterius opem concurrerant, subinde facta mutatione dum morbus vel sponte, vel naturæ beneficium quā remediū potius sanesceret, postremò adhiberetur totius curationis causam fuisse persuasi. Hæc ratio tantam remediorum syluam peperit, nihil ut toto obuersetur orbe, quod non in medicinæ vsu accommodetur. Medendi viam, quæ vni remediorum multitudini fidit, parum tutam intelligēs Hippocrates, ipso artis quasi vestibulo dixit, Experimentum fallax: id nimirum quod nec ratione, nec methodo, nec iudicio suffultum stabilitumque sit. Quod verò ex Galeno afferebas, facultates quæ totius substantiæ proprietate sunt, a methodo & ratione alienas esse, non idcirco dictum putas quòd illis nulla methodo voti conueniat, sed quòd non ut quæ sunt in calefaciendo, frigefaciendo, humectando siccandoque, methodis reperiantur. Illas enim non ratione ab odore vel sapore, sed sola experientia inuenire possis. Nam inquit Galenus cur hic lapis tacto vulnere ex quo sanguis prorupit, cursum eius reprimat ac sistat, haud nouimus. At cur lapis quem vocant hæmatiten, in oculares facultates indatur, haud latet: nam id rationis inuentum est. Itaque occultæ facultates quæ manifesta demonstratione sciri haud possunt, methodo tamen & ratione ad morborum curationem adhibendæ sunt. **B.R.V.T.** Placet hæc interpretatio. Cæterum quas dicimus experiri sola cognitatas vires, putas ne casu & animantium imitatione inuentas? quemadmodum ferunt ab ibide clysterem, ab hippopotamo venæ sectiōnem, a ceruo venenatis sagittis confixo, dictam vires edoctos nos esse? **EV.** Potuit illinc fortasse experiendi quædam occasio, & experientiæ initium deduci: at perfectio ipsaque experientiæ fides & constantia, non nisi ratione conquiritur. Quum hic remedium adhibet ieiunio, ille passio: hic morbi initio nec præpurgado corpore, ille inclinante iam morbo: hic in affectu simpliciter, ille in composito: hic in leuiore & perfacili, ille in concumaci: uterque experitur quidem, at non similiter. Existit ergo experiendi quædam ratio, qua spræta quæcunq; vtilia hic experietur, ille haudquaquam probabit, aliaque perquire: thinc sanè tot experimentorū procellis & vndis demergimur. **B.** Qua quæso ratione experimēta cōprobarē liceat? **E.V.** Eadē nimirum qua & morborū curationē exequimur. **B.** Hæc igitur sūmatim breuiterque p

stringe.

stringe. **E.V.D.** In quemcunq; curandum morbum incideris, estimandum principio manifestus ne is sit, an occultus: si occultus (nam manifestus hic non persequor) simplexne & solus, an manifestus implicitus. Quum occulta perniciēs inuasit, si purum corpus erat & integre sanum, fere solet simplex & solitarius esse morbus: sin verò vel plethora, vel cacochymia, vel obstructions, vel alia causa præter naturam corpus tenebatur, uix potest qui inuadit occultus morbus simplex esse. In hoc igitur curando non antè afferenda sunt remedia quæ totius substantiæ cōtrarietate eum profligent, quàm plethoram, cacochymiam, obstructionem aliamve causam medendi arte summoueris. Siquidem hæc & occultam perniciem fouent, & antidotorum vires infringunt. In cacochymia quæ præsertim ventriculum, primas venas visceraque occupauerit, occultæ medicamentorum vires quasi sepultæ franguntur & hæbetescunt, perinde atque si in lutum sordidissimum demergerentur. In obstructione præclusa sunt & impeditæ uia quibus iter est ad affectam sedem, nec eò potest antidotus integris viribus peruenire. In plethora etiam obstructio ferè subest, quibus ex causis infirmæ & parum efficacis redduntur medicamentorum vires. Itaque non antequam hæc vitia solueris occultæ medicamentorum proprietates vtiliter afferentur. Cæterum si simplex occulta perniciēs eaque sola subit in corpore, statim non alia curatione præmissa, conuenientia remedia afferantur, tum ad id cuius quod etiamnum futurum est, tū ad id quod factum iam est. Quod fieri potest futurumve est, inhiberi debet & intercipi, idq; efficiente illius causa sublata: hæc si in aere fuerit, accēso igne, vel refrigerantibus, vel odoribus qui tota proprietate sunt efficaces, vel alia omni arte corrigetur, dum purior aer euadat. Pauca erit respiratio, a pleniore victu, a vehemēti exercitatione, & ab omnibus causis abstinentum quæ crebram magnamque respiratiōnem inducunt. Quum vel a contactu vel ab introsumptis perniciēs contracta fuerit, peruestigandæ & discēdæ sunt illius causæ, quas postea declinare non difficile sit. Nam virulētās bestias, aut inquinatorum hominum consortia, & loca quibus ihabitant vitare possumus: & qui in veneni suspitione sunt, ad esculentorum potulentorumq; sapore diligerenter atredere, & aliqua præsumere possunt, quæ veneni vires hebetēt. Quod porro morbi factum iam est, summoueri debet per ea quæ extirpant, retundunt & extinguunt. Extirpant autem quæcunq; virus exhauriunt, forasque proliciunt. Qua in re & quanta veneni perniciēs visq; sit tenendum, & qua parte & quā pridem intrò subierit. Primo quoque tempore, etiam si nondum perniciēs signa compareant, virus antequam inualescat & altius in corpus illabatur visceraq; tangat, coerceri debet, simulq; valente auxilio reuelli, absorberiq; alioqui exitiali vi & perniciē occupatis iam visceribus, frustra succurritur. Idque ea sede reuellatur quia conceptum illapsūque est. In morbis pestilentibus per os & nares ualida exspiratio concitetur, quæ & pulmones & partes cordi vicinas exinaniat, moxq; aer igni expurgatus aut odoratus, car diacūse vapor inspiretur. In morbis contagiosis paulo supra partem primū infectam, vincula (si fieri commodè potest) arctissima iniiciantur, deinde perniciēs protinus eliciatur: primum quidem exuctu factu ab eo qui ieiunus non sit, qui & os vino colluerit, & cotoneum malum præmanderit, vel qui olei exiguum ore contineat. Quum suctio tuta non est, gallinaci dissecti etiamnum proprio calore repentes percusso loco circumuoluntur: vel gallinæ viuæ pedes loco adhibetur dum intercat, alia subinde mutatur dum suo calore & spiritu partis venenum exigat. Locus etiam spongia noua fouendus, quæ vel in

○○○○ lixiui

lixio fermentorum aut fucus, vel in posca, vel in acri balsamento, vel muria, uel aqua maris maduerit. Scarificatus altiore imprimendi, uel cum sanguine virulenta materia profundatur. Affigendæ cucurbitulæ cum largiore flama, quæ foras euocent. Emplastra ex porro, cepa, allio, sinapi, adiecto sale aut nitro, interdum aut ex tapfia aut ex cantharidibus imponuntur, quæ ueneni elicere & discutere queant. Loci in carne facta circumscriptio & quasi circinatio uirus intro subire non sinit, idque cum sanguine profundari. Interdum & hamo prehensa caro scalpelli; acie circumscripta amputari debet. Vitis candente ferro uirus omne domat & absumit, nec in membra insinuari patitur. Quum uero cruisse decidit ulcus diu fordidum & manans prorogetur, ne illius labra coalescant, obducaturque cicatrice. Sectio ictæque partis (si extrema ea fuerit) amputatio in extremis & presentibus serpentium ictibus imperatur. In uenenatis porro affectibus quum assumptum uenenum est, sine mora uirus foras exhauriatur priusquam inualescat. Vomitus protinus concitetur hydrelæo tepente, aut butyro, aut adipe anserino ex aqua calente, aut maluæ, aut seminis lini, sœnigræci, aut urticæ decocto. Quæ singula præsertim oleum, non modo uel relaxante uomitiones mouent, sed & perniciosi uim acrimoniæque obterunt. Quinetiam reliquæ intestinis inhærescentes, clystere acri deducendæ, in quo hieræ tum simplicis tum compositæ, & niellis & nitri magna vis insit. Hæc igitur sunt quibus elici extirparique uenenum potest, quorum optimum quodque & rei subiectæ conuenientissimum deligetur, si partis a qua id prehenderit situs & natura estimabitur: si quanta sit ueneni pernicietas, & quam pridem inuaserit compertum fuerit. Ceterum quoniam plerumque hisce præsidijs tota uix pernicietas elici potest, huius quicquid reliquum fuerit, obtundi resinguique debet. Obtundunt quæcunque manifestis uisitatibus illius furor uim acrimoniæque hebetant & consopiant. Id genus sunt in pestilentibus morbis frigida & stiptica, ut aquæ frigide potus, mali punici, citrei medicique succus, omphacium, oxalis, acida omnia & medicamenta hisce uiribus prædita. Odores ac suffitus qui eisdem polleant facultatibus. Si intro sumpti ueneni suspicio est, eius uis obtundetur uel oleo, uel butyro, uel anserino adipe, uel iure pinguioris carnis, & gallinaccorum, uel maluæ, althæ, lini aut sœnigræci, prisanæ cremore, uel lacte schisto, uel lactis potu pleniore, in quo etiam cum cumeris semina contrita sint. Omnium siquidem uis lenièdo, ueneni acrimoniæ hebetat, ipsumque quasi consopitum in aluum deturbat. Confert præterea uenarum ductus obstruere uel astringere, ne tam repente uis illa ueneni in uiscera in principescens, partes inuadat. In id efficaces sunt bolus armena & terra lemnia, quæ etiam communi dote præsent. Item halicæ, orizæ, tragi aut tritici pulues. Venenatarum bestiarum acceptum uirus obtunditur & membratim peruagaturum infrenatur, tum his quæ nunc dicta sunt, tum alijs quibusdam acrioribus, ut uini meracioris passique potu, alliorum, pororum, ceparum & omnium acrium esu. Quum enim difficilè hæc coquantur, multosque dies eorum uis & qualitas remaneat, putant hoc tempore perniciem illorum uehementia & acrimonia obtundi & arceri ne altius penetret. Hæc uniuersa in occultorum uenenatarumque morborum curatione præmittenda, & ut uniuersumque status conditioque feret accommodanda, sine quibus uix quisquam possit, uel ampla remediorum suppellectile uindicte instructus, tutam efficacemque sanationem suscipere. Quæ si uia & ratione stabili confirmataque sunt, constat non sine arte & methodo ad occultarum proprietatum opem concurrendum, sed summam esse artis potestatem, eamque

ubique

LIBER SECVNDVS. 99

ubique primas obtinere. Leuiusculos incipientesque occultos morbos ars generalis interdum cohibet: at integra perfecta que sanatio his duntaxat completur, quæ pernicietas atque ueneni uim omnem aut resinguant, aut exterminent. Id autem alia communi, alia peculiari dote præstant: communi quidem, bolus armena, terra lemnia, dictamus, pastinaca, rata, Aristolochia, theriace, mithridatum, aliaque non pauca a Dioscoride octauo libri calce conscripta. Quæ porro peculiari dote uigent, alia occultos, alia manifestos morbos expugnant, Anginæ siquidem simplici manifestæque inflammationi hirundinum uisitarum cinis, & albi canis sterces proprietate succurrit: Asthmatis, vulpeculæ pulmones: colico dolori, e lupi intestino cingulum: Calculo, hircinus sanguis: non substantiarum dissidio, sed amicitia & similitudine qua partibus offensis affines sunt. Occultis uero morbis obfistunt, quæ antipathia & totius substantiæ dissidio vires habent. Ut sua cuiusque ueneni atque morbi species: ita sua cuiusque est antidotus, id secretiore proprietate exterminans, aut intro sumpta, aut suffitu odoreque hausta, aut foris adhibita. Proprietatum quidem cognitio, omnium præstantissima atque nobilissima, nos una lo cupletare ornareque potest. Ardua sanè illa & procul a nostris sensibus posita tota quippe ex natura & essentiæ inspectione cognitioneque nascens. Illa autem purissima simplicissimaque rerum natura nullis sensibus obuia, sola mentis comprehenditur. Hanc si oculis & re ipsa cerneremus, continuo in ea quasi in speculo proprietates omnes nobis elucerent. Quanquam autem latent, naturæ arcanis multaque obscuritate inuolutæ, præ ignauia tamen sinendæ non sunt, sed inuestigandæ diligentius, non e primis tangendi secundive qualitatibus, non e sapore, odore, sono uel colore, uerum e solis effectis & operibus, quæ tum longa usus obseruatione, tum optimorum authorum monumentis comparata confirmataque sint. At uero quoniam inclinato iam die ad uesperum perducta est disputatio, huic modum finemque constituam, ut paulisper laxemus animos, & a feueritate ad hilaritatem risumque traducamus. Vos autem disputationis studio incensique memores, otio maiore in abditarum proprietatum cognitionem aliquando acrius grauiusque incumbite.

FINIS.

